

C H M D



LIBROS
DEL DR.
L. MARCOS

4 3 9 7

R
560.

D.

L. VR^t

~~Biblioteca nec~~
~~apocripha scriptum~~
~~No. 97. 27. May~~
Oscabugga: L.

~~Expt. Chalco~~
~~Mer. vi. 10645 29 May~~
~~Amde~~
~~Amel. de Buer~~

C. A. C. Probst.
1738.

~~Libris me suis~~
~~accenset Christianus~~
~~Waldhagen de d.~~
~~D. mpt.~~

247

Ayuntamiento de Madrid

M A G N I
H I P P O C R A T I S
M E D I C O R V M O:
M N I V M F A C I L E P R I N C I -
P I S , O P E R A O M N I A
q u æ e x t a n t

In VIII SECTIONS ex Erotiani mente distributa.

N V N C R E C E N S L A T I -
na interpretatione donata, ac denuo separatim
in lucem edita,

A N V T I O F O E S I O Mediomatrico Me-
dico Authore:

*Adiecta sunt ad VI Sectionem Palladij Scholia in lib.
de Fracturis, nondum antea excusa, & nunc
primum e Græco in Latinum
conuersa.*

Cum INDICE amplissimo & utilissimo

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO



F R A N C O F U R T I

Apud her. And. Wecheli, Claud. Marn. & Io. Aubr.

M. D. XCVI.

Cum privilegio S. Cæsareæ Maiestatis.

13.

*John Heinrich
Prof. Pub. Amm
Bibl. de f. de Hb.
R. n. 4.670*

SVMMA PRIVILEGII.

S. CAESAREAE Maiestatis Priuilegio cautum est Andree Wecheli heredibus, Claudio Marnio, & Ioanni Aubrio, ne quis Magni Hippocratis Coi Medicorum excellentissimi Opera in VII I Sectiones ex Erotiani mente distributa, atque è Latina Anutij Foesij Mediomatrici, Doct. Medici præstantissimi interpretatione, denuò separatim excusa, per sex annorum spatium, à prima editionis die computandum, intra fines sacri Romani Imperij, regnorumque & dominiorum Cæsareæ Maiestati hereditariorum, eodem aut diuerso caractere formæ, recudere, aut aliò recudenda dare, vel alibi expressa importare, vendere, distrahere, apertè vel occultè, absque suprà dictorum Wecheli heredum voluntate ac consensu præsumat. Qui secus fecerit, is non solum libris impressis, sed etiam decem auri puri marchis sine vlla venia mulctabitur; vt latius declaratum est in diplomate Cæsareo, dato Viennæ, die vigesima quinta, mensis Maij, anno M. D. LXXXII.

Rudolphus

Io. Baptista Weber.

*Ad mandatum S. Cæs.
Maiestatis proprium.*

P. Obernburger.



ILLVSTRISS. PRINCIPI

CAROLO LO-
THARINGIO, CAR-
DINALI AMPLISS. LEGATO

PONTIFICIO ET MEDIOMA-
tricum Episcopo, &c.



IPPOCRATIS Medicorum
principis, ut auctoris vetustissimi
& grauiſſimi, ita ceriè obſcuriſſi-
mi Latinam interpretationem
mihi longa animi reputatione
meditanti, (Princeps Clarisſ.) exiſtimaui me
veſtibus nimirum honeſta adiuſque ad cau-
ſam illuſtres faſturum, ſi quæ ingeniorum no-
ſtrorum curſum ſua difficultate retardabant,
ea primùm adhibita diligentia ſuperarem. Sta-
tuebam namque hunc eſſe ampliſſimum landis
campum, in quo virtus noſtrâ excurrere poſſet,
ſi ad Hippocratem Medicina parentem verten-
dum & explandum omnem ingenij aciem in-

EPISTOLA

renderem, eumque densissimis ignorantie tenebris oppressum, velut ex diuturna perturbatione valetudinis, ad aspiciendam lucem reuocarem. Quam ad causam obtinendam cum curam omnem & diligentiam adhibendam mihi proponerem, in eo primum elaborandum esse sentiebam, quod cum propter abstrusam rei difficultatem, & à communi hominum opinione remotam intelligentiam, longè à se omnium conatus subduceret, tum verò ob reconditam & admirabilem auctoris doctrinam nobilissimam ingenia deterreret, id explanatum, in communem usum & in omnes omnium manus veniret, acutorumque hominum admirationem assensionemque commoueret. Qua studiorum progressionem, me magnam à nostris hominibus initurum gratiam sperabam, si delitescentem, iamdudum optimi Medicinæ parentis operam, in apricum & apertum deducerem, eamque ex obscurissimis doctrinæ umbraculis, in publicum Medicinæ Candidatis proponerem. Feci igitur (Princeps Clariss.) ut primum quam apud me habebam sepositam Hippocraticæ dictionis suppellectilem sub Oeconomiae nomine non ingratis in publicum efferem & superioribus aliquot annis nostros in secundum huius etiam auctoris de Morb. Vulgaribus librum Commentarios,
Augu-

DEDICATORIA.

Augustiss. Principis & parentis tui auspiciis e-
uulgarem. Qua veluti aggressione ac velitatio-
ne eoquodnam curriculum habitura esset no-
stra industria mihi proponerem, & ad istius o-
peris designationem conficiendam non inanem
mihi relictam esse spem, non dubia voluntatis
confirmatione ostenderem. Ad quod munus
persequendum cum eam institutam mihi initio
scribendi rationem viderem, ut non prius inte-
gram huius operis interpretationem attinge-
rem, quam multis in Hippocratem nostrum com-
sumptis lucubrationibus, tanquam salebrosa am-
gustiarum voragine superata, difficillimisq; ex-
antlatis laboribus, portum cererem. Ex eo cer-
to quod primum fecimus laborum nostrorum
periculum, me bonis omnibus istam nostram
causam satis probasse confido, eoque rem deda-
xisse videor, ut omnes intelligant ad istas reli-
quias persequendas, non tam mihi animum
quam consilium defuisse. Constitueram certè
aliquot Hippocratis libros, velut ~~etiam quædam~~
quædam cum nostris Annotationibus editos, in
publicam istam causæ cognitionem adducere,
in idque incubuissem, nisi me repente quædam
fortuna commutatio, vel potius ingenij æstus, in
tam vasto mari periclitantem, procul à terra
abrupisset, atque in altum à conspectu penè o-

EPISTOLA

unum abduxisset. Nam cum plerique acuto ingenio homines, nec stulti alieni artificij existimatores, cursum nostrum quem cum periculo institueramus reuocarent, suis sanè rationibus effecerunt, ut importunissimis fluctibus iactatam nauem, non tamen afflictam, in firmam stationem deducerem, tandemque ad litus applicarem. Quo in portu recreatis animis ac velut redintegratis viribus, ad reliquarum fortunarum subeundum naufragium erectior, & ad absolvendam navigationem futurus videbar paratior. Adeamque rationem eo facilius consilia nostra subduximus, quod existimabam navigationis nostræ cursum, non tam interrumpi quam intermitteri solere. Ac quod ferè in longa operis continuatione & verborum perpetuitate fieri assolet, ut ex liberali otio atque animi relaxatione eam mentis aciem contendamus, quæ possit & cogitando & scribendo promptam ingenij celeritatem explere: sic ex hac honesta laborum vacatione & quiete, non tam extinctum quam repressum, aut ipsa cunctatione maturatum studiorum nostrorum ardorem existimaui. Impetrarunt igitur illi ipsi efflagitatores assidui atque acres, ut quoniam iam pridem magna operis parte defuncti eramus, nostrum styli ad integrum opus traducere, & de existima-
 matio-

DEDICATORIA.

mationis alea potius in toto Hippocrate interpretando, quàm in quibusdam libris explicandis periclitarer. Existimabant enim, si me ad id adiungerem, & communem utilitatem cumulatorem fore, & arti nostræ splendorem accessurum longè maximum, quòd facultatis nostræ præsidia ad autorem vti gravissimum ita artis complexione dignissimum contulissim. Quae in re qui mihi optimè consultum esse cupiebant, ij non tam otij aut mearum virium, quàm publicæ utilitatis inittam rationem videri volunt. Quam in causam etsi propensiore animo incubuimus, veritus tamen sum maximè, ne ingenij nostri arditatem aut tenuitatem arti saluberrimæ prætenderem, quam non nisi quis ab omni ingenij laude felicior, & ab omni denique disciplinarum cultura instructior, rectè verbis exornare, & mentis acumine comprehendere, aut complecti queat. At verò cum mediocriter nos à doctrina comparatos, angustius etiam à natura sentiamus, ne illi alienarum laudum profusi iactatores existimari debent, qui virium integritatis tantùm ratione habita, colorem, succum, & sanguinem negligunt, & de totius existimationis iudicio aut famæ periculo decernere nos cupiunt. Ac veluti insanitatis ratione non satis est integritatis, valetudi-

EPISTOLA

nīs. firmitatis & nervorum corporis curam habere, neque tam metuendum est ne vitiosum sanguinem colligas, quàm ut verum & incorruptum, in quo naturalis inest non fucatus nitor, deperdas: sic in hac studiorum moderatione non usque adeo aliorum de te existimationi innitendum est, ut non adhibeas in consilium mentis tue aciem, tuamque ingenij commendationem leui aliena laudis obtentu in suspicionem venire patiari. Subductis igitur rationibus omnibus, summam cogitationum nostrarum fecimus, ut nos ad excellentium virorum voluntatem aggregaremus. Malui enim cum eorum studio sim obsecutus, desiderari ab iis prudentiam meam, quam si id non facerem, benevolentiam. Et si autem me in hanc causæ quæstionem non levia rationum momenta imposuerunt, imprimis tamen me plurimum movit publicæ salutis ratio, quæ me ad artis cõprehensionem velut ad quandam doctrinæ usurpationem reuocat, quam non aliunde melius quàm ex Hippocratis limpidissimis fontibus haurias. Quo in negotio hoc à me facile passus sum extorqueri, ut velut commutatis velis inhiberemus, neque tam rei frustrationem, quàm temporis commutationem faceremus. Et nunc quidem iam quocunque feremur, danda nimirum vela sunt,

DEDICATORIA.

sunt, & via quamvis in lubrico posita ingrediēda, in qua certè insistenda, ad nominis nostri existimationem commendabilius videtur, mihi intentatam fame causam de hoc loco dicere, quam publicam studiosorum utilitatem non solum deserere, verum etiam proderet. Qua in mentis assensione, quem mihi ad laudem, quæ non solum acuere, sed etiam alere ingenium posset, aditum sperabam amplissimum, eum mihi dicendi penè ieiunitate, & sentiendi tenuitate interclusum esse sentiebam, & verò multorum doctorum virorum præcepta gloria occupatum. In eoque negotio non tam depellendo quàm cunctatione morando, penè animo deficiebar, nisi ad stylum prehendendum quodammodo factus essem animosior, meq; ista oblectatione recreassem, quòd cum à natura ad dicendum non satis solutus essem aut expeditus, ad obtinendam tamen istam causam, curam etiam & studium adhiberem maximum, aut cōsideratam ingenij nostri tarditatem, experiendis consiciendisq; rebus vincendam, aut subtilitate superandam esse existimarem. His tot tantisque causis appetitus, rem ipsam aggredior (Princeps Clariss.) Hippocratémque nostrum Latinum in existimantium arbitrium sub tuis auspiciis venire permitto. Qua in publicatione etsi sui aliquan-

EPISTOLA

to fastidiosior, quod profecto voluntatem nunc
 tibi facile emetiar, rem ipsam adhuc potuisse
 non videar, id ut ignoscas postulo. Nam & su-
 scipere tantam rem, quantam non modo facul-
 tate consequi difficile esse, sed etiam cogitatione
 complecti, vix arbitrabar eius esse qui verere-
 tur reprehensionem doctorum atque pruden-
 tium. Et hoc eorum esse munus videbatur, qui
 non ingenium modo acuisent exercitatione
 scribendi, sed & ipsam assiduitatem locupleta-
 uissent grauiorum artium instrumento, & iu-
 dem artibus decus omne virtutis, cum summa
 rei Medice laude coniunxissent. Verum cum ab
 iis Medicis qui totam scribendi facultatem ad
 Hippocrat. transferrent, magna esset in foro isto
 literario solitudo, non verendum mihi fuit exi-
 stimatorum doctorum & intelligentium iudi-
 cium, in eo praesertim opere, quod & in Clariss.
 Principis nomine appareret, & suo splendore
 letabile quoddam aut gloriosum scribendi ge-
 nus pareret, tandemque sua inexplicabili obscu-
 ritate omnium in se fauorem conuerteret. Neque
 verò rei difficultas studia nostra tardauit, neque
 nos desperatione debilitati id experiri nolui-
 mus, quod me assequi posse diffiderem, cum et si
 natura nos nostra, aut illa praestantis ingenij vis
 deficeret, praeclarum tamen existimaui eum
 tenere

DEDICATORIA.

tenere cursum quem possemus, & prima sequen-
tem in secundis tertiisq; consistere. Nam cum
neg, illud ipsum quod est optimum desperandum
est, & in praestantibus rebus magna sunt ea quae
optimis proxima, tum verò id melius est quod
splendidius & magnificentius, & in bonis o-
mnia quae summa sunt iure laudantur. Quò
sanè aequius est (Princeps Clariss.) nos amplissi-
mi nominis tui dignitatem imbecillitati nostrae
pratendere, quod hac tota tractatio, quam tibi
iam pridem ex longa animi reputatione deuoni-
mus, vastissimas habet solitudines, & quae o-
mnium veniam merentur, & abrupta multa
precipitia, ex quibus tuo ductu, praeclarissima q;
familia vestra splendore nos emergere posse con-
fidimus. Speramus enim te Hippocratem istum
Medicina parentem, ea qua doctos omnes com-
plecteris beneuolentia & fauore prosecuturum,
tuâque amplissimi nominis dignitate aduersus
maled. centum calumnias defensurum ac vin-
dicaturum. Quam etiam ad hanc nostram cau-
sam eò lubentius adiungimus, quod rei nouitas,
operis difficultas, tractationis obscuritas, in spe-
ciem quidē honesta, nobis certè ad obrectatio-
nem & calumniam quàm ad gloriam procluior
videtur. Huius vero patrociniū eò auiore a-
nimò tibi suscipiendū videtur, quod nobilissima

EPISTOLA

Academia vestra Musipontana, & per vos feliciter instituta, & amplissimis muneribus & honoribus aucta, tum demum ad aeternam nominis celebritatem sit peruentura, cum ad eam quam sibi comparauit ex omnium artium excellentissimis undique professoribus dignationem, etiam Medicina & Mathematicam auctoritatem vestra liberalitate adunxeritis. Cum igitur omnem studiorum rationem ita moderatissimus (Princeps Clariss.) ut quantamcumque in his pregressionem fecimus, eam semper ad Ampliss. vestra familia ornamentum contulimus, equum est sine te totius istius operis, quod tibi sanctissimis votis nuncupamus, dedicationem istam, tanquam non ingratam, sed officij plenissimam, memoris erga te animi testificationem à nobis repetere, & lucubrationes nostras, quae quoniam de nomine & fama periclitatura videntur, in tui nominis splendore sibi, ut & doctis omnibus, constitutum esse patrociniū sentiunt, vestra familia amplitudine protegere. Qua & generis claritate illustris, & egregia stirpis propagatione, nominis antiquitatem tam sanctè tueretur, ut tanquam in vnam arbo-rem plura genera, sic in istam vestram domum multam insitam atque illuminatam nobilitatem cernere possimus. Cuius fauore tecti, non dubi-

tamus

DEDICATORIA.

tamus quin istam quam tibi dicamus operam,
maluolentiſſimas hominum obſectationes
integris fortunis facile effugere ſentiamus. A
te certè hanc habebunt gratiam Medicina ſtu-
dioſi, quòd ad Hippocratis reconditam doctri-
nam uſurpatione recolendam, cognitione reuo-
uandam, exercitatione reuocandam, & in vul-
gus enunciandam, facultatem omnem noſtram
Medicam, quam toto ætatis noſtra decurſu ma-
gna ſtudioſorum contentione ad eam augendam
contulimus, ſub tui nominis auſpiciis gratiſſi-
ma animi propenſione accepturi ſunt. Quibus
ut reſpondeamus, nos ad id toto corpore & ani-
mo ſemper incumbemus, nec ullis unquam la-
boribus neque vigiliis parcemus. Tibi verò de-
bebunt (Princeps clariſſ.) qui nobis hanc cauſam
impoſuerunt, quòd hanc editionem etiam ſi mi-
nus noſtra commendatione, tuo tamen nomine
diuulgari neceſſe eſt. Quibus cum hoc mihi ta-
men commune eſſe volo, ut ſi ſuſtinere tantam
cauſam non potuero, iniuſti oneris impoſiti co-
rum culpa ſit, mea recepti, in quo tamen iudicij
noſtri errorem laus tibi oblato muneris com-
penſabit. Ex Mediomatricibus
ipſis Non. Sextil.

1594.



AMPLISSIMO AC
CONSULTISSIMO, ME-
DICORVM PARISIENSIVM OR-
dini & collegio,

ANVTIVS FOESIVS S.

CVM OEconomiam nostram adorna-
rem, (PATRES AMPLISSIMI)
tum nihil de Hippocrate publicando
cogitabam, quòd & ingenij nostri vi-
ribus diffiderem, & ætatem nostram iam nutan-
tem & penè affectam, huic oneri minimè suffice-
re posse existimarem. Tantum tamen valuit apud
me amicorum autoritas, vt ad id quod semper
pudorè, aut ingenua quãdam timiditate defuge-
ram, me publicæ vtilitatis causa tandem contule-
rim. Quia in causa versanda, cùm me publici com-
modi spe sustento, mei consilij rationes (quæso)
accipite. Hippocratem ipsum summum Medicinæ
principem ac veluti Deum, omnium Medicorum
manibus teri, & per publica Medicorum theatra
personare, non solum nobis gloriosum, sed &
maximè vtile, & omnium nostrum salutis inter-
esse semper existimaui. Ideo que ex quo me vestre
salubris militiæ, hoc est Medicæ, sacramento ad-
dixi, omnes meorum studiorum rationes ad Hip-
pocratem ipsum versandum, pertractandum &
explicandum adiunxi, in eòq; tanquam vitæ meæ
tabernaculum constitui, vt Hippocrates per se
pressus & subobscurus, Galeni copia & liberalita-
te per-

AD ACADEM. PARISIEN.

te peruius & detritus in nostris omnium mani-
 bus versaretur. Ad eamq; causam in multos eius
 libros ad Galeni exundantissimos fontes & pro-
 fluentem copiam, nostra qualiacumque scripta,
 hoc est, ieiunitatem nostram apposuiamus. Quod
 cum in meum ipsius vsum mihi compararem, ac
 mihi (vt dicitur) canerem, effecit importuna ami-
 corum efflagitatio, vt me ad Hippocratem con-
 uertendum applicarem, & quod mihi destina-
 ram, ad publicam omnium vtilitatem non ingra-
 tiis proferrem. In quo vellem non coloris & san-
 guinis vt aliptæ, sed vt optimi etiam Medici, vi-
 rium & facultatum nostrarum rationem habuiss-
 sent. Quod igitur experiûdi magis spe, quàm per-
 ficiundi voluntate à me attentatum est, si minùs
 vobis probabitur, vestrum erit, vt aut maius opus
 quàm à me perfici potuerit institutum puteris,
 aut dum amicis rogantibus voluerim obsequi, me
 verecundia negandi, scribendi impudentiam sus-
 cepisse, in eoque impositi oneris amicorum cul-
 pam esse, meam suscepti. Cum igitur totum cor-
pus Hippocraticum per se vastum admodum &
 confusum, multorum animis tenebras offunder-
 ret, & spectatores à se auerteret, feci quod in mer-
 cibus explicandis fieri solet, vt eas in speciem o-
 mnium ingenis exponerem, & in ordinem ex E-
 roriani vetustissimi authoris mente redigerem,
 aut in sectiones, quò faciliùs perferri & pertracta-
 ri possent, disponerem. Primo igitur loco πρῶτον
 πρῶτον, ἢ πρῶτον πρῶτον πρῶτον πρῶτον λέγειν, hoc est,
 quæ ad artem spectant, constitui, quò non in-
 auspicatè ab artis tractatione tanti operis augu-

AD ACADEMIAM

ria duci viderentur. Secundo loco σημειωτικά, quòd
πάσης ἀπολογίας καὶ θεραπείας περὶ ἑαυτοῦ ὀφείλει σημειώ-
σις, vt loquitur Erotianus. Tertio, φυσικά καὶ ἀντο-
λογικά. Quarto, διατητικά. Quinto, θεραπευτικά.
Sexto, χρονορρομένα. Septimo, ὁθιμικά ἢ πάντες μι-
κτά. Octauo, πρὶ ἐξώθεν ἢ ἐξωτικά. In quibus omnibus
cū sexaginta (vt vocat Manardus) Hippocratis
opera, quæ nobis ex tanto naufragio restāt, com-
prehenderim, & in seriem ex Erotiani consilio
coëgerim, in omnibus tamen eum me non esse
secutum præ me fero. Neque certè hoc loco mihi
de librorum Hippocratis dignatione & authori-
tate dicendum aliquid existimo, tum quòd in eo
Galenī optimi Hippocratis interpretis iudicium
& censuram interponendam esse censeam, vt a-
liàs à nobis ea de re scriptum sit, tum etiam quòd
ea de causā à magnis huius tempestatis Medicinæ
dictatoribus, in Classes & Centurias sint distri-
buti. Qua in recensione etsi multa sunt arbitra-
ria, multa diligenti trutina examinanda: in Hip-
pocratis tamen scriptis recensendis, vt veluti bo-
norum publicationem fieri non probo, ita Gale-
nī iudicio & censura firmiter nitendum statuo. Et
vt aliorum de Hippocratis scriptis trutinam mini-
mè conuello, verum etiam maximè probo, ita
certè quidem hunc à nobis seruatum ordinem, &
in sectiones distributionem, ad eam quam nimis,
nunquam tamen satis, ambitiosè quærimus pu-
blici commodi causam, vel maximè accommoda-
tam existimo. Prompta enim & expedita hoc
modo Hippocratis opera, quæ omnium manibus
atterantur, & quouis gentium circumferantur, se
offerunt,

PARISIENSEM.

offerunt, ut his non solum in umbram, sed etiam
in Solem & puluerem, hoc est agrorum triclinia
deductis, eorum autoritate & consilio nitamur,
ex eorum præscripto res agrorum procuremus,
& medicinam faciamus, nobisque ex his tantum
non ad cognoscendum, verum etiam ad agendum
ubique arma suppetant. Ea certe mea semper fuit
opinio, quam me viuo nunquam etiam eripi mihi
patiar, in Medicina facienda, non aliam adhiben-
dam esse quam Hippocratis cynosuram, quod et-
iam locupletissimis scriptis confirmauit Galenus,
qui eum nobis omnium bonorum ducem & au-
thorem, *πάντων τῶν καλῶν ἡμῶν ἡγεμόνα* toties suis re-
scriptis clamat, & ad nominis æternitatem * com-
mendat & cōsecrat. Ad eam igitur tanti nominis
celebritatē, si oēs nostras rationes, oēs ingenij no-
stri facultates aggregauimus, ut eū omnib. viæ du-
cem proponerem, cuius vestigiis insistentes, hu-
ius vitæ vsum nō tam promptē & expeditē quā
salubriter hauriemus; magna certē ab omnibus
nobis ineunda est gratia, quod lucubrationibus
omnium tum publicæ, tum priuatæ utilitati pro-
spexerim. In quo si quod spero, consecutus sum,
id totum vobis acceptum ferent & gratias habe-
bunt; qui ex nostris laboribus fructum reporta-
bunt, meoque exemplo vestrum amplissimum
nomen sæculorum immortalitati consecrabunt.
Sin minùs, me tamen ad publicæ salutis commo-
dum omnes nostras rationes aggregasse semper
præ me feram, eaque me specula consolabor, no-
bis in scribendo nunquam in publicum prome-
* Lib. ad Glauc. initio. & lib. I. de Venæ sect. aduers. Erasistr.

AD ACADEMIAM

rendi voluntatem defuisse. Quam vobis consultissimis Medicinæ Patribus, velut ex vberimis vestris fontibus haustam, & in vestro gremio autam & altam, plenissimis vlnis remetior, dedico consecroque, petoque ab omnibus vt in nominis vestri amplissimi commendatione conquiescar. At verò Hippocratem ipsum suo nomine & verustate satis commendabilem, post omnes omnium laudationes, non alia, apud vos præcipue, dignatione afficiam, quàm quòd in Græcia olim omnis philosophiæ parente & alumna, illi diuini honores exhibiti fuerint, cùmque M. Tullius † locupletissimus author, Æsculapio adæquatit, & cum eo contulerit. Reliquas eius laudes omnibus nunquam satis decantatas, & ex vestris suggestis alternante sæculorum memoria sæpissime ab excellentissimis ingeniis proclamatas, eas ne ingenij nostri culpa deterere videar, vobis præcipue ex hoc loco in animi notione non reponam. Satis erit si quod ad instituti nostri causam facit, vobis aperuero, me ad hanc Hippocratis versionem multorum manu scriptorum codicum fidem adhibuisse, imprimisq; membranas Vaticanas, quibus etiam se vsum Fabius Caluus subscripserat, ante annos quinquaginta perlustrasse, deinde ex Bibliotheca Regia Fontabellæa tres manu scriptos codices ad nostrarum rationum consilium adiunxisse. Quod cū D. Houlerij & D. Gonyli cura mihi procuratum fuisset, me etiamlectionum ex his codicibus à me descriptarum ante annos quadraginta D. Houlerio copiam fecisse:

† *Lib. 3. de natur. Deorum.*

Quorum

PARISIENSEM.

quorum piis manibus hac parentatione meritam gratiam repono. Vobis verò vt augustiss. Patribus, ex quorum sinu & disciplina hæc hausta sunt & delibata, nostram Hippocratis versionem, gratissimi erga vos animi testimonium, perpetua officij obseruantia deuoueo, dedico, & offero. Quam si minùs nostra commendatione, certè quidem nominis vestri amplitudine sartam rectam in publicum exire volo, vt illius patrimonium dignitatis, ne ab aliquo nefario prædone diripiat, quasi parentes boni & fideles tutores defendatis, eiusque patrociniū suscipiatis. Ex Mediomatricibus ipsis Idib. Mart. 1594.

CL. MARNIVS, ET
IO. AVBRIVS TYPOGRA-
phi, Lectori S.



*NNO superiore Hippocratem Gra-
cum & Latinum cum Notis & va-
riis lectionibus, maioribus typis qua
potuimus diligentia excusum, nec
sine magnis sumptibus exposuimus,
Lector candide. Nunc vero Latinus tantum ex ea-
dem nostra Officina, non minore certe diligentia,
contractioribus formis tibi prodit, in eorum gratiam
qui Græcæ peritæ, Latinum eum audire, & rei suæ
familiari aliquatō melius consultum volunt. Quod
etiam publicæ utilitatis causa, (cuius semper nobis
quàm priuata potior ratio fuit) præstitimus, ut Hip-
pocrates ipse summus medendi magister, Medico-
rum omnium manibus facilius ac expeditius terere-
tur, & in agrorum triclinia ac Medicorum consilia
promptius veniret. Quæ semper fuit (ut audimus)
Anutij Foesij sententia & opinio, quæ, eum vel ma-
ximè adduxit, ut Hippocratis opera hætenus disper-
sa ac palantia, quendam in ordinem ex Erotiani
mente, & aliquot Sectiones cogeret. Ac si certè eum
audire voluissēmus (ut est publici commodi assertor
assiduus) Hippocratem ipsum & Græcum & Lati-
num minutissimis typis Euchiridis formæ in octo Se-
ctiones distributum tibi exhibuissēmus. Quod ante
annos quadraginta Lutetiæ à Gulielmo Morelio di-
ligentissimo & doctiss. Typographo tentatum ali-
quando, nunquam tamen præstitum audiuius.
Quam rem neque adhuc desperamus, si Dei Opti-
mi,*

LECTORI.

mi, Max. benivolentia feliciter saculū aspiravit, &
tua equanimitas, nostram in promouenda re Me-
dica augeat industriam, quam hactenus prolixam
magis quam utilem fuisse ingenuè profitemur. Bene
vale.

OMNIVM SECTIONVM
HIPPOCRATIS OPERVM
contenta.

Sectione I.

Hippocratis iusiurandum.	p. 1.
Hippocratis lex.	2
De arte lib. i.	3.
De prisca Medicina lib. i.	11
De Medico lib. i.	27
De decen te habitu, aut decoro lib. i.	32
Præceptiones.	37.

Sect. II.

<i>Prognosticon</i> Prænotionum, lib. i.	43
De humoribus, lib. i.	57.
De iudicationibus, lib. i.	65.
De diebus iudicatoriis, lib. i.	71.
Prædictorum, lib. ii.	75. lib. 2. 90.
Coacæ Prænotiones in breues sententias distin- cta. 112. Sunt v. prænotiones 649.	

Sect. III.

De natura hominis.	171.
Degenitura.	181.
De natura pueri.	187.
De carnibus.	206
De septimestri partu.	215.
De octimestri partu.	220
De superfætatione.	222
De dentitione.	232
De corde.	234
De glandulis.	237.
De ossium natura.	242

De

De aëre, locis, & aquis. 252

De flatibus. 277

De morbo sacro. — 281

Sect. I I I I.

De salubri victus ratione. 296

De victus ratione, lib. 3. 300. lib. 2. 320. lib. 3. 338.

De insomniis. 352.

De alimento. 359.

De victus ratione in morbis acutis. 364

De locis in homine. 399.

De liquidorum usu. 423.

Sect. V.

De Morbis, lib. 4. 429. lib. 2. 450. 3. 487. 4. 501.

De affectionibus, lib. 1.

De internis affectionibus, lib. 1.

De his quæ ad virgines spectant, lib. 1.

De natura muliebri, lib. 1.

De mulierum morbis, lib. 2.

De his quæ vterum non gerunt, lib. 1.

De videndi acie, lib. 1.

Sect. V I.

Medici officina, aut de officio Medici, lib. 1.

De fracturis, lib. 1.

De articulis, lib. 1.

Vectiarium, hoc est, de ossium per molitionem
impellendorum ratione, lib. 1.

De ulceribus, lib. 1.

De fistulis, lib. 1.

De hæmorrhoidibus, hoc est, de venis in ano san-
guinem fundere solitis, lib. 1.

De capitis vulneribus, lib. 1.

De fœtus in vtero mortui exectione, lib. i.
De corporum resectione, lib. i.

Seft. V I I.

959 . hoc est, De morbis populariter grassantibus, lib.
7. Quorum Primus, Tertius & Sextus, post
Galenii Commentarios, Annotationibus sunt
illustrati. Secundus verò ante annos triginta
cum Commentariis editus, denuò ab autore
est recognitus. Reliqui iustis Annotationibus
donati.

hoc est, Aphorismorum, lib. i. cum breuib. no-
tis.

Seft. V I I I.

Epistolæ aliquot.

Atheniensium Senatusconsultum.

Oratio ad aram.

Thessali Legati Oratio.

Genus & vita Hippocratis secundum Soranum.



HIPPOCRATIS

IUSIVRANDVM.

10



ER Apollinem Medicum, & Aesculapium, Hygiamque & Panaceam iureiurando affirmo, & Deos Deasque omnes testor, me quantum viribus & iudicio valuerō, quod nunc iuro, & ex scripto spondeo planè obseruaturum. Præceptorem quidem qui me hanc artem edocuit, parentum loco habiturum, ei que cum ad vi-
ctum, tum etiam ad usum necessaria, grato animo com-
municaturum & suppeditaturum. Eiusque posteros apud
me eodem loco quo germanos fratres fore, eosque si hanc
artem addiscere volent, absque mercede & syngrapha edo-
cturum. Præceptionum quoque & auditionum, totius-
que reliquæ disciplinæ, cum meos & eius qui me edocuit
liberos, tum discipulos qui Medico iureiurando nomen fi-
demque dederint participes facturum, aliorum præterea
neminem. Victus quoque rationem, quantum facultate
& iudicio consequi poterō, ægris vtilem me præscripturum,
eosque ab omni noxia & iniuria vindicaturum. Neque cu-
iusquam precibus adductus, alicui medicamentum lethale
propinabo, neque huius rei author ero. Neque simili ra-
tione mulieri pessum subdititium ad fortum corruppen-
dum exhibebo: sed castam & ab omni scelere puram, tum
vitam, tum artem meam perpetuò præstabo. Neque verò
calculo laborantes secabo, sed magistris eius artis peritis id
muneris concedam. In quancunque autem domum ingres-
sus fuero, ad ægotantium salutem ingrediar, omnem in-
iuriæ inferendæ & corruptelæ suspicionem procul fugiens,

A

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

tum vel maximè rerum venerearum cupiditatem, erga mulieres iuxta ac viros, tum ingenuos, tum seruos. Quæ verò inter curandum, aut etiam Medicinam minimè faciens, in communi hominum vita, vel videro, vel audiero, quæ minimè in vulgus efferri oporteat, ea arcana esse ratus, filebo. Hoc igitur iusiurandum si religiosè obseruaro, ac minimè irritum fecero, mihi liceat cum summa apud omnes existimatione perpetuò vitam felicem degere, & artis vbertimum fructum percipere. Quòd si illud violauero
10 & peierauero, contraria mihi contingant.

Hippocratis Lex.

Omnia profectò artium Medicina nobilissima. Verum propter eorum qui eam exercent ignorantiam, eorumq; qui temerè de his iudicant, omnibus artibus iam longè inferior habetur. Cuius quidem erroris ista mihi potissimum esse causa viderur, quòd soli arti Medicæ nulla in vrbibus, præter quàm ignominia, præfixa poena est, quæ eos qui ex ea constant minimè attingit. Qui quidem personarum, quæ in tragediis producuntur, maximè similes
20 esse videntur. Quemadmodum enim illi quidem formam, habitum, & personam histrionis referunt, neque tamen histriones sunt: sic & Medici, nomine quidem multi, re ipsa perpauca. Qui enim Medicinæ scientiam sibi verè & aptè comparare volet, is horum omnium compos esse debet, vt naturam nactus sit, doctrinam, locum studiis aptum, institutionem à puero, industriam & tempus. Imprimis igitur natura opus est, qua repugnante irrita sunt omnia, eadem verò ad optimum quodque viam commonstrante, artis doctrina paratur, quam ex institutione à puero, in lo-
30 co ad disciplinam probè à natura accommodato, cum prudentia sibi comparare oportet. Ad hæc longi temporis industriam accedere necesse est, quò disciplina veluti grauidata, feliciter & bene crescendo, maturos fructus efferat. Quomodo enim, quæ terra producuntur, eadem omninò ratione Medicæ artis cognitio se habere videtur. Natura namque nostra, agri, doctorum præcepta, feminum rationem habent. Institutio à puero tempestiuè rationi respondet. Locus verò disciplinæ accommodatus, acri ambienti

ex

ex quo
gens f
ad pl
ad arte
pta, h
opere
ritia m
eam t
animi
rimidi
tionem
illa sci
cra fin
neph

N
demi
ciunt.
nire, c
milite
illius
rò ea,
artific
git, se
prude
tius a
Solis
fius qu
lo mo
lumni
alias a
hæc cu
oratio
cam q
propt
tem c
cultu

ex quo iis quæ è terra nascuntur alimentum suppetit. Diligens studium agricultura est. Tempus autem omnia hæc ad plenam nutritionem confirmat. Quibus certe omnibus ad artem Medicam collatis, eiusq; vera cognitione percepta, hoc modo vrbes obeundo, non solum verbo, sed etiam opere Medici existimationem tueri oportet. At verò imperitia malus est thesaurus, malæque opes reconditæ, iis qui eam tum opinione ipsa, tum reuera possident, securitatis animi & lætitiæ expers, timiditatis & audaciæ nutritrix. Ac timiditas quidem impotentiam, audacia verò artis ignorantem arguit. Duo sunt enim scientia & opinio, quorum illa scientiam, hæc ignorantem parit. Hæc verò cum sacra sint, sacris hominibus demonstrantur, prophanis verò nephas, prius quàm scientiæ sacris initiati fuerint.

Hippocratis de arte liber.

Nonnulli turpiter insectandis artibus artificium suum collocant, neque id quod facere se credunt, meo quidem iudicio, obtinent, sed suæ scientiæ ostentationem faciunt. At eorum aliquid quæ nondum inuenta sunt, inuenire, quodque inuenisse quàm non inuenisse præstiterit, similiterque imperfecta ad finem deducere, id mihi videtur illius esse munus, qui intelligens existimari experit. Qui verò ea, quæ ab aliis sunt inuenta, inhonestorum verborum artificio contaminare contendit, neque quicquam corrigat, sed à peritis inuenta apud imperitos traducit, is sanè prudentiæ existimationem tueri velle non videtur, sed potius naturam suam, aut ignorantem malitiosè prodere. Solis enim artium ignaris hoc opus competit, qui ambitiosius quidem contendunt, neque tamen improbitate sua villo modo præstare possunt, vt aliorum opera vel recta calumnientur, vel non recta reprehendant. Eos igitur, qui in alias artes hoc modo inuadunt, coerceant si possint, quibus hæc cura est, quorumque id interest. Hæc autem nostra oratio aduersus eos instituitur, qui hoc pacto artem Medicam qua stus gratia insectantur, animos quidem attollens, propter eos quos reprehendit, abundans verò, propter artem cui opem fert, potens quoque ob sapientiam qua est excolta. Ac sanè omnino nulla mihi esse ars videtur, quæ non

existat. Absurdum enim est, quod non sit, esse putare. Quandoquidem eorum, quæ non existunt, quamnam quis essentiam intueri queat, & enunciare quod sint? Si enim, quæ minimè existunt, velut ea, quæ existunt, videre licet, haud scio quamnam quis ratione, ea quæ non sunt animo complecti queat, non secus ac ea, quæ sunt, quæ quidem quod sint, & oculis intueri, & mente comprehendere licet. Neque istud aliter contingere potest, sed ea quæ sunt perpetuò cernuntur & cognoscuntur; quæ verò non sunt, neque
 10 cernuntur, neque cognoscuntur. Demonstratarum igitur artium formæ cognoscuntur, neque vlla est, quæ non ex forma quadam cernatur. Et sanè arbitror cas per formas nomina accepisse. Præter enim rationem est existimare ex nominibus formas productas esse, neque id fieri potest. Nomina nanque lege quadam naturæ sunt sancita. Naturæ verò, non sancita, sed veluti quædam naturæ sunt progenermina. Ac ista quidem, si quis ex iis, quæ antè dicta sunt, non satis intelligit, in aliis commentationibus apertius docebuntur. Medicinæ igitur (circa quam præsens versatur
 20 oratio) demonstrationem instituam, ac primum mea quidem opinione definiam, Medicinam esse, quæ sanè in totum à morbis ægros vindicet morborumque vehementiam obrundat, neque iis qui à morbo victi sunt, manum admoveat, cum id Medicinam præstare non posse probè constet. Quòd igitur tum hæc præstet, tum etiam semper præstare possit, sequenti oratione persequar. Simulq; dum artem esse demonstro, eorum rationes, qui eam se turpiter insequi existimant, diluam, prout eorum quisque aliquid efficere se posse arbitratur. Hinc igitur orationis exordium
 30 faciam, in quo etiam omnes assentientur. Nempe pleriq; arte Medica curatos sanitati esse restitutos, in confesso est; quod verò non omnes, ob hoc iam ars ipsa in reprehensionem incurrit. Eiq; obiciunt, qui eam criminantur, morbis detentos, quiq; eos euaserunt, fortunæ non artis beneficio euasisse. Ego verò ut fortunæ quidem quavis in re non nihil tribuo, ita certe censeo, malè à morbis curatis ut plurimum aduersam fortunam, bene verò curatis prosperam fortunam contingere. Deinde verò, qui sanati sunt, cuiusnam alteri quàm arti hoc beneficium acceptum referant,

Objectio x

rant, siquidem huic se committentes & subservientes, sanita-
 tem sunt consecuti? In quo enim arti sese commiserunt,
 inanem fortunæ formam neglexerunt, adeo ut à referenda
 fortunæ gratia liberi sint, ab ea autem, quæ arti debetur li-
 berare se non possint. Cui cum sese commiserunt, ac credi-
 derunt, in eius formam intuentes, ipsius etiam facultatem
 re confecta cognouerunt. Atque hoc sanè loco obiiciet no-
 bis aduersarius, multos iam ægros etiam citra Medici
 opem sanitati restitutos, quod equidem non diffiteor. Ac
 fieri mihi posse videtur, ut qui Medicum non adhibent, iis
 ex arte Medica scilicet succedat, neque tamen intelligant
 rectumne quid in ea, an prauum insit, sed quòd per se cura-
 tis, eadem, quæ, si Medicis adhibitis curati fuissent, con-
 gerunt. Quod ipsum sanè magnum est artis existentis ar-
 gumentum, & quòd inter præclaras habenda sit, quando
 qui ne eam quidem esse existimant, eius ope seruati conspi-
 ciuntur. Qui enim etiam non adhibitis Medicis ex morbis
 conualuerunt, ut intelligant omninò necesse est, se quòd
 aliquid vel fecerint, vel non fecerint, iccirco sanitatem esse
 consecutos. Aut enim in ediam, aut copiosorem cibum &
 porum, aut suum, aut balnea, aut eorum abstinentiam, aut
 labores, aut quietem, aut somnum, aut vigiliam, aut eo-
 rum omnium promiscuum usum adhibentes, sanitatem
 consecuti sunt. Quos ex eo ipso quòd utilitatem senserunt,
 quòdnam sit, quod iuuat agnoscere omninò necesse est, &
 si qua in re læsi sunt, tum eos læsos esse, tum quidnam sit
 quod læsit. Neque enim, quæ utilitate & noxia distincta
 sunt, est cuiusvis cognoscere. Qui igitur ægrotauit, si eam
 victus rationem per quam sanitatem adeptus est, laudare
 vel vituperare nouerit, ea omnia ad sanitatem pertinere
 comperiet. Neque verò minus quæ offenderunt, quàm
 quæ profuerunt, artem esse comprobant. Siquidem hæc
 quòd recte adhibita fuerint, profuerunt, illa verò ob in-
 commodum eorum usum nocuerunt. Quanquam ubi re-
 ctum & prauum suis finibus circumscribitur, quis hoc ar-
 tem esse non existimet? Neque enim artis nomine istud do-
 nandum existimo, in quo neque rectum, neque prauum
 inest. At ubi utrunque adfuerit, quis non hoc ex arte po-
 tius, quàm sine arte effici fateatur? Ad hæc certe si in re

Medica, aut apud Medicos, curatio ex purgantibus aut fi-
sistentibus medicamentis tantum constaret, parum efficax
 nostra esset oratio. Nunc verò qui inter Medicos maximè
 celebrantur, & victus ratione, & aliis etiam modis curatio-
 nes faciunt, quæ non Medicus modò, sed ne plebeius qui-
 dem omninò rudis, ex arte profecta esse negare audeat.
 Quando igitur nihil neque in bonis Medicis, neque in arte
 Medica est inutile, sed in iis, quæ nascuntur aut parantur
 10 quamplurimis, insunt quædam curationum & medicame-
 torum species, non est certe quòd quis eorum qui citra Me-
 dici operam curati sunt, ad id quod temere fit huius cau-
 sam re vera referre debeat. Quod enim temerè fit, nihil
 prorsus esse constat. Siquidem quicquid fit, propter quid fi-
 eri deprehenditur, & ad aliquid refertur. At quod temere
 fit, nullo modo subsistere videtur, sed nomen tantum inane
 esse. Ars autem Medica ex his esse cernitur, quæ ob aliquam
 causam providentia quadam sunt instituta, prætereaq; et-
 iam subsistere conspicietur. Atque ad eos, qui fortunæ sani-
 tatem acceptam ferunt, arti verò eam denegant, huiusmo-
 di oratione quis uti possit. At verò, qui ex morientium cala-
 20 mitatibus artem funditus delere conantur, miror quanam
 satis iusta oratione elati, in morientium intemperantiam
 causam non reiciunt, sed eorum, qui Medicinam exercent,
 prudentiam accusant, quasi Medicorum sit, quæ non con-
 veniant præscribere, in ægrotum autem facultate non sit,
 aliquid contra imperata admittere. Atqui longè magis est
 rationi consentaneum, ægros non posse imperatis obse-
 qui, quàm Medicos ea quæ minitè conveniunt imperare.
 Hi enim sana mente & corpore, tum præsentia, tum ex
 30 præteritis, quæ cum præsentibus similiter se habent in con-
 siderationem adhibentes, ad curationem aggrediuntur,
 adeò ut qui curatus est aliquando fateatur se illorum opem
 morbo liberatum. Illi verò, neque quo morbo, neq; quam
 ob causam laborent, neque quid ex præsentibus euentu-
 rum sit, neque quid ex his, quæ sunt eiusmodi, fiat, intelli-
 gentes, imperata facere iubentur, præsentem quidem morbo
 afflicti, euentum verò rerum metuentes, & morbo quidem
 gravati, cibis verò vacui, ea quæ morbo grata sunt potius
 eligunt, quàm quæ ad sanitatem conferunt, non quòd
 mori

mori desiderent, sed quòd toleranter ferre morbum nequeant. Hos verò sic affectos an est vero similis, quæ à Medicis imperantur, quàm alia, quæ non imperantur facere? an Medicos eiusmodi quales antea exposuimus, ea quæ minimè conueniunt imperare? Nonne longè æquius est, eos quidem rectè imperare, illos verò, vt par est, parère non posse, eamque ob causam mortem incurrere? Quorum quidem causam, qui non recta ratione reputant, in eos qui culpa vacant reiciunt, illis absolutis, qui maximè culpa sunt obnoxij. Non desunt autem, qui artem Medicam reprehendunt, eo quòd nullus iis, qui à morbis sunt superati manus ad mouere velit, dicentes eos quidem morbos quos curatione aggrediuntur posse per sese sanari, eos verò qui auxilio indigent, non attingere. oportere autem, siquidem ars sit, omnibus ex æquo curationem ad mouere. Qui ergo huiusmodi verbis vtuntur, si Medicos accusant, quòd talia dicentium, tanquam delictorum, curam non suscipiunt, multò certe iustius, ob ea, quàm ob illa, inculant. Si quis enim artis facultatem, ad ea, quæ artis non sunt, aut naturæ, ad ea, ad quæ minimè apta est, requirat, is istud non intelligit magis ad insaniam cum ignorantia coniunctam, quàm ad impericiam accedere. Quorum enim facultatem tum per naturæ, tum per artium instrumenta consequimur, eorum nos opifices profiteri possumus, aliorum non item. Si quid igitur homini contigerit, quòd Medicinæ instrumenta superet, id ne sperandum quidem est ab arte Medica euinci posse. Atque vt exemplo rem ipsam doceamus; Ignis eorum omnium, quæ in Medicina vrendi facultatem habent, summè vrit, eo verò minùs alia pleraque. Atqui certe ex leuioribus, quæ sunt præstantiora, an curari possint nondum planè constat. Ex potentissimis autem quis dubitet ea, quæ præstantiora sunt curari non posse? In his enim quæ ignis non efficit, an non ea, quæ ab ipso superari nequeunt, satis arguunt, aliæ opus esse arte quàm ea, quæ igne vtitur vt instrumento. Eadem verò mihi dicenda sunt de his, quæ Medicinæ subseruiunt, in quibus singulis si res Medico non succedit pro animi sententia, meo quidem iudicio, in morbi vehementiam, non in artem ipsam culpa reicienda est. Qui

10 *objectio*

20

30

igitur eos reprehendunt, qui victis à morbo manus non admovent, non minùs adhorrantur ad ea suscipienda, quæ attingere fas non est, quàm quæ fas est. In eoque apud eos, qui nomine tenus Medici sunt admirationem sibi conciliant, ab artis verò peritis ridentur. Neque verò huius artificij periti tam imprudentes aut reprehensores, aut laudatores morantur, sed eos, qui recta ratione iudicant, quemnam ad finem deductæ artificum actiones perfectæ sint, & quam in re deficientes, imperfectæ. Ac præterea earum
 10 imperfectarum actionum, quænam ad artifices, quænam etiam ad ipsa effecta sint referendæ. Quæ igitur alias artes spectant, aliud tempus aliâque orationem postulant. Quæ verò ad Medicinam pertinent, quænam sint & quomodo diiudicanda, partim quidem superiore, partim verò præsentî oratione dicentur. Sunt enim apud eos, qui artem istam probè callent, morbi partim quidem non ob-
 12 scuri, iique pauci, partim verò non manifesti, iique multi. Qui enim ad internas corporis partes vertunt, obscuri, qui verò ad corporis superficiem erumpunt, aut tumore faciunt, manifesti. Sui enim copiam faciunt, tum visu, tum tactu, ut eorû durities & mollitudo sentiat, & quinâ calidi, quinâ frigidi, & quorum in singulis præsentia aut absentia tales existunt. Atque in eorum quidem omnium remediis non peccatur, non quòd sint facilia, sed quòd inuentione constent. Et sanè non sunt à quibusvis inuenta, sed ab his qui recta inueniendi facultate valent. Valent autem tum qui in bonis disciplinis liberaliter sunt educati, tum qui à natura non infelicitè sunt comparati. Hoc igitur modo ad manifestos morbos curandos artem facultate abundare
 30 oportet. Neque sanè eam in minùs manifestis deficere conuenit. Sunt autem hi qui ad ossa & cavitatem internam vergunt. Neque verò vnâ corpus habet, sed plures. Dux nanque sunt quæ cibum recipiant, & demittunt, aliæque præter has plures, quas ii norunt, quibus ista curæ sunt. Quæcunque enim membra carnem in orbem circumdatam habent, quam musculum nominant, ea omnia cavitatem habent. Quicquid enim minimè coaluit, siue pellucula, siue carne regatur, cauum est, quòd dum homo valet, spiritu quidem, dum verò ægrotat, sanie plenum est.
 Habent

Habent itaque brachia huiusmodi carnem, habent & femora, habent & tibiæ. Quin & in partibus carnis expertibus, huiusmodi caro inest, qualem in bene carnosiss inesse diximus. Nam & thorax dictus, quo iecur concluditur, & capitis orbis, in quo cerebrum comprehenditur, ipsumque dorsum, cui annexi sunt pulmones, hæc omnia prorsus sunt vacua, multis interuallis referta, quæ ferè vasorum naturam obtinent, cum res eas continent, quæ partim quidem eum, qui eas possidet, iuuant, partim etiam lædunt. Ad hæc etiam venæ sunt multæ, & nerui, non ii quidem in carne extantes, sed ad ossa protensi, articulos colligant. Quinetiam ipsi articuli, in quibus ossium, quæ mouentur, connexiones voluuntur. Quorum nihil est, quod non aliquantulum spumofum sit, & circa se latibula habeat, quæ sanies ipsa arguit, quæ iis apertis copiosa, & multis molesta effluit. Neque enim sanè eorum, quæ dicta sunt, quicquam oculis intuenti conspiciere licet. Ideoq; non manifesti morbi à me appellati sunt, & ab arte esse censentur, non tamen quia non manifesti, naturam nostram euincunt, sed, si modo fieri potest, ab ea superantur. Potest autem fieri, cum & ægrotum naturæ se ad inuestigationem exhibent, & qui peruestigari sunt ad industriam recte sunt à natura comparati. Neque enim sine multo labore & longo tempore, oculis cernuntur & cognoscuntur. Quæ nanque oculorum aspectum effugiunt, ea mentis acie comprehenduntur. Quæ, verò ex eo ægris contingunt, quod non protinus statim affectus cernatur, eorum culpa non in Medicos, sed tum in ægrotantis, tum in morbi naturam reicienda est. Ille enim cum neque doloris causam oculis cernere, neque auditione cognoscere queat, ratiocinatione consequitur. Qui namq; obscuro morbo laborant, si quid de morbo Medicis indicare conantur, id ex opinione potius quàm ex certa cognitione denunciant. Neque enim si certò scirent, ipsis se committerent, cum eiusdem sit prudentiæ, tum morborum causas cognoscere, tum omnibus præsidii, quæ morbos augeri prohibeant, eos curare nosse. Cum igitur ex his, quæ denunciata sunt, non liceat ad aliquam certam cognitionem peruenire, aliò sanè, qui curationem instituit respicere debet. Huius igitur moræ causa, ad corporum naturam, non

ad artem ipsam referenda est. Hæc enim ubi morbum percepit, curationem instituendam censet, id vnum spectans, ne temeritate magis quam consilio, & ut facilitate potius quam vi curationem adhibere videatur. Illa verò si tandiu morbum ferre possit, ut à Medico recte perspicere possit, curationem etiam bene feret. Sin verò interim dum morbus cognoscitur, à morbo euicta fuerit, vel quòd seriùs ad Medicum accesserit, vel ob morbi celeritatem æger peribit. Neque enim, qui ex æquo ad curationem procedit,

10 morbus celer existimandus est, sed qui præuertit. Præuertit autem tum ob corporum densitatem, in qua non conspicui morbi delitescunt, tum etiam propter ægrotantium negligentiam, qua curationem differunt, sed tum demum morbis correpti curationem expetunt. Quare artis facultatem admirari longè certè æquius est, si quem ex obscuro morbo laborantem restituerit, quam si, quæ fieri non possunt, aggressa fuerit. Neque verò in vlla quapiam arte iam inuenta tale quippiam inesse conspicitur, verùm ex his quæcunq; igne opus suum perficiunt, si eis desit, ab omni

20 opere feriantur. ubi verò eum contrectarunt, in opere continentur. Et quæcunque in facile emendabili materia opus suum exercent, ut in lignis quædam, aliæ in coriis, quædam etiam stylo, ære, ferro, atque id genus aliis quamplurimæ. Quæ tamen opera ex his & per has perficiuntur, quanquam facile emendari possunt, non tamen celeritatem magis ad opificium requirunt, quam ut ritè minimèque perfunctorie tractentur: sed si quod instrumentum defuerit, ab opere quiescunt: & quamvis illis mora sit ad emolumentum incommoda, ea tamen plurius æstimatur. At verò Medicina,

30 his quidem ex pure in thorace collecto, aliis verò ex hepate & renibus, aliis etiam ex omnibus, quæ ventre continentur laborantibus, cum ea intensè oculorum acie contueri nequeat, (quod certe omnes apertissimè vident) aliarum tamen facultatum subsidia adhibuit. Ex vocis namque claritate & tarditate, & destillationibus, quæ singulis, quæ exitus datur, defluere consueverunt, earumque partim quidem odoribus, partim coloribus, modò etiam tenuitate ac crassitudine diligenti trutina ponderatis, tum iam affectuum partium, tum verò ad affectum opportunarum signa colligit.

git. Vbi verò ista de se significationem præbuerint, neque ea sponte natura dimittit, necessarias vias quasdam inuenit, per quas vi impulsæ citra noxiam ea emittat, remissa verò & languida, artis peritis, quæ porro facienda sunt planè indicat. Ac partim quidem ignem in nobis connatum, cibi potusque acrimonia, vt pituitam diffundat cogit, partim verò spiritum ipsum, tanquam morbi delatorem, itinere & cursu per accliuia factò, morbum prodere cogit, quò conicclura colligatur, quid sibi in his visum fuerit, quæ vt conspicerentur fabricata est. Quinetiam sudores prius commemoratis ciendos esse, ex aquarum calidarum exhalationibus colligit. Quædam præterea per vesicam prodeuntia, euidentius morbum ostendunt, quam quæ per carnes exeunt. Huiusmodi igitur cibos & potus adinuenit, qui cùm calidis succis sint calidiores, eos & eliquant & fluxiles reddunt, qui nunquam effluerent, nisi hoc illis contingeret. Itaque alia ex aliis, & alta per alia, tum corpus peruadunt, tum morbum denunciant, vt proinde nemini mirum videri debeat, si ad eorum cognitionem longius tempus requiratur, eosque pauci aggrediantur, cùm per aliorum expositionem ad Medici curantis cognitionem narratione deuenierint. Quòd igitur ars Medica adhibendi remedij abundantem per se habeat rationum facultatem, quòdque meritò morbis, qui corrigi nequeunt, manus non admoueant, aut in iis aggrediendis inculpatam se exhibeat, tum præsens oratio manifestè indicat, tum viri huius artis periti, re ipsa lubentius quàm verbis demonstrant, qui non tam orationis dictioni student, quàm quòd vulgi fidem ex his, quæ vidit firmiorem, quàm ex his, quæ audierit, sibi comparaturos existimant.

Hippocratis de Prisca Medicina,
liber.

QVI de Medicina dicere aut scribere conantur, & suæ quæstionis genus calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, aut aliud quiduis proposuerunt, ii, dum rem breui contrahunt, & idem morborum & mortis in vniuersum causæ principium, vnum vel duo constituunt, in

multis quidem quæ dicunt, planè errasse arguuntur. At verò iustius artis nomine reprehendendi sunt, quæ re vera existit, quàmque omnes in rebus maximis adhibent, cuiusque peritos artifices summis honoribus dignantur. Sunt autem opifices, alij quidem mali, alij verò multum præstantes. Quod sanè minimè contingeret, si prorsus non existeret ars Medica, nihilque in ea vel observatione, vel inventione constaret, omnesque illius ex æquo inexperti & ignari essent, ægrotantiumque rebus fortuna præflect. Verum aliter se res habet, sed non secus ac in reliquis omnibus artibus, opifices longè inter se, tum manu, tum mente præstant, sicutiam in arte Medica. Quamobrem equidem ipsam non censeo in inani quæstione versari oportere, sicuti quæ sunt obscura & dubia, de quibus si quis dicere velit, eum rei de qua agitur accommodatam quæstionem proponere necesse est. Velut si quis de rebus sublimibus aut sub terra positis disserat, aut earum naturam se nosse profiteatur, ea vera sint necne, neque iis, qui disserunt, neque iis, qui audiunt, satis fuerit manifestum. Neque enim datur ad quod quis veri cognitionem referat. At verò in

20 Medicina iam pridem omnia subsistunt, in eaque principium & via inuenta est, per quam præclara multa longo temporis spatio sunt inuenta, & reliqua deinceps inueniuntur, si quis probè comparatus fuerit, ut ex inuentorum cognitione ad ipsorum inuestigationem feratur. Qui verò his omnibus reiectis ac repudiatis, aliam inuentionis viam aut modum aggreditur, & aliquid se inuenisse iactitat, is cum fallitur, tum alios fallit. Neque enim istud vilo pacto fieri potest. Quas autem ob causas istud fieri nequeat, post-

30 ea ostendam, ubi artem esse dixerò ac docuero. Ex quo etiam manifestum fiet, nihil omnino alia ratione inueniri posse. Ac mihi quidem maximè videtur, qui de hac arte disferere instituit, quæ plebeiis nota sunt dicere debere, cum de nullo alio vel quærere, vel dicere conueniat, quàm de morbis quibus ii ipsi tentantur. Cum igitur rudes sint, neque morbos quibus ægrotant nosse, neque quomodo oriuntur, aut desinant, neque quas ob causas incrementum, aut minuantur, iis est facile; ab alio verò inuentos & expositos, proclue, cum nil aliud quisque recorderetur, quàm quæ

sibi

sibi contigisse audit. Quod si quis popularium sententiam non assequitur, nec se audientibus conciliat, is quod verè existit non assequetur, & neque propterea vlla proposita materia indiget. Principio sanè neque inuenta fuisset, neque inuestigata ars Medica, neque enim ea ægrotis opus esset, si eadem victus ratio is offerretur, qua qui valent, vtuntur, quinetiam alia victus ratio contulisset, nisi essent istis alia meliora. At nunc necessitate homines coacti, artem Medicam inuenerunt & inuestigarunt, quod ægrotis oblata bene valentium victus ratio nihil contulerit, vt ne nunc quidem confert. Ad hæc superioribus equidem seculis, neminem istam bene valentium victus rationem & alimoniam, qua nunc vtuntur, inuenturum fuisse existimo, si idem cibus & potus homini, boui & equo, & ceteris præter hominem animantibus satis fuisset, ea nempe, quæ ex terra oriuntur, fructus, herbarum & fœnum, quibus nutriuntur & augentur, & sana degunt, nullo alio victu indigentia. Quamquam equidem per initia hominum eodem alimento vsum esse existimo. At cibaria, quibus nunc vtuntur, non nisi arte inuenta & excogitata, longoque temporis intervallo in vsum deducta mihi videntur, cum nimirum ex robusto & firmo victu, intemperatis & nimium valentibus ingestis cibariis, in multos & graues morbos homines inciderent, in quos etiam hoc tempore, si iisdem vterentur, incurrerent, ex quibus grauibz doloribus & morbis correpti, breui vitam cum morte commutarent. Etsi verò est simile his malis minus confictatos fuisse propter consuetudinem, quamuis tunc quidem grauiter laborant, & plurimos quidem imbecilliore natura prædicos, interiisse, eos verò qui viribus præstarent, diutius existisse: non secus ac hoc tempore, quidam ex valentibus cibariis faciliè, alij non nisi cum multis doloribus & molestiis vindicantur. Eaque sanè necessitate mihi adducti illi videntur consentaneum naturæ alimentum inuestigasse, & id quo nunc vitimur inuenisse. Triticum igitur macerantes, & omnino pincentes, molis frangentes, subigentes, & assantes, panem confecerunt. Ex hordeo verò mazam, & plurima alia magna circa eam adhibita opera coxerunt, assarunt, miscuerunt, valentiaque & intemperata cum imbecilibz temperantes, omnia pro

hominis natura & viribus composuere, rati cibos valentiores ingestos, quod à natura superari non possent, dolores, morbos, & mortem asserere, eos verò quia à natura superarentur, alimentum, incrementum & sanitatem prestare. Huic autem inuento quoddam iustius aut convenientius quàm Medicinæ nomen imponi queat? quandoquidem ad hominis sanitatem, nutritionem & salutem inuentum est, quod in illius victus rationis vicem succederet, ex qua dolores & morbi nascuntur. Quòd si quis hanc ipsam artem
 10 esse non existimet, non absurdè prorsus sentiat. Cuius enim artis propter usum & necessitatē nemo rudis est, sed omnes periti, illius artificem aliquem vocari fas non est. Quantum inuentum hoc longè præstans est, & multa arte ac observatione constat. Quinetiam in hodiernum usq; diem, qui rei gymnasticæ & viribus reficiendis præsumunt, eadem via inuestigando semper aliquid inveniunt, quo quis pro cibo & potu usus, reliquis in certamine longè superior & seipso robustior euadat. Medicinā igitur, quam omnes ægrorum causa inuentam esse fatentur, in considerationem ad-
 20 hibeamus, nam & nomen & artifices habeat, ipsiq; superiores esse velit, & videntem originem traxerit. Ac ita quidem opinione (quod supra dixi) nemo ad Medicinam inuestigandam animum applicaturus fuisset, si eadem victus ratio & ægris & sanis accommodata esset. Quare etiam in hunc usq; diem barbari & Græcis finitimi, apud quos nullus est Medicinæ locus, eadem victus ratione, qua sani ad voluptatem vtuntur, neque eo quod expetant, abstinent, neque sibi temperant. At verò qui Medicinam perferutando inueni-
 30 rent, eandem quam qui à me superiore oratione dicti sunt sententiam secuti, primùm quidem (vt sentio) de suis cibis copiam detraxerunt, deinde pro multis paucos sumserunt. Quod cum ægrotantibus quibusdam satis esset, palamque prodesse non tamen omnibus constaret, verùm quòd erant quidam ita affecti, vt ne paucos quidem cibos conficere possent, quibus sanè imbecilliore quodam cibo opus esset, sorbitiones inuenerunt, valentes cibos paucos multa aqua diluentes, eorūque vim temperatione & coctione detrahentes. Quòd, si qui neque sorbitiones superare possent, iis etiam detractis, potiones substituerunt, obseruantes vt
 & vsu

& vsu & neque
 mis aut
 bitione
 sunt, &
 quod a
 corpus
 ita affe
 uis mo
 lædunt
 causam
 ctus re
 ueniat
 si verò
 omnes
 & euid
 Quam
 Medic
 ctus ra
 omnib
 illius a
 raunt?
 modo
 & à na
 comm
 quiuis
 detrah
 nis? ni
 stat, &
 prius f
 adhibe
 bene v
 est & c
 magis
 neque
 leui, se
 nem, a
 iuuat,
 cius, qu

& vlu & copia moderatæ essent, neque iusto copiosiores, neque metaciores, neque pauciores exhiberentur. Imprimis autem animaduertere oportet, quibus in morbis sorbitiones minimè conueniunt, sed continuo vbi assumptæ sunt, febres ac dolores exacerbari, ex quo efficitur, vt quod assumptum est, morbum quidem foueat & augeat, corpus verò imminuat, & imbecillius reddat. At verò, qui ita affecti cibum siccum, aut mazam, aut panem quantamuis modicum assument, ij decuplo magis atq; manifestius læduntur, quàm si sorbitione vtantur, neque aliam ob causam, quàm quòd cibus viribus sit valentior quàm affectus requirat, tum quòd cui sorbere, ei edere minimè conueniat. Quò nanque plura comederit, eò peius afficietur, si verò pauca, etiam dolebit. Atque ad id sanè referuntur omnes doloris causæ, quòd valentissima edulia maximè & euidentissimè homini tam sano quàm aegro sunt noxia. Quàmnam igitur aliam habuisse mentem videtur, is qui Medicus, & omnium confessione artifex vocatur, cum victus rationem, qua ægri vtuntur, inuenit, aut qui ab initio omnibus mortalibus victum illum quo nunc vtimur, loco illius agrestis ac ferinæ victus rationis adinuenit & apparuit? mihi equidem eadem esse ratio, & vno eodemque modo excogitata videtur. Hic enim ea quæ occurrerent, & à natura humana bene valente propter feritatem & incommodationem superari non poterant, ille verò quæ quiuus quomodolibet affectus minimè superare poterat, detrahare studuit. At quid inter hoc & illud est discriminis? nisi quòd hoc multiplici & vario magis genere constat, & plus habet negocij, originem autem præbuit quod prius fuit institutum. Quòd si quis in considerationem adhibeat, atque inter se conferat, tum ægrotantium, tum bene valentium victus rationem, is eam quæ ferarum est & cæterarum animantium, illa quæ ægrorum est, magis noxiam inueniet. Si quis enim morbo tentetur neque omnino difficili & intolerabili, neque prorsus leui, sed quem neque qui peccat sit cogniturus, si panem, aut carnem, aut aliud quiddam eorum quod sanos iuuat, comedat, non multum quidem, sed longè parcius, quàm sanus poterat: contrà verò aliquis sanus natura

non omnino imbecilla, neq; rursus robusta, aliquid eorum
 quæ boui aut equo prosunt, comedat, nempe eruum, aut
 hordeum, aut aliud quidpiam eiusmodi, non multum qui-
 dem. sed multo minus quam ferre possit: quamuis id sanus
 fecerit, non minus utique grauabitur aut periclitabitur,
 quam qui ægrotus panem aut mazam intempestiue assum-
 sit. Ex quibus omnibus colligitur, artem Medicam via qua-
 dam inuestigatam & inuentam esse. Quod si re vera, quem-
 admodum existimant, quæ quidem sunt valentiora læde-
 10 rent, quæ verò imbecilliora, tum ægros, tum sanos iuuarent
 & nutrent, res facili negotio conficeretur. Longè enim
 tutius ageretur, si res ad imbecillimum deducatur. At nunc
 non leuius peccatur, neq; minus læditur si quis pauciora &
 infra modum assumat. Fames enim plurimum potest in ho-
 minum natura, tum ad sanitatem & imbecillitatem, tum ad
 mortem inferendam. Multa verò alia mala & varia quidem
 ex plenitudine oriuntur, neq; verò minus graua ex inani-
 tione, vt proinde in his maxima insit varietas, & magna di-
 ligentia requiratur. Modum enim quadam coniectura col-
 20 ligare oportet. Modum autem, neq; pondus, neq; vllum ali-
 um numerum, ad quem ista referas, vt exactè cognoscas, nō
 vllum alium inuenias, quam corporis sensum. Quocirca
 istud adeo exactè cognoscere, vt leuiter in vtramq; partem
 pecces, operosa res est. Quanquam equidem vehementer
 hunc Medicum laudari, qui parum peccet. At exacta cer-
 titudo rarò cernitur. Quare Medicorum pleriq; malorum
 nauium gubernatorum mihi simillimi videntur, qui si tran-
 quillo mari nauem regunt, nemo eos peccare deprehendat.
 Quod si eos vehemens ventus aut tempestas oppresserit,
 30 iam omnibus manifestè constat eorum imperitia & culpa
 nauem fuisse perditam. Ad hunc sanè modum improbi ple-
 rique Medici, dum leuiter affectos curant, in quibus vel
 grauissimi errores commissi, nihil periculi admittunt
 (cùm multi huiusmodi morbi ac longè frequentius quam
 grauiores, hominibus contingant) in iis quidem si delin-
 quant, plebeios lætent: vbi verò in magnum & vehemen-
 tem, ac periculosum morbum inciderint, tum ipsorum
 ars & errores omnibus sunt conspicui. Horum enim cuius-
 que vindices pœnæ præsto sunt, neq; in longum differuntur.
 Quod

Quòd autem non minores affectus ex intempestiva vacuatione quàm repletione homini contingant, ex bene valentibus probè cognoscas. Quibusdam enim semel tantum cibum sumere confert, idq; quòd conferat sibi constituerunt. Quidam etiam prandere ob eandem causam, quòd iis conferat, coguntur. Quod non iis contingit, qui propter voluptatem aut alium quemvis casum, horum alterutrum facere student. Plurisq; enim nihil refert vtrumlibet secuti, vel semel tantum cibum capere, vel prandere etiam assuescant. Quidam verò si quid incommodè fecerint, non facilè degunt, verum eorum vtrisq; die altero vix nec temerè exacto, supra modum grauis oritur affectio. Si enim pransi fuerint, quibus prandere non conducit, ij continuo graues totoque corpore & mente sègnes euadunt; cum oscitatione, somnolentia, multaque siti. Quòd si insuper etiam cœnauerint, & flatus & tormina excitantur, & venter erumpit. Ac multis magni morbi origo fuit, si cibos quos semel assumere consueuerant, bis assumsissent, nec quicquam amplius. Ad hæc si quis prandere consueuerit, atque cui prandere conducit, non prandeat, procius vbi tempus præterit, statim grauis impotentia exoritur, tremor, & animi defectio, ad hæc oculi pallidiores fiunt, vrina crassa & calida redditur, os amarulentum euadit, viscera ei pendere videntur, tenebrosa vertigine corripitur, vehementer irascitur & mœret. Ista verò omnia cœnare volenti contingunt, neque cibos quos priore cœna assumsit, qui prandere consuevit, conficere potest, sed cum torminibus & strepitu descendunt, & aluum concludunt, ipsi verò noctem inquietam agunt, & in somnis perturbatis ac tumultuosis vexantur, quod plerisque etiam morbi initium extitit: Quæ quas ob causas his accidunt, consideranda sunt. Nempe quòd is opinor, qui semel tantum cibum assumere consuevit, non expectauerit idoneum tempus, dum venter hesternoscibos planè confecerit, superauerit, emollitus fuerit, ac conquieuerit, sed in ipsum feruentem & fermentatum recentes ingesserit. At huiusmodi ventres multò tardius concoquunt, maioreq; ocio & quiete opus habet. Qui verò prandere consuevit, quoniam, vbi quamprimum alimento corpus indiguit, prioribus cibis consumptis, nec habuit am-

plius quo frueretur, non statim ipsi nouum alimentum ad-
fuit, ideoq; fame imminuitur & contabescit. Quæcunque
enim eiusmodi hominibus accidunt, ad famem referenda
censeo. Quinetiam iis omnib. qui duos aut tres dies sine ci-
bo transferint, eadem contingere dico, quæ de his, qui mi-
nimè prandent, diximus. Ac eiusmodi naturas, quæ celeri-
ter ac vehementer suorum delictorum incommoda perci-
piunt, equidem reliquis imbecilliores esse censeo. Qui verò
imbecillus est, proxime ad eum, qui ægrotat, accedit, estq;
imbecillior qui ægrotat, multoq; grauius afficitur, si quid
intempestiue fecerit. Cum autem eiusmodi exacta diligen-
tia in arte Medica adhibenda sit, quod est certissimū semper
assequi difficile est. Multa tamen in re Medica, tã exactam
diligentiam obtinent, de quibus dicitur. Neq; sane priscam
artem Medicam ideo quòd omnium exactam diligentiam
non habeat, quasi ars nulla sit, aut non recte inuestigata,
reiciendam censeo: verum cum prope ad veritatem accede-
re liceat, simulq; eò ratiocinando peruenire, multo magis
admiranda veniunt, quæ sunt ex magna ignoratione eruta,
velut probè & rectè, non autem fortuito inuenta. At verò
nunc ad eos, qui noua quadam ratione artem ex propofita
materia inuestigant, nostra reuertatur oratio. Siquidem est
calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum quod ho-
minem lædit, & eum, qui rectè mederi volet, oportet calido
per frigidum, frigido per calidum, sicco per humidum
& humido per siccum opitulari. Exhibeatur mihi aliquis
natura non admodum robusta, sed imbecilliore, qui tri-
ticum crudum, & inelaboratum edat, quale ex area sustu-
lit, & carnes crudas, & aquam bibat. Ex qua victus ratione
non dubium est quin multa & graua sit perpessurus. Nã &
doloribus confictabitur, & imbecillo erit corpore, & ven-
tricus corrumperetur, neq; diu vitam tolerare poterit. Quod-
nam igitur ita affe-cto præsidium cõparandum? calidum ne,
an frigidū, an siccum, an humidum? si quidem horū quodq;
simplex est. Namq; si quod lædit ab his ipsis est diuersum,
contrario dissoluere conuenit, velut ipsi fatentur. Est enim
certissima & euidentissima medela, subtilis quib. vtebatur
cibis, pro tritico panem exhibere, & pro crudis carnibus,
coctas, & insuper vinum propinare. Neq; fieri potest quin
his

his commutatis conualeſcat, niſi diuturniore iſta victus ratione priuſus fuerit corruptus. Quid ergo dicemus? Nū ei à frigido malè affecto, calida hæc exhibita profuerunt, an contraria? Equidem quid ad interrogata reſpōdere debeat, multum dubitaturum exiſtimo. Qui enim panem ex tritico apparat, calidum, aut frigidum, aut ſiccū, aut humidum tollit. Quod nanq; in ignem & aquam mittatur, multisque aliis modis conſectus ſit, quorum ſingula propriam facultatem & naturam obtinent, eorū quidem quæ natura exiſtunt quædam reiiciuntur, aliis verò temperantur & cōmiſcentur. Nam & hoc ſanè noui plurimum referre, vt aturne quis pane puro, aut non puro, aut ex tritico cortice non repurgato, an purgato, an copioſa aqua ſubacto, aut nullo modo ſubacto, an excocto, aut crudiore, aliisq; præterea innumeris. Similiter quoq; de maza. Quorū cuiuſq; magnæ ſunt facultates, ac nihil inter ſe ſimiles. At qui hæc ſubducta ſecum ratione non reputat, quoniam modo is affectum vltimum, quo quis detinetur, cognoscere poterit? Cum ab eorū quoque hoc vel illo modo afficiatur & immutetur, atq; ex his & bene valentium omnium, & ex morbo conualeſcentium, & ægrotorum vita cōſtet. Ex quo ſanè efficitur, vt nihil neque ad cognitionem vtilius, neq; magis neceſſarium exiſtat. Vt rectè cōuenienterq; ratiocinando inueſtigaffe mihi videatur, & ad hominū naturam accommodatè primi iſta inueniſſe, artēque dignam iudicaſſe quæ ad Deum authorem ex maiorū inſtitutis referretur. Nam neq; ſiccō, neq; humido, neq; calido, neq; frigido, neq; horum quoquam hominem lædi exiſtimauerūt, neq; horū aliquo ei opus eſſe. Sed quod in vnoquoque potentiſſus eſſet, & ſupra naturam humanam adeo vt ab ea ſuperari non poſſet, id lædere cenſuerunt, & tollere conati ſunt. Eſt autem valentiſſimum inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariffimum, inter acida acidiffimum, & quod in re quaque ſummum eſt. Hæc enim in homine inſe, eiq; nocere videbant. In homine nanque inſe, & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & inſipidum, aliaque ſexcenta, quæ pro copia & viribus, varias habent facultates. Et hæc quidem mixtione & mutua inter ſe cōtemperatione, neque cernuntur, neque quenquam moleſtia afficiunt. At vbi horum quidpiā ſecretum fuerit, &

per se extiterit, tunc & conspicuum fit, & hominem molestia afficit. Quinetiam ex cibariis, quæ minimè nobis conueniunt, quæque in corpus ingesta homini sunt noxia, eorum quodque aut amarum est, & minimè temperatum, aut falsum, aut acidum, aut alio quodam modo intemperatum, & vehemens, ideoque perturbationem in corpore efficiunt, non secus ac ea, quæ ex corpore excernuntur. At edulia, quæ homo nunc edit aut bibit, ea huius intemperati & præstantis succi minimam partem habere constat, panem dico & mazam, atque his finitima, quibus homines copiosè & semper vii consuevere, præter ea, quæ ad voluptatem & satietatem condiuntur, & apparantur. Ex quibus quamuis magnâ copiâ ingerantur, turbatio & facultatum corporis secretio minimè contingit, sed robur, incrementum, & alimentum, idque nullam aliam ob causam, quàm quòd probè contemperata, nihil habet intemperati neque vehementis, sed omnia vnum sunt, & simplex, & validum. Neque verò mihi satis compertum est, qui hac oratione vtuntur, & artem Medicam ab ista via ad materiam propositam abducunt, quoniam tandem modo homines ex materia proposita curaturi sint. Neque enim (opinor) ipsis est inuentum quidnam sit per se calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, ac nullius alterius particeps. Verùm vt sentio, iidem apud illos potus & cibi existunt, & ij quibus omnes vtimur, sed huic calidi, illi frigidi, huic sicci, illi humidi nomen apponunt. Quandoquidem illud dubitationem habet, si Medicus utaliquid calidum ægro offeratur imperet, cum si protinus quærat quodnam illud sit, vel nugari cogatur, vel ad horum aliquid confugere. Quòd si sit calidum quoddam acerbum, aliud verò calidum insipidum, aliud quoque calidum turbulentum in corpore motionem excitans (sunt enim & alia calida, quæ contrarias inter se facultates habet) quodnam eorum offerri debeat, anne calidum & acerbum, vel calidum & insipidum, an frigidum simul & acerbum (tale nanque quoddam est) an frigidum & insipidum? Nanque equidem noui planè contrarium in eorum quoque euenire, neque in homine solum, verum etiam in corio & ligno cæterisque plerisque homine longè hebetiorem sensum habentibus. Neque enim calidum est, quod magnam

magnam vim habet, verum acerbum & insipidum, ceteraque de quibus dixi, tum in homine, tum extra hominem, in iis, quae eduntur aut bibuntur, vel foris illiuntur, vel quaeunque forma corpori admoventur. Frigidum quidem & calidum inter omnes facultates, minimum in corpore posse has ob causas existimo. Quandiu enim calidum & frigidum inter se permixta fuerint, molestia neuti-quā afficiunt. Cōtemperationem enim & commodationem habet frigidum à calido, & calidum à frigido. At ubi alterum ab altero se iunctum fuerit, tunc offendit. Quo itaque tempore frigus innascitur & hominem affligit, primum ex eo ipso calidum indidem ex homine praesto est, sine vilo praesidio atque apparatu, idque tum in sanis, tum in aegrotantibus efficit. Quod si quis sanus hyeme siue lotione frigida, siue quouis alio modo corpus refrigerare volet, quò plus id fecerit, si planè corpus non congelarit, is ubi vestimenta sumserit, & sub tectum se receperit, eò magis & vehementius corpore incalescet. At verò si multum cale fieri, vel balneo calido, vel copioso igne cupiat, moxque cum eadem veste, eodem loco quo quis perfrigeratus fuerat, commorari, is multò frigidior, atque alias magis inhorrescere conspicietur. Aut qui in magno aestu ventulo per flabellum excitato, hoc modo sibi frigus conciliare parat, is decuplo maiorem ardorem & aestum sentiet, quàm qui horum nihil fecerit. Atque istis sanè sunt multò maiora, quae qui per niues, aut alia frigora itinere facto, supra modum pedibus, vel manibus, vel capite perfrigerati, noctu patiuntur, cum vestibus contacti, & loco calido se continentes, pruritu & ardore diuexantur, quibusdam etiam pustulae velut igne ambustis attolluntur, neque id iis sine caloris sensu accidit. Tam facile eorum alteri alterum succedit. Quibus & sexcenta alia adicere possem, verum quae circa aegrotos accidunt, spectemus. An non quibus rigor exoritur, iis acutissima febris instar flammæ emicat? Et quae non adeò vehementer affligit, sed intra breue tempus quiescit, & alioqui ferè innoxia, quaeque quandiu adfuerit, calore totum corpus pervadit, ea maximè in pedes definit, in quib⁹ rigor & frigus vehementissimum diutissimè perdurarunt. Rursus ubi sudor eruperit, & febris decesserit, multò vehementius perfrigescit,

quàm si per initia non prehendiſſet. Ab eòne igitur, quid
magnum aut graue expectes, aut cuiusſam magni præſidij
indigeat, cui contrarium tam citò ſuccedit, quod eius vires
ſponte auferit? At obiciat aliquis febre ardente, aut pulmo-
num inflammatione, vel aliis vehementib. morbis deran-
tos, qui neque calore citò liberantur, neq; frigori calor ſuc-
cedit. Iſtud verò mihi magno argumento eſſe videtur, quòd
neq; calidum ſimpliciter febricitantium, neq; ipſum ſolum
affectionis cauſa ſit, ſed eſt & amarum & calidum idem, &
calidum & acutum, & ſaliſum & calidum, aliàq; innumera, 10
ac rursus frigidum aliis facultatibus coniunctum. Hæc ſunt
igitur, à quibus noxa prouenit, ſed & calidum adiunctū eſt,
robur ac veluti principatum habens, q; incitat, & vnà cum
eo, cui coniunctum eſt, auget, nullam tamen peculiarem
vim, quàm conueniat, maiorem obtinet. Atq; iſta ad hunc
modum ſe habent. Ad hæc verò accedunt indicia imprimis
quidem maniſeſtiſſima, quorum iam pridem omnes ſæpiùs
vſum accepimus, & in dies periclitationem percipimus. Si-
quidem vbi nobis grauedo exoritur, & ex naribus humor
effluit, qui priore, & eo, qui quotidie per nares fertur, cum
longè ſit acrior, naſum non modò in tumorem attollit, & 20
calentem ſummèq; feruentem exurit. Quòd ſi longiore tē-
pore perſeuerauerit, & manum admoueas, etiam locus ex-
ulceratur minimè carnoſus & durus. At verò narium ar-
dor tū ſedatur, non cum fluxio ſit, & inflammatio adeſt, ſed
cum humor craſſior, & minùs acris extiterit, ac concoctus,
eiq; qui priùs aderat, magis permixtus. Quibuſdā verò ex
ſola frigidityte, & nulli' alteri' acceſſione, hic aff. Et' planè
excitatur. Qui omnes liberàtur, ſi ex frigore quidē percale-
ſcāt, ex ardore verò perfrigeſcant, quæ celeriter contingūt,
& nullius concoctionis indigent. Reliqua autē omnia, quæ 30
ex humorum acrimonia & incōmoderatione oriri aſſero,
eodē modo ſedantur, cōmoderata & concocta. At fluxio-
nes in oculis irruentes ex vehementi & cuiuſvis humorum
acrimonia, palpebras quidem exulcerant, & quibuſdam ge-
nas, ſubiectasq; oculis partes, ad quas confluxerint, erodūt,
tunicam etiam pupillam ambientem rumpunt & exedunt.
Dolor autem & ardor ſummàq; inflāmatio tandiu detinet,
quā fluxio concocta fuerit, & craſſior eualeſcit, lemàq; ab iis
reddita.

reddita fuerint. Concoquitur verò ubi mutua fuerit permixtio, contemperatio & cum aliis coctio. Quin etiam quæ in fauces feruntur, ex quibus raucedines oriuntur angine, erysipelata, & pulmonū inflammationes, hæc omnia primum quidē salsa, humida & acria demittunt, & in his morbi confirmantur. At verò ubi crassiora & magis cocta fuerint, omnemq; acrimoniam deposuerint, tum iā & febres, & quæ molestia afficiebant, desinunt. Eas verò rei cuiusq; causas existimare oportet, quæ quidē cum adsunt, hoc modo provenire necesse est, & quibus in aliud temperamentū commutatis, cessare. Quando igitur ab ipsa pauca caliditate & frigiditate, nulliusq; alterius facultatis particeps, hæc contigerint, hæc ratinē cessabunt, si ex frigido in calidum, & ex calido in frigidum commutata fuerint. Commutatur verò ad eum, quem dixi modum. Præter hæc quæcunq; hominē malè afficiunt, ea omnia ex facultatibus oriuntur. Veluti quidem, si amarus humor aliquis, quem bilē flauam nuncupare solemus, effusus fuerit, quænam anxietates, æstus & impotentia detraherent? Quib. interdum liberati vel spontanea purgatione, vel medicamento, si quid horum tempestivè contingat, doloribus planè & calore defunguntur. At quādiu ista sublata, incocta & minimè contemperata fuerint, nulla arte neq; dolores neq; febres finientur. Et quib. quidam acuti, acres & æruginosi humores instant, quidam furiores, & viscerū ac thoracis lincinationes, animiq; abiectio inde oriūtur? Neq; prius hæc quiescunt, quam curiati, deiecti, & aliis permixti fuerint. Multis autem variisq; modis, concoqui, permurari, tenuari, & in humorum naturā crassescere possunt. Ideoq; in istis, & iudicationes, & temporum numeri, magnum pondus habere mihi videtur. At nihil istorum sine calido aut frigido contingere solet, cum neq; putrescere, neq; incrassari possit. Quid verò hoc ipsum esse dicemus? Nempe eorum contemperacionem esse, verum ea cum mutuo inter se fiat, tum vim habere. Quandoquidem calidum nullius alterius permixtione, quàm frigidi calidum esse desinet, neque contrā frigidum, quàm calidi. At reliqua omnia, quæ in homine insunt, quò pluribus permiscuntur, eò mitiora & meliora evadunt. Isque tum demum optimè affectus est, ubi concoquit, & quietè agit,

nihilque in eo existit, quod propria facultate præpolleat,
 Ac de his quidem abunde mihi dixisse videor. At verò Me-
 dici quidam & sophistæ fieri non posse dicunt, vt quis ar-
 tem Medicam cognoscat, nisi idem nouerit quid sit homo,
& quænam eius prima generatio & compositio. Equidem
 quæ ab his de natura vel dicta vel scripta sunt, non tam ad
 artem Medicam, quàm ad pictoriam spectare existimo. At
 manifestam naturæ cognitionem non aliunde quam ex ar-
 te Medica haberi censeo, quam is facile percipiet, qui vni-
 uersam artem Medicam probè complexus fuerit. Quo qui-
 dem plerique mihi peruenisse videntur, & istorum nouitiam
 habuisse, vt quid sit homo, quænam eius ortus causæ, reli-
 quaque; ceterè cognoscerent. Quandoquidem naturæ cogni-
 tio mihi Medico esse necessaria videtur, isque omni studio
 contendere debet (si modò quid rectè præstare vult) vt in-
 telligat, quonam modo quis ad ea, quæ comeduntur & bi-
 buntur se habeat, & quidnam cuique; ex singulis eueniat, neque
 simpliciter tantùm existimet casum malum esse edulium,
 quòd qui se eo ingurgitat, dolorè sentiat, sed noscat quem-
 nam dolorè & qualem ob causas inferat, & cuiam eius
 usus minimè sit accommodatus. Cùm enim alij plerique
 sint, tum cibi, tum potus, natura praua, non tamen eodem
 modo hominem afficiunt. Quod ita se habere hac oratione
 veluti exemplo confirmo. Vinum merum copiosius epo-
 tum hominem quadam imbecillitate afficit, idque qui vi-
 dent, omnes nouerunt eas esse vini vires, & in ipsum noxiam
 referunt, sed & qualnam hominis partes præcipuè afficiat,
 nouimus. Quod & in reliquis ita planè constat. Casus si-
 quidem (quoniam hoc in medium protulimus) non omni-
 bus est noxius, sed sunt nonnulli, qui vbi eo se expleuerint,
 ne tantillum quidè offenduntur, quinetiam gracilibus mi-
 rum in modum conferre perhibetur, quidam etiam non nisi
 cum molestia degunt. Horum autem naturæ hac ratione in-
 ter se differunt. Quod in corpore casco est inimicum, ab eo
 excitatur & commouetur, in quibus eiusmodi humor plu-
 rimus in corpore redundat, quòque maiorem dominatum
 in corpore habuerit, eò grauius affici æquum est. Quod si
vniverse hominum naturæ infestus esset, omnibus utique
noceret. Quæ si quis nouerit, nullo modo ab eis offendatur.

In iis

In iis verò, qui ex morbis conualescunt, ac præterea longis morbis conflantur, multi velut instructa acie conflictus fiunt, partim sponte, partim ex iis, quæ sine delectu offeruntur. Plerosque autem Medicos noui, qui non secus ac idiotæ, si quid forte eadem die innouassent, lauando videlicet, aut deambulando, vel alienum aliquè cibum edendo, quæ omnia etsi adhibuisse quam omisisse præstiterat, nihilominus tamen in eorum aliquod causam reiecerunt, cum quidem causam non agnoscerent, & id fortasse quod forte maximè erat commodum prorsus extinguerent. Quod certe minimè facere conuenit, sed nouisse oportet quid balnei vsus intempestiuus efficiat, quid item defatigatio. Neque enim ista eodem modo malè afficiunt, neque quicquam aliud, vt neque repletio. neque hic vel ille cibus. Qui igitur hæc singula quemadmodum se ad hominem habeant, ignorat, is neque, quæ ab iis proueniunt, cognoscet, neque iis rectè uti poterit. At verò mihi etiam cognoscendæ affectiones videntur, quæ homini tum à facultatibus, tum à figuris proueniunt. Facultatem quidem intelligo, extremas humorum qualitates & vires nosse; figuras verò, ea quæ in homine insunt. Quædam enim caua sunt, & ex latitudine in angustum coacta, quædam etiam expansa, alia solida & rotunda, alia lata & pendentia, alia distenta, alia longa, alia densa, alia rara & florida, alia verò spongiosa & laxa. Videndum certè quodnam ex his humorem ex reliquo corpore ad se attrahat & pelliciat, num quæ caua & expansa, an solida & rotunda, an quæ caua & ex latitudine in angustum contracta sunt, id maximè efficere possint. Ac mea quidem sententia, quæ ex cauo & lato in angustum contracta sunt.

ista verò ex rebus externis manifestè percipere licet. Veluti quidem si ore hiantes fueris, nullum humorem attraxeris, ubi verò protensis labris constrinxeris ac compresseris, præterea quæ fistulam admoueris, quicquid libuerit, attrahes. Hoc verò quæ admoventur cucurbitulæ ex latitudine in angustum contractæ declarant, quæ cum in vsum fabricatæ sunt, vt ex carne trahant & auellant, alia quæ id genus permulta. Est autem earum, quæ intra hominem sunt, partium natura & figura eiusmodi, vesicæ, capitis, & vteri in mulieribus, earumque maximè attrahere, & semper attracto humore

refertur conspiciuntur. Quæ verò caua sunt & expansa, ea affluentem quidem humorem omnium maximè recipiunt. Verùm non perinde attrahunt. At solida & rotunda neque attrahunt, neque affluentem humorem recipiunt, qui certè circum elabitur, cum sedem in qua permaneat, non habeat. Spongiosa autem & rara, velut lien, pulmo & mammae, prope ad mora maximè exugunt, eaq; præcipuè accedente humore indurefcunt & augeantur. Neque enim, si in ventriculo humor insit, cumq; foris contineat, & singulis diebus euacuetur, verùm cum, cum in seipso receperit, cumq; vacua 10 & rara, ac parua penitus imbiberint, pro raro & molli durus & densus euadit, neque concoquit, neque emittit. Istaq; illi ex figuræ natura contingunt. Quæ verò flatus eorumq; conuolutiones in corpore efficiunt, ea in cavitatibus ac laxioribus spaciis, velut ventre & thorace, strepitum & sonitum excitare æquum est. Cùm enim non sic impleant, vt consistant, sed mutationes & motiones habeant, ab ipsis strepitum & euidentes motiones fieri necesse est. Quæ verò tum carnosa, tum mollia, in iis stupores & repletiones quales iugularis fiunt. Quòd si in larum & renitens incurrat, ei- 10 que aliquid resistat, quod natura neq; sit adeò robustum, vt vim eius sustinere, neque ab eo malè affici queat, neque ita molle & rarum, vt in se recipiat & cedat. sed tenerum, floridum, sanguine præditum, & densum velut hepar, ob densitatem quidem & latitudinem renititur, neq; cedit, flatus verò subies increfcit, robustior efficitur, & impetu in id, quod oblectatur, fertur; verùm quia tenerum & sanguine præditum, doloris expers esse non potest. Easq; ob causas tum grauissimi creberrimiq; dolores eo in loco excitantur, tum suppurationes & tubercula quam plurima. Quæ etiam cir- 30 ca septum transuersum, sed longè minore vi contingunt. Septi enim transuersi natura in latum protensa & renitens, cumq; sit neruosiior & robustior, ideo doloribus minùs opportuna. In his tamen & dolores & tubercula exoriuntur. Permultæ præterea tum intra, tum extra corpus existunt figurarum formæ, quæ pro affectuum ratione magnopere differunt, tam in ægris, quàm in bene valentibus, velut capita parua aut magna, ceruices graciles aut crassæ, longæ aut breues, ventres longi aut rotundi, thoracis & co-
starum

starum latitudo aut angustia, atq; alia sexcenta, quorum omnium differentias nouisse oportet, quò cognita cuiusque causa, eas rectè obseruare possis. De humorum autem facultatibus, quemadmodum etiam antea dictum est, quid eorum quisque in homine efficere possit, considerandum, quasq; inter se cognationes habeant. Quod est, si dulcis humor in aliam formam mutetur, non per alterius contemperationem, sed ab aliis separatus qualis nam plurimum futurus sit, amarus, an salus, an acerbus, an acidus.

10 Certè omnium humorum, qui assumuntur, acidus minimè accommodatus fuerit, siquidem dulcis omnium maximè accommodatus existit. Ad hunc modum si quis rerum eternarum naturam inuestigando assequi possit, is semper ex omnibus quod melius est facile eliget. Optimum verò id est, quod longissimè abest ab eo, quod humanæ naturæ minime est accommodatum.

Hippocratis de Medico, liber.

10 **H**oc scripto Medico imperamus & dicimus quomodo officinam Medicinam instruere debeat. Ad eius quidem auctoritatem mihi pertinere videtur, ut perspiciat, quoad eius natura feret, bene colorato & optimè habito sit corpore. Qui enim bona non sunt corporis habitudine, vulgò existimantur cæterorum curam non rectè habere posse. Deinde eius cultus mundus esto, vestis sit decora, & vnguentis vtatur beneolentibus, citra omnem odoris suspensionem. Istud enim iucundum esse ægrotantibus solet. Eum quoq; spectare oportet, ut animi temperantiam excolat, non taciturnitate solum, verum etiam reliqua totius vitæ moderati-

30 one. Quod ad illi comparandam gloriam plurimum adfert adiumenti. Bonis etiam ac honestis sit moribus, vnaq; grauitatem cum humanitate coniunctam habeat. Temeraria nanq; prociuitas & promittudo, quâuis valde sit vilis, de-
spectui est. At considerandum quando his vti liceat. Eadem enim apud eosdem, cum rara sunt, estimantur. Quod ad gestum attinet, vultu sit ad prudentiam composito, non asperotamen, ne superbus & inhumanus videatur. Qui verò in risum effusus est, & supra modum hilaris, molestus habetur, quod vel imprimis vitandū est. Equum autem in omni vitæ

consuetudine se præstare debet. Nam cum omnibus in rebus multum sit in iustitia præsidii, tum verò Medico cum ægris non parum est commercij. Si enim se huic tractandos summittunt, isq; nunquam non ferè cum mulieribus virginibus conuersatur, resq; magni pretij contrectat, à quibus omnibus sibi temperare debet. Atque his tum animi, tum corporis virtutibus, eum præstare oportet. Quæ verò ad artem Medicam præcepta pertinent, ex quibus artifex habendus est, & à quibus discendi initia sumi debent, ab initio nobis breuiter ob oculos ponenda. Quæ ergo in officina Medica curantur, ea propemodum discenda sunt. Ac primum quidem domus locus tam commodus habeatur, ut neque accedens ventus molestiam afferat, neque sol aut splendor grauis sit. Lucis enim splendor, ut non sit curantibus molestus, non item tamen iis, qui curantur. Is ergo prorsus vitandus est, per quem oculos offendi contingit. Atque hoc quidem de lumine præcipitur. Deinde verò ut nequaquam splendori facies sit aduersa. Oculorum enim aciem debilem molestia afficit, cum quævis occasio debiles oculos perturbare possit. Atque hic luminis vsus esto. 20 Sellæ quo ad eius fieri potest, altitudine sint æquales, ut illis sese accommodent. Aeris, præterquam in instrumentis, nullus vsus esto. Talis enim supellectilis vsus, apparatus quidam molestus esse mihi videtur. Aqua iis, qui curantur, potui commoda & pura exhiberi debet. Deterforis puris & mollibus vtendum, ad oculos quidem, linteis; ad vulnera verò, spongiis. Hæc enim per se magno auxilio esse videntur. Instrumenta autem omnia ad vsum aptè comparata esse oportet, conuenienti magnitudine, grauitate & tenuitate. Quæ verò admoventur, omnia quidem ut conferant, 30 attendendum, potissimumq; si ad laborantem partem diutius adhærescere debeant, cuiusmodi sunt vincula, medicamenta, & ad vlcus adhibita lintea & cataplasmata, quæ diutissime in affectis partibus commorantur. At verò, quæ postea consequuntur, horum ablatio, refrigeratio item, & perpuratio, & aquæ perfusio, parui cuiusdam sunt temporis. In quibus, si quid faciendum, magis ne an minus adhibendum sit, diligenter attendere oportet. Per magni enim interest, an his tempestiue vsus fueris, an verò ea neglexeris. Est

ris. Est autem Medicinæ accommodata deligatio, ex qua, qui curatur utilitatem percipit. Hæc autem duo, quibus utendum est, maxime iuvant, comprimere ubi expedit, & remissè deligare. Quod ad anni tempora videndum, quando contegere oporteat necne, simulque ne imbecillitatis ignarus, utro horum utendum sit hæreas. Deligationes autem concinnæ, & ad speciem comparatæ, quæque nihil prosunt, repudiandæ. Sunt enim eiusmodi molestæ, & omnino ad ostentationem factæ, ac plerumque ei, qui curatur, noxiam afferunt, qui non tam ornatum quam utilitatem requirit. At verò in iis, quæ manus operam postulant, & sectione aut vitione efficitur, celeritas ac tarditas ex æquo commendantur, cum utraque opus sit. Nam quibus quidem una sectione manus opera perficitur, ea celeriter fieri debet. Nam cum sine dolore sectio minimè contingat, debet id quod dolorem facit quam minimo tempore adesse, quod fiet celeriter administrata sectione. At ubi multas fieri sectiones necesse est, tarda manuum opera utendum. Qui enim celeriter sectionem adhibet, continenter multumque dolorem infert. At qui intermittit, alleviationem quandam iis, qui curantur, exhibet. Quod de instrumentis etiam dicatur. Gladiolis enim acutis & latis utendum, ita non in omnibus id ex æquo fieri edicimus. Quædam namque corporis partes velocem habent sanguinis impetum, quem continere non est facile, cuiusmodi sunt varices, & aliæ quædam venæ, quarum angustas sectiones esse oportet. Sic enim nunquam fiet immodica profusio, ab his tamen sanguinem interdum detrahere confert. In his verò partibus, in quibus nihil inest periculi, & quæ tenuem sanguinem minimè continent, latioribus gladiolis utendum, alioqui sanguis nequaquam profluat. Est autem turpissimum per manus operam non assequi quod cupias. At verò cucurbitulæ duobus modis utiliter admoueri possunt. Cum enim procul ab exteriori carne fluxio confiterit, eius circulum paruum esse oportet, ipsa verò ventrem minimè amplum habeat, sed qua parte manu apprehenditur, prominens sit, & minimè grauis. Quæ enim est eiusmodi, in directum trahit, & procul distantes serosos humores ad carnem probè reuellit. At dolore per carnis ma-

gnitudinem disperso, in reliquo quidem similis sed circulus magnus sit. Hoc enim pacto, quod dolorem mouet, ex plurimis partibus quò oportet adducere comperies. Neque enim circulus magnus esse potest, quin caro ex pluribus locis contrahatur. Quæ verò grauis est, ad superiores partes vergit, ab inferioribus tamen magis detrahit, ita vt plerumque morbos minimè attingat. Instantibus igitur fluxionibus, proculque à superioribus partibus positus, lani circuli multa simul ex reliqua carne attrahunt. Quod facit vt inde tracta humiditas, ad serosum humorem, in inferioribus partibus collectum apponatur, & ea quidem, quæ molestiam afferunt, relinquuntur, quæ verò nihil nocent, detrahantur. Quin & de cucurbitulæ magnitudine, vt partibus quibus admoueri debet, sit vsui, coniectura capienda est. Cum verò pertundere voles, altius scalpellum adigere oportet. Sanguis enim ex locis manus opera dissecit conspicuus profluere debet. Alioqui ne circulum quidem attractum pertundere oportet. Laborantis namque loci caro contenta magis est. Gladiolis autem recuruis, in summo non valde acutis vtendum. Prodeunt enim quandoque humores serosi, glutinosi & crassi, qui in incisuris, si angustæ fuerint, ne subsistant, periculum est. Ac verò brachiorum venæ vinculis comprehensæ detinendæ. Quæ enim eas integrit caro, in multis non probè venæ coarctata est. Quæ cum lubrica existat, vtrorumque sectiones sibi inuicem respondentes fieri nequeunt. Vena enim contacta intumescit, & sanguis fluxus impeditur, ob idque in multis pus colligitur. Ac sanè duplici de causa eiusmodi manus opera noxia videtur, tum quòd ei, qui secatur dolorem, tum verò ei, qui secat dedecus adfert. Quod ipsum in omnibus fieri præcipitur. Atque ea sunt in officina Medica instrumenta, quibus artificiosè vtieum, qui discit, necesse est. Volsellis enim quibus tum dentes, tum columellæ comprehenduntur, quemlibet vj licet, cum simplex earum vsus esse videatur. De tuberculis autem & vlceribus, quæ inter maiores morbos recensentur, istud tuendum est. Tubercula quidem coercere ac dissoluere posse, eorumq; concretiones prohibere, maximè ad artem pertinere. Deinde verò ea in locum conspicuum & quàm breuissimum contrahere, ipsamq;

ipsamq; concretionem æquabilem per totum reddere. Nisi enim æquabile fuerit, ut rumpatur & vlcus ægrè curabile euadat, periculum est. Æquabile itaque reddere, & ex æquo omne concoquere oportet ac neque ante tempus aperire, neque ut sponte rumpatur sinere. Quæ verò æquabilem habent concoquendi vim, alibi dicta sunt. At verò vlcera quatuor progrediendi modos mihi habere videntur. Vnum quidem in profundum, cui usmodi sunt fistulosa, cicatrice obducta, & intus cava. Alterum quo ad superiora tendunt, velut quæ superexcrecentem carnem habent. Tertium in latum, qualia quæ serpentina dicuntur. Quartus modus est, qui solus secundum naturam motus videtur. Atque ex quidem sunt carnis calamitates, quæ omnes communem habent utilitatis rationem. Quorum quidem signa alibi demonstrata sunt, & quænam curatio adhibenda sit. Quam autem ratione quod coaluit, dissolui possit, & quod implem est, aut cauum redditum, aut quod in latitudinem progressionem fecit, de eorum signis in aliis libris quantum conueniebat, dictum est. Denique verò, quæ in cataplasmate adhibentur, sic habeto. Quo in morbo imponendorum linamentorum accuratus vsus esse videtur, ipsi vlceri accommodatum linamentum adhibeto, quod verò cataplasmate apponitur, ad vlceris ambitum vitior. Hic enim cataplasmatum vsus multum habet artis, plurimumque utilitatis præstat. Siquidem quod vlceri circumponitur, iuuandi facultatem habere videtur, & linamentum continere. Partes verò vlceris exteriores cataplasma iuuat. Ac eorum quidem usum talem esse conuenit. Quod ad tempora attinet, quibus horum singulis utendum sit, & quemadmodum eorum, quæ scripta sunt facultates addiscere oporteat, hæc à nobis præmittuntur, quandoquidem maiorem artis Medicæ diligentiam exigunt, & ad eum pertinent, qui magnos iam in arte progressus fecerit. Ad hæc verò consequitur valnerum in militia acceptorum tractatio, quo ad celorum extractionem, cuius in vrbium commerciis paruus vsus existit. Quandoquidem ciuiles & hostiles expeditiones raræ ferè sunt, quæ sapissimè assidueq; circa externa bella contingere solent. Is igitur, qui hanc manus operam exercere vult, ut externos

exercitus sequatur, oportet. Hæc enim ratione ad eam vsum exercitationem sibi comparabit. Adde his quod maximè ad artem mihi pertinere videtur, hoc dixisse satis est. Quod artis & eius, quæ huc spectat manus operæ non minimum munus est, tela in corpus subeuntia certis notis deprehendere. Ex quo efficitur vt ignorari non possit, quando is, qui vulnus acceperit, minimè conuenientem manus operam expertus fuerit. Qui autem signorum cognitionem habuerit, is solus ritè ad curationem aggredietur. At de his omnibus in aliis libris scriptum est.

Hippocratis liber, de decenti habitu,
aut decoro.

Qui sapientiam istam, quæ in vitæ communione versatur, ad multa esse vtilem allegant, ii mihi non temere facere videntur. Multæ nanque ad ambitiosam quandam operam comparatæ videntur, ex videlicet, quæ de nulla re vtili quæstiones agitant. Harum tamen partes ad illas referri possunt, cum nulla ociositas, neque verò improbitas adsit. Quod enim ociosum est, nihil quæ agit, ad improbitatem viam afficit, ad eamque tendit. Vigilantia verò & ad aliquid mentis contentio earum disputationes ad nullam vtilitatem spectantes, ad se pertrahit, & ad vitæ honestatem refert. Maiorem enim apud alium sibi gratiam conciliat, si ad artem traducatur, eique decus & gloriam comparat. Quæcunque nanque neque ad turpem quæstum sunt comparatæ, neque illiberales, eæ via quadam artificiali opus suum efficiunt, quod nisi extra culpam sit, publicatur. Adolescentes enim iis sese committunt, vbi verò adoleuerint, præ pudore, eorum conspectum sine sudore non sustinent. At senes effecti, propter amarulentiam, eas publicæ legum sanctione vrbibus expellunt. Si enim conuentu facto, ambitiosa & quæstiuosa sua professione decipientes, in vrbium circulis veriantur. Quos ex vestitu & cæteris ornamentis quis cognoscere poterit. Quinetiam quò sumtuosius ornati fuerint, eò maiore odio auersandi, & ab eis, qui eos conspexerint, fugiendi. Ex vñ autem fuerit contrarium in his spectare, quibus non inest exquisitus neque

aggrate

que curiosus ornatus, qui sese ex cultus venustate & frugalitate, non tam ad superfluam curiositatem, quam ad optimam existimationem, prudentiam, & animi moderationem compararunt. Ad incessum verò eo semper sunt habitu, minimè disfluentes aut superflui, in hominum concursibus graues, ad respondendum appositi, aduersus altercantes difficiles, in similibus familiaritatibus contrahendis propitios; erga omnes moderati, ad emotionēs ratiurni, ad respondendum arguti & tolerantes, in occasione prudenter captanda appositi & accommodati, in victu frugales & paucis contenti, ad sustentandam occasionem tolerantes, oratione efficaces, qui quicquid doctrina acceperunt, in medium proferunt, & facultate dicendi vtuntur, ad gratiam comparati, & pro gloria quæ inde prouenit, decertare parati, doctrinam suam ad veritatis lucem repurgantes. Ad hæc igitur prædicta omnia præcipue dux est natura. Etenim si adfuerit his, qui artibus instructi sunt, ad prædicta omnia aditus erit amplissimus. Vfus nanque, qui tum in sapientia, tum in arte ei adiuncta doceri nequit, in doctrinam cadet, vt inde initiū ducatur. Desluit autem natura & sapientiæ permiscetur, vt cognoscantur, quæ ab ipsa natura facta sunt. Multi etenim in vtrisque rationibus superari, neutiquam vtrisque ad rerum demonstrationem vsunt. Si quis igitur eorum aliquid, quæ ratione proponuntur ad veritatem expenderit, nequaquam iis suppeditabuntur, quæ à natura insunt. Isti itaque consimili cum illis via progressi deprehenduntur. Quapropter veritate nudati omnem improbitatem atque ignominiam induunt. Præclara enim res est, quæ ex opere quod quis didicit proficiscitur oratio. Quicquid enim artificiosè factum est, à ratione profectum est. Quicquid autè artificiosè dictum est, non autem factum, viam & rationem artis expertem arguit. Opinabile siquidem sine actione, inscientiæ & nullius artis indicium est. Opinatio enim cum præcipue in arte Medica, ea quidem vtentibus crimini vertitur, his verò qui ea indigent exitium adfert. Si nanque suis verbis persuasi, existimant se opus ex scientia profectum nouisse, quemadmodum aurum adulterinum igni probatur, tales seipsi etiam produnt. Quanquam eiusmodi prædictio iis qui co-

gnatam habent naturam, ad intelligentiam nullius est solati, quod finis quam rectus sit cognitio indicet. At horum arti tempus expediam viam constituit, aut his qui simili via insunt, facultates manifestò suppeditat. Quapropter prædicta singula colligere oportet, & sapientiam ad Medicinam traducere, & Medicinam ad sapientiam. Medicus enim Philosophus Deo æqualis habetur. Nam neque multum inter se differunt, & quæ ad sapientiam requiruntur, in Medicina insunt omnia, pecuniæ contemptio, pudor,
 „ verecundia, modestia in vestitu, existimatio, iudicium, le- 10
 „ nitas, occursatio, mundicies, sententiarum elocutio, utili-
 „ um ac necessarium in vita purgationū cognitio, earum-
 „ que liberatio, superstitioni Deorum metus auersatio, præ-
 „ stantia diuina. Habent enim quæ faciunt ad demonstran-
 „ dam incontinentiam, quæstuosam & sordidam professio-
 „ nem, inexplibilem habendi sitim, cupiditatem, detractio-
 „ nem, impudentiam. Siquidem ista spectant ad eorum cog-
 „ nitioem cum quibus conuersantur, & ad vsum eorum
 „ quæ ad contrahendam amicitiam pertinent, quoque animo
 „ erga liberos & pecunias esse oporteat. Hactenus igitur cum 16
 „ sapientia communionem, eorumque etiam plurima habet
 „ Medicus. Nam & Deorum cognitionem ipse potissimum
 „ animo complectitur, cumque aliis in affectibus & casibus
 „ Medicina multum Deos colere comperitur, tum verò me-
 „ dicis Diis plurimum concedunt. Neque enim ipsa superua-
 „ caneam potentiam sibi arrogat, cum siquidem ipsi multa
 „ aggrediuntur, in multis verò ab iis superantur. In quibus
 „ autem Medicina nunc superior existit, hinc manifestum
 „ erit. Nam & via eius quædam secundum sapientiam se ha-
 „ bet hoc modo. Etenim illis ipsis (quod tamen non existi- 30
 „ mant) pro confesso ita se habere concedunt, quæ circa cor-
 „ pora obueniunt, quæ sane per totam ipsam procedunt, dum
 „ transformantur aut permutantur, partim quidem per ma-
 „ nus operam sanantur, partim verò per auxilia aut victus
 „ rationem curationem accipiunt. Præcipuum verò omnium
 „ caput est, ut horum cognitio habeatur. Cum igitur prædi-
 „ cta omnia ita se habeant, Medicum vrbanitatem quandā si-
 „ bi adiunctam habere conuenit. Austeritas enim tum sanis,
 „ tum ægris difficilem accessum præbet. Observare autē cum
 „ maximè

maximè oportet, vt ne multas corporis partes nuder, neque cum plebeiis de rebus multis, sed tantum necessariis, confabulerur. Hoc enim vis quædam ad eliciendam curationem esse solet. Horum verò nihil neq; nimis curiosè, neque ex opinione agat. In istis autem omnibus videndum vt hæc tibi sint ad facultatē vt decet præparata, alioqui cum opus fuerit, inopia semper aderit. Horum verò omnium diligens in re Medica cura habenda est, cum omni habitu demisso, quæ ad frictionem, illitionem, & perfusionem pertinent, vt cum concinna manuum tractatione adhibeantur. Quò ad linamenta concepta, splenia, vincula, ea quæ ex temporis conditione petuntur, medicamenta tum ad vulnera, tum ad oculos comparata, & ex his quæ ad genus quodq; referuntur, vt tibi sint accommodata, instrumenta, machinæ, feramenta denique. Horum nanq; penuria, mentis inopiam & detrimentum affert. Alter verò tibi sit apparatus simplicior, quo ad manus operam vtaris, ad peregrinationes accommodatus. Promississimus autem est, qui via quadam & ratione comparatur. Neq; enim fieri potest vt omnia Medicus enumeret. Medicamenta autem, tum eorum simplices facultates, tum si quæ descriptæ sunt, probè tibi memoria teneantur. In animi etiam notione reponatur quæ ad morborum curationem pertinent, eorumq; modi, quot, & quò modo in singulis se habeant. Hoc enim in re Medica principium, medium & finem obrinet. Malagmatum quoque genera ad singulos vsus præparata habeas, potiones item incidendi facultate præditas, ex descriptione præparatas, cuique generi accommodatas. Ad manum etiam sint quæ ad medicamentorum purgationes faciunt, ex locis conuenientibus desumpta, eo quo decet modo pro suo quæq; genere & magnitudine præparata, tum quæ ad verustatē diligenter sunt reposita, tum quæ recentia pro temporis occasione in vsum veniunt, reliquaq; ad eandem rationem, vt his adornatis, cum ad agrotū ingressus fueris, nequaquam animo hæreas, cum singula habeas ad id quod fieri debeat appositè accommodata. Prius quā verò ad agrotū ingrediaris, fac cognitum habeas quid agendum sit. Pluraq; enim non ratiocinatione, sed auxilio indigent. Euenta igitur per experientiam cognita, prædicenda. Id enim gloriam adfert, & cognitum est

facile. In ingressu autem te meminisse conuenit sessionis, demissi habitus, vestitus, grauitatis, breuiloquentiae, ut æquid perturbato animo facias, ut ægro assideas, in omnibus diligentiam adhibeas, ut ad ea quæ obiciuntur respondeas, & ad omnes perturbationes animi constantiam adferas, tumultus verbis castiges, & ad omnia sumministranda te promptum adhibeas. Ad hæc primum apparatus te memoria tenere oportet, sin minus, videndum ut in reliquis, quæ ut in promptu sint præcipiuntur, opinione tua minimè excidas. Crebrò ægrum inuise, diligentem considerationem 10 adhibeas, ut iis qui decepti sunt per mutationes occurras. Faciliior enim tibi cognitio suppetet, simulque te promptius expedies. Instabiliter enim mouentur quæ in humidis consistunt, ideoque facilem cum à natura, tum à fortuna mutationem habent. Quæ nisi in tempore cum subministrari oportet percipiantur, suo impetu præoccupant & interimunt, cum non adsit quod operiri afferre possit. Multa enim simul concurrunt, quæ molestia afficiunt. At quod sigillatim se consequitur, promptum quidem magis & ad experientiam accommodatum. Obseruandi sunt autem ægrotorum errores, ex quibus multi frustrati sunt in oblati assumendis, quandoquidem exosis sumtis porionibus, aut medicationibus, aut curationibus, è medio sublati sunt. Quod quidem se fecisse minimè fatentur, sed culpam in Medicum conferunt. In considerationem verò etiam adhibendi sunt eorum decubitus, partim quidem pro anni tempestate, partim verò pro suo quique genere. Quidam enim in sublimibus, alij verò in subterraneis & obscuris locis decumbunt. Strepitus quoque & odores, vini que præcipuè (hic enim deterrimus est) fugiendi & permutandi. Quæ 30 omnia placidè & succinctè facienda, ita ut plerunque in ipsa administratione ægri celer, hilari & sereno vultu esse iubeat, eumque à suis cupiditatibus deterreat, & simul quidem cum amarulentia vehementer increpet, simulque eum commonefaciendo & blandè excipiendo consoletur, neque quicquam eorum quæ instant aut facta sunt ipsis indicet. Idcirco enim multi ob commemoraram instantium aut post futurorum prædictionem, ad extremorum alterutrum detrusi sunt. Adsit autem ex discipulis aliquis qui præ-

sit,

fit, quò præceptionibus citra amarulentiam utatur, & quod imperatum est subministretur. Ex his verò deligendi qui iam in arte prouecti sunt, ut ea quæ sunt vsui exhibere, vel securè offerre sciant, neque in interuallis quicquam telat. Nullius verò rei curam plebeiis vquam committas, alioqui eius quod male factum est reprehensio ad te redundabit. Quòd si minimè fuerit ambiguum, ex quibus quod via & ratione tractatum est procedat, neque tibi vituperationem comparabit, & rei euentus ad genus referetur.

- 10 Quamobrem ista omnia dum fiunt iis qui ad istorum cognitionem incumbunt, prædico. Cum igitur hæc ad comparandam existimationem & vetustatem, tum in sapientia, tum in Medicina, tum in reliquis artibus valeant, Medicus eas de quibus diximus partes completi debet, & semper alteram sibi ipsi superimponere, obseruare ac custodire, & in opere ipso cum cæteris communicare. Hæc enim ab omnibus propter nominis splendorem obseruantur, quique hac via incedunt, gloriam tum apud maiores, tum apud posteros sibi comparabunt. Qui etsi non multarum rerum
20 cognitionem habent, earum tamen vsu assiduo prudentiam assequuntur.

Hippocratis præceptiones.

TEmpus dicendum est, in quo occasio consistit. Occasio autem, in qua tempus non multum. Medicatio in tempore sit, aliquando etiam occasionem requirit. Qui igitur ista norit, ad curationem aggredi debet, neque prius ad ratiocinationis persuasionem, quam ad vsu cum ratione coniunctum animum adhibere. Ratiocinatio enim in eorum
30 quæ sensu comprehenduntur recordatione quadam consistit. Sensus nanque euidenti imaginatione conceptus, primam eorum quæ subiecta sunt perpeffionem suscipit, & ad cogitationem transmittit. Hæc verò ubi receperit, frequenterque quibus, quando & qualiter conuenit ista conseruabit, in sese reponit & recordatur. Ratiocinationem igitur plurimum laudo, siquidem ex fortuita occasione initium ducat, & ipsam delationem ex apparentibus via quadam persequatur. Ex his enim quæ manifestò perficiuntur, si ra-

tiocinatio initium duxerit, in mentis potestate, quæ ab aliis
 singula recipit, esse deprehendetur. Quamobrem existi-
 mandum est naturam à multis & cuiuslibet generis rebue
 vi quadam cogente moueri ac doceri. Mens autem ubi ab
 ea acceperit, quemadmodum antè dixi, postea ad verita-
 tem deducit. Quòd si non ex euidenti incurfione, verum ex
 probabili rationis fiftione initium ducatur, plarunque
 grauem & moleftam infert affectionem. Ij verò nulla via
 rem ipsam aggrediuntur. Quidnam enim mali contingat,
 si mercedem auferant qui Medica opera publicè malè exer-
 cent? At nunc ægrotis ipsis, cum sint extra culpam, non sa-
 tis esse vis morbi vifa est, nisi etiam Medici imperitia acce-
 deret. Ac de his quidem hæc satis dicta sunt, nisi quòd nul-
 lum ex his quæ sola ratione concluduntur fructum percipe-
 re licet, verum ex his quæ operis demonstrationem ha-
 bent. Fallax enim & ad errorem procliuus affeueratio, quæ
 est cum garrulitate coniuncta. Quocirca his quæ fiunt in
vnuerfum infistere oportet, & circa ea vel maximè versari,
 si quis facilem & cum extra culpam habitum, quem certè
 Medicinam vocamus, sibi comparare velit. Maximam enim
 vtilitatem tum ægrotis, tum iis qui illorum res admini-
 strant comparabit. Neque verò pigeat ex plebeiis fifeitari,
 si quid ad curandi opportunitatem conferre videatur. Sic
 enim cenfeo artem vnuerfam commōstratam fuisse, quòd
 singula ex fine obseruata, & ad eadem aggregata fuerint.
 Animum igitur adhibere oportet fortuitæ occasione, quæ
 plarunque se offert, quæque cum vtilitate & lenitudine po-
 tius coniuncta est, quàm cum pollicitatione & facti defen-
 sione. Vtile verò etiam eorum quæ ægro offeruntur varie-
 ratem constituere. Neque enim affeuerare oportet quòd
 vnum aliquod exhibitum remedium profuturum fit. Affe-
 ctiones etenim omnes ob varias casuum attributiones &
 mutationes, diuturniore quadam morâ assident. Quin &
 istud vt consideretur admonitione indiget. Si nanque à
 mercede initium duxeris (quod ad totum negotium ali-
 quid confert) ægroto quidem istam iniicies opinionem, te
 eo relicto non discessurum. Quòd nisi cum eo conueneris,
 quòd & cum neglecturus sis, neque de quibufdam ad rem
 præsentem necessariis sis admoniturus. De mercede igitur
 consti-

constituenda curam habere oportet. Eiusmodi enim animæ inductionem ægro inutilem esse existimamus, idque multo magis in morbo acuto. Morbi enim celeritas, cum sultam ad reuersionem occasionem exhibeat, bonum Medicum minimè impellit, ut suam utilitatem quærat, verum ut potiore suæ existimationis rationem habeat. Itaque longè satius est à morbo seruatis exprobrare, quàm perniciose habentes emungere. Quamquam ægroti nonnulli hospitii ius aut notitiam quandam præponendum
 10 existimant, qui negligentia quidem digni sunt, non tamen pena puniendum iudicant. Quocirca his inconstantiæ fluctibus agitis, sicuti decet te opponere. Qui enim genuinus est Medicus, is medijsfidijs fide magis quàm duritate in medendo utetur. Quare ab initio de toto affectu diligenter inquirere, & quædam ad curationem conferentia subministrare oportet, ægrumque percurare & minimè negligere. Neque verò exigendæ mercedis cupiditate duci oportet, nisi ut ad artem ediscendam tuos instruas, suadeoque ne in eo inhumaniter nimis te geras, sed & opum affluentiam & facultates respicias, inter-
 20 dumque gratis cures, ita ut memoris gratitudinis potiorerem quàm præsentis existimationis rationem habeas. Quod si vel hospiti, vel egeno largiendi occasio se offerat, his vel maximè succurrendum est. Qui enim erga homines humanum se exhibuerit, is artis amore teneri censetur. Multi nanque ægri cum sciant se morbo minimè saluari teneri, etiam medici probitate sanitati restitutos esse celebrari gaudent. Sanitatis autem causæ ægris quidem præesse præclarum est, & bene valentium curam gerere ut ne ægrotent. Quin & sanorum quoque cura venustatis
 30 causâ suscipienda est. Qui igitur in ignorantia profundo submersi sunt, ij prædicta minimè percipiunt, cum medici nomine indigni, re ipsa comprobent, quàm repente euecti sint, fortunæ tamen egentes, per diuites quosdam ex angustis emergunt, utriq; ex euentu nominis celebritatem adepti, & in peius ruentes, luxu disfluunt, & quæ in arte nulli rationi reddendæ sunt obnoxia negligunt, quibus bonus Medicus viger, & ipsius artis opifex nuncupatur. Qui medelas inculpatas facillè perficiens, nihil horum peccat, ne in

summa quidem opum penuria. Neque enim infidus est, velut qui iniuste se gerunt. Qui certe ad curationem non accedunt, ubi vident miserabilem esse affectionem & eiulatibus plenam, aliorum Medicorum congressum fugiunt, & improbos laudant, quod improbum auxilium detestentur. Egroti verò dolore conflictati in utraque improbitate natant, cum sese pleniori in arte curationi ad finem usque non commiserint. Morbi nempe cuiusdam remissio, magnum affert ægro solatium. Quapropter cum sanitatem maximè cupiant, eundem semper remediorum usum recipere recusant. Medici varietatem imitantes. Summum quidem magnificentia cum ægroti careant, morum improbitatem venerantur, & ingrati euadunt, utque facultatum copiam consequi possint, de mercede plurimum laborant, cum verò sani esse velint, questum tamen ex scœnore & agricultura percipere negligunt. Atque de tam insigni admonitione ista satis sint. Egroti enim remissio & intensio, medici administrationi moderantur. Neque sane indecorum fuerit, si Medicus in rei præsentis angustia circa egrum versatur, imperitiæ etiam tenebris circumfusus, alios quoque accersiri iubeat, quo communi consilio quæ in rem ægri sunt disquirantur, & illi ad præsidiorum facultatem operas suas conferant. Vbi enim assidue urget affectio, morbusque incescit, plurima in animi angustia ad rem præsentem opportuna elabuntur. Tunc igitur confidendi animo esse oportet. Neque enim unquam tale quid definitio, cum id ad artem pertinere censeatur, de eo minimè ambitiosè contendere, seipsum ludibrio exponere. Hoc namque iureiurando affirmare audeam, Medicorum ratione utentem, alterum nunquam inuidiosè calumniaturum. Sic enim animi impotentiam proder. Verùm id promptius faciunt, qui forenssem questum sectantur. Quanquam neque hoc perperam excogitatum videtur, cum in omni copia inopia insit. Præter hæc autem omnia magnum fuerit existentis artis argumentum, si quis rectam curationem instituens, compellendo ægros cohortari non desinat, ne nimium animo perturbentur, dum salutis tempus præuerrere student. Hoc nempe inuile esse censemus, neque si id imperarit, peccabit. Ipsi enim ægri ob affectionem doloris plenam animum despon-

despondentes, vitam cum morte commutant. Cui verò ægri cura commissa est, si ea quæ ad artis inuentionem faciât demonstrauerit, quod naturam conseruare, non alienam inducere debeat, præsentem fructum reportabit, aut ei statim nulla fides adhibebitur. Est enim hominis bona habitudine, natura quædam arte singulari à natura comparata, motum non alienum adhibens, sed valde conciinna, tum spiritu, tum calore, tum humorum concoctione, & in vniuersum ex omni victus ratione, reliquisque omnibus comparata, nisi aliquod ab ortu aut initio erratū adfuerit. Quod tamen si adfuerit, siquidem exile sit, conandum vt ad priorem naturam reducat. Præter naturam enim censetur, quod imminutum est, etiam quod temporis spatio contingit. Vitanda autem etiam frictio per sudaria, propter mendendi auctoritatem odôrque ambitiosæ affectatus. Vt enim peregrinus cultus immodicus calumniam, ita modicus venustatem tibi comparabit. Est nanque in parte dolor modicus, in toto multus. Neque verò gratiam qua tibi homines demerearis subtraho, cum sit Medici præstantia digna. Eorum autem quæ per instrumenta adhibentur, & demonstrationis eorum quæ significant, reliquorumque eiusmodi memoriam adesse oportet. Quod si vulgi tibi audienciam comparare voles, id non valde gloriose instituas, neque tamen cum ostentatione poetica fiat. Industriæ enim impotentiam arguit. Neque certè probo industriam multo labore partam in alium vsum transferri, quod per se sola vt eligatur grata sit. Inanem enim fucilaborem cum ambitiosa ostentatione tibi impones. Optabilis autem dispositio qua quis longè absit, vt grandis nam ad discendum accessisse videatur. Quod quidem nihil præsentium perficit, absentium verò memoria toleranda est. Incidit igitur omne genus infortunij cum vehementi perniciæ, quod decorum negligit, tum in definitionibus & denunciatione, tum maximis iuramentis Deorum causâ interpositis, dum medicus morbo præest, cum assidua lectione, & plebeiorum tumultuantium instructione, & priusquam in morbo quid agat incertus sit, congregati sunt. Huiusmodi igitur ubi præessem, non tamen de curandi ratione cum illis conferrem, verum vt auxilium ferrent audaçter peterem. Venustæ

enim cognitionis intelligentia, apud istos sparsa est. Cum igitur hi ex necessitate indocti existant, eos ad vtilem exercitationem cohortor, vbi præceptorum cognitione destituantur. Quis enim variè diffusam præceptorum cognitionem habere exactè cupiat, citra exercitationis manuum securitatem? Quare hoc vnum suadeo, vt eorum verbis quidem animum aduertant, opus autem in subtrahenda victus ratione interpellent, neque eam diutiùs instituant. Aëgi enim diurnam appetentiam erigit indulgentia, quæ interdum morbum fouet. Si quis cæco quantum opus est morem gerat, is velut res horrenda vitari debet, & gratia vitanda per quam vnitas deperit. Aëris repentina turbatio vitanda est. In ætatis vigore omnia gratiora sunt, in desinente verò ætate, contrà. Linguae obscuritas aut propter affectionem contingit, aut propter aures, vt si altera superinferat priusquàm priora enunciarit, aut si antequàm id quod mente conceptum est eloquatur, aliud in super animo concipiat. Hoc quidem his qui artium studio tenentur præcipuè contingit, citra visioni subiectam appellatam affectionem. Etatis cum paruum subiectum existat, valde magna interdum est facultas. In morbo non perturbari diurnitatem indicat, iudicatio verò morbi dissolutio est. Parua causa curationibus soluitur, nisi quis præcipuus locus affectus sit. Quandoquidem ex dolore per consensionem exortus affectus affligit, quidam per alterius consensionem vexantur. Vociferatio dolore afficit. Præ laboris vehementia indulgens concessio, locus amœnus vtilitatem affert.

HIPPO:

HIPPOCRATIS

PRÆNOTIONVM, LIBER.

Seçtio II.



10 **P**ER ÆPRETIVM mihi facturus Me-
 dicus videtur, si ad providentiam sibi co-
 parandam omne studium adhibeat. Cum
 namq; præsentit & prædixerit apud æ-
 grotos, tum præsentia, tum præterita, tum
 futura, quæq; ægri omittunt exposuerit,
 res utique ægrotantiū magis agnoscere
 credetur, adeo ut maiore cum fiducia sese homines medico
 committere audeant. Curandi verò rationem optimè mo-
 lietur, si ex præsentibus affectionibus futura prænouerit.
 Neque enim fieri potest ut omnes ægroti sanitatem asse-
 quantur. Hoc nempe longè præstantius foret, quàm futu-
 20 rorum consecutionem prænoscere. Quandoquidem verò
 quidam vi morbi intereunt prius quàm Medicum accer-
 sant, quidam etiam vocato Medico confestim; partim qui-
 dem vnum diem, partim etiam paulò diutius vitam trahen-
 tes mortui sunt, prius quàm Medicus arte sua singulis mor-
 bis viriliter se opponere possit. Proinde ubi talium affectio-
 num naturam, quantum scilicet vires corporis superant,
 cognouerit, simulq; & si quid diuini in morbis inest, huius
 quoque providentiā ediscere oportet. Hac enim ratione,
 30 merito sibi admirationem, & boni Medici existimationem
 conciliauerit. Qui namque morbo superiores esse possunt,
 eos utique longè rectius conseruauerit, ex longo antea in-
 teruallo ad singula consilium dirigens, tum etiam moritu-
 ros, tum euasuros, ubi prænouerit & prædixerit, extra cul-
 pam positus erit. In morbis autem acutis imprimis quidem
 ægroti facies sic in consideratione adhibenda, sine beneua-
 lentium, præcipueq; sui ipsius similis. Ita enim optima exi-
 stimanda, quæ verò ab eo plurimum recedit, grauissimum
 periculū portendit. Qualis fuerit natus acutus, oculi cōcaui,

vid. sem. 13
p. 1. 1. 1. 1.

facies Hip.
poemica

collapsa tempora, aures frigida & contracta, imisq; suis
 fibris inuersa, cutis circa frontem dura, intenta & resiccata,
 & totius faciei color ex viridi pallefcens, aut etiam niger,
 aut liuidus, aut plumbeus. Itaq; si per initia morbi eiusmodi
 facies fuerit, neq; adhuc ex aliis signis conicere potueris,
 interrogare conuenit, num æger vigilauerit, aut alius ad-
 modum liquida fuerit, aut eum inedia aliqua oppresserit.
 Quòd si quid horum fateatur, minus formidandū esse exi-
 stimandū. Diuidicantur autē ista die ac nocte, si ex his cau-
 sis eiusmodi facies fuerit. At si nihil horum præcessisse dix-
 rit, neq; intra dictū tempus ad pristinum statum redierit, in
 propinquo mortem esse sciendum est. Si uerò uerustiore
 iam morbo, aut triduo, aut quatruiduo, talis facies extiterit,
 inquirenda ea sunt de quibus antea præcepi, & reliqua si-
 gna, tum ex vniuersa facie, tum ex corpore, & oculis, in cō-
 siderationem adhibenda. Si namque lucem refugiant, aut
 illachrymant præter voluntatem, aut peruertuntur, aut al-
 ter ex his minor fit, aut quæ in iis alba esse debent rubescunt,
 aut in iisdem venulæ liuescunt, aut nigricant, aut lippien-
 tiū oculorum sordes circa eorum aciem appareant, aut etiā
 assiduè mobiles, aut tumidi, aut vehementer caui fuerint,
 aut eorū aspectus squalidus & minimè lucidus, aut totius
 faciei color immutatus, hæc omnia mala perniciosaq; exi-
 stimanda. Quinetiā per somnum an ex oculis aliquid sub-
 appareat spectare oportet. Vbi namque non commissis pal-
 pebris ex albo quid subapparet, id si neq; alui profluuium,
 neq; medicamentum purgans expressit, neque ita dormire
 consueuerit æger, prauum est indicium & lethale admodum.
 Quòd si peruertatur aut corrugetur palpebra, aut liuescat,
 aut palleſcat, itemq; labrum, aut nasus, cum alio aliquo si-
 gno, mortem in propinquo esse sciendum est. Lethale quo-
 que labra resoluta, pendentia, frigida, & exalbida esse. At
 ægrum à Medico in latus dextrum aut sinistrum recumbē-
 tem deprehendi oportet, manibusq; & ceruice, ac cruri-
 bus paulum reductis, totūque corpore molliter posito. Hic
 enim ferè sani iacentis est habitus. Is autem habetur opti-
 mus decubitus, qui bene valentium similis est. Supinum
 uerò iacere, manibus, ceruice, & cruribus porrectis, minus
 bonum. Quòd si pronus ad pedes de lecto delabatur, ma-
 gis

gis formidandum. Vbi verò pedes nudos, neque admodum,
calidos habere comperietur, & manus, ceruicem, & crura,
inæqualiter dispersa & nuda, malum. anxietatem enim in-
dicat. Lethale quoque & hianti ore assidue dormire, & vbi
supinus iacet cruribus valde contortis & implexis. At in
ventrem iacere ei qui per bonam valetudinem ita dormire
minimè consuevit, delirium aut partium circa ventrem do-
lorem indicat. Aegrum verò residere velle in ipso morbi
impetu, prauum quidem in omnibus morbis acutis, & pul-
monum inflammatione laborantibus pessimum. In febrili-
bus autem dentibus stridere, quibus à puero minimè est
consuetum, insaniam & mortem significat. Verùm ex vtrif-
que periculum prædicendum. Quòd si etiam deliranti id
accidat, exitiale admodum iam est. Vlcus quoque siue ante
morbum, siue in morbo natum sit, nosse oportet. Nam si
periturus æger est, ante mortem liuidum & siccum, aut pal-
lidum & siccum erit. De manuum verò motione ita cenfeo.
In febribus acutis, aut pulmonum inflammationibus, aut
phrenitide, aut capitis doloribus, quibus ante faciem fe-
runtur, & aliquid frustra venantur, & festucas colligunt,
aut floccos è vestibulis euellunt, & ex pariete paleas carpunt,
ex his omnibus malum & mortem portendi. Spiritus fre-
quens dolorem aut inflammationem in locis septo trans-
uerso superioribus indicat. Qui verò magnus inspiratur &
ex magno intervallo, delirium. At frigidus ex naribus &
ore expiratus, exitialis admodum iam est. Facile autem spi-
rare, valde magnum ad salutem momentum existiman-
dum, cum in omnibus morbis acutis, quibus febris con-
iuncta est, tum in his qui intra dies quadraginta iudican-
tur. Sudores optimi quidem per omnes morbos acutos,
qui diebus iudicatoriis contingunt, & penitus febre liberant.
Boni verò, quicumque toto corpore oriuntur, faciuntque ut
æger morbum facilius ferre videatur. At qui nihil tale effi-
ciunt, minimè sunt utiles. Pessimi autem frigidi, quiq;
circa caput tantummodò, faciem & ceruicem exoriuntur. Ii
nanque cum acuta febre mortem, cum mitiore verò mor-
bi longitudo prænunciant. Quique per totum corpus
eodem modo atque ex capite fiunt. Qui verò milij formam
referunt, & circa ceruicem tantum oboriuntur, prauis, boni

autem qui guttatim & cum exhalatione fiunt. Atque hoc si
 totum de sudoribus animaduerrere oportet, quod nonnul-
 li quidem ex corporis dissolutione, quidam etiam ex in-
 flammationis vehementia contingunt. Præcordia optima
 quidem quæ dolore vacant, mollia sunt & æqualia, tum
 dextra, tum sinistra parte. Incensa verò, aut dolentia, aut in-
 tenta, aut inæqualiter affecta dextra parte ad sinistram,
 hæc omnia animaduerrenda sunt. Quod si etiam pulsus in
 præcordiis insit, perturbationem aut delirium indicat. Ve-
 rum etiam eorum oculos intueri oportet. Si namque oculi
 crebrò moueantur, insania expectanda est. At tumor in
 præcordiis durus & dolens, pessimus quidem ubi tota præ-
 cordia occuparit. Sin verò altera parte sit, minore cum pe-
 riculo sinistra. Huiusmodi autem tumores, circa principia
 quidem mortem breui affore indicant. Quod si neque in-
 tra vigesimum diem febris quiescat, neque tumor subsidat,
 ad suppurationem res vertitur. His autem primo circuitu
 etiam sanguinis è naribus fluxus contingit, valdeque iu-
 uat. Verum eos interrogare oportet, num capite doleant,
 aut obtusam oculorum aciem sentiant. Quod si quid ex his
 accidat, eò rem tendere sciendum. In iunioribus tamen ne-
 que dum trigesimum quintum annum attingentibus, san-
guinis eruptio magis expectanda est. Molles autem tumo-
 res & doloris expertes digitisque cedentes, longiores iudi-
 cationes faciunt, illisque minus graues sunt. Quod si intra
 dies sexaginta, neque febris cesset, neque tumor subsidat,
 fore suppurationem hoc loco, & reliquo ventre eodem mo-
 do significat. Itaque tumores dolentes, duri & magni, peri-
 culum mortis intra paucos dies affore significant. Molles
 verò & minimè dolentes, qui que digito pressi cedunt, illis
 diuturniores esse solent. Ac ventris tumores minimè
 diuturniores esse solent, quàm qui in præcordiis oriuntur, minimè
 verò qui infra vmbilicum in pus vertuntur. Sed ex superio-
 ribus locis sanguinis eruptio maximè expectanda est. Lon-
 gorum verò omnium in his regionibus tumorum, suppu-
 rationes in considerationem adhibendæ. Suppurationum
 autem quæ inde proueniunt, ea obseruatio facienda est.
 Quæ quidem foras vertuntur, optimæ sunt, ubi parux sunt,
 & quàm maximè foras feruntur, & in acutum tendunt. Pef-
 simæ

fimæ verò quæ magnæ sunt & latæ, minimæque in mucro-
 nem attolluntur. At quæ intrò rumpuntur optimæ, vbi ni-
 hil cum externa sede communicant, in sese contrahuntur,
 nullo dolore afficiunt, tota que regio externa vnus coloris
 apparet. Pus verò optimum est album, æquale & læue, &
quam minimū graucolens, huic autem contrarium pel-
finum. Aqua inter cutem quæ ex acutis morbis oritur, ma-
 la. Nam neque febre liberat, vehementesque dolores exci-
 tat, & lethalis est. Oritur autem ferè ex laterum inanitate,
 10 & lumbis, partimque ex iecore. Quibus igitur ex laterum
 in anitate & lumbis, initia ducuntur, iis pedes intumescunt,
 & longa alui profluvia detinent, quæ neque dolores ex la-
 terum inanitate ac lumbis tollunt, neque ventrem mollior-
 em efficiunt. At quibus à iecore aqua inter cutem ortum
 ducit, his tussis & tussendi cupiditas inest, sed nihil effatu
 dignum expuunt, pedesque intumescunt, ac venter non ni-
 si durægreque egerit, & circa aluum tumores fiunt, qui
 partim dextra, partim sinistra parte oriuntur, & desinunt.
 Caput autem & manus, & pedes frigere, ventre & lateri-
 bus calentibus, malum denunciat. At corpus totum æ-
 20 qualiter calidum esse ac molle, optimum. Ægrum quo-
 que facile conuerti oportet, & cum sese attollit leuem ef-
 fe. Quod si grauis esse videatur, cum reliquo corpore, tum
 manibus & pedibus, maiori cum periculo est. Præter gra-
 uitatem verò, si ungues & digiti liuescant, mors confestim
 expectanda est. At omnino nigri tum digiti, tum pedes
 minùs quàm liuentes perniciosi sunt. Sed alia quæque si-
 gna in considerationem adhibenda. Etenim si facile ma-
 lum ferre videatur, & præter hæc aliud quoddam ex salu-
 30 taribus signis adfuerit, morbum ad abscessum conuerti
 sperandum, ita ut æger quidem morbo superesse, & partes
 corporis denigratæ decidere debeant. Testes autem & pu-
 denda vbi sursum contrahuntur, vehementes dolores & mor-
 tis periculum denunciant. Quod ad somni rationem atti-
 net, quemadmodum à natura nobis est consuetū, interdiu
 quidem vigilandum, noctu verò dormiendum. Quod si
 istud immutatum fuerit, deterius existimandum. At mi-
 nimū offenditur æger, si prima luce dormiat ad tertiam
 die

diei partem. Qui verò postea somnus contingit, deterior est. Pessimum autem si neque noctu, neque interdiu dormiat. Nam aut ob dolorem insania adest, aut delirij affuturi hæc nota est. Alui deiectio optima est, si mollis est & consistat, eoque tempore quo per sanitatem deiici soleat, copia verò ciborum ingestorū rationi responderit. Talis enim exitus inferiorem aluū bene valere declarat. At liquida alui egestio ex usu est, si neque stridet, neque crebrò, neque ex breuib; interuallis excernitur. Frequens enim desidendi labor ægrū fatigat, eiq; insomnia adfert. Quòd si affatim & sæpe deiecit, periculū est ne animus deficiat. Verū pro ingestorum ciborum copia, bis aut ter interdiu, & noctu semel, deiici debet, plus tamen prima luce, pro hominis consuetudine. Crassiorem autem fieri deiectionem oportet, morbo ad iudicationem procedente. Sit etiam subfulua, neque admodum graueolens: Lumbricos quoque rotundos cum alui excretionē prodire, morbo in iudicationem tendente expedit. In omni verò morbo ventrem mollem esse, & mediocriter extumescere conuenit. At valde aquosum, aut album, aut ex viridi pallidum, aut vehementer rubrum, aut spumans deiici, hæc omnia mala sunt. Præter hæc quoque malum est, quod exiguum, glutinosum, candidum, ex viridi subpallidum & læue existit. His verò magis lethalia sunt nigra, aut pingua, aut liuida, aut æruginosa aut fœtida. Varia autem his quidem sunt diuturniora, nihilo tamen minus exitia. Huiusmodi sunt strigmentosa, biliosa, cruenta, porracea & nigra, modò simul inter se mixta, modò per vices prodeuntia. Flatum autem sine sonitu quidem ac crepitu exire optimum. Præstat tamen cum strepitu prodire, quàm isthic reuolui. At qui eo modo prodit, ægrum aliquo dolore vexari, aut delirare indicat, nisi æger sua sponte hoc modo flatum emisit. At præcordiorum dolores & tumores, recentes quidem & sine inflammatione, murmur soluit circa præcordia exortum, idque potissimum si cum stercore, vrina & flatu prodierit, alioqui vbi ipsum per se transmissum fuerit, iuuat, idque magis si ad inferiores sedes descenderit. Vrina optima est, in qua per omne tempus, quoad morbus iudicatus fuerit, subsidet album, læue & æquale. Securitatem enim breuemque morbum fore significat.

vil. sermot.
l. 3. s. 2. p. 1.
c. 9
pag. 497

gnificat. Quòd si intermittat, & interdum quidem pura
meiatur, interdum etiam subfidet album & leue, diutur-
nior & minùs securus morbus euadit. At vrina subrubra, si-
milleque quod subfidet, & laue, hæc longè quidem diutur-
nior quàm prima fit, valde tamen salutaris. Sedimenta au-
tem in vrinis crassiores hordei colli non exactè moliti par-
tes referentia, praua sunt, hisque peiora laminis similia. Al-
ba verò & tenuia, valde praua, atque his etiam deteriora
furfuracea. Nubeculæ quæ per vrinas feruntur, albæ qui-
dem, bonæ; nigræ verò, malæ sunt. Quoad autem vrina
fulua fuerit & tenuis, crudum esse morbum indicat. Quòd
si diuùs talis vrina perseveret, periculum est ne non pos-
sit æger sufficere, quoad vrina concoquatur. At extriosio-
res sunt vrinæ foetida, & aquosa, & nigra, & crassa. Ad hæc
in vrinis quidem & mulieribus vrinæ nigræ, in pueris aquo-
sæ, detergimur. Quibus vrinæ tenues & erudæ multo tem-
pore redduntur, si reliqua signa salutaria sint, in iis abscel-
sus ad loca infra septum transuersum expectari debet.
Quinetiam pinguedines supra innatantes araneorum re-
las referentes, damnare oportet, colliquationem namque
significant. In vrinis autem quæ nubeculas habeant, consi-
derandum venit, an supernè, an infernè ferantur, & quos-
nam habeant colores. Et quæ quidem deorsum feruntur,
cum dictis coloribus, bonæ censendæ & commendandæ,
at quæ sursum feruntur, malæ & vituperandæ. Neque ve-
rò tibi imponat vesica quoquo modo affecta, si huiusmo-
di vrinas reddiderit. Non enim totius corporis, sed ipsius
per se indicium est. Vomitus perquam est vtilis, qui bilem
pituitæ quàm maximè permixtam habet, ac neque admo-
dum crassus est, neque multus. Qui enim sinceriores, pe-
iores sunt. Si verò quod vomitione reiiicitur porrum colore
referat, aut liuidum, aut nigrum fuerit, quisquis horum co-
lorum adfuerit, prauus existimandus est. Quòd si eodem
vomitu omnes hi colores reiiiciantur, id exitiale est admo-
dum. At liuidus vomitus, si grauiter olet, celerrimam mor-
tem denunciat. Omnesque subputres & graues odores, in
omnibus vomitionibus mali. In omnibus pulmonis & la-
terum doloribus, sputum celeriter promteque expui con-
uenit, sputoq; flauum valde permixtum apparere. Etenim

si multo post doloris initium, quod flauum est, aut fulvum, aut multam tussim exhibeat, neque valde permixtum expuat, deterius est. Flauum quippe si sincerum fuerit, periculum subesse testatur, album autem & viscidum, & rotundum, inutile. Malum quoque valde viride, aut pallidum, itemque spumans. At si adeo sincerum fuerit, ut etiam nigrum appareat, id illis deterius est. Malum quoque ubi nil expurgatur, neque ipsum proicit pulmo, sed propter multitudinem feruet in gutture. In omnibus pulmonis morbis grauedines & sternutationes, tum praere, tum subsequi, malum. Verum in aliis maximè lethalius morbis, sternutamenta utilitate non carent. At in pulmonis inflammationibus si inter initia morbi spurum excernitur flauum non multo permixtum sanguine, salutare est & confert admodum. Septimo verò die actardius nò adeo securum. Omnia autem spurta mala sunt, quæ dolori non sedant, pessima etiam nigra, ut prius scriptum est. At omnium quæ excreantur opima, quæ dolorem sedant. Horum verò locorum dolores, qui neque per sputorum purgationes, neque sæcum alui deiectionem, neque venæ sectionem, aut medicamenta purgantia, & victus rationem sedantur, eos ad suppurationem tendere sciendum est. Ex suppurationibus autem admodum exitiales sunt, quæ spuro adhuc quidem bilioso existente suppurantur siue biliosum illud separatim, siue vnà cum pure expuat. Idque potissimum, si ab huiusmodi spuro suppuratio procedere cœperit, cum morbus ad diem septimum peruenierit. Qui verò talia spuit, ne decimo quarto die moriatur metus est, nisi quid boni acceperit. At in bonis quidem signis hæc numerantur, facile morbum sustinere, bene spirare, dolore leuari, sputum sine difficultate reiicere, corpus æqualiter calidum & molle videri, sine siti esse, urinas etiam & alui excrementa, & somnos, & sudores, velut descriptum est, singula superuenire, bona existimanda sunt. His enim omnibus sic contingētibus, haudquaquam æger morietur. Quod si ex his quædam quidem contingāt, quædam minimè, non ultra decimum quartum diem æger vitam producet. Contra verò, morbum ægre sustinere, spirationem magnam & densam esse, dolorem minimè sedari, sputum ægre reiicere, vehementem sitim esse, corpus à febre

febre inæqualiter detineri, aluum quidem & latera vehementer calere, fronte, manibus & pedibus frigidis, urinas verò & alui excrementa, & somnos, & sudores, vnaquæque qualia descripta sunt, mala esse nosse conuenit. Si quid enim ex his sputo superuenerit, morietur æger prius quam ad decimum quartum diem perueniat, aut nono, aut undecimo die. Sic igitur conlicere oportet, quòd cum sputum istud valde lethale sit, neque etiam ad decimum quartum diem perducit. Ex his verò, tum malorum, tum bonorum subdita ratione, prædictiones facere oportet. Sic enim quis potissimum verum assequatur. Reliquæ verò suppurationes magna ex parte rumpuntur, partim quidem vigesimo die, partim etiam trigésimo, quædam quoque quadragésimo, aliquæ etiam ad sexagesimum diem deueniunt. Suppurationis autem initium fore ratione comprehendere oportet, ab eo die quo primum æger febricitauit, aut etiam primum rigor apprehendit, & si pro dolore, sibi pondus inesse in eo loco qui dolore affligebatur, dixerit. Ista namque circa suppurationum initia fieri solent. Ex hoc igitur tempore suppurationum ruptionem fore intra prædicta tempora expectandū est. Quod si in altero tantum latere suppuratio fuerit, tum vertere, tum ediscere ad hæc conuenit, nū dolor aliquis alterū latus detineat, & num altero calidius fuerit, atque ubi in latus sanum decubuerit, interrogare si quod ei pondus desuper impendere videatur. Si enim altero latere, in quo pondus exriterit, suppuratio est. At purulentos omnes his signis dignoscere oportet. Primum quidem si febris non demittit, verum interdum leuior quidem, noctu verò maior detinet, & sudores multi oboriuntur, tussisque & tussendi cupiditas ipsis inest, nihil tamen effatu dignum expuunt, oculique caui redduntur, malæ ruborem contrahunt, & ungues quidem in manibus adunci fiunt, digiti verò maximeque summi incalescunt, & in pedibus tumores fiunt, cibos minimè appetunt, & pustulæ toto corpore oriuntur. Diuturnæ igitur suppurationes, his indicantur signis, quibus multa fides habenda est. Quæ verò breue habent spatium sic indicantur, si quid eorum appareat, quæ inter initia fiunt, simulque si etiā aliquantò difficilius spiret æger. At ex his quæ citius aut tardius rumpuntur, sic deprehendere licet. Si qui-

dem dolor inter initia oriatur, & spirandi difficultas, ac tussis sputatioq; perseverant & ad vigesimum diem extenduntur, intra hoc tempus, aut adhuc prius ruptionem expectato. Quod si mitior dolor fuerit, iusq; cetera omnia pro huius ratione respondeant, tunc diùs ruptionem sperato. At ante puris eruptionem dolorem oboriri, & spirandi difficultatem, & sputi excretionem necesse est. Super sunt autem ex morbo hi potissimum, quos febris eodem post ruptionem die dimisit, quiq; cibos celeriter expetierint, & siti liberantur, veteriq; tum exigua, tum coacta deiecit, & si pus album & læue, eiusdemq; coloris fuerit, & à pituita liberum, citraque dolorem aut tussim vehemētem educatur. Sic quidem optime & celerrimè liberantur, sin minùs, qui ad ista proximè accedent. Moriuntur verò, quos febris non dimiserit, aut cum dimisisse videatur, iterum accenditur, & siti quidem vexantur, cibos verò non expetierint, & si alius liquidum deiecerit, pusque ex viridi pallidum, & liuidum aut pituita permixtum & spumofum expuerint. Si hæc omnia contigerint, moriuntur. At quibus eorum partim quædam contigerint, partim minimè, ex his nonnulli quidem intereunt, quidam etiam ex longo temporis intervallo supersunt. Sed ex omnibus his signis existentibus, tum in his, tum in reliquis omnibus coniecturam facito. Quibus ex morbis pulmonis ad aures abscessus oboriuntur, & ad inferiores sedes suppurant, & fistula facta aperiuntur, iis secunda valetudo contingere solet. Ista verò hunc in modum considerata sunt. Si febris detinet, neq; dolor conquiescit, neque sputum ex ratione procedit, neque biliosæ sunt alui egestionēs, neque bene solutæ ac sinceræ, neq; urina admodum multa, & copiosum habet sedimentum, suffragantur verò ad salutem reliqua omnia salutaria signa, in his huiusmodi fore abscessus expectato. Achi oriuntur quidem in locis inferioribus, quibus circa præcordia inflammationis aliquid subest, illi autem in superioribus, quibus præcordia mollia & doloris expertia perseverant, cumque difficultate spirandi aliquandiu vexatus fuerit, quæ citra ullam aliam evidentem occasionem quieverit. In vehementibus & periculo proximis pulmonū inflammationibus, abscessus ad trura omnes sanè viles. Optimi verò qui fiunt sputo mutationem

tionem subeunte. Si namq; tumor & dolor suboriatur, spūto profuauo in pus verso, & foras prodeunte, hoc modo tum securissimè æger superstes futurus est, tum ciuissimè citra dolorem abscessus conuiescet. Quod si neq; spūtum rectè excernatur, neq; vrina bonam subsidētiā habere videatur, periculum est ne articulo claudicat æger, aut ei multum negotij exhibeatur. Si verò dispareant abscessus & intrò recurrant, (puto non prodeūte, & detinēte febre grauis morbi periculum, & delirij, & mortis, ægro imminet. Ex suppuratis autem quos pulmonū morbi concitarunt, ferè seniores moriuntur, at ex cæteris suppurationibus, iuniores potius intereunt. At lumborum & inferiorū partium dolores, qui cum febre affligunt, si relictis inferioribus ad septum transuersum transeant, exitiales sunt admodum. Ad alia igitur signa animum adhibere oportet. Si quidem ex prauis lignis quippiā apparuerit, omni spē destitutus est æger. Cum verò suppurati vruntur, quibus purum quidem pus est & album, & minimè fœtidum, ij seruantur. at quibus suberuentum & cœnosum, moriuntur. Quod si irruente ad septum transuersum morbo, reliqua signa minimè praua se ostenderint, hunc suppuratum fore magna spes est. At vesicæ tum duræ, tum dolentes, graue prorsus & exitiale periculū minantur. Maximè autē exitiales quæ cum febre assidua fiunt. Nam & ipsarum vesicarum dolores, ad mortē inferendam satis sunt, neq; alui hoc tempore excernunt, nisi durū quiddam & coactum. Soluit autem purulenta micta vrina, album & læue habens sedimentum. Quod si neq; cum vrina quicquam dolor remiserit, neque mollior vesica reddatur, febrisque assidua fuerit, laborantem intra primos morbi circuitus moriturum sperandum est. Hoc autem modo potissimum tentantur pueri à septimo anno ad decimū quintum Febrium iudicationes iisdem numerantur diebus, quibus & euadunt, & moriuntur homines. Nam & mitissimæ febres, & quæ securissimis fulciuntur signis, die quarto aut ante desinunt. Maximè verò malignæ, & quæ cum grauissimis signis fiunt, quarto vel prius interficiunt. Primus itaq; earum insultus ad hunc modum desinit, secundus ad septimum deducitur, tertius ad vndecimū, quartus ad decimum quartum, quintus ad decimum septimum, sextus ad vigesimū.

num. Hic igitur circuitus ex acutissimis morbis per quatuor facta accessione, ad vigesimum terminantur. Neque verò horum quicquam integris diebus exactè numerari potest, cum neque annus etiam, neque menses, integris mensibus numerari soleant. Post hæc autem eadem ratione iuxta eandem adiectionem, primus circuitus est quatuor & triginta dierum, secundus quadraginta, tertius sexaginta. At inter horum initia perquam difficile est dignoscere quinam longo temporis spatio iudicari debeant, quòd simillima sint eorum principia. Verum à primo die advertere animū oportet, & pro singulorum quaternariorum additione considerationem adhibere, ne cecidit quoniam se vertat morbus. Quartanarum quoque conditio eundem servat ordinem. Qui verò intra brevissimum temporis spatum iudicationem sunt subituri, facilius dignoscuntur, cum maximè inter se ab initio dissideant. Qui enim ex morbo superfuturi sunt, facile spirant, dolore vacant, noctu dormiunt, aliàque securissima signa habent. At perituri, difficultate spirandi vexantur, delirant, vigilant, cæteraque pessima signa habent. His igitur sic se habentibus, de morbis ad iudicationem tendentibus, tum ex tempore, tum ex unaquaque adiectione coniectura facienda est. Ad eandem quoque rationem & mulieribus iudicationes ex partu contingunt. Capitis dolores vehementer ac continenter cum febre; aliquo quidem ex signis accedente, admodum exitiales. Quòd si sine signis eiusmodi, dolor vigesimum diem superet, & febris detineat, sanguinis ex naribus eruptionem, aut alium quendam abscessum ad inferiores sedes suspectari oportet. Verum quoad dolor recens fuerit, eodem modo sanguinis ex naribus eruptionem aut suppurationem expectare convenit, cum aliàs, tum si dolor circa tempora & frontem affuerit. At sanguinis eruptio magis expectanda venit in his qui nondum quintum & trigessimum annum attigerunt, in senioribus verò suppuratio. Auris dolor acutus cum febre continua & vehemente gravis. Periculum enim delirij & mortis ægro adfert. Cum igitur hic modus sit lubricus, celeriter à primo die ad omnia signa animum adhibere oportet. Moriuntur autem ex hoc morbo, iuniores quidem homines septimo die aut etiam citius, senes verò multo tardius.

tardius. Nam & febres & deliria minùs eis suboriuntur,
 auresque eam ob causam suppuratio præoccupat. Verùm
 his quidem artatibus succedentes morbi reuersiones plu-
 rimos interficiunt, iunioris verò prius quàm auris suppu-
 ret, intereunt. Quandoquidem si pus album ex aure fluxe-
 rit, iuniorem superfaturum spes est, si quidem aliud quod-
 dam ei bonum signum superuenerit. Fauces exulceratæ
 cum febre, graue aliquid portendunt. At si aliud aliquod
 etiam signum adfuerit, ex his quæ antè praua esse censui-
 mus, ægrum in periculo versari denuntiandum est. Angi-
 na grauissima quidem est & celerrimè interimit, quæ ne-
 que in faucibus, neque in cervice quicquam conspicuum
 facit, plurimum verò dolorem exhibet, & difficultatem
 spirandi, quæ erectæ cervice obitur, inducit. Hæc enim eo-
 dem etiam die, & secundo, & tertio, & quarto strangulat.
 At quæ in reliquis quidem similiter dolorem exhibet, in
 faucibus verò tumorem ac rubores excitat, admodum qui-
 dem exitialis est, priore tamen longè diuturnior, si ingens
 rubor fuerit. Hæc verò diuturnior, cum non solum fauces,
 sed cervice quoque rubor occupat, ex eaque præcipuè euadūt,
 si cervice & pectus rubor detineat, neque ad interna ery-
 sipelas reuertatur. Quod si neque diebus iudicatoriis dispa-
 reat erysipelas, neque tuberculum ad exteriorem sedem se-
 vertat, neque pus per tussim reiciat, facile quæ ac sine dolo-
 re habere videatur, mortem indicat, aut ruboris reuersione-
 nem. At securius est tumorem & ruborem ad externa con-
 uerti. Quod si ad pulmonē se vertat, mentiam excitat, &
 ex his nonnulli suppurati prærunq; euadūt. Curgulio, quo-
 ad rubor & tumor occupat, non sine periculo resecatur aut
 pertunditur. Inflammationes enim & sanguinis profluvia
 eis succedunt. Verum talia vt extenuentur aliis rationibus
 eo tempore tractanda sunt. Vbi verò id totū, quod *εμφύλω*
 Græci, hoc est vnam nomināt, iam secretum fuerit, & sum-
 ma curgulationis pars maior & rotunda, superior autem re-
 nuior extiterit, per id tempus manum ad mouere tutum est.
 Præstat tamen vbi alium subduxeris, manus operam adhi-
 bere, si per tempus liceat, neque suffocetur æger. Quibus
 febres cessant neque apparentibus solutionis signis, neque
 diebus iudicatoriis, iis recidiua expectanda est. In longa

febre, salutariter tamen affecto agro, si neq; ob inflammationem aliquam, neq; ob vllam aliam euidentem occasionem dolor detinet, in hoc abscessus cum tumore aut dolore ad articulum aliquem expectandus, maximèque in inferioribus locis. Magis tamen & breuiori tempore huiusmodi abscessus contingere solent iis qui trigessimum annum non attigerunt. At statim in considerationem adhibenda sunt quæ ad abscessum spectant, si vltra vigesimum diem febris detinet, quæ tamen per longiores febres, senioribus minùs contingunt. Huiusmodi autem abscessum expectare conuenit si febris continua fuerit, in quartanam verò firmari debere, vbi intermiserit, & errabundum in modum prehenderit, & ita ad autumnum deducatur. Vt verò abscessus oriatur in his qui triginta annis minores sunt, ita quartanæ potiùs annum agentibus trigessimum, aut senioribus. Scire autem conuenit abscessus hyeme magis contingere, & tardius desinere & minùs intrò recurrere. Si quis in febre nò lethali dixerit caput dolere, aut tenebricolum quiddam ante oculos obuersari, si etiam oris ventriculi morsus accesserit, biliosa vomitio aderit. Quòd si quoq; rigor suboritus fuerit, & inferiores præcordiorum partes frigidæ habuerit, adhuc citius vomitio aderit. Si verò sub id tempus biberit quidpiam aut ederit, id quàm celerrimè euomitur. Inter hos autem quibus primo die dolor cœpit, ij quarto & quinto die potissimùm affliguntur, at septimo liberantur. Quinetiâ eorum plariq; tertio die dolore vexari incipiunt, conficiantur autem maximè quinto, verùm nono aut vndecimo periculo defunguntur. Qui verò quinto die dolore affligi cœperint, & reliqua pro ratione prioribus respondeant, ad decimum quartum diem iudicatur morbus. Ista autem viris quidem & mulieribus, in tertianis præcipuè contingunt. Iunioribus verò, cum in iis ipsis, tum etiam magis in febribus perassiduïs, & legitimis tertianis. At quibus per huiusmodi febrem caput dolet, & pro tenebris ante oculos apparentibus visus hebetudo contingit, vibrantesq; splendores obuersari videntur, & pro oris ventriculi morsu, in præcordiis dextra aut sinistra parte contentio quædam, neque cum dolore, neque cum inflammatione suboritur, iis pro vomitu sanguinem è naribus profluxurum expectandum

dum est. Potius tamen & eo casu in iuuenibus sanguinis
fluorem expectato. Iis verò qui trigesimum annum attingunt, & senioribus minus, sed in his vomitiones expectabis. Pueris conuulsiones accidunt, si febris acuta fuerit, venter non deiciat, si vigilant, perterreantur, plorent assidue, & color immutetur, & ex viridi pallidus, aut liuidus, aut robur contrahatur. Hæc autem pueris quidem recens natis ad septimum vsque annum promissimè eueniunt. At grandiores pueri & viri non adeò per febres conuulsionibus 10prehenduntur, nisi vehementissimum & pessimum quoddam signum, ex his quæ in phrenitide fieri solent, affuerit. Morituros autem & superfuturos tum pueros, tum alios, ex omnibus signis coniicies, velut in singulis singula descripta sunt. Atque hæc à me & de morbis acutis, & de his qui ab iis oriuntur dicuntur. Qui verò superfuturos ex morbo, & morituros, eosque quibus pluribus diebus, & quibus paucioribus perseverabit morbus, rectè prænosce- 20re voler, is intelligentia comprehensam omnium signorum doctrinam, æstimare debet, & eorum vires inter se collatas ratione expendere, velut scriptum est, cum in aliis, tum in vrinis & sputis, vbi vnà & pus & bilis tussis reiecta fuerint. Quinetiam morborum semper vulgariter grassantium impetum, & tempestatis conditionem citò animo concipere oportet. Atqui quòd ad proprias cuiusque rei notas & reliqua signa attinet, probè nosse minimèque ignorare conuenit, quòd quouis anno, & quouis anni tempore, mala malum, & bona bonum denunciant. Quandoquidem & in Libya, & in Delo, & in Scythia, prædicta signa vera esse comprobantur. Ex quibus scire licet quòd non 30difficile est in iisdem regionibus, vt quis longè plurima ex ipsis assequatur, si ea cognitione complexus, recta mentis acie diiudicare & perpendere nouerit. Neque verò est quòd vllius morbi nomen, quod hic adscriptum non sit, desideres. Omnes etenim qui prædictis temporibus iudicantur, ex iisdem signis cognosces.

Hippocratis de humoribus liber.

Humor color, nisi ii ad profunda corporis se receperint, velut in cute efflorescens conspicitur. Ducere

oportet quam in partem momento feruntur, per loca accommodata, nisi quorum maturationes progressu temporis contingunt, quæ vel foras, vel intro, vel aliò quò expedit tendant. Cautio, imperitia, experiendi difficultas, glabrities, viscerum vacuitas, inferioribus repletio, superioribus nutritio, sursum inclinatio, deorsum inclinatio, quæ sua sponte sursum aut deorsum tendunt, quæ iuuat aut nocent, conata forma, regio, consuetudo, ætas, anni tempestas, morbi constitutio, exuperantia, defectio, quibus quantum linquitur, aut non, purgatio, euacuatio, remedia, declinatio, deriuatio in caput, in latera, quæ præcipuè tendit, aut reuulsio, in superioribus deorsum, sursum in infernis, aut exiccare, aut quibusdam inferiora, aut quibusdam superiora, aut eluitur, aut quibusdam lenietur. Humores ex vasis effusos, intro ne intercepto, sed aditus exiccat. Conurbatio, persusio, ablutio, quibus ad sedem aliquid abscedit, vnde emulgetur, aut medicamentum, aut vlcus, aut humor aliquis concretus, aut pullulatio, aut flatus, aut cibi recrementum, aut animalculum, aut æstus aliæve quæpiam affectio. Hæc diligenter consideranda quæ sua sponte desinunt, an velut pustulæ ab ardoribus excitatæ, in quibus quænam nocent aut iuuant. Figuræ, motio, in tumorem sublatio, ac rursum depressio, somnus, vigilia, quæque fieri aut prohiberi debent, præuertito. Vomitionis institutio, eorum quæ per inferiora subducuntur, aut sputi, muci, tussis, ructus, singultus, flatus, vrinæ, sternutamenti, lachrymarum, pruritiuum, vellicationum, contactuum, sitis, famis, repletionis, somnorum, laborum, ocij, corporis, mentis, disciplinæ, memoriæ, vocis, silentij. Mulieri vteri affectibus laboranti, purgationes, supra prorumpentia, & intestina torquent, pingua, meraca, spumantia, calida, mordacia, æruginosa, varia, ramentosa, fæculenta, cruenta, flatu carenna, cruda, cocta, sicca, quæcunque vndiq; confluunt, tollerandi leuitas spectanda & molestia prius quam in periculum incidatur, quæque sedate minimè oportet. Maturatio, eorum quæ infra sunt per inferiora demissio, fluitatio eorū quæ supra sunt, & quæ ex vteris exeunt, & sordes quæ est in auribus, emollitio, adaperitio, vacuatio, calefactio, refrigeratio, intra, extra, horum quidem, horum verò minimè.

Vbi

Vbi infra vmbilicum fuerit quod intestina torquet, tardus & leuis est intestinorum cruciatus, vice versa, contrà. Quæ per aluum secedunt, qua tendunt, minimè spumantia, cocta, cruda, frigida, foetida, sicca, humida, malum odorem spirantia. Sitis non priùs existens, neque æstus, neque alia occasio, vrina, nasi humectatio. Proiectionem & siccitatē, corporis molem in se non subsidētem, spiritum turbidum, præcordia, extremitates, oculos malè affectos spectabis. Coloris mutatio, pulsus, refrigeratio, palpitationes, cutis durities, neruorum, articularum, vocis, mentis, figura voluntaria, pili, vngues, tolerandi leuitas, aut secus, & qualia oportet consideranda. Signa sunt hæc, corporis odores, oris, egestionis alui, auris, flatus, vrinæ, vlceris, sudoris, sputi, naribus. Corpus saluum, aut sputum, aut nasus, aut lachryma, aut alij humores, omninò similia quæ iuuant, quæ nocent. In somnia qualia quis cernat spectanda, & in somnis quæ faciat, an acutè audiat, & prompto animo obediat, an quæ commoda sunt & salutem adferunt, reliquis plura sunt & valentiora, an erga omnia omnibus sensibus vigeant, & ferant, velut odores, sermones, vestitus, figuras, atque hæc facile, quæ etiam cùm sponte apparent, iuuant, & quando eiusmodi iudicationem afferunt, & tot, & talia, velut flatus, vrina, qualis, & quanta, & quando. Quæ verò contraria sunt, auertere iisque aduersari oportet. Quæ propinqua & communia sunt affectionibus, ea prima & maximè vitantur. Constitutionem autem spectato, ex his quæ prima incipiunt, quicquid tandem excernatur, ex vrinis quænam sint, & quænam sit corporis concidentia, coloris immutatio, spiritus imminutio, reliquæque cum his victus rationes. Id quidem sciendum, num quæ prodeunt sint similia, transitus, vrinæ, per vteros, sputa, per nares, oculi, sudor, ex tuberculis, ex vulneribus, pustulis quæ sua sponte, quæ per artem. Quòd similia sunt inter se omnia quæ iudicationē faciunt, quæque profunt, quæque nocent, & quæ tollunt, vt illa quidem euitans, auertat, hæc verò prouocans admoveat ac suscipiat, Aliæque etiam eodē modo, in cute, extremis partibus, præcordiis, articulis, oculo, ore, figuris, somnis, quænam iudicationem denunciant, & quando eiusmodi omni rationi moliri oportet. Adhæc verò quinam huiusmodi abscessus oriuntur,

quænam iuuant, cibis, potionibus, odoribus, visis, auditionibus, notionibus, secessibus, humoribus, calefactione, refrigeratione, siccitatibus, humectando, siccando, inunctionibus, illitionibus, iis quæ in cataplasinate apponuntur, emplastris, iis quæ insperguntur, & iis quæ imponuntur. Figuræ, frictio, medela, labor, otium, somnus, vigiliæ. Spiritibus, supra, infra, communibus, propriis, arte comparatis. In accessionibus nec præsentibus, nec futuris, neque dum pedes refrigerantur, sed cum morbus inclinât. In accessionibus quæ per circuitus repetunt, nulla alimenta offerenda, neque adurgenda, sed ante iudicationes de his quæ apponuntur auferendum. Quæ iudicationem faciunt, aut perfectè iudicata sunt, neque mouere, neque vlllo modo innouare, siue medicamentis, siue aliis irritamentis, sed siuere oportet. Concocta medicamentis purgantibus agitando non cruda, neque in principiis, nisi impetu suo ad excretionem ferantur, plerunque verò minimè ad exitum festinant. Quæ ducenda sunt, quò maximè vergunt, eò per loca convenientia ducere oportet. Quæ prodeunt, copia minimè sunt æstimanda, sed quandiu prodeant qualia oportet, & æger facilè ferat. Vbi verò virium debilitatem, aut animi defectionem iudicare oportet, quandiu hoc feceris, aliò vertendum, aut siccandum, aut humectandum, aut reuelendum cuius gratia id fit, si sufficere æger possit. Quod ex his est coniectandum, sicca quidem calida erunt, humida verò frigida, aluum autem deficientia, plerunque contraria. Hæc imparibus diebus supra fiunt, si & circuitus, & constitutio ex ipsis accessionibus talis extiterit. Plurimo autem diebus paribus infra contingunt. Sic enim etiam quæ sponte eueniunt iuuant, nisi circuitus accessiones diebus paribus faciant. In talibus autem, paribus diebus, supra, imparibus verò infra fiunt. Pauca autem sunt eiusmodi, talesque constitutiones difficiliorem habent iudicationem. Quinetiam quæ vltra tempore procedunt, sic contingere necesse est, velut quæ ad diem decimumtertium & ad decimumquartum perueniunt, decimotertio quidem infra, decimoquarto verò supra fient. Sic enim ad iudicationem confert. Et quæ ad vigesimum diem pertingunt, præterquam quæ infra feruntur, plerunque purgare oportet, eaque non prope iudica-

iudicationem sed longius. In acutis autem raro multa du-
cenda sunt, in his verò qui lassitudinis sensum habent, to-
tum. In febris ad articulos & ad maxillas præcipuè abs-
cessus contingunt, in vicinia dolorum cuiusque, ad superio-
rem partem magis, & in totum. Si tardus fuerit morbus &
deorsum feratur, infra etiam abscessus contingent. Maxi-
meque pedes calidi, infra futurum abscessum, frigidi verò
suprà, denunciant. His qui ex morbis conualescunt, si statim
in manibus & pedibus dolores contingunt, in his abscessus
10 oriuntur. Quinetiam si quæ pars ante morbum labora-
rit, ibi morbi sedes erit, veluti is contingit qui in Perintho
tussi & angina laborarunt. Tusses enim non secus ac febres,
abscessus excitant. Simili etiam ratione contingit vel ab
humoribus, vel corporis colliquatione & animi. Humores
igitur quibus anni temporibus efflorescunt, nosse oportet,
& quales in singulis morbos efficiant, & quasnam in vno-
quoque morbo affectiones pariant. Reliquum quoque
corpus, quem ad morbum natura præcipuè inclinat, quale
quid lien in tumorem sublatus facit. Quorum quiddam et-
20 iam natura facit, fereque colores deteriores sunt, & corpo-
ra arefacit. Et si quid sit aliud, in his te exercitatum esse
oportet, velut si quis animi intemperantia ducatur ad ci-
bos & potiones, somnum & vigiliis, vel amore quodam vt
alearum, vel arte, vel necessitate labores toleret, iique vel
certo, vel non certo ordine contingunt. Mutationes ex qui-
bus ad quænam fiant, considerandæ. Ex moribus animi
industria, vel si quid inuestiget, vel cogitet, vel videat, vel
dicat, vel aliud quid faciat, velut dolores, iracundiæ cupi-
ditates, quæ ex casu accidunt, mentis molestiæ, quæ per vi-
30 sionem aut auditionem contrahuntur, quales corporum
affectiones. Molæ quidem in sese attritu, dentium stupor
oboritur. Iuxta foueam transeuntem, crurum tremor oc-
cupat. Cum quis ea quibus opus habet manibus sustulerit,
eas tremor corripit. Serpens de repente conspectus, pallo-
rem inducit. Metus, velut pudor, dolor, lætitia, ira atque re-
liqua huiusmodi sic afficiunt. Quod autem in corpore ad
actionem pertinet, horum unicuique morem gerit. Sudo-
res, cordis palpitatio, atque id genus facultates. Quæ foris
iuuant aut nocent, vinctio, perfusio, illitus, quæ in catapla-

smate adhibentur. Lanarum & eorum quæ sunt eiusmodi deligatio. Interna etiam talibus afficiuntur, non solum velut externa ab his quæ intrò assumuntur. Quia etiam quæ in lanis ouium sorde inquinatis admoventur, & quod Regium dictum est cuminum videntibus, olfacientibus. Quæ ex capite deducunt, perturbationem adferunt sermones, vox & talia. Mammæ, genitale semen, uterus, signa quæque in ætatibus, & in suffocationibus, & tussibus, quæ ad testes perueniunt. Vt se habet terra in arboribus, ita in animantibus venter, alit, calefacit & refrigerat. Refrigerat quidem 10 dum vacuatur, calefacit verò cum impletur. Non secus ac stercoreata terra hyeme calida est, ita etiam ventriculus. Arbores corticem tenuem siccum habent, intrinsecus autem carne sunt sicca, sanæ, imputres, diuturnæ. Et ex animantibus velut testudines, & quicquid est eiusmodi. Ætatibus, anni temporibus, annis similia. Quæ viuunt non atteruntur, & quibus moderatè vtuntur, melius habent. Quemadmodum hydria parua recens transmittit, inueterata continet, ita & ventriculus alimentum transmittit, & subsidens retrimentum retinet velut conceptaculum quoddam. Mor- 20 borum formæ diuersæ sunt, cum partim quidam sint congeniti, de quibus percontando licet cognoscere, partim quidem ex regionibus oriuntur, cum multis sint familiares, & plerique ipsos norint, partim verò ex corpore, & vitæ institutis, & morbi constitutione, vel ex anni temporibus. Regionibus autem ad anni tempora male affectæ, cuius temporis similitudinem habent, eiusmodi morbos pariunt. Verbi gratia inæqualis calor & frigus, si eadem die contingerint, autumnales morbos in regione creabunt, & in reliquis anni temporibus eadem ratio seruabitur. Alii quidem 30 ab odoribus cœnosis aut palustribus, alii verò ab aquis, calculosi, lienosi, alii à ventis, tum bonis, tum malis originem ducunt. Quales verò futuri sunt anni temporis morbi, tales etiam ex his constitutiones ducentur. Si anni tempora tempestiuam & ordine procedentem temperiem habuerint, indicatu faciles morbos pariunt. Familiares autem anni temporibus morbi, mutationes indicant. Pro anni autem temporis varietate, similes aut dissimiles erunt morbi, qui hoc tempore oriuntur. Quod si similiter procedat, aut eiusmodi

modi morbi erunt, aut ad tale quid deducuntur, velut ad morbum regium autumnalem: cum fit gora caloribus, & calor frigori succedit. Si verò æstas biliola extiterit, bilisq; incretus intus remanserit, etiam aliquantulum lienosis erunt. Cum igitur ver quoq; hoc modo processerit, vere etiam morbi regiorum. Ad hanc enim formam hic motus anni temporis proximus est. At ubi æstas veri similis extiterit, sudores in febribus, & q; faciles, neq; peracutæ erunt, neq; linguas vehementer aridas habebunt. Cum verò ver
 30 hybernium fuerit, & extrema hyemis frigora senserit, hybernium etiam morbi fient, & tussis, & pulmonum inflammationes, & angina. Et autumnus si non suo tempore, ac de repente ad hyemis naturam vergat, non continenter tales morbos facit, propterea quod non suo tempore incepit, sed inæqualiter fit. Quapropter etiam anni tempora iudicatione carent, & instabilia sunt, quemadmodum morbi quoq; si ante tempus erumpant, aut excerni anticipent, aut intus relinquuntur. Anni enim tempora morborum reversiones plerumq; afferre solent, sicut & eiusmodi morbos facere. Il-
 40 lud præterea spectandum est, quomodo affecta sint corpora, cum ab anni temporibus excipiuntur. Austri auditus grauitatem afferunt, oculis caliginem offundunt, capitis grauitatem inducunt, membrorum torporē ac languorē faciunt. Cum hic inualuerit, eiuscemodi in morbis cōgunt, vlcera madentia, os præsertim, pudendum, aliasq; partes occupant. Quod si aquilonia fuerit tempestas, tussis fiunt, faucium asperitates, alui duriores, vrinæ difficultates, horrores, laterum & pectoris dolores. Hac prævalente, eiusmodi morbi maxime expectandi sunt. Quod si magis redundarit, magnas siccitates febres cōsequuntur, itemq; imbres, qualescunq; humorum redundantiæ cōgesserint, & quomocunq; affecta corpora ex alio anni tempore exceperint, & quicunq; tandem humor in corpore præualuerit. Quoniam etiam siccitates Austriæ sunt & Aquilonales. Differunt enim & alia ad hunc modum. Nam & hoc magnum est. Et alius in alio anni tempore & regione magnus est. Velut æstas bilem gignit, Ver sanguinem & alia tempora, ut singulorum fert natura. Mutationes pouissimum morbos pariunt, ex quæ præcipue maximæ. Et in anni temporibus magnæ mutationes, itemque

in aliis. Quædam sensum accessione facta sunt, eaque anni tempora sunt securissima, non secus ac victus rationes, & frigus, & calor, maximè si paulatim ex additione progrediuntur, itemque ætates ad hunc modum immutatae. Naturæ quòd ad anni tempora attiner, aliar ad æstatem, aliar ad hyemem bene aut malè affectæ sunt, quædam verò ad regiones, & ætates, victus rationem, & alias aeris conditiones. Morbi alij ad alia anni tempora bene vel malè se habent, ætates quoque ad tempora, & regiones, & victus genera, & morborum constitutiones. Atque in anni temporibus, victus genera, cibi & portiones quales sint videndum, quòd hyems quidem ab operibus cessans, quæ ingeruntur cocta & similia postulat. Id enim permagni etiam refert. Autumnus autem laboribus dicatus est, insolatus habet, crebros potus, cibos instabiles, vina & arboreos fructus. Ac quemadmodum ex anni temporibus de morbis coniecturam facere licet, ita quandoque ex morbis aquas, ventos, & siccitates cognoscere licet, velut aquilonales & austrinos flatus. Hoc enim ei erit integrum, qui probè & rectè nouerit, vnde hæc spectanda sint. Velut etiam lepræ quædam, & circa articulos dolores. Vbi aquæ futuræ sunt, pruritus excitant, aliaque eiuscemodi. Et quæ pluuia aut tertio quoque die, aut singulis diebus, aut per alios circuitus, aut continenter contingunt. Et venti quidam per multos dies, & inter se aduersi spirant, alijque per pauciores dies, iidemque per circuitum. Atque hæc similitudines habent cum temporum constitutionibus, eiusmodi tamen breuiores. Quòd si annus magna ex parte talis esse pergat, eiusmodi quoque morbi magna ex parte erunt, & quò magis inualuerint, sic quoque maximi morbi maximeque communes erunt, & longissimo tempore perdurabunt. Ex primis aquis, cum post multam siccitatem aqua futura est, licet aquam inter cutem prædicere, & cum alia parua signa in ventorum cessatione & aeris mutatione apparuerint. Colligendum igitur qui quidem morbi, qualibus aquis aut ventis de se significationem præbeant, neque negligendus est, qui cuiusmodi hyems præcesserit, tale ver aut æstatem fore nouerit. Colores neque in anni temporibus, neque in aquilonalibus, neque in australibus constitutionibus similes sunt,

les sunt, neque in ætatibus, neque cum sibi quispiam, neque cum alter ad alterum confertur. Spectandi autem colores sunt ex his quæ præsentia & quiescentia esse nouimus, quodque ætates anni temporibus, & colore, & modo, similes sunt. Qui sanguinem per ora venarum quæ in ano sunt profundere solent, ii neque lateris dolore, neque pulmonis inflammatione, neque vlcere exedente (phagedænam vocant) neque furunculis corripuntur, neque tuberculis, quæ à ciceris similitudine therminthi dicuntur, ac forte ne lepra quidem, fortassis verò neque viriliginibus. Intempestiuè tamen curati multi, non ita multo post huiusmodi morbis correpti sunt, atque ita perniciosè habuerunt. Quod in reliquis abscessibus contingit, velut fistulis quæ aliorum medela sunt. Quæ sedare solent, cum postea appareant, ea si prius fiant, impedimenta, ab iis liberant. Cum aliis communionem habent suspecta ad excipiendum loca, aut ob dolorem, aut ob grauitatem, aut ob aliud quippiam, & liberant. Quæ cum aliis communionem habent, iis ob inclinationem non amplius sanguis prodit, sed iuxta humoris cognitionem talia expuunt. Interdum in talibus tempestiuè sanguis mitti potest, in aliis verò, perinde atque his minimè consentaneum. Impedimento est iis qui cruenta expuunt, anni tempus, lateris dolor, bilis. Quibus sub iudicationis tempus, iuxta aures exorta tubercula minimè suppurant, iis sub fidetibus, morbi reuersionem fieri contingit. Factaque pro reciduarum ratione iudicatione, rursus attolluntur & permanent, non secus ac febrium reuersiones, eodem circuitu. In his aliquid ad articulos abscedere posse sperandum est. Urina crassa, alba, qualis Archigenis puero aderat, in febribus cum lassitudinis sensu quarto die interdum prædit, abscessuque liberat, idque si præter hæc sanguis è naribus abundè & copiosè profluat. Qui articulari morbo detentus, intestini dolore dextra parte vexabatur, quietior erat, hoc autem curato, magis dolebat.

Hippocratis de indicationibus liber.

Indicationum quæ breui meliorem fore statum portant, eadem ferè quæ sanitatis signa sunt. Sudores enim optimi & citissimè febrem sedare censentur, qui decernen-

tibus diebus contingūt, & febrē ex toto finiunt. Boni etiam æstimandi, qui ex toto corpore proueniunt, & leuiorē morbum reddunt. Qui verò horū nihil præstant, inutiles si contingant. Morbo autem ad iudicationē tendente, deiectionē crassiorē reddi oportet, subfulua verò nec admodum graueolens esto. Lumbricos etiam sub iudicationē exire commodum est. Vrina optima est quæ per totū morbi tempus, quoad iudicationem subierit, albissimum, laue & æquale habet sedimentum. Securum enim ac breuem fore morbum indicat. Si suborto sudore morbus cesset, & vrina fulua cum sedimento albo conspiciatur, iis eodem die febris reuertitur, quæ quinto die sine periculo iudicatur. Qui paucissimo tempore sani futuri sunt, iis in totum maxima signa contingunt. Ii enim citra dolorem & periculum perseverant, noctu dormiunt, cæteraque securitatis signa præseferunt. Quibus in febre minimè lethali, capitis dolor est, aliaque signa circumstant, in his bilis superat. Qui primis diebus dolore vexati, quarto & quinto die magis vrgentur, hi sub septimum diem febre liberantur. Februm verò iudicationes iisdem numero diebus contingunt, quibus homines moriuntur, & quibus superstites euadunt. Leuissimæ enim febres & cum securissimis signis, quarto die aut prius finiunt. Maximè verò lethales, & quæ cū periculosis signis contingunt, quarto die aut prius interficiunt. Primus igitur earum impetus sic finitur, alter ad septimum deducit, tertius ad undecimū, quartus ad decimum quartū, quintus ad decimum septimum, sextus ad vigesimum. Hæ igitur in acutissimis morbis accessiones per quatuor fiunt, & ad viginti dies producuntur. Fieri verò non potest vt horum quicquam integris ex ætate diebus numeretur. Neque enim anni, neque menses integris diebus constare solent. In febribus ardentibus bona signa, si qualia in sanis scripta sunt existant, minora quidem tertio die remissionem fore indicant, crassiora verò in crastinum omnino, sed crassa eodem die. Febribus ardentibus si post septimum diem morbus regius succedat, sudoris indicium est. Neque enim exudare morbus, neque aliàs vsquam abscessum facere consuevit, sed sanescit. Cū calor discesserit & humiditatem ad se attraxerit, febris iudicationem fieri necesse est, & vrinas aut etiam

etiam alui egestionem procedere, aut sanguinis ex naribus fluxionem, vel copiosam mictionem, aut ob humiditatem vehementem, sudorem aut vomitum. Mulieri verò etiam mensium via patet. Hæc igitur præcipuè iudicationem faciunt, aut quodcunque ad hæc proximè accedit. Subitè autem & alias iudicationes, minùs quidem quàm has. At si morbus regius in febre ardente septimo die aut postea contingat, ægreque multum sputum procedat, tam in ardentibus quàm in aliis febribus, si nullis ex his signis contingentibus febris dimittat, has iudicationes pro illis fieri necesse est, aut maiorum tuberculorum abscessus contingere, vel dolores vehementes ex abscessu, aut humorum ex calore colliuationes. Eorum quæ febrem ardentem denunciant, iudicationes & remissiones longiorem morbum ostendunt. Si verò vehementia fuerint, ferè mortem adferunt. Reliquæ febres ardentes secuturæ, septimo aut decimoquarto finiunt. Solet autem in lypyriam transire, ferèque quadraginta diebus occupat, & in epialum hoc est febrem algidam desinit. Et lypyria eodem dieprehendit & dimittit, capitis etiam dolor oritur. Quòd si cum lypyria febris per quadraginta dies non dimiserit, sed longius deducta fuerit, dolorque caput detinuerit, ac delirauerit, eum purgato. At febre ardente finiente si morbus regius succedat, non solet ampliùs sudare, neque alibi vsquam abscessum facere, sed sanus euadit. Tertiana vt plurimùm septem circuitibus iudicatur. Quibus in molestis febribus septimo, nono, aut decimoquarto die morbi regii oriuntur, bonum est, nisi dextra præcordia obduruerint, sin minus, res in dubium venit. Acuti morbi intra dies quatuordecim ferè iudicantur. Sudores febricitanti si tertio, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, vigesimo primo & trigésimo die contingunt, huiusmodi sudores morbos iudicant. Qui verò non sic contingunt, labores portendunt. Vinarum concoctiones paulatim maturescences, si diebus indicatoriis concoctæ fuerint, morbum solunt. Vrinæ cum vlceribus conferre oportet. Vlcera nanque si repurgando pus album reiciant, celerem curationem denunciant, sed si ad saniosos humores conuertantur, maligna euadunt. Ad eundem

etiam modum vrinæ prænuñtiant, si ex dolore tenues euadunt, occasionem ex qua morbus adest ratione colligere oportet, eamque inspicere cum sedatur. Si enim hæc deficiat, aliæque signa qualia oportet accedant, nullam esse morbi solutionem est existimandam. Si capitis dolor adsit, ex quo febris succedat, neque hæc sedetur, dolore non cessante, febris iudicatione non finitur. Plurima sanè eiusmodi sunt iudicationis longæ ad melius tendentis, quæ etiam cernuntur in his quæ ad sanitatem tendunt. Præcordiorum tumores molles, doloris expertes, & tactui cedentes, longiores quidem, sed minus formidandas, quàm his contraria tubercula, iudicationes faciunt. Ad eundem se habent modum reliqua ventris tubercula. Ex urinis si partim quidem reddita pura sit, partim verò subsidentiâ albam & læuem habeat, longiorem iudicationem, aut minorem quàm optima vrina securitatem portendit. Quod si quandoque vrina subrubra fuerit, subsidentiâque subrubram ac læuem habeat, longè quidem diuturnior quàm prior hæc morbum significat, admodum tamen salutarem. Quibus pedum dolores contingunt, si circa inflammationem diebus quadraginta desinunt, in his plerumque longa iudicatione in melius tendunt. Quæ ad mortem inclinant, intra diem & noctem indicantur, quæ debilitatis signa sunt, velut eporo medicamento, aluo sursum & deorsum exturbata, anxietudine, & aliis id genus. Horum igitur signa si die ac nocte soluantur, satis est, alioqui lethalia reputanda sunt. Sudores pessimi frigidi quique circa cernicem oboriuntur, hi enim mortem & morborum longitudinem prænuñtiant. Alii deiectiones variæ, nigris aliisque exitialibus deiectionibus diuturniores quidem, nihilo tamen minus perniciose. Cuiusmodi sunt ramentis similes, biliosæ, cruentæ, porri colorem referentes, nigre, eæque interdum simul quidem omnes, interdum etiam singulæ per se deiciuntur. Vrina quandoque quidem pura reddita, quandoque verò sedimentum album & læue habens, tardiorum minoremque securitatem quàm optima vrina portendit. Si per multum tempus vrina fulua & tenuis fuerit, periculum est ne quoad concocta fuerit æger sufficere non possit. Quod si alioqui salutaria signa fuerint, his abiectionum fore in locis septo

septo transuerso inferioribus expecta. In febribus si vrina
 mutationes habeat, temporis longitudinem indicat, æ-
 grumque tum ad deteriora, tum in alteram partem neces-
 sariò commutari. Vrinæ primis minimè sint similes, sed ex
 crassis tenues euadant, & omninò tenues, earum difficilem &
 minimè certam iudicationem faciunt. Sudores frigidi cum
 acuta quidem febre lethales, cum mitiore verò, morbi lon-
 gitudinem denunciant. Et quacunque corporis parte calor
 aut frigus inest, ibi morbus est, eique celeres in toto cor-
 pore mutationes contingunt. Quod si corpus perfrigescat,
 aut rursus incalcescat, colorque subinde mutetur, ista morbi
 longitudinem portendunt. Si febricitanti sudor succedat, ne-
 que febris desinat, malo est, producit enim morbus, &
 humiditatem significat. Febricitanti sudores frigidi con-
 tingentes, febrem longam denunciant. Sano sudor copio-
 sus immodicè contingens, morbum portendit, æstate qui-
 dem minorem, frigore verò maiorem. Quæ eodem con-
 cedunt, si consistere permiseris, veluti ramenta subsident, si
 parum, paruus est morbus, si multum, magnus, his aluum
 subluere confert. Quibus in inferiore per aluum deiectione
 bilis atræ quid subest, si copiosius, maior est morbus, si
 parcius, minor. Si venæ pullent, & facies bene habita fuerit,
 præcordia minimè mollia, sed sublata, diurnus morbus
 significatur, neque sine conuulsione, aut copiosa ex nari-
 bus sanguinis profusione, aut vehementi dolore soluitur. In
 manibus etiam palpitaciones, admodum longam febrem
 aut breuem in peius tendentem iudicationem indicant,
 prætereaque plurima quæ ad mortem inclinant. His qui
 breui perituri sunt, maxima signa per initia contingunt.
 Nam & difficiles habent spirationem, neque noctu dor-
 miunt, & periculi plena signa ostentant. In febre continen-
 te, qui quarto & septimo die laborat, neque vndecimo die
 iudicationem subierit, is plerumque perniciosè habet. Qui
 distentione (tetanòs dicitur) corripitur, intra quatuor
 dies pereunt, quos si effugerint, conualescunt. In febribus
 ardentibus, si morbus regius & singultus quinto die con-
 tingat, lethalis est. Morborum reuersionibus tentantur,
 quibus citra febrem vehementes vigilæ, aut turbulenti
 somni adueniunt, aut corporis robur soluitur, aut singulo-

rum membrorum dolores adsunt, & quibus febres, non accedentibus solutionis signis, neque diebus iudicatoriis quiescunt. Quòd si deficiente febre & accedente sudore, urinam fuluam albam subsidentiam continentem reddiderint, his eodem die febris reuersionem sperato. Eiusmodi verò reuersiones quinto die citra periculum iudicantur. At si iudicatione facta, vrina rubra subsidentiam rubram continens reddita fuerit, his quoque febris reuersio eodem die contingit, ex eaque pauci seruantur. Febris ardens cum reuersionem facit, plærunque etiam sudorem profundit, præsertim si post reuersionem tot diebus quot priùs detineat. Tertiò etiam febris reuertitur, nisi post reuersionem die impari dimiserit, & plærunque si non cocta fuerint vrinæ, neque alia signa secundum rationem processerint, morbus iudicatorio die reuertitur, interdum verò his eiusmodi relictis etiam die iudicatorio reuersionem facit. Quibus iudicationis tempore exorta ad aures tubercula non suppurantur, his solutis morbi reuersio pro recidiuarum ratione simili circuitu contingit. In his ad articulos aliquid abscedere posse sperandum est. Si vrina crassa fuerit, qualis alba in morbis cum lassitudine sensu quarto die accidit, ab abscessu liberat, horum verò quibusdam etiam sanguinis ex naribus profluuia contingunt, quæ quarto die minimè liberant, neque morbos quos pus prodiens sanat. Atrabile vexatis & phrenitide detentis, sanguinis profluuium per ora venarum quæ in ano sunt, bonum est. Qui insaniam corripiuntur, aut per se à morbis liberantur, iis dolor ad pedes aut pectus subiens, aut vehemens tussis oborta, insaniam soluit. Quòd si soluta insaniam nihil ex his accidit, cæcitas sequitur. Qui inter loquendum hæsitant ac balbuerunt, vt ne clabris moderari queant, si hæc cessent, purulenti euaduat. Vehementer in locis inferioribus dolorem, surditas soluit, aut copiosus ex naribus sanguis profluens. Insaniam magnum morbum inuadendi consuetudine iam familiarem soluit. Quibus in febribus ardentibus coxendiculi dolor est, oculorum peruersio aut cæcitas, aut testium tumores, aut mammarum eleuatio, hæc febrem ardentem solvunt, aut etiam sanguinis ex naribus profluuium. In febre ardente si rigor corripiat, sudorem euocare solet. In febre

bre ardente derento, rigore succedente solutio contingit. Tremores in febrisbus ~~de~~ ^{hys} soluit. Quibus in febrisbus aures obsurduerunt, his nisi febris soluatur, furorem contingere necesse est. Soluit autem sanguis ex naribus effluens, aut aluus biliosa effundens, aut intestinorum difficultas, aut coxendicum aut genuum dolor succedens. Febrisbus si rigor succedat, febris soluitur. Quibus dolores de repente oriuntur, præcordia sursum attolluntur, si dolores vehementes ad notham costam contingant, his venæ sectio & deorsum purgatio solutionem adfert. Neque enim locis inualidis vehemens febris inuadit. In aqua intercute detentis, si aquosus humor per venas in aluum aut vesicam effluat, solutio contingit. Si pituita alba derento, vehemens alui profluuium succedat, solutio contingit, quæ alui profluuii diutius cum tussi detinentur, non liberantur, nisi dolores vehementes ad pedes contigerint, si velit naturæ peruersio fieri, vbi nullum amplius alui profluuium adfuerit, aut inanis alui egestio corripuerit. Status enim foris existentes superueniunt. Manifestum igitur nullum humor rem habent, vt proinde quæ ita habenti adhibentur, tura esse noceas. Si tenuioris intestini morbus superueniat, vinum frigidum copiosum, meracum, paulatim propinato, quoad somnus aut crurum dolor oboritur, quem etiam febris aut intestinorum difficultas soluit. Capius morbo vehementer affecto, si pus per aures aut nares effluerit, morbum soluit. Quibus per sanitatem de repente capitis dolores obueniunt, confestimq; vox deficit, ac stertunt, intra dies septem pereunt, nisi febris prehenderit. Ex capite vehementer dolenti, quicunq; ex superioribus locis afficiatur, cucurbitulam admoueto. Coxendicum & genuum dolor, & crebra spiratio, quicquid horum contigerit soluit. Lippitudine laboranti, alui profluuium detraheri bonum. Conuulsione aut corporis distentione vexato, si febris superueniat morbum soluit. Si febre detentum conuulsio prehenderit, febris eodem die, aut postero, aut tercio desinit.

Hippocratis de diebus iudicatoriis liber.

Artis magnam partem esse duco, posse quæ rectè scripta sunt speculari. Qui enim hæc nouerit, iisque uti-

tur, is mihi in arte non multum falli videtur. Vnamquanque sanè tempestatum anni & morborum conditionem exactè addiscere oportet, & qualem morbus bonus, quis periculo coniunctus, aut in temporis conditione, aut in morbo, quinam morbus longus sit, & lethalis, longus quinam salutaris, acutus quinam lethalis, acutus quinam salutaris. Ex quibus tum iudicatoriorum dierum series contemplanda est, tum etiam prædicendi facultas suppetit. Prætereaque ex his, quibus, & quando, & quamnam victus rationem præscribere oporteat, cognoscere licet. Maximum igitur in ægris qui superstitēs futuri sunt signum est, si febris ardens, cæterique morbi eodem modo, præter naturam non fuerint. Nihil enim in his quæ sunt secundum naturam, neque formidandum, neque lethale contingit. Secundum verò si ipsa etiam anni tempestas, una cum morbo minimè repugnet. Neque enim ferè contingit, ut humana natura vniuersi vim superet. Deinde si faciei partes extenuentur, & venæ quæ in manibus sunt, & oculorum angulis, ac superciliis quiescant, cum antea minimè quiescerent. Huic si vox remissior & exiliior, spiratioque rarior & tenuior fuerit, in sequentem diem morbi remissio contingit. Hæc igitur ad iudicationem in considerationem adhibenda sunt, & si linguae bifurculum velut salua alba obducitur, sique in summa lingua hoc idè contigerit, minus tamen. Si quidem igitur parua hæc extiterint, ad tertium diem morbi remissio expectanda est, si verò aliquantò crassius, in crastinum, si autem adhuc crassius, eodem ipso die. Quinetiam oculorum alba per initia quidem morbi nigrescere necesse est, si morbus inualuerit. Hæc igitur si pura existunt, perfectam sanitatem, remissè quidem, tardius, vehementer verò, citius contingere denotant. At verò acuti morbi ex bile oriuntur, cum ad iecur confluerit, & ad caput peruenerit. Sic verò afficitur, iecur intumescit, & propter tumorem ad septum transversum expanditur, statimque ad caput, præcipue verò ad tempora dolor ingruit, neque auribus acutè audit, sæpè verò oculis non videt, horrorque & febris inuadit. Hæc igitur per morbi initia ei contingunt, & quandoque valde quidem, quandoque etiam minus intermittunt, quoque magis morbi tempus processerit, eo corporis dolor maior est, oculorum pu-

pillæ dissipantur, eorumque acies hebelcitur, sique digitum
 ad oculos admoventis, non percipiet, eo quod non videat.
 Istud autem quod non videat hinc cognoscet, quod admo-
 digito non mictatur, & floccos ex vestibus stragulis detra-
 hit, si quos videat, pediculos esse ratus. Cumque secur ad
 septum transversum magis explicatum fuerit, delirat, sibi-
 ante oculos reptilia, & varias cuiusvis generis feras ferri ex-
 istimat, & homines armatos cum quibus pugnare videtur, &
 tanquam videat eiusmodi loquitur, irruit minaturque: si quis
 cum exire non permittat. Et si surrexerit, crura atollere ne-
 quit, sed cadit, pedesque perpetuo sunt frigidi, cumque dor-
 mit ex somno exilit, horrendaque insomnia videt. Quod au-
 tem per somnos exiliat & terreatur, cognoscimus, cum ad
 mentem redierit. Insomnia enim eiusmodi exponit, & quæ
 corpore gessit, quæque lingua locutus est. Istaque eiusmodi
 patitur, interdum verò per totum diem ac noctem voce pri-
 uatur, cum multa & conferta respiratione, cum delirium
 cessavit, statim ad mentem redit, & si quis eum interroget,
 recte responderet & omnia quæ dicuntur intelligit, deinde
 rursus paulo iisdem prostratus dolibus decumbit. Hic
 morbus potissimum in peregrinatione contingit, & si quan-
 do per deserta loca quis iter fecerit, etsi etiam aliter invadit.
 Nervorum distentiones duæ vel tres. Siquidem ex vulnere
 nervorum distentio contingit, sic æger afficitur, maxillæ
 velut ligna rigescunt, os aperire non potest, oculi frequen-
 ter illachrymantur & contrahuntur, dorsum rigidum est, ne-
 que crura, neque manus, neque spinam inflectere potest. Cum
 verò lethalis fuerit, porus & edulia quæ prius deuoravit per
 nates interdum exeunt. In distentione ad posteriora (opi-
 sthotonos dicta) in reliquis eodem ut plurimum modo affi-
 citur æger. Oritur autem cum ad posteriores æreicis ten-
 dones, aut ex angina, aut vna, aut locis ad tonsillas purulen-
 tis affectus fuerit. Quibusdam etiam ex capite, cum febres
 supervenerint, convulsio contingit. Iam verò etiã ex vulne-
 ribus in posteriora distrahitur, & præ dolore dorsum & pe-
 ctus rigescit, & lamentatur. Is vehementer convellitur, ut
 vix ab his qui adsunt contineatur, quin electo excidat. Alia
 nervorum distentio minus est prioribus lethalis, ex iisdem
 autem oritur, eodemque modo totum corpus convellitur. At

febris ardens non similiter vt prædicta oritur. Semel enim natura suaprehendit, vt accēdi necesse sit. Sitis igitur multa, & vehemens febris hominē detinet. Lingua autē exasperata finditur, & resiccatur, coloreq; primum quidē pallida est, vti consuevit, procedente verò tempore nigrescit. Quod si quidē per initia nigrescat, celeriores iudicationes contingunt: si postea, tardiores. Coxendicū morbi plarisq; ex his potissimum causis oriuntur, si quis diutius in sole versetur, & coxendices incaluerint, humorq; qui in articulis inest ab ardore resiccatus fuerit. Quod autē resiccetur & concreseat, id magno est indicio. Ager enim articulos præ dolore qui in eis est inflectere ac mouere non potest, & eo q̄ spinæ vertebræ contractæ sunt. Dolor autem magis est ad lumbos & vertebrae, quæ ex obliquo coxendicū sitæ sunt, & ad genua. Dolor autē acutus & æstuosus plurimo tempore in inguinibus, sed etiam in coxendicibus insistit, & si quis eum erigar, non transmouetur, ingemiscit autē quā maximè potest præ dolore. Interdum verò etiam cōuulsio, & rigor, & febris superuenit. Oritur autem à bile & pituita, oritur verò etiam à sanguine, & dolores ab omnibus morbis sunt similes, & rigor, & febris leuis interdumprehendit. Morbus regius acutus est & qui celeriter necat, color totus mali punici corticem refert, vehementer autē ex viridi pallescit, & quemadmodum lacerti virides, simile ei corpus est, in vrina quod subsidet velut eruum fuluum, & febris & horror leuis detinet. Interdum verò etiam vestem stragulam habere nō sustinet, sed matutino tempore ieiunus totus mordetur & raditur, deinde vt plurimum viscera strepitum edūt, & si quis eum erigar, aut alloquatur, non sustinet. Hic ferè intra dies quatuordecim moritur, quos si effugerit, cōualescit. In pulmonis inflammatione hæc eueniunt, febris vehemēs detinet, crebra est & calida respiratio, anxietudo & impotentia vixat, & corporis iactatio, dolorq; ad scapulas, iugulum & mammam, in pectore pondus, & deliria. Interdū verò quoad tussis coeperit, sine dolore est, sed illa lōgior & molestior est. Primis diebus sputum albū & spumofum expuit, lingua verò flaua est, sed procedēte tempore nigrescit. Si igitur per initia nigrescat, celeriores sunt liberationes, postea verò, tardiores. Tandem etiam lingua finditur, & si digritū admo-

ueris

tueris adhærescit. Morbi autem liberationem, non secus ac in morbo laterali, lingua denotat. Hæc contingunt diebus ut minimum, quatuordecim, ut plurimum vero, vno & viginti, quo tempore vehementer tussit, vnaque cum tussi reijcit, primum quidem copiosa spuma & spumosa, at septimo ac octavo die cum febris in vigore, & humida pulmonis inflammatio fuerit, crassius, alioqui minimè, nono verò & decimo die, aliquantulum ex viridi pallefcens & subcructum, duodecimo autè ad decimum quartum usque, copiosum & purulentum. Quibus à natura humida: insunt corporis affectiones, iis vehementior morbus est. At quibus natura & morbi conditio sicca est, hi minus conflantur. Atque de iudicatoriis diebus iam quidem etià antea à me dictum est. Iudicantur autè febres quarto die, septimo, vndecimo, decimo quarto, decimo septimo, vno & vigesimo. Ex his verò acutis trigesimo, deinde quadragesimo, postea sexagesimo. Vbi verò hos numeros superat, diuturna iam euadit februm conditio.

Hippocratis prædictorum lib. primus.

10 I **Q**VI inter initia sopore detenti, capitis, lumborum, præcordiorum, ceruicis dolore ac insomnia conflantur, eos considerare oportet, num sint phrenitici. In his narium stillatio perniciem ostendit, idque præcipuè si quarto inter initia die contingat.

2 Alui prærubra proluuiæ, cum in omnibus quidem morbis, tum verò vel maximè in prædictis, malo est.

3 Lingua ex resiccatione densa & aspera, phrenitidem portendit.

30 4 In iis qui præter rationem perturbantur & vigiliis torquentur, urinæ decolores, nigris sublimamentis interspersæ, cum tenuibus sudoribus circa caput obortis, phrenitidem prænunciant.

5 Quin & quæ in phreniticis manifesta apparent insomnia prouidenda sunt.

6 Excreatio frequens & irrita, si quidem aliud quoddam signum affuerit, phrenitidem portendit.

7 Relicti in præcordiis æstus cum febre in qua totius corporis habitus perfrigeratur, malo sunt, idque præsertim si cum sudoribus contingat.

8 Desipientia quæ iam admodum fractis & debilitatis viribus succedunt, pessimæ sunt, non secus ac Thrasynonti.

9 Vehementes phrenitides in tremorem desinunt.

10 Vomitus virulenti & æruginosi, cum capitis dolore, surditate & insomnia, promptam insaniam significant.

11 Vbi fauces in morbis acutis dolent, graciles sunt, parua & suffocantur, atque vbi os hiarit non promtè adduci ac claudi possit mentis emotionem portendi oportet. Ex his phrenitis perniciosa est.

12 In phreniticis initio moderatum esse, sedatum & facilem, crebro verò permutari malum est. Quin & sputatio frequens mala est.

13 Albicans deiectio in Phreniticis malo est, quod Archetrari accidit Num & in his torpor sit? His si rigor contingat pessimum.

14 In furiosa & vehementi mentis emotione succedentes tremores malignitatem denunciant.

15 In grauitate & acurè mente emotis, si febris iterum repperat cum sudore, phrenitici euadunt.

16 Phrenitici parum bibunt, ex leuibus strepitibus facile irritantur ac percelluntur, tremuli sunt.

17 Vbi post vomitum anxiosam vox stridula est, oculi squalidi & puluere obfusi, insania portenditur, non secus ac Hermozygæ coniugi accidit, quæ vehementi insania correpta, voce defecta interiit.

18 In febre ardente si tinnitus aurium cum visus hebetudine fiat, & ad nares accedat grauitatis sensus, furiosa mentis emotio indicatur.

19 Desipientia cum voce stridula & linguæ conuulsione tremula, voces quoque ipsæ tremulæ mentis vehementem alienationem significant. In his durities aut asperitas perniciem minatur.

20 Linguæ tremulæ instabilem mentem & a sede constantiæ deturbatam significant.

21 In biliosis & sinceris defectionibus spumosa efflorescentia malo est, his præsertim quos antea lumborum dolor ac desipientia vexauit.

22 In his leues & per interualla lateris dolores delirium significant.

23 Vocis

23 Vo

24 Vo

25 In v

tur, con

verò etia

26 Q

nes, in f

27 Co

perfrictio

tim denu

iam perm

28 C

denunci

29 Si

efflaunt

est, num

tiam con

30 Q

rumque

31 Cr

non long

32 Su

sublimat

bo regio

bo regio

solet ab

assatum p

tuus est.

33 In

surditas

34 D

vix quid

more sen

phreniti

contigit

35 V

caur.

36 D

quidem

23 Vocis defectiones cum singultu pessimæ.

24 Vocis defectiones cum virium exolutione pessimæ.

25 In vocis defectione respiratio, velut in iis qui suffocantur, conspicuè elata & visui exposita, perniciosa est. Num verò etiam delirium prænunciet animaduertere oportet.

26 Quæ paucò tempore feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt.

27 Corporis iactationes & incontinentiæ in febre cum perfrictione & superiorum partium tenui sudore, phrenitum denunciant (quod in Aristagora expertum est) atque etiam perniciem.

28 Crebræ in phreniticis permutationes, conuulsiones denunciant.

29 Si quibus urinae non recordantibus nec admonitis effluunt, perniciēs portenditur. Animaduertendum etiam est, num & ab iis tales redduntur quales fiunt ubi subsidentiam conturbaueris.

30 Quos palpitaciones in totum occupant, num plærumque voce defecti pereunt?

31 Crebræ in phreniticis sputationes cum perfrictione, non longè postea nigrorum vomitum affuturum indicant.

32 Surditas cum urinis prærubris, non subsidentibus, & sublimamentis, mentis emotionem minantur. In his morbo regio corripit malum est. Quinetiam malo est ex morbo regio fatuitas aut stupiditas. Hos quidem vox deficere solet absque sensuum laesione. Quin & alius nonnunquam affatim prorumpit, quale quid Hermippo contigit, & mortuus est.

33 In præcipitibus & turbulentis morbis obueniens surditas perniciem minatur.

34 Dementiæ in quibus tremuli fiunt ægri, obscure aut vix quidem desipere videntur, aut aliquid inuestigantium more sensum contrectant & palpant, miro quodam modo phrenitum prænunciant, non secus ac Didymarcho in Coö contigit.

35 Vbi rigor torpor succedit, mentis alienatio significatur.

36 Dolores circa vmbilicum cum palpitatione, mentis quidem alienatæ significationem quandam præbent. Sub iudi-

iudicationem verò his plurimus & creber status cum singulari contentione prodit. Quin & ad furam dolores in his mentis alienationem indicant.

37 Femoris dolore evanescente, si quid sublime per urinam innatet, mentis emotionem expectare oportet, taliaq; qualia circa aurium sonitus contingunt.

38 Vbi alius humescit, æger lassitudine, capitis dolore, siti, vigiliis torquetur, obscurè loquitur, & ad motum est impotens, in his casibus vehementem mentis emotionem expectare oportet.

39 In granibus malis tenues maximè circa caput sudores oborti, & corporis incontinentia quadam iactari, malum indicatur: tum verò præcipuè perniciēs intenditur, si ista cum urinis nigris contigerint, & spiritus magnus & concitatus adfuerit.

40 Quæ præter vacationem sunt impotentia, neque vacatione existente, perniciem intentant.

41 Vbi alius intercepta est & arcuè conclusa, paruaq; & nigra caprarū stercoribus similia, nec nisi coacta emittit: Hoc casu sanguis è natibus erumpens periculo est.

42 Si lumborum dolor diu detinet cum aestu implacido, tenui sudore circa caput & thoracem oborto, perniciēs denunciatur. Num plerunque ij tremuli evadunt, & vox velut in rigore conspicuè tremula existit?

43 Celeres extremorum corporis ad vtraque extrema permutationes, perniciem denunciant. Quin & sitis huiusmodi (hoc est celeriter in contraria permutata) malo est.

44 Ab homine moderato ferox & audax responsum, malum portendit.

45 Quibus vox in morbis acuta redditur, iis præcordia introtrahuntur & tendunt.

46 Hebescentes oculi & obtusi improbandi sunt. Quin & fixi ac caligine obducti malum portendunt.

47 Vox acuta & stridula malo est.

48 Dentium stridor quibus per sanitatem minimè est consuetus, periculum denunciat, suffocatio in his valde prava.

49 Bene colorata facies & valde tetrica ac superciliosa, perniciem intentat.

50 Alui

50 Alui recrementa si in spumosa & syncera desinant, malincrementum significant.

51 Vrinarum in præcipitibus malis ex perfrictione interceptiones, pessimæ.

52 Quæ perniciem minantur, ea si absq; vlla significatione alleuiant, mortis periculum denunciant.

53 In grauib; malis & biliosis exactè candicantes, spumantes, & circumbiliosæ egestionis, malo sunt. Quia & huiusmodi vrinæ damnantur. In his animaduertendum est
10 num iecur affectum sit.

54 Vocis in febribus defectiones, quæ conuulsionis speciem præferunt, in vehementem mentis emotionem cum silentio vertunt, & perniciem ostentant.

55 Vocis ex dolore defectiones, tandem cum summo cruciatu mortem afferunt.

56 Ex præcordiorum doloribus obortæ febres malignæ sunt.

57 In præcipitibus malis, si sitis temerè ac præter rationem cesset, malo est.

20 58 Sudor in febribus acutis multus & copiosus damno est.

59 Quia & laboriosæ vrinæ damnantur, atq; ab his dentæ rubræ quædam efflorescentiæ, & æruginosæ, paruæque veluti quædam stillæ apparentes.

60 Vomitiones quoque variæ malo sunt, præsertim si continentes & assiduè prodeant.

61 Summi totius corporis perfrictiones in diebus iudicatoriis, cum angore & corporis inquietudine, si sine sudore sunt, damno sunt, præcipuè verò damnantur qui ex his
30 superueniunt rigores.

62 Vomitiones synceræ & cum angore aut incontinenti corporis iactatione, damnandæ sunt.

63 Animaduertendum est diligenter num profundus & altus sopor omninò damnari debeat.

64 In rigore familiares non agnoscere & eorum quæ gesta sunt obliuisci, malum indicat.

65 Ex rigore perfrictiones quæ ad calorem non reuocantur, malæ sunt.

66 Ex perfrictione exudantes ad calorem reuocati pe-

riculum denunciant: præsertim verò si accedat lateris æstus cum dolore, & subinde rigeant, malum impendit.

67 Rigores cum æstu nonnihil periculi denunciant, & facies incensa cum sudore, in his malum significat. Insuper posteriorum partium frigus conuulsionem prouocat.

68 Ex sudoribus peruigiles & ad calorem reuocati, malè habere iudicantur.

69 Ex recursione dolorum in lumbis, oculi peruersio & distortio malo est.

70 Dolor in pectore fixus cum torpore malum denunciat. Hi si suborta febre exæstuent, celeriter mortem optinent.

71 Qui nigra vomitione refundunt, cibos auersantur, desipiunt, ad pubem nonnihil dolent, cum aspectu feroci & clausis oculis, eos medicamentis purgare tutum non est. Neq; verò subrumidos, aut tenebricola vertigine vexatos, aut eos qui vel leuiter moti animo deficiunt, aut cibos auersantur & decoloris sunt, vt nec eos qui in febre exoluti aut fracti decumbunt, si sopore tententur purgatione aggredi tutum est.

72 Oris ventriculi dolor cum præcordiorum contentione, atque etiam capitis dolor, malignum quidpiam & suspiriosam quandam affectionem indicat. In his certè animaduertendum est num de repente moriatur, velut in Dysode euenit, cui vrinæ valdè fermentatæ & prærubræ adærant.

73 Ceuicis dolor in omni quidem febre malo est. In his verò pessimus in quibus vehemètem insaniam metuimus.

74 Febres quæ soporem lassitudinẽve inducunt, aut in quibus caligant ægri, insomnia ac tenuibus sudoribus vexantur, malignæ sunt.

75 Crebri ex dorso horrores subinde locum commutantes, graues & difficiles, laboriosam vrinæ suppressionem minantur.

76 Quin & corporis æstuatione & iactatione cõflicti, citra vomitum ingrauescentes, malè habent.

77 Corporis perfrictio cum rigiditate, perniciem denunciat.

78 Tenuis ex aluo, absque mordacitatis sensu prodeun-

tes

tes deiectiones, ei qui sibi bene constat, malum portendūt, velut nonnunquam iecinoroso contingit.

79 Vomitiones exiguae, biliosae, malo sunt, tum verò potissimum si peruigilio conflentur a gri. In quibus stillans nasus perniciem minatur.

80 Quibus ex-partu purgamenta alba subsistunt cum febre, & surditatem ac acutum lateris dolorem afferunt, ea in vehementem & perniciosam mentis emotionem incidunt.

81 In febribus ardentibus cum aliqua summi corporis perfractione, ac egestionibus aquae similibus & crebris, oculorum peruersio & distortio malum significat, tum verò præcipue, si alto quodam stupore (quem catochon vocant) deprehensi detineantur.

82 Syderationes quæ repente contingunt, si insuper febris mediocris accedat, quæ diu trahat, perniciem minantur, quale quid Numenij filio contigit.

83 Ex lumborum dolore ad os ventriculi recursiones, cum febre, horrore, multorum tenuium & aquosorum vomitu, delirio, vocis defectione, &c. in nigrorum vomitionem desinunt.

84 In præcipitibus malis oculi obferatio aut perfractio, malo est.

85 Considerandum est in æstuabundis & corporis iactatione citra vomitum & lumborum dolore conflictatis ægris, si audacter desipuerint, num nigra per secesum proditura sint.

86 Dolentes fauces absq; tumore, cum labore & molestia ac suffocatione, præceps exitium minantur.

87 Qui spiritum trahunt cum voce strangulabunda, si ceruicis vertebra intro subsidet, iis ad exitum, velut ex conuulsione, respiratio ducitur.

88 Ex capite dolentes, & alto stupore (catochon vocat) detenti ac delirantes cum alui interceptione & ferociente intuitu, floridi, in scapulas rigescunt ac posteriorum partium distensione tentantur.

89 Febribus & lassitudinis sensu detento, cum oculorum peruersione, rigor perniciem minatur. Atq; in huiusmodi casibus soporati, malum denunciant.

90 Præcordiorum dolores in febribus cum loquendi impotentia, si sudore non soluantur maligni sunt. In his dolores ad coxendices cum ardente febre, atque alius affatim prorumpens, perniciem ostentant.

91 Quibus cum febribus voces post iudicationem deficiunt, ij tremore & sopore correpti intereunt.

92 Quibus ardore confictatis, fatuitate & alto stupore (quem catochon dicunt) detentis, præcordia variant, & in contrarias subinde affectiones transmutantur, ac venter in tumorem præter naturam sublatu est cum ciborum interceptione, & tenui circa caput & thoracem oborto sudore: in his animaduertendum est, num, si concitatus & magnus spiritus, aut genituræ similis excretio accidar, singultum prænunciet, aut etiam ex aluo spumantia & biliola proditura sint? Eos splendescens quiddam aut coruscans per urinam redditum inuat, alius verò in his etiam commouetur.

93 In sopore affectis ægris, spumantibus prodeuntibus defectionibus, febris acuta ingrauescit.

94 In febre cum sudoribus, vocis ex capitis dolore defectiones, si per se resoluuntur ægri ac præter voluntatem excrementa demittunt, malumque remitti videatur, diuturniorem morbum metuere oportet. In his nouus subortus rigor dammandus non est.

95 Quibus manus sunt tremulæ, cum capitis & ceruicis dolore, leui aliqua surditate affecti, nigricantes reddunt urinas & densas. In his casibus nigrorum progressum expectare & suspectum habere oportet.

96 Vocis defectiones cum virium exolutione, alto stupore (catochon vocant) detentis, perniciem minantur.

97 Lateris dolor cum biliosis sputis temere ac præter rationem euanesceat, ægros in vehementem & furiosam mentis emotionem agit.

98 Ex ceruicis dolore cum sopore & sudore inflata alui, si quidem ex Medici industria liquida demittat cum aliqua proluuiæ, deinde quæ biliola non sunt restitent, huiusmodi asseruata diuturniorem morbum efficiunt. In his animaduertendum est, num proluuiæ alui non biliosæ benigniores sint, ac flatuoso tumori conducant?

99 Alui

PRÆDICTORVM, LIB. I. SECT. II. 3

99 Aluus circumtensa, ex Medici industria liquida demittens, celeriter intumescens, conuulsionis significacionem quandam præ se fert, quod Aspasij filio contigit. In his nouus subortus rigor perniciem facit. Ex his casibus conuulsione tentato ac inflato, vbi diutius morbum traxerit, ex ore putrida & virulenta prodeunt.

100 Lumborum dolores diurni qui sensim fiunt, circum præcordia inuoluti, cum febre & ciborum fastidio, si intensum capitis dolorem aduehant, non sine conuulsionis specie celeriter interficiunt.

101 Qui subinde rigoreprehendantur, & sub nocte: maliquantò grauius habent, perurgiles, in somnis nugantes aut delirantes, interdum sese lotio perfundentes, ij in conuulsiones cum sopore tendunt.

102 Quibus circa initia tenues suboriuntur sudores, & vrinæ concoctæ emittuntur cum magna totius corporis aestuatione, si præter rationem perfrigeant, & rursus celeriter perurantur, & torpore, sopore, aut conuulsione tententur, ij perniciosè affecti sunt.

103 Vterum gerentibus capitis dolores cum sopore & grauitate, malo sunt. Quin & huiusmodi naturæ conuulsionibus quibusdam fortè sunt obnoxii.

104 Faucium gracilium dolores suffocantes conuulsionem minantur, tum verò præcipuè si ex capite originem ducunt, quale quid Thrasynontis consobrinæ contigit.

105 Tremoribus quæ conuulsiones accedunt cum sudoribus, recidivas minantur. In his iudicationem facit nouus obortus rigor, qui prius ardore circa ventrem oborto prouocatur.

106 Lumborum & capitis ac oris ventriculi dolor, cum fortè excreatione, conuulsionem suspectam facit.

107 Qui actiam nonnihil metuendus est cum iudicatione rigor.

108 Ex ventre quæ prodeunt sublucescentia & turbulenta, vrinæ etiam tenues ac dilutæ suspectæ sunt.

109 Fauces leuiter exasperatæ, & aluus ad inanes & irritas exurrectiones obmurmurans, frontis dolores, in agris palpitantibus, & more inuestigantiū sensum contrestantibus, de lassatis, & ex stragulis aut vestimentis dolentibus, & si quæ

ex his increſcunt, moleſtiam exhibent. Somnus in his multus conuulſionem minatur, & frontis dolores graues, ac miſtio moleſtia eſt.

110 In iis quibus rigores imminet vrina reſtitat, & in conuulſoriis affectionibus, velut huic mulieri contigit, quæ vbi inhorruit ſudore correpta eſt.

111 Quæ in ſynceras tendunt vacuationes, omnibus quidem ingraueſcentis mali ſignificationem præbent, his verò (ſupradictis) vel maximè. Atque in huiusmodi caſibus ad aures tubercula exoriri ſolent.

112 Turbulentæ & valdè confidentes è ſomno exurrectiones conuulſiones minantur, præſertim verò ſi cum ſudore contingant.

113 Cervicis & doſi perfrictiones, & quæ totum corpus videntur pertingere, inſuper & ſpumantes miſtiones, cum animi deliquio, ac oculorum hebetatio, conuulſionem in proximo eſſe ſignificant.

114 Cubiti cervicaliq; dolores conuulſionem minantur. Ex facie autem prodeunt iſta, fauciumq; ſonitus crebri cum ſaluatione. Iſis ſudores in ſomnis bono ſunt. Nempe & ex ſudore leuari plurimos conſentaneum eſt. Quibus ſi dolores inferiores partes occupent, toleratu faciles euadunt.

115 In febris ænuiſter exudantes, cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulſiones proni ſunt.

116 Quæ inter ſe non cohærent, ſed facilè diſſoluntur, & aliquantulum friabilia ſunt alui recremèta, liquida, cum ſummi totius corporis perfrictione, non ſine febre, improbanda ſunt. Ac præter hæc, ſi rigores veſicæ & ventrem cum dolore inuadant. Proinde in his ex ſopore aliquod conuulſionis periculum impendere, nemini mirū videri debet.

117 In grauib; & præcipiti; malis diſtorqueri velut qui vomitione conſiſtantur, malum eſt, quin & albæ alui egeſtiones moleſtæ ſunt. Quæ ex his prodeunt non viſcoſa, in vehementem mentis emotionem cum multo ardore agunt, videndumq; eſt, num poſtea ſoporati ac torpeſcentes euadant. Qui ex his conſiſtantur, diutiùs laborant. In his animaduertendum eſt, num imminente iudicatione areſcentes difficultate ſpirandi teneantur.

118 Quæ ex lumbis in cervicem & caput redundant, & leuis

levis syderationis more resolutionis sensum inducunt, cōuulsionem ac mentis emotionem minantur. Videndumque est, num talia conuulsione soluantur. Qui huiusmodi consistantur, variè morbum trahunt, atque eadem diutius persequantur.

119 Mulieres quæ ab vtero promptè strangulantur, idque sine febre, in conuulsiones propensæ sunt, quod etiam Dordadi contigit.

120 Vesica intercepta, præsertim cum capitis dolore, cōuulsionem minatur. Quæ in his cum torporis sensu exoluuntur, molestiam exhibent, non tamen perniciem afferunt. Videndumque est num tale quid etiam mentem excutiat.

121 Quinetiam considerandum est, num ossium adtempora præcisiones conuulsionem prouocent, an verò madido vulnus inflictum, aut circa initia sanguis magna copia effluens, conuulsionem accersat?

122 Febricitanti cum sudore spūta defluentia leuia sunt & minimè maligna. In quibus videndum est num ad aliquot dies alui madescant, quod equidem reor. Animaduertendum quoque est, num his ad articulos aliquid abscessuum speres.

123 Quæ sensum feroces sunt mentis emotiones, in vehementes & melancholicas euadunt. Quòd si ex muliebriū suppressione accidat, in ferinas tendunt, qualia sæpius contingunt. Videndum igitur num scæminæ huiusmodi conuulsionibus sint obnoxia. Animaduertendum quinetiam est, num vocis defectiones cum alto sopore conuulsionem quoque minentur, qualiter cerdonis filia comparantibus muliebribus purgationibus contingere ccepit.

124 Quibus dū conuelluntur oculi fixi & immoti splendent, iis mens è sede constantiæ deturbatur, & diutius morbum trahunt.

125 Quæ ex parte aduersa & præposterè sunt sanguinis eruptiones, malo sunt, velut in lienis tumore, si ex nare dextra effluat. Quod & circa præcordia eodem modo se habere expectandum est. Maius autem malum denunciatur, si cum tenui circa frontem & thoracem sudore istud contingat.

126 Vbi sanguis ex naribus effluit cum tenuibus sudoribus & corporis totius perfrictione, morbi malignitas & perniciēs denunciatur.

127 A sanguinis eruptione nigrarum deiectionum pertransitus malo est. Quin & prurubra damno sunt, præcipuè verò si sanguinis ista eruptio quarto die contingat, quod animaduertendum est. Quibus ista contingunt, ij tandem sopore & conuulsione conflictati moriuntur, ac fortè prægressis nigris deiectionibus & ventre in tumorem sublato.

128 Qui ex vulnere cum tenui sudore sanguinem fundunt, ij malignè habent, & inter loquendum de repente moriuntur.

129 In præcipitibus malis, quæ post paucam sanguinis eruptionem, aut nigrorum per aluum refusionem sorditas obuenit, malum denunciat. In his sanguinis egestio perniciem affert, sorditatem tamen discunt.

130 Lumbis dolentibus si oris ventriculi dolor accesserit, futura per hæmorrhoidas vacationis signum est, ac fortè etiam eam præcessisse significat.

131 Qui statis temporibus sanguinem fundunt, si siticuli soli sint, molestiam ac virium exolutionem sentiant, nec sanguinem effuderint, in morbum comitalem transeunt.

132 Qui statim sine ratione perturbantur, peruigiles sunt, sanguinem è naribus stillant, sexto die alleuantur, noctu laborant, ac postridie tenui sudore correpti & in somnum delati delirant, iis largam sanguinis è naribus fluxionem affore spes est. Ac fortè etiam tale quid diluta vrina significat.

133 Quibus sanguinis fluxus diu perseverauit, in his temporis processu aluus malè habet, nisi vrinæ concoctionem præferant.

134 Sanguinis eruptiones vehementes cum totius corporis perfrictionibus iudicatoris, pessimæ sunt.

135 Qui capite grauati, ad synciput dolorem sentiunt, peruigiliæ torquentur, iis sanguinis eruptionem fore spes est, tum verò præsertim si aliquis tensionis sensus in ceruice apparet.

136 Qui insomnia vexantur cum subita corporis iactatione & inquietudine, iis sanguinem erupturum sperare oportet.

oportet, idque præsertim si non ea quid profluxerit. Animaduertendum verò num id post horrois sensum contingat.

137 Ceruicis dolor, oculi prærubri, sanguinis eruptionem prænunciant.

138 Qui suppressa alius sanguinem ex naribus fundunt, aut nouo subinde oborto rigore corripuntur, iis fortasse alius intestinorum laxitate laborat & obdurefcit, aut tenues lumbrici (ascarides dicti) infestant, aut virumque.

139 Quibus lumborum dolor in caput & manus recurrit, & torpore affecti oris ventriculi dolorem sentiunt, tenibus ac serosis humoribus abundant, ij liberaliter sanguinem profundunt. Ac verò his cum mentis perturbatione alius effunditur.

140 Quibus ex frequenti & larga sanguinis eruptione, nigroꝝum recrementorum copiosa fit dejectio, cum alui contentione, aut suppressione & dolore ij sanguinem profundunt, cum aliqua verò fluxione bene habent. Ac fortè hi frigidus, crebros, tenues sudores emittunt. In his reuertida vrina mala non est, neque quod in ea subsidet genitali femini simile. Crebrò autem dilutas vrinas reddunt.

141 Quibus pauca sanguinis è naribus stillatio cum surditate & torpore obueniens, molestiam quandam exhibet, iis vomitio & alui perturbatio confert.

142 Quibus ex rigore febres adsunt, cum lassitudinis sensu, in iis muliebrium profluvium expectare oportet. Quòd si ceruicis dolor prehenderit, sanguinis ex naribus eruptionem fore spes est.

143 Quinetiam sanguinis ex naribus eruptionem sperare oportet in his quæ caput concutunt, & aurium sonitus excitant, aut muliebria deturbatum iri spes est, idque præsertim si ad spinam ardor sentiat. Fortassis autem & intestinorum difficultas expectanda est.

144 Quin & quæ contingunt circa ventrem palpitaciones, cum præcordiorum contentione oblonga & intumescente, sanguinis ex naribus profluvium denunciant, idque quandoque cum horrois sensu.

145 Larga, vehemens & multa sanguinis è naribus eru-

prio, interdum ad conuulsiones deducit, ex quo venæ sectio liberat.

146 Frequentes desidendi labores, pauca aliquantulum flaua, glutinosa excernentes, cum paucis alui recrementis, præcordiorum & lateris dolore, morbum regium prænunciant. Animaduertendum verò num ex istorum suppressione ij exoluantur, aut fortasse sanguinem profundant. In his lumborum tensio & dolores sanguinis erupturi fidem faciunt.

147 Præcordiorum contentio cum capitis grauitate & surditate, adhæc quæ oculorum aciem perturbant, sanguinis eruptionem ex naribus prænunciant.

148 Sanguinis è naribus stillationes quæ vndecimo die contingunt, molestiam exhibent, tum verò præcipue si denuo nares stillare cœperint.

149 Quibus vbi inhorruerint indicatorij sudores simul contingunt, postridie verò si horror repetierit & temerè peruigilent, iis fortè sanguinem è naribus erupturum sperare oportet.

150 Liberalium ab initio sanguinis eruptionum cursum rigor sistit.

151 Rigores vbi sanguinis eruptioni succedunt, diurni fiunt.

152 Quibus capitis ac ceruicis dolor, & totius corporis impotentia cum tremore adest, ab iis sanguinis eruptio liberat. Quinetiam ista tempore dissoluntur.

153 In his quæ ad aures abscedunt, vrinæ quæ celeriter & paruo tempore concoquantur, damno sunt. Quin & perfrigerari itidem malum est.

154 In his qui quodam sopore aut morbo regio detinetur, nec admodum sentiunt, & quibus singultus adest, alius affatim prorumpit, fortassis etiam suppressitur, atq; ij exoluantur. Videndum num abscessus ad aures in his expectare oporteat.

155 Vrinæ quæ cum rigore restitant, damno sunt, idque præsertim si altus sopor prægressus sit. Animaduertendum est, num in his abscessus ad aures sperare oporteat.

156 In alui recrementis quæ cum torminibus deiciuntur, sedimentum limosum, subliuidum, malo est. Ac fortasse

asse quidem ad præcordia dextra dolor adest, & in his vires exoluantur. Videndum num abscessus ad aures paulò post cum dolore excitentur. In his omnibus aluus affatim prorumpens periculum intentat.

157 In peruigiliis quibusdam quæ cum angore & anxietate fiunt, ad aures abscessus maximè obueniunt.

158 In tenuioris intestini morbis graueolentibus cum febre acuta, & ex longo interuallo tumescentibus præcordiis, qui ad aures oboriuntur abscessus, mortem adferunt.

159 Ex surditate abscessus ad aures contingere consentaneum est, præsertim verò si implacitas quædam aut inquietas corporis iactatio succedat. Ac inter hos, in iis qui sopore decinentur, ista magis sperare oportet.

160 In leuiter syderatis abscessus qui ad aures contingunt, malo sunt.

161 Quæ conuulsionis in morem affligunt, cum alto stupore quem catochon vocant, abscessus ad aures excitant.

162 Conuulsio cum tremore, corporis iactatione & implacitate, ac alto stupore, quem catochon vocant, paruulorum circa aures obortorum abscessuum spem facit.

163 Considerandum in quibus speramus abscessus circa aures futuros, num ex capite doleant, aut superiorum partium tenues sudores oboriantur, aut nouus insuper rigor, ac deinde num aluus affatim prorumpat, aut aliquo sopore detineantur. Videndum quoque num vrinæ dilutæ, cum sublimibus quibusdam innatantibus albidis, & quæ variè exalbescunt & graueolent, abscessus ad aures excitent? Ac fortè quidem quibus huiusmodi vrinæ ad sunt, iis crebra è naribus stillatio contingit. An & his quidem lingua læuis est (ac minimè aspera)?

164 In spirituosius & anhelatoribus morbo regio laborantibus & febre acuta, cum præcordiorum duritie & tumore, si corporis summa perficerentur, magnorum circa aures abscessuum exortum fortassis expectare oportet.

165 Qui sopore detinentur cum corporis incontinenti iactatione, præcordiorum dolore, & pauca vomitione, in iis tuberculorum ad aures exortum sperare oportet. Sed & antea quæ circa faciem contingere solent in considerationem adhibere conuenit.

166 Aluo stercora nigra demittente, si sopor appareat, tubercula ad aures excitat.

167 Tussis cum crebra oris salivatione, abscessum circa aures emolliunt.

168 In capitis dolore sopor & surditas aliquem ad aures abscessum effundunt.

169 Præcordiorum contentio cum sopore, corporis incontinenti iactatione, & capitis dolore, tubercula ad aures attollit.

170 Graues aurium abscessus qui citra iudicationem 10
sensim conualescent & dissipantur, damno sunt.

Hippocratis prædictorum liber secundus.

Prædictiones Medicorum referuntur permultæ, tum præclaræ, tum admiratione dignæ, quales neque equidem prædixi, neque quenquam qui prædiceret audiui. Ex quibus quædam sunt huiusmodi. Hominem qui Medico eius curam habenti, & cæteris periclitari videretur, ingressum verò alium Medicum de eo pronunciasse, hunc non periturum, verum oculis captum fore. Et ad alium qui prorsus malè affectus existimabatur, ingressum prædixisse, eum quidem ex morbo releuaturum, verum mancum futurum. Et in alio qui ne superesse quidem posse existimabatur, pronunciasse ipsum quidem sanum fore, at pedum digitos denigratos putrilaginem contracturos. Atque talia multa id genus prædicta narrantur. Aliud quoque prædictionis genus ad eos qui in auctione & negotiatione versantur spectat, cum partim quidem mortem, partim verò insaniam, quibusdam etiam varios morbos prædicunt, ad hæc omnia 30
quæ instant, & retro actis temporibus euenerunt vaticinantur & vera efferunt. Aliæ præterea prædictionum forma esse dicitur, quæ circa athletas eosque qui propter morbos se exercent & laboribus fatigant versantur, & dignoscit si quid in cibo sit ab his prætermisum aut mutatum, aut potu plenior evantur, aut deambulationem intermittant, aut quid circa res venereas agitent. Quorum omnium nihil eos fugit, ne vel si pusillum quidem quis Medico non patuerit, cuius exactam cognitionem non habeant. Atque hæc

hæc omnia narrantur prædictionum genera. Ego autem huiusmodi vates esse nolo, signa verò describam ex quibus qui sanos fore aut morituros homines coniectura cognoscat, eosque qui tum breui, tum longiore temporis intervallo sani sunt futuri aut morituri. Scriptum est autem à nobis de his quæ abscedunt, & quomodo eorum quidque existimare oporteat. Accos quidem existimo qui claudicationes & cætera id genus prædicunt, si modo quid mentis habuerunt, firmato iam morbo eas prædictiones fecisse, & cum manifestum foret id quod abscedere natum est, intro recurrere non posse, idque longè potius quam ante abscessus initia. In spem autem adducor & alia prædicta esse, mortesque & morbos & insanias. eaque mihi videntur ita accidisse, nihilque eorum non facillè prædicti posse videtur, si quis modò ad ea mentis acie velit contendere. Imprimis nanque quotus quisque est qui aqua intercute aut tabe laborantes non nouerit? Denique deliraturi ne longè quidem latere possunt eos qui norint quibus aut innata est ac congenita ad hunc morbum propensio, aut qui iam antea insanauerunt. Si nanque huiusmodi temulentii fuerint, aut carnibus vescantur, aut peruigilatione, aut frigore, aut calore inconsultè vtantur, ex eo vitæ genere magna spes est ipsos deliraturos. Ac eos qui per ora venarum sanguinem fundere sunt soliti, si quis per hyemem liberaliore potu vsos aut bene coloratos conspiciat, hic facillè prædixerit, ipso vere erupturi sanguinis magnam spem affore, adeò vt sub æstatem decolores & aquosi euadant. Nempe sic deceteum qui hæc omnia addidicerit prædicere, si huiusmodi contentionum præmium reportare desiderat. Ex his nanque quæ scripta sunt & mortem, & insaniam, & bonum corporis habitum prædicere licet. Quin & alia id genus multa referre possem, nisi in animo esset, quæ sunt cognitu facillima scribere. Quòd si quis me audiat, is quàm prudentissimè & consultissimè tum in cætera arte, tum in prædictis huiusmodi se geret, probè intelligens, qui prædictionis successum consecutus sit, apud prudentem ægrum admirationi fore, qui verò deerrauerit, præter quàm quòd odio grauabitur, eum ne insanæ quidem suspicionem effugere posse. Quapropter præcipio prædicta

tum hæc tum alia omnia prudenter fieri, et si sentio & video quæ in arte dicuntur aut fiunt perperam ab hominibus æstimari & referri.

Quod autem attinet ad eos qui exercitationibus & laboribus fatigantur, quæ quidem pro certo asseuerantur, ut asserunt qui ea narrant, nec esse puto, neque si quis existimet, prohibeo. Etenim quam quis animo concepit opinionem nullum signum, neque bonum neque malum refellit, quo quis fretus, num rectè renunciatum sit necne possit cognoscere. Alioquin sanè suppetit ei qui volet ut credat, nihil enim impedit. Verùm existimo si quid ex his veri effertur, aut de his qui exercentur, aut de illis quos antea scripsimus, primum quidem, qui huius cognitionem habuit ex signis coniecturam captasse, deinde dubiè & ut fert humana natura prædixisse, simulque eos qui renunciant prodigiosius quàm res extitit commemorare. Quando neque proclive est in morbis errata cognoscere, etiam si ægri decumbant, & parum nutrientibus cibis utantur, adeo ut non admodum multa medicum inueneri oporteat, qui hæc in considerationem adhibere velit. Etenim quidam solo potu utuntur, alii ad potum, vel sorbitionem, vel optimum cibum adiungunt. Quare tum necesse est eos qui largiore potu utuntur difficilius spirare, & maiorem vrinæ copiam reddere, eos verò qui sorbitione aut cibo abundè vti sunt, siti maiori & febre tentari. Quod si quis ad vtraque & potum & cibos immoderatè se gesserit, & etiam ad febrem & spirandi difficultatem, ventris circumtensionem & magnitudinem adiungat. Licet autem & in his omnibus optimè periclitandis cæterisque eam probationem facere, quam in omnibus adhibemus & rectè utimur. Imprimis quidem facile est mente ac oculis complecti, eodem loco decumbentem & diligenti victus ratione utentem, num qua in re aut obambulando, aut multum edendo non obsecutus sit. Deinde manibus tum ventrem, tum venas atrectantem minus falli conuenit, quàm qui non atrectauit. Nares quoque in febricitantibus quidem multaquæ & pulchrè denunciant, odores nanque multum inter se differunt. At in valentibus & recta victus ratione utentibus, non video qua in re hæc exploratione vti possim. Ad hoc vocem & spiritum audiendo licet

do licet auribus dignoscere, quæ in valentibus non æquæ sunt manifesta, verum qualiter antea se habent. Quòd si morborum & ægrorum naturam medicus cognouerit, nihil necesse est quicquam prædicere. Nam nec difficilius quis spirauerit adhuc inerrante morbo, & grauiore febre tentabitur, venterque intensior fuerit. Quas ob causas, ante quàm morbus consistat, secunda non est prædictio. Sed hoc elapso tempore, enunciare oportet quicquid præter rationem euenierit. Neque verò obscura sunt quæ ob ægrorum contumaciam mala contingunt. Spirandi nanque difficultas cæteraque id genus, si ob erratum contingunt, postmodum desinent. Quare qui hanc iudicationem in considerationem ad dicendum adhibuerit, non aberrabit. Atque hunc quidem in modum habendam esse rationem tum eorum qui domi manent, tum eorum qui exercentur, cæterorumque omnium, in his erratis quæ committunt nunc suadeo, exquisitas autem illas narrationes & audio & derideo. Neque enim video quam ratione eos qui parum à medici monitis aberrant deprehendere queam. Quòd si maiora fuerint errata, quonam modo in considerationem venire debeant, scriptis complecti est animus. Imprimis quidem oportet, si quis horum cognitionem habere velit, quæ committit æger medicis non auscultando, cum tota die intueri, & eodem in loco, ac eadem hora, præsertimque cum primum sol collucet. Tunc enim aliquantum exinanitus fuerit, & adhuc ieiunus est, neque vlllo labore, præterquam matutinis deambulationibus, fessus, in quibus minimè medico contradicit, si quidem à somno expectectus ad deambulandum se contulerit. Quare necesse est eum qui absoluta victus ratione utitur, ea hora præcipuè, æquabilem cum coloris tum etiam totius corporis statum nactum esse. Ideoque & qui ad hoc negotium incumbit, tunc temporis maximè mentis acumine atque oculorum acie valuerit. Præter hæc in cogitationem etiam adhibere oportet hominis mentem, mores, & corporis vires, quandoquidem quidem facilius aut difficilius imperata exequuntur. Imprimis igitur qui in ediam subit, si abundantiorum cibum & potum sumserit, his se proderet indiciis. Nam & eius corporis moles maior videbitur & plenior, ac melius coloratus

fuerit, nisi malè prodierint alui excrementa, eritque ad fatigationem alacrior. Videndum quoque est num qui eructatione reiecerit, aut flatibus vexetur, quæ fieri assolent his qui in eo victus errato hunc in modum se habent. Quod si ubi plenior cibum edere cogitur, aut valenter fatigari, aut cibum non comederit, aut inebriatus fuerit, aut post copiosorem cœnam non deambulauerit, hunc in modum explorare poteris. Cœnam si quidem non sumserit, deambulet autem uti consuevit, tum aspectu iucundior fuerit, tum in exercitationibus obeundis acrior & efficacior, secessus verò & minor & maximè compactus huic contigerit. Quod si cœnam sumserit nec deambulauerit, ructatione & flatibus conflictabitur, neque plenitudo minor videbitur, & in fatigatione magis quàm antea sudabit, spirandique difficultate & grauitate laborabit, & alui secessus copiosiores & minùs glutinosi his fuerint. Si verò neque cibum abstulerit, neque deambulauerit, languidior & turgidior fuerit. Sed si inebriatus fuerit, utique quàm priùs magis sudauerit, & difficiliùs spirabit, & seipso grauior & humidior euadet. Quin & alacrior fuerit, nisi caput aliquatenus dolore vexetur. Vxore verò semel usus, & acrior fuerit & magis expeditus. At si sæpius venerem exercuerit, durior euadet cum quodam squalore, corpusque decoloratius erit & maiore lassitudine tentatum.

Secessus verò necesse est his qui defatigantur, dum paruo cibo aut potu contenti sunt, exiguos & duros procedere, siue quotidie, siue tertio quoque aut quarto die, aut longiore ex interuallo prodeant. Tuncque metus est ne febris aut alui profluium ipsosprehendant. Quibus tamen peiores sunt deiectiones omnes, quæ tam sunt liquidæ, ut in exitu figuratæ esse nequeant. Frequentem verò cibum sumentibus ac multum defatigatis, mollem in transitu deiectionem siccam esse oportet, ciborumque ingestorum copiam pro defatigationis ratione respondere. Sumra autem æquali ciborum copia, his quidem qui minimam defatigantur, plurimæ; his verò qui plurimum defatigantur, pauca deiectiones prodeunt, si sani sint, & proba victus ratione utantur. (Ea nanque ad hæc conferre existimandum est.) At liquidiore deiectiones, quæ citra febrem & die septimo aut citius

citiùs iudicio terminantur, viles, si semel vniuersæ effluant, neque repetant. Quod si febris accesserit, aluiq; profusio repetant, si diu perseuerent, omnino vitiosa, siue biliosa fuerint, siue pituitosa, siue cruda, egentque singula cum propria victus ratione, tum medicatione.

Vrinam autem copia potui respondentem reddere oportet, & semper aequalem, & quàm maximè effusam, & ad paulò crassius inclinantem quàm quod potu sumtum est. Quòd si diluta fuerit & copia maior quàm quod potui sit assignatum, hominem dicto non audientem significat, sed abundantiore vti potu, aut non posse nutritionem accipere, quandiu talis vrina reddetur. Si verò paulatim cum stridore vrina emittatur, aut medicamenti portione hominem indigere, aut vesicam quodammodo malè affectam denunciat. At sanguinis mictus rarus quidem & sine febre ac dolore, nihil mali indicat, verùm lassitudinum sensus soluit. Quòd si sæpiùs mictu reddatur, aut horum aliquid accesserit, periculum minatur. At prædicendum est, siue cum dolore, siue cum febre mictu reddatur, pus insuper per
 20 vrinam effluxurum, atque eo pacto dolores tolli. Vrina verò crassa, in qua quod subsidet album est, articularum dolorem aut tumorem denunciat. Quæ autem sunt reliqua sedimenta in vrinis eorum qui exercentur, ea omnia à morbis fiunt qui circa vesicam affligunt. Quod manifestum facient dolores qui aderunt & à quibus vix liberari queant. Atq; hæc quidem de his scribenda, aliq; id genus dicenda existimaui. Cum his verò qui prædictionum exquisitas narrationes prædicant, partim ipse commercium habui, partim cum eorum filiis & discipulis diu dissetui, quorundam
 30 etiam scripta nactus sum, ideoq; cum cuiusq; sensum probe petcepissem, neq; vquam exactam disciplinam comperissem, ad hoc scribendum aggressus sum.

De his verò qui aqua inter cutem & tabe laborant, & podagricis, & morbo sacro dicto correptis, hæc dicenda existimo, & aliqua quidem ex parte de omnibus idem. Qui nanq; morbos istos connatos habet, eum ab his non facile vindicari posse compertum est. Cætera verò in singulis scribam. Qui aqua inter cutem detentus est, & seruari vult, eum robustis visceribus & contentis viribus esse conuenir,

fistulæque suapte natura facillè concoquere, ac bene spirare, sine dolore esse, totumque corpus æqualiter calere, neque extremis partibus esse colliquefactum. Præstat namque potius extrema tumefacta esse, etsi optimum est nihil horum adesse. Verum tum mollia, tum gracilia extrema esse oportet, ventrem contactu mollem. At neque tussim neque sitim adesse conuenit, neque linguam, cum aliàs, tum ne à somno quidem, quod admodum fieri assolet, inarescere. Cibos autem suauiter assumere, ac ubi quis abundè comederit, nihil affligi. Ventrem quoque medicamentis quidem celeriter moueri, aliàs verò mollia & figurata excernere. Vrinam in transitu, pro instituta victus ratione & vinorum mutatione, mutationem sentire. Defatigationem facillè sustinere, nec lassitudinem sentire. Atque sic quidem in totum hominem se gerere optimum, vt quàm securissimè conualescat. Sin minus, horum vt plurima habeat. Sic enim spem fore vt euadat. In quo verò nihil horum inest, sed contraria subsequuntur, in eo spem tolli animaduertendum est. Et cui ex his quæ in aqua inter cutem laborante probauimus, pauca affuerint, parum relictum esse spei. At neis cui multus sanguis supra infraque perruperit, prætereaque febris accesserit, aqua impleatur magnus metus est. Et huius generis aqua intercus breuissimi est temporis & inter ineurabiles numeranda, idque alteri denunciare oportet. Quibus autem tumores magni suborti desinunt, rursusque assurgunt, hi potius superiunt quàm qui ex sanguinis eruptione complentur. Fallunt tamen ægros huiusmodi hydropes, cum eos relictis medicis in exitium præcipitent.

At de sputo & tussi eorum quos tabes malè habet, eadem mihi dicenda sunt quæ de purulentis scripsi. Eum namque qui probè leuari volet, conuenit sputum facillè tussi reicere, esseque album & æquale, vnius coloris, & sine pituita. Quod à capite defluit ad nares vertatur, neque febris prehendant, vt nec cibos impediatur, neque sitim faciat. Alius autem quotidie deiiciat, & quod secedit durum esto, & iis quæ assumuntur conueniens. Hominem quàm minimè tenuem esse conuenit. Pectus verò laudandum quadratum & hispidum, cuiusque cartilago exigua & admodum carnosà est. In quo

quo nanque hæc omnia inerunt, is maximè superstes futurus est. At qui nihil horum habuerit, exitio maximè est affinis. Iuuenes verò qui in pectore pus colligunt ex humorum decubitu, aut fistula, aut alio quopiam id genus, aut ex abscessus reuerfione, ii, nisi multa admodum bona signa affecti sint, minimè euadunt. Moriuntur verò eiusmodi homines sub autumnum, valdeq; & ex aliis morbis longis plarique sub hoc tempus pereunt. Ex reliquis autem minimè euadunt, tum virgines, tum mulieres, quibus ex menstruorum suppressione tabes contingit. Quòd si ex his aliqua superesse vult, cum multa laudabilia signa accedere, tum verò menses luculenter & manifestè comparere oportet, alioqui nihil spei relictum est. At qui ex sanguinis eruptione pectore pus colligunt, tum viri, tum mulieres, ac virgines, ii, certè haud minùs supersunt. Cæterùm omnia signa tam suppuratorum quàm tabescentium, animo reputantem, tum superfuturum, tum etiam periturum prædicere oportet. Ex sanguinis autem eruptione maximè supersunt, quibus in dorso & pectore dolores adsunt melancholici, & ex sanguinis eruptione dolore quodammodo leuantur. Neq; enim tussis admodum, neque febres succedunt, ac plarique sitim ad extremum vsq; facillè tolerant. Sed recurrunt fere sanguinis eruptiones, nisi abscessus succedant, ex quibus, ii sunt optimi, qui maximè cruenti. Qui verò in pectore dolores sentiunt, & temporis tractu extenuantur, russi & difficultate spirandi conficiantur, si neque febres prehendant, neque suppurationes succedant, ex iis percontari oportet, si quando russiunt & difficulter spirant, num etiam concretum quiddam & modicè olens per tussim reiciant.

- 30 At de his qui podagra tentantur ista nobis dicenda videntur. Qui in senectute tofos aut callos in articulis induratos habent, aut laboriosè vitam tolerant, cum aluo sicca, ii sanè omnes (vt sentio) humana arte sanari nequeunt. His certè succedentes intestinorum difficultates optimè medentur, quin & quæcunq; aliæ colloquationes infernæ, eos valde iuuant. Iuuenes vero cui nec dum circum articulos calli induruerunt, cuique victus ratio curæ est, ad laborem est impiger, aluumq; habet vitæ instituto probè cedentem, is sanè prudentem nactus medicum, sanus euadet.

HIPPOCRATIS COI

Ex morbo sacro, quem comitalem dicunt, ægeritudo
emergunt, quibuscum una à puero increfcit morbus, & in
virilem ætatem simul adolefcit, deinde quibus ætate flo-
rente orrus eft, nempe poft annum quintum & vigefimum,
ad quadragefimum quintum vſque. Quos deinceps confe-
quuntur quibus morbus accidit, neq; antè in corporis par-
tibus aliquis venientis mali ſenſus eft. Quibus nanq; ex ca-
pite initium ducere videtur, aut latere, aut manu, aut pede,
ii facilius ſanantur. Hæc tamen etiam inter ſe differunt. Ex
his nanq; moleſtiſſimi ſunt qui à capite originem trahunt,
deinde ex latere, qui verò à manibus ac pedibus, præcipue
ſanitatē recuperant. His autem manum admovere medi-
cum oportet, qui rectè curationis rationē tenuerit, vbi iuue-
nes fuerint, & laborib; dediti, niſi ſicut mens malè ſit affecta,
aut quis attonitus fuerit. Eiufmodi nanq; vehementes men-
tis emotiones nihil conducūt. Reliquæ verò omnes naturæ
emotiones, quæ ad inferna tendūt, probātur, longeq; opti-
mæ hoc loco cenſenda ſunt, quæ maximè cruentæ. At ſenes
qui cortipi cœperunt præcipue moriūtur, ac niſi pereant, ce-
lerriimè ſua ſponte ſervantur, minimūq; à medicis iuvantur.

Pueri verò quibus oculi de repente pervertuntur, aut pe-
ius affeſti ſunt, aut tubercula ſub ceruicem enaſcuntur, aut
aliquantulum lingua hæſitant, aut tuſſes ſiccæ trahentes
permanent, aut vbi adoleuerint, ad ventrem dolor conten-
dit, neq; conturbatur, aut iis latera diſtorquentur, aut venæ
cræſſæ circa ventrem in varices conuertuntur, aut omentum
deſcendit, aut teſtis intumuit, aut manus extenuatur & im-
potens redditur, aut pes & tibia tota citra aliam occaſionem
claudicat. In his omnibus animaduertendum eſt, morbum
iſta omnia præceſſiſſe. Id quod plerique eorum qui pueros
educant interrogati fatebuntur, quidam etiam, quod eos
lateat, tale quid accidiſſe ſe ſcire negant.

At vlcera qui noſſe volet qualem quæq; exitum habitura
ſint, iſis imprimis quidem hominum naturas animaduertere
debet, quænam ad vlcera meliùs, quænam etiam deterius
affeſtæ ſunt. Deinde ætates in quibus ſua cuiuſq; generis
vlcera nō faciliè proſigantur. Locos etiam corporis in con-
ſiderationem adhibere quantum aliis præſent. Ac præ-
cipue quænam horum cuiq; bona malæ accedunt, noſſe
debet.

debet. His siquidem omnibus cognitis, quænam cuiusque
 euenta futura sint facile assequetur. Neq; existimandum est
 eum qui hæc non cognouerit, quinam futuri sint vlcerum
 exitus perspicere posse. Corporis autem naturæ probandæ
 sunt leues, moderatæ, firmis visceribus præditæ, neq; admo-
 dum carnosæ, neq; duræ, tum quæ colore sunt albo, aut ni-
 gro, aut rubro. Hæ etenim omnes probantur si puræ sunt.
 Deterius est, si ex pallido mixtum colorem, aut pallidum,
 aut liuidum habeant. Quæ verò naturæ supra positæ aduer-
 santur, eas deteriores esse constat.

Quòd ad ætates autem attinet, tubercula quidem suppu-
 rantur, atq; eadem strumosa magna ex parte pueros exer-
 cent, facileq; ex his leuantur. Atque idem, ubi paulum ætate
 processerint atq; adoleuerint, nascuntur quidem minùs ac
 difficiliùs tolluntur. Viris autem id genus tubercula non
 admodum fiunt, verum faui formidabiles & cancri abditis
 demersi, & ex pustulis noctu inquietatibus (quas *ιπνυκτιδες*
 vocant) vlcera serpentina, quos herpes nominant, donec
 annos sexaginta longè superarint. Senibus verò ex huiusce-
 modi tuberculis nullum accidit, at cancri latentes quiq;e
 summa corporis infestant, fiunt, & ad mortem comitantur.
 Ex locis difficiliùs sanantur alæ, ac laterum cauitates & fe-
 mora. In his namq; humores subsident & recidiuæ fiunt.

In his quæ circum articulos contingunt, in maximum
 discrimen præcipitant pollices, ac præcipuè pedum. Quibus
 verò ad lingue latus vlcus fit diuturnum, animaduerten-
 dum ex dentibus qui iuxta sunt num aliquis acutus sit.

Vulnera autem ferè quidem mortem afferunt, quæ ma-
 gnas venas quæ sunt in collo & inguinibus læserunt, deinde
 quæ cerebrum & hepar, deinceps quæ in intestina & vesti-
 cam pertingunt. Quæ sanè omnia magnam perniciem af-
 ferunt, non eam tamen, (vt quòd quidam existimant) nemo
 ex his seruari possit. Nā & his nominibus prædicti loci mul-
 tum inter se differunt, atq; ipsi modi. Nec parum etiam cu-
 iusq; corporis constitutio differt. Incidit enim interdum vt
 neq; febre, neq; inflammatione tentetur sauciatus, interdum
 etiā nulla ex causâ febricitat, nec aliquā corporis partem
 inflammatio prorsus occupat. At ubi is qui vlcere infestatur
 delirat, & vulnus facillè perfert, ad vulnus aggredi oportet,

quod ex arte medica, & eorum quæ consequuntur ratione adhibita, speratum exitum est habiturum. Ex cuiusvis enim generis vulneribus mori homines contingit. Multæ nanq; in corporibus venæ tum tenues tum crassæ, si eo sponte sua ferri contingat, sanguinis profusione interimunt, quæ si alio tempore pertundantur, utilitatem afferunt. Non pauca autem vulnera, quæ in contemnendis locis, ac nulla re formidabilia esse videntur, in iis tanto dolore plaga cruciat, ut ægri respirare nequeant. Quidam verò præ vulneris dolore, quod nullo merito terreat, spiritum quidem traxerunt, de-¹⁰ lirio tamen ac febre perierunt. Quibus enim aut corpus ad febrem est opportunum, aut mens promptè perturbatur, iis talia contingunt. Sed hæc mirari aut formidare desinet qui illud in animum induxerit, quod & cuiusque animi & corpora plurimum inter se differunt & præstant. Vulnera igitur quæ talem occasionem, aut corpus, aut mentem nacta sunt, aut ad eò concitatum sanguinem, aut magnitudinem tantam habent, ut curatione sensuum integritas restitui nequeat, ab iis quidem, cuiusque modi sint, præter diarias animi defectiones, abstinere oportet. Cæteris verò omnibus¹⁰ recens illatis manus adinovere oportet, quo eos qui super- futuri sunt, à febris & sanguinis profusione, ac depascen- tibus ulceribus (nomas vocant) vindices. Diligentissimè autem ac diutissimè aduersus ea quæ maximè terrent mu- nire se æquum est.

Nomæ verò maximæ sunt lethales, quæ putredines altis- simè descendentes habent, suntq; nigerrimæ & ficcissimæ. Vitiosæ quoq; & in periculum præcipitant, quæ saniam ni- gram reddunt. At albæ & mucosæ putredines, mortem qui- dem afferunt minùs, sed potiùs recidivas faciunt, & diutius³⁰ perseverant. Herpetes autem ex his quæ depascendo ser- punt, minimum habent periculi, ac secundum abditos can- cros difficiliùs tolluntur. Ac his omnibus febrem vno die succedere confert, & pus quàm maximè candidum & cras- sum. Prodest quoq; in altè conditis & nigris putredinibus, nervi syderatio, aut ossis, aut amborum. Pus enim multum in syderationibus effluit, & putredines liberat.

Quod ad vulnera capitis attinet, præcipuè mortem affe- runt (ut antea scripsimus) quæ cerebrum attingunt. Quin⁸

& huiusmodi omnia terrent, os insigne denudatum, os medium desidens, os diffusum. At si vlceris osculum exiguum fuerit, ossis verò fissura longè peringat, maius periculum subest. Quæ omnia magis terrent, vbi iuxta futuram contingant, & in summa capitis parte existunt. Percontari autem conuenit in omnibus effatu dignis capitis vulneribus, vbi adhuc recentes plagæ sunt aut ictus, num qui latus fuit conciderit, aut profundo sopore correptus fuerit. Hoc enim in casu maiore cura opus est, nimirum quòd vulnus cerebrum senserit. Quòd si recens plaga non fuerit, alia signa in considerationem ac consilium adhibere oportet. Præstat igitur eum qui capitis vlcere laborat, neque febricitare, neque insuper sanguinis profusionem, aut inflammationem, aut simul dolorem aliquem accedere: Aut si eorum quippiam appareat, circa initia tutissimum est fieri, paucoq; tempore perseuerare. Confert quoque in doloribus, etiam inflammationes, quæ in vlceribus fieri assolent, superuenire. In sanguinis autem profusionibus pus in venis conspici. Quæ etiam in morbis acutis febribus conferre scripsi, ea in his conducere, bonaque hic esse, vt contraria mala, existimanda sunt. At febris in capitis vulnere die quarto, aut septimo, aut vndecimo exorta, valde exitialis est. Quamplurimis autem iudicationem subit, si quarto quidem vlceris die febris cœperit, vndecimo. Si verò die septimo febricitarit, decimoquarto aut decimo septimo. Quòd si vndecimo febris cœperit, vicesimo, velut scriptum est in febribus, quæ ex non euidentibus causis originem trahunt. At si februm initii delirium succedat, aut aliquod membrum syderetur, de hominis morte existimatio facienda est, nisi aut prorsus optimum aliquod signum superueniat, aut corporis virtus subsit. Verum quanam id ratione contingat animaduertendum est. Nam & homini spes salutis adhuc restat, at claudum fieri articulum in quem malum decubuit necessè est, si modò æger superstes futurus est.

Magna autem vulnera quæ in articulis sunt, si penitus abscissi nerui sunt qui continebant, absque dubio claudos reddent. Sin dubium est quomodo nerui affecti sint, si quidem ex acuto telo recta plaga est, ea transuersa melior. Quòd si graue fuerit & retusum quod vulnus infixit, nihil

discriminis. Sed & vulneris altitudo aliaq; signa huiusmodi consideranda sunt. Pus si ad articulum accedat, durio- rem eum reddi necesse est. Quod si etiam tumores simul perse- uerant, necesse est eum locum in multum tempus durum esse, & sano quoq; vlcere tumorem permanere, simulq; ea inflecti ac extendi, vbi recurvato articulo curatio adhibita est. At quibus nervus excisurus esse speratur, iis cum maio- re fiducia claudicationem prædixeris, idq; tum maximè, si quis nervorum inferiorum exolurus fuerit. Nervus autem excisurus his indicis deprehenditur, si pus album crassum- 10 que & diurnum sub eo effluit, doloresq; ac inflammatio- nes ad articulum circa initia oriuntur. Quæ etiam contin- gere solent, vbi os excisurum est.

Quæ in cubitis discissa sunt, præcipuè cum inflammatio- ne, ad suppurationem sectionemq; & vstionem perueniunt. At verò si spinalis medulla, aut ex casu, aut aliqua quapiam externa causa, aut sua sponte laborarit, & crurum impoten- tiam facit, vt ne tactum quidem percipiat æger & ventris & vesicæ, adeò vt ne primis quidem diebus ster- 15 cus aut vrina ægro inscio prodit, tandemq; non longo post interuallo perit. Quibus fauces sanguine frequenter & noctu & interdiu replentur, dum neque capitis dolor prægres- sus fuerit, neque tussis, neq; vomitus, neque febris prehen- derit, neq; pectoris aut dorsii dolor tenuerit, in his nares & fauces inspiciendæ, num quod vlcus eo in loco, aut hirudo compareat.

Oculi gramiosi optimum habent successum, si simul lachryma & gramia & tumor coeperint. Aut si lachryma gramia permixta, neq; vehementer calida fuerit, gramia verò 20 alba & mollis, & tumor levis ac solutus. His etenim sic se habentibus noctu oculus conglutinabitur, vt dolorem non sentiat: isque casus minimè periculosus, minimeque diu- turnus fuerit. At si lachryma multa & calida, cum paucissi- ma gramia & exiguo tumore, idque ex altero oculo pro- fluat, valde diurnum id quidem, sed sine periculo sit, id- que lippitudinis genus doloris expers est. Et in his præci- puè iudicatio consideranda est, quæ prima quidem sit circa vigesimum diem. Quod tempus si superat, quadragesimus 25 dies

dies expectandus est, aut si neque in his desinit, in sexaginta
 diebus soluitur. At toto tempore ad gramiam attentum es-
 se oportet, num in digito miscetur, & alba ac mollis fiat,
 idque præcipue sub iudicationis tempus, tum nanque ubi
 finitur, id euenire solet. Quod si hæc utrunque oculum in-
 uaserunt, maius est ulcerum periculum, sed breui soluen-
 tur. Gramæ autem siccae vehementes dolores afferunt,
 breui tamen soluntur, nisi oculus vulnus acceperit. Tumor
 vero magnus, doloris expers & siccus, sine periculo est.
 Quod si cum dolore est, siccus quidem malus, metusque
 est ne oculum exulceret ac palpebræ coeant. Formidabilis
 quoque est, ubi cum lachryma coniunctum dolorem habet.
 Nam si lachryna calida & salsa profluit, in pupilla & palpe-
 bris exulcerationis periculum est. At si tumor quidem con-
 stiterit, lachryna verò multa diutius euerfionem rectè præ-
 dixeris, at mulieribus & pueris exulcerationem & palpe-
 brarum euerfionem. Si verò gramæ pallidæ aut liuidæ fue-
 rint, lachrymaque multa & calida, caput ardor occupet, ex
 temporibus ad oculum dolor tendat, insomniaque his acces-
 serit, vlcus in oculo factum esse necesse est, ac ut rumpatur
 metus est. Iuuu autem succedens febris, aut dolor in lum-
 bos firmatus. His verò futurorum prædictionem rectè in-
 stitues, si & temporis & eorum quæ ex oculo fluunt ratio-
 nem inieris, tum etiam grauissimorum dolorum, tum vigi-
 liarum. Sed ubi oculum introspicere licet, si quidem ru-
 ptum inueneris, & per rimam pupilla extiterit, malum si-
 gnificat, nec facit restituitur. Quod si etiam putredo subit,
 nulli amplius est sui. Reliqua verò ulcerum genera prædi-
 cere licet, & locorum putredines & altitudines inuenti, pro
 ulcerum magnitudine cicatrices fieri necesse est. Quibus
 igitur rumpuntur oculi, posteaque adeo extant ut pupilla lo-
 co mora esset videatur, his nec ullo tempore, neque arte, ut vi-
 deant, openferre licet. At paræ pupillarum dimotiones
 restitui possunt, dum ne quid mali accesserit & iuuenis sit
 æger. Vlcera verò cicatrices, si non aliud malum subit, o-
 mnes & à tempore & ab arte iuuari posse existimandæ sunt,
 ac præcipue quæ recentissimæ & in iuuenum corporibus co-
 tractæ sunt. Et locis autem insignem facit noxiam pupillæ

acies si exulceretur, secundum eam id quod est supra supercilii, deinde verò quicquid his locis fuerit proximum. Pupillæ quoque cæsum, aut argenteum, aut cæruleum colorem nactæ, improbandæ sunt. His aliquantum meliores existimandæ sunt, quæ aut minores, aut ampliores apparent, aut angulos habent, siue id ex manifesta causa, siue sponte contingat. Caligines & nubeculæ, ac subalbicantes cicatrices ægides dictæ, exterruntur ac euanescent, nisi eo in loco vulnus aliquod subortum sit, aut illic antea cicatricem aut vnguem esse contigerit. Quòd si in oculi nigro resplendens cicatrix orta sit, nigri aliquid dealbat, ita ut si diutius perseueret & aspera & crassa, etiam vestigium aliquod postea relinquat. Iudicationes verò non secus ac in febribus scripsi, ita & hîc se habent. Sed & obseruatis ignis, pro genere quidem lippitudinum, prædictionum instituas licet. Nempe diurnas lippitudines fore, vbi pessima signa affuerint, velut in singulis descriptum est. Breues verò, vbi optima signa comparuerint, easque septimo die aut proximis diebus finiendas prædicere, ac alioqui in tuo esse existimare oportet. Quibus autem leuamentum aduerit, si id neque iudicatoriis diebus, neque cum bonis signis contingat, in his recidiuæ metuendæ sunt. Imprimis verò in oculorum affectibus vrinæ status in considerationem adhibendus est. Occasio nanque præceps est & lubrica.

At tormina ea quidem omnia mala sunt, si cum febre quidem inuadunt, aut variis alui recrementis, aut iecoris inflammatione, aut præcordiorum, aut entris, aut quæcunq; doloribus cruciant, aut cibos cohibent, sitimq; inferunt. Accelererrimè is perit, quem maxima pars horum malorum occupat. Huic verò plurimum in eis spei, cui horum paucissima adsunt. Isq; morbus præcipue pueros à quinto anno perimit, & qui cum superant ad decimum usq; ceteræ ætates tutiores sunt. Vtilia autem tormina sunt quæ his malis non affligunt. At vbi sanguis & strigmenta per aluum reiecta fuerint, septimo die desinunt, aut decimo quarto, aut vigesimo, aut quadagesimo, aut intra hoc tempus. Huiusmodi nanq; deiectiones etiam eos qui ante fuerunt in corporibus morbos tollunt: inueteratos quidem spacio temporis maiore, recentes verò etiam paucis diebus iuare possunt. Siquidem

Siquidem & prægnantes ipsæ etiam plerumque ad partum superiunt, & ex partu, fœtumque conseruant, etiamsi per multos menses sanguis & strigmenta per aluum secedant, nisi si dolore affligantur, aut aliquod ex malis signis quæ in difficultatibus intestinorum adesse scripta sunt, accesserit. Quòd si horum aliquod adesse visum fuerit, & fœtui perniciem, ac prægnanti periculum denunciat, nisi post fœtus absolutionem, aut secundarum dimissionem, ipsa tormina eodem die, aut non multò post, cessauerint.

- 10 Læuitates autem intestinorum, assiduæ quidem & multo tempore perseverantes, ac omnibus horis, & cum strepitu, & sine hoc exturbatæ, & similiter noctu & interdiu affligentes, si quod excernitur valdè crudum est, aut nigrum & læue, ac mali odoris, eæ quidem omnes malæ sunt. Nam & sitim exhibent, neque portionem per vrinam reddunt, quòd in vesicam non descendat, os exulcerant, & elatum faciei ruborem, eiusque cutis vitia omni colorum genere distincta (ephelidas vocant) excitant, simulq; ventrem quasi fermentatum, sordidum, ac rugosum efficiunt. Ex quibus aut
- 20 cibum capere, aut deambulare ad res obeundas nequeunt. Morbus hic seniores grauissimè infestat, quia & viros vehementer affligit, cæteras verò ætates multò minus. At qui eas ætates quas ab hoc morbo malè affici diximus, non attingit, & paucissima signa habet quæ mala esse scripta sunt, is securissimè constitutus est. Curationem autem postulat hic morbus, quoad & vrina pro portionis modulo feratur, corpusq; cibos ingestos sentiat, & vitiosum cutis dolorem deponat.

- 30 Reliqua alui profluuia quæ sine febre sunt, & paruo tempore durare, & mitia esse solent. Aut enim elota, aut sua sponte desinent. Cessaturum autem alui secessum denunciaris, vbi contrectato manu ventre nullus motus suberit, & ad extremam deiectionem flatus prodierit. Sedes autem procidit, viris quidem, quibus ora venarum sanguinem fundunt (hæmorrhoidas vocant) vt alui fluxus corripit, pueris quoque calculosis, & in diurnis ac tynceris intestinorum difficultatibus, senibus verò quibus mucosæ quædam concretiones affixæ sunt.

At mulieres quænam magis aut minus vterum gestare

sint idoneæ, hunc in modum æstimare licet, imprimis quidem in formas intuen-
do. Parvæ nanque grandioribus ad
conceptum præstant, tenues crassis, candidæ rubris, nig-
liuentibus. Præstant item quibus venæ extant, iis quibus
minimè apparent. Quinetiam grandiori natu exuberans
carnis moles, malo est: mammæ autem turgidæ & magnæ
probantur. Atque ista quidem visui sunt exposita. At scisci-
tari oportet num menstrua singulis mensibus appareant,
& num satis idonea copia, & an boni sint coloris, & quali co-
pia in singulis temporibus, & ratis mensium diebus effluat, 10
quod quidem optimum est. Locus verò conceptui idoneus,
quem sanè vterum nominamus, sanus est, & siccus, & mol-
lis debet, ac neque contractus, neque proclivis, neque ore
distorto aut compresso, aut diducto. Etenim quicquid ho-
rum contigerit conceptum fieri impedit.

Mulieres igitur quæ concipere nequeunt, & pallidæ vi-
dentur, absque febre, neque aliqua causa in visceribus exis-
tente, iis caput dolet, & menses malè ac syncrè prodeunt,
aut certè pauci, neque ex longo intervallo sic affectis appa-
rent, & vteri purgatione indigent. At quæ tum bene colo- 14
rata sunt, tum bene carnosæ & pingues, & venas latèrès ha-
bent, & doloris expertes sunt, hisque menstrua aut nullo
modo prodeunt, aut pauca & sincera fluunt: In huiusmodi
naturis difficillimè conceptus procuratur. Quòd si liberè
apparentibus menstruis, inculpato sit corpore mulier, neq;
conci-
piat, locus in quo vterus continetur in causa existimā-
dus est, quo minus fœtus tollatur. Aut enim contractus est,
aut diductus. Reliqua enim quæ huc contingere solent, cū
dolore, & decoloratione, ac colliquatione fiunt.

Quibus verò vlcus in vtero ortum est, siue ex partu, siue 30
ex tuberculo, aut aliqua quapiam causa, iis febres & ingui-
num tumores obveniunt, illorumque locorum dolores.
Quòd si partus purgamenta simul quoque restiterint, tum ea
mala omnino sunt immoderata & diuturna, acceduntq; &
præcordiorum & capitis dolores. At verò ubi vlcus sanatum
est, locus ille lævior ac durior necessariò efficitur, & minus
conceptui idoneus. Quòd si vlcus sinistra tantum occupet,
mulierque concipiat, aut ubi adhuc vlcus habet, aut postea
ubi conualuit, eam marè potius enixuram spes est. Sed si vl-
cus

cus dexte-
gis expe-
pere nec
vlcus ali-
quippiam
terit, qu-
afferat,
rò muli-
bris san-
20 concipi-
fuerit p-
guinis

At q-
& muli-
paream
ac ceru-
lacin i-
a quos
molle-

20 Quan-
renda
qua c-
fuerit
misi
capit-
Scisci-
aut v-
ieiun-
ciuat

30 terre-
fund-
Poti-
etian-
D-
at pl-
hab-
dolo-
etia-
tis

eius dextra teneat, & mulier concipiat, foetus formineus magis expectandus est. At si febrisprehendat eam quæ concipere nequit, & tussicula detineat, quarendum num vterum vlcus aliquod occupet, aut ex his malis quæ scripsimus aliud quippiam. Etenim vbi nihil mali eo in loco subesse constiterit, quod extenuationem aut conceptus impedimentum afferat, sanguinis vomitione refusi metus impendet. Ei verò mulieri menstrua ex necessitate disparuerunt. Si verò febris sanguinis eruptione tollatur, & menses appareant, concipiet. Quòd si ante sanguinis eruptionem alius effusa fuerit prauum in modum, periculū est ne mulier ante sanguinis eruptionem intereat.

At quæcunque se concepisse existimant, neque conceperunt, & multis mensibus decipiuntur, quòd menstrua non compareant, ac venter turgescere ac moueri videatur, ex capitis ac cervicis præcordiorumque dolore conflantur, neque lacin ipsarum mammis innascitur, nisi paucum quiddam & aquosum. Cum verò ventris tumor dissolutus fuerit, ac molles euaserint, ex nisi quid aliud obstat concipient.

Quandoquidem affectio ista ad mutationem vtero afferendam valet, adeò vt post hoc tempus concipiant. Ex verò quæ conceperunt, doloribus istis non tentantur, nisi confluerint. His capitis dolores accedunt & lacin mammis innascitur. Quas autem longæ fluxiones exercent, de capitis dolore, lumborum, & imi vètris interroganda sunt. Sciscitari quoque oportet, num dèitium stuporem sentiant, aut visus hebetudinem, aut aurium sonitum. At quæcunque ieiunè multis diebus aliquantulum biliosa vomitione reuiciunt, si neque vterum gerunt, neque febre detinentur, interrogabis num lumbricos rotundos vnà etiam vomitu refundant. Idem, si fateantur, ipsis affuturum prædices. Potissimum autem mulieres inuadit hic morbus, deinde etiam virgines, reliquos verò homines minus.

Dolores qui sine febre inuadunt, ne interficiūt quidem, at plurimū diuturni sunt, multasque mutationes ac recursus habent. Atque horum genera primū quidem in capitis doloribus spectantur, quorum quidam leues sunt, quidam etiam longè grauiores. Vtrorūque verò ea sic ineunda est ratio. Quibus autē visus caligat, & rubor quidā in ipsis oculis

fit, cum quadā frontis pruriginē, eos iuuat sanguis sua sponte aut ex necessitate profluens. Atq; hic modus simplex est. At quibus dolores capitis & frontis contingunt, tum ex ingentibus ventis, tum ex frigore post vehementem æstum, eos grauedines potissimum quidem omnino liberant. Iuuant quoque & sternutamenta, & mucosæ pituitæ in naribus ortæ, præcipuè quidem sponte fluentes, sin minus vi expressæ. Grauedines verò in totum sunt adeò vt tusles consequantur. Et sternutamenta vbi succedunt, neque dolores sedant, iis tubercula & coloris prauitates ex necessitate aderunt. Quos verò dolores sine causa & diurni, & totum caput occupantes, iam graciles & viribus exhaustos affligunt, in his attendendum morbum priore multo esse grauiorem. Quòd si in ceruicem & dorsum relicto capite dolor descendit, rursusque in caput recurrit, adhuc grauior existimandus est. At omnium maximè terret, si à capite ad ceruicē & dorsum peruenit. Eos verò iuuari spes est, si abscessus aliquis eruperit, aut pus tussi reiectum fuerit, aut sanguinem per ora venarum fundere sint soliti, aut pustule toto corpore pullularint. Ex vsu etiam est caput porrigine tentari.

Quibus autem torpores & prurigines pungētes, per caput interdum quidem totum, interdum etiam aliqua in parte percurrunt, sæpius verò frigoris alicuius sensus caput peruagari videtur, ab iis sciscitari oportet, num etiam ad summam linguam pungens ille pruritus pertingat. Sic enim magnus morbus est, & qui ægrè soluitur: alio qui verò facilis. Auxilium autem consequuntur ex abscessibus, velut antea scriptum est. Qui tamen his minus quàm illis cōtingunt. Tenebricosæ autem vertigines si cum doloribus adfuerint, malum in insaniam erumpit, nec facilè profligatur, & senes præcipuè affligit. Reliqui capitis morbi, cum viris tum mulieribus vehementissimi sunt, ac diutius perseuerant, ac cum securitate. Contingunt autem & iuuenibus & virginibus in ætatis flore, potissimumque circa menstruorum exitum. At mulieribus circa capitis dolores, reliqua quidem omnia quæ etiam viris contingunt. Pungentes tamen prurigines & atræ bilis vitia minus hæc quàm viri sentiunt, nisi menses penitus euauerint.

Quibus

Quibus in continenter pititis doloribus profluuium tiantur, hæc re pallidi diu ra quidem e lores eos ma aut terram e midam, eos borare, aut esse. Magni aliquod ma iam omnia

Quos N morbo pre scentes, & die, partim no perseue tudinis mo quidem su dentes, qu gunt. At n parent ho marum fl quis dolo

Quibus verticis & cici absce 30 guinis ex guis è nar aut liener dam ante te vnà & c

Quibu teolet. C eruption vlcera ha piam adf

Quibus iuuenibus diu coloris scedatio inest. non tamen continenter ad instar Regij morbi. ij & viri & forminæ capitis dolore conflantur, & lapides ac terram edunt, aut profluuium per ora venarum sanguinem fundere solita patiuntur, hæmorrhoidas Græci dicunt. At colores cum virore pallidi diuturni, absque vehementi Regio morbo, cætera quidem eadem facere solent: verum præcordiorum dolores eos magis vexant quàm cæteros, neque tamè lapides aut terram edunt. Qui verò diu pallidi faciem habent tumidam, eos certum est, aut capitis, aut viscerum dolore laborare, aut sedem internam quodammodo malè affectam esse. Magna autem ex parte vbi hæc adfuerint, non vnum aliquod malum inesse videtur, sed interdum multa, aut etiam omnia.

Quos Nyctalopas nuncupamus, qui noctu cernunt, hi morboprehenduntur iuuenes, aut pueri, aut etiam adolefcentes, & sponte euadunt, partim quidem quadragesimo die, partim verò septimo mense, quibusdam etiam toto anno perseverat. Et tempus quidem estimari debet, & magnitudinis morbi, & ægri ætatis ratione adhibita. Hos iuuant quidem superuenientes abscessus & ad infernas partes tendentes, qui tamen per iuuentutem non admodum contingunt. At neque mulieres neque virgines quibus menses apparent hoc morbo tentantur. Qui verò ex diuturno lachrymarum fluxu nyctalopes fiunt, eos interrogare oportet, nū quis dolor ante istorum indicationem caput occupauerit.

Quibus absque febre & coloris sceditate frequens adest verticis & temporum dolor, si plane nullus alius adfuerit faciei abscessus, aut vocis grauitas, aut dentium dolor, iis sanguinis ex naribus eruptionem fore spes est. At quibus sanguis è naribus profluit, etsi aliqui sani videntur, iis tamen aut lienem tumidum, aut caput dolere aut splendicās quiddam ante oculos obuetsari comperies. Magna verò ex parte vna & caput & lien hunc in modum se habere videntur.

Quibus lienes magni, iis gingiuarum vitiantur & os graueolet. Quibus autem lienes magni sunt, neque sanguinis eruptiones contingunt, neque os graueolet, in tibiis uero mala vlcera habent & nigras cicatrices. Quod si manifestus quispiam adfuerit faciei abscessus, aut vox grauis sit, aut dentium

dolor, iis sanguinis eruptionem ex naribus fore spes est. At qui partes eas quæ sub sunt oculis vehementer sublaras habent, magnos habere lienes comperies. Quod si pedū quoque tumores ad sint, ex aqua etiam laborare videbuntur. Sed & ventrem & lumbos præter hæc inspicere oportet.

Oris peruersiones quæ nulli corporis parti consentiunt, celeriter aut sua sponte, aut ex necessitate sedantur. In reliquis verò corporis syderationibus, quibus præter motionis impotentiam pars corporis affecta extenuatur, ij restitui non possunt. At quibus colliquationes non succedent, ij profectò sanitatem consequentur. Tempus autem quo ista contingent prædicere licet, ad morbi vim & tempus, & hominis ætatem, ac anni tempestatem attendendo, ubi in animum induxeris vetustissimos morbos, & pessimos, & qui sæpius repetunt, eosq; qui in corpore sunt admodum senili, non facile cedere. Est etiam autumnus & hyems vere & æstate ad eos morbos tollendos minùs accommodatus.

Humerorum verò dolores, qui ad manus tendunt, torporesq; & dolores exhibent, abscessus certè non cōsequuntur, at bilis atræ vomitione sanantur. Eos autem qui in humeris perdurant, & ad dorsum pertingūt, puris aut atræ bilis vomitione effugiunt, quorum hæc ineunda est ratio. facile quidem spirantes & extenuatos vomitione nigram bilem effusuros magis sperare oportet. At difficultate spirandi laborantes, si in faciem color subruher aut niger, antea non visas, subuehitur, pus expuitione potius reddituros spes est. Præterea etiam animaduertendum num pedes tumoribus infestentur. Hoc enim iis indubitatum est signum. Hic autem morbus viris vehementissimus accidit, à quadagesimo anno ad sexagesimum vsq;. Quam ætatem etiam coxendicum doloris præcipuè vexant.

De coxendicum autem doloribus sic existimandum est. Quibus senioribus vehementissimi torpores ad sunt, & lumbi ac crura frigescunt, nec pudendum erigere valent, aluique non nisi coacta egerit, & mucosum alui recrementum plurimum prodit, his maximè diuturnum fore, ac prædicendum ex quo morbus cœpit, annum vt minimum perseveraturum, iuuamentumque non nisi aut vere aut æstate sperandum. At iuuenibus quidem non minores dolores

afferunt

afferunt co
quadages
pores, neq
autem n
adeo vt de
aliquid vs
ingue n d
bus effici
torpores
10 ruitus per
mi pedis
nam part
frigidum
lictis par
sperare n
& supra v
ad articu
podagra
quod sub
20 dolere fa
si neque
tingunt
sus fiat,
conting
nis fluo
num in
pungen
eadem m
perturb
30 in ano s
rum ori
lor app
sunt, q
dolores
maxim
malis c
lor con
hoc me
mum. A

PRÆDICTORVM LIBER. II. SECT. II. 171

afferunt coxendicum morbi, sunt tamen breuiores: etenim quadagesimo die liberantur. Quin nec vehementes torpores, neque crurum ac lumborū perfectiones fiunt. Quos autem morbus iste in lumbis & cruribus vexat, neque tamē adeo vi decumbere cogantur, animaduertere oportet, nūti aliquid vspiam in coxa concreuerit, percontarique nūti ad inguē dolor perueniat. Etenim si vtraque adfuerint, morbus efficitur diuturnus. Percontandum quoque nūti finit torpores finit, & ad poplitem pertingant. Quo concesso rursum petendum nūti per tibiam ferantur ad primam summū pedis partem, quæ tarsos dicitur. Qui enim istorum bonam partem fatentur, his ipsis erus modō calidum, modō frigidum fieri rectē prædixeris. At quibus hic morbus relictis partibus quæ ad lumbos sunt, infra vergit, eos bene sperare iubeto. Quibus verō coxendicē & lumbos occupat, & supra vergit, iis gravem fore prædicito. Quibus autem ad articulos dolores oriuntur & tumores, definuntque sine podagra, iis & magna viscera adesse comperies, & in vrina quod subsidet album. Ac si cui tempora attollentur, ea sæpe dolere fatebitur, & sibi nocturnos sudores cōtingere. Quod si neque tale quicquam in vrina subsidet, neque sudores contingunt, metus est ne articuli claudicent, aut in his abscessus fiat, quem melicerida vocant. Iis autem morbus iste contingit, quibus pueris aut iuuenibus ex naribus sanguinis fluor conuetus desistit. Ex quibus percontari oportet nūti in iuuentute sanguinis fluxus contigerit, & nūti pungentes prurigines ipsis in pectore aut dorso insint. Aut eadem contingunt quibus vehementes alui dolores absque perturbatione adsunt, aut quibus per ora venarum quæ sunt in ano sanguis effunditur. Hinc nanque istorum morborum origo petenda est. Quod si viris huiusmodi scædus color appareat, nūti etiam capitis dolor adsit percontandi sunt, quod fatebuntur. Ex quibus qui ventris dextra parte dolores sentiunt, iis vehementes dolores fiunt, idque vel maximē si in præcordiis ad hepar dolor testiterit. Quibus malis confectum leuat strepitus qui in ventre sit. At ubi dolor conquieuit, vrina crassa & pallida redditur. Atque hoc morbi genus neutiquam lethale est, sed valde diuturnum. At ubi iam morbus inueterauerit, homines oculorum

caligine vexat. Percontari igitur oportet, num sanguis in iuuentute fluxerit, aut oculorum caligatio contigerit, aut vrina pallida vacuata fuerit, aut intus excitati spiritus & superuenientes iuuamentum attulerint. Ista nanque omnia fatebuntur.

Impetigines & lepræ, albicantesque vitiliginis, si iuuenibus quidem aut pueris horum aliquid contingat, aut senfim se prodens, diuturnitate temporis augetur: in iis quidē ex pustulæ abscessus esse minimē existimādæ sunt, sed morbi. At quibus ex his aliquid subito multumque contingit, id certē abscessus dici possit. Oriuntur autem albicantes vitiliginis ex maximē quidem lethalibus morbis, velut quæ rabes dicitur. Lepræ verò & impetigines, ex iis qui ab atribile fiunt. Ex quibus quæ valde iuuenibus contingunt, & recentissima quæque sunt, ea facilius curationem recipiūt, tum quæ in summē mollibus & carnosus corporis partibus nascuntur.

Hippocratis Coacæ prænotiones.

I VI ex rigore perfrictione detinentur, cum capitis ac cervicis dolore, vocis defectio ac tenui sudore, ij vbi vires resumserint ac sese velut recollecterint, moriuntur.

2 Corporis iactationes & incontinentiæ cum perfrictione, pessimæ.

3 Vbi totum corpus ita perfrigit vt obrigeat, perniciem affert.

4 Ex perfrictione metus ac animi abiectio præter occasionem, in conuulsionem tendit.

5 Vrinarum ex perfrictione interceptiones pessimæ.

6 In rigore familiares non agnoscere malum. malum quoque eorum quæ gesta sunt obliuisci.

7 Rigores cum sopore non nihil periculi denunciant, & facies incensa cum sudore malignitatem significat. Insuper posteriorum partium frigus, conuulsionem prouocat. Ac omnino posteriorum partium refrigeratio, conuulsionem minatur.

8 Crebri ex dorso horrores, subinde locum commutantes graues sunt & difficiles. Laboriosam quippe vrinæ suppressionem

pressionem minantur. His tenuiter exudare pessimum,
 9 Continenter & assiduè vexans rigor imbecillo iam corpore, lethalis est.

10 Qui crebrò tenuiter exudant ac subinde rigēt, ij perniciosè habent, & tandem sub mortem suppurati & aluum conturbatam habere deprehenduntur.

11 Qui rigores ex dorso proficiuntur grauiores sunt & molestiores. Vbi verò quis decimo septimo die rigore correptus, quarto ac vigesimo die insuper riguerit, difficulter habet.

12 Qui subinde inhorrescunt, ex capite laborantes, tenuiter exudantes, ij malignè habent.

13 Qui subinde inhorrescunt, sæpe tenui sudore corripuntur, difficili morbo laborant.

14 Rigores multi cum torpore, malignum quiddam denunciant.

15 Rigores qui in sextum diem incidunt, difficile iudicium adferunt.

16 Qui per sanitatem crebrò inhorrescunt, ij ex sanguinis fluxu purulenti euadunt.

17 Vbi horror in malis subinde incidit cum difficultate spirandi, tabes denunciatur.

18 Ex pulmonis suppuratione interdum circa ventrem dolores ac clauiculam, & cum incontinenti corporis iactatione aliquantulum stertere, sputi copiam in pulmone indicant.

19 Qui subinde inhorrescunt, ac incontinenti corporis iactatione cum lassitudinis sensu & lumborum dolore conflantur, iis alui effunduntur.

20 Qui subinde rigore prehendantur, & sub noctem aliquantò grauius habent, perui Giles, in somnis nugantes ac delirantes, interdum sese lotio perfundentes, ij in conuulsionem tendunt.

21 Continētes in præcipitibus malis rigores, malo sunt.

22 Virilium exolutiones ex rigore cum capitis dolore perniciem denunciant. Cruentæ in his vrinæ malo sunt.

23 Rigor cum posteriorum partium distentione mortem adfert.

24 Quibus vbi inhorruerint iudicatorij simul sudores

H

cōtingunt, postredie verò si horror repetierit & temerè per-
uigilent, iis fortè sanguinem erupturum sperare oportet.

25 Vrinæ quæ cum rigore restitarunt malum & con-
uulsionem prænunciant, tum verò præcipuè si antea alto
sopore æger detentus fuerit. In his autem abscessus ad au-
res sperare oportet.

26 Rigores velut in iis febribus quæ propius ad tertia-
narum naturam accedunt, si in medio ingrauescunt, febre
nullum ordinem seruante, maligni valde sunt. Quæ verò
contra ingrauescunt, in conuulsione vexatis cum rigore &
febre perniciem denunciant.

27 Quæ ex rigore sunt vocis defectioes, tremore sol-
uuntur, atque eos qui subinde nouo rigore corripiuntur, suc-
cedentes tremores iudicant.

28 Qui ex rigore virium exolutiones & capitis dolores
sentiant, ij in dubium de vita veniunt. In his cruenta vrina
malum denunciat.

29 Quibus rigor adest, iis vrina restitat.

30 In febre conuulsio, manuumque ac pedum dolores
malignum quiddam prænunciant. Malignus quoque ex fe-
bre doloris impetus. Sed & neque genuum dolor probati
potest. Quin & surarum quoque dolores maligni sunt ac metis
emorio, tum verò præcipuè si sublime quid in vrina innatet.

31 Ex præcordiorum dolore obortæ febres, malignæ
sunt. In his profundus ac altus sopor pessimus.

32 Qui in febre non intermittente tenuiter & crebro
exudant, cum præcordiorum distensione, ij vt plurimum
malignæ habent, atque in his dolores in humeri caput ac
iugulum affixi prauis sunt.

33 Febres quæ proximè ad tertianarum naturam acce-
dunt, cum incontinenti corporis iactatione, malignæ sunt.

34 In febre mutum esse malo est.

35 Delassati ægri, caligine obducti, peruiigiles & sopore
detenti, cum tenui sudore recalescentes, malè habent.

36 Lassitudine laborantes cum horrore, iudicij modo
leuiter exudantes, celeriter ad calorem reuocati, malè ha-
bent, tum verò præsertim si ista in super sanguinem è narib.
stillarint. Circa hæc aurigine admodum scædati, & largius
colorati moriuntur, iis quæ album aluicrementum prodit.

37 Febres

37 Febres ad tertianarum naturam accedentes, vagæ & errantes, ubi in dies pates transferunt, molestiam exhibent.

38 Qui in diebus iudicatoris cum angore aut incontinenti corporis iactatione, absque sudore perfrigerantur, atque omninò qui sine sudore perfrigerantur citra iudicationem, malè habent.

39 Quin & qui subiinde riguerunt, post hæc sincera vomitione refuderunt, anxietate vexati, tremuli in febre, malum portendunt. Quinetiam ex rigore vox intercepta perniciem denunciat.

40 Qui verò post sanguinis ex naribus eruptionem ex tenuibus sudoribus perfrigescunt, malè habent.

41 Ex tenuibus sudoribus peruigiles, ad calorem reuocati, malè habent.

42 In febre tenuiter exudantes, malignè habent.

43 Quibus procedente egestionē alui biliosa, ad pectus morsus ac amaritudo sentitur, ij malè habere iudicantur.

44 In febribus, aluo à flatibus distenta, flatum non erumpere, malum.

45 Lassitudine confecti ægri, singultuosi, & alto stupore (quem catochum vocant) detenti, malè habere significantur.

46 Increbris & tenuibus ex dorso horroribus tenuiter exudantes ægri, molestè habent. Laboriosa quippe vixit interceptio significatur. In his tenuiter exudare, malo est.

47 Præter consuetudinem aliquid facere, vt verbi gratia, aliquid propensius curare & magno studio eniti, prius non consuetum, aut contrà, prauum & delirio proximum.

48 Quæ cum malignis signis alleuamētum adferunt, & quæ cum bonis non remittunt, molesta sunt & difficilia.

49 In præcipitibus malis, tennes circa caput maximè sudores oboriri, & corporis incontinentia quadam iactari, malum indicat, tum verò præcipue perniciēs intenditur, si ista cum vrinis nigris cōgerint, & spiritus magnus & concitatus adfuerit.

50 Celeres summitatū corporis in vtraq; extrema permutationes, perniciem denunciant. Quin & sitis huiusmodi (hoc est, celeriter in contraria permutata) malo est.

51 In homine moderato ferox, & audax responsio, & vox

acuta, malum portendunt. his præcordia intro trahuntur & tendunt.

52 Quæ ex sudoribus perfrigerantur ac celeriter recalciscunt, malè habere iudicantur.

53 Qui in grauibz malis tenuiter exudant, & quadam corporis incontinentia iactantur, malè habent.

54 Qui temerè ac præter rationem nulla existente vasorum inanitione impotentes fiunt, ij malè habent.

55 In febre distractio velut à vomitu, in excreationem definens, malum portendit.

56 Torpor in contraria celeriter permutatus, perniciem denotat.

57 Per pusillæ sanguinis è naribus stillæ, damno sunt.

58 Ac penitus quidem in graui morbo sitim temerè ac præter rationem cessare, malum est.

59 Qui ad manus contractum resiliunt, malè habere iudicantur.

60 Quibus in febre ardente tumores cum somnolentia & torpore obueniunt, eos lateris dolor accedens, cum leui partis alicuius syderatione necat.

61 In præcipitibus malis strangulatus, gracilescitibus faucibus, perniciem minatur.

62 Vbi iam perniciēs imminet, parui tremores & arginosa vomitio, & in quibus inter potandum strepitus quidam percipitur, quique præ siccitate murmur quoddam sentiunt, & qui ob spiritum tussiculosum ægrè deuorant, in grauibz malis perfrigeratis, perniciosè habere iudicandi sunt.

63 Manuum ac pedum tumores cum rubore, perniciem denunciant.

64 Qui vehementer efflant & reflexis sunt palpebris, ac per somnum leuiter suspiciunt, aurigine admodum fædati & largius colorati moriuntur. In his album alui recrementum præcedit.

65 In febribz vehementes mentis emotiones cum taciturnitate, in eo qui voce defectus non est, perniciem minantur.

66 Vbi liuores in febre fiunt, prope affore mors significatur.

67 Quibus

67 Quibus cum febre lateris dolore accedente, alius a-
quosâ multa bile permixta transmittens alienationem ad-
fert, deinde verò cibos auerfantur & sudoribus disfluunt,
cum bene colorata facie ac humescente aluo, & dolor ali-
quis oris ventriculi succedit, ij diutius morbum trahentes
pulmonum vitii laborantium more intereunt.

68 Febrium initio si atra bilis sursum, aut deorsum pro-
deat, lethale est.

69 Quibus adsunt superiorum partium tenues sudores
cum perfrictionibus, nec sine febre, ij corporis incontinen-
tia & phrenitide vexati, præceps periculum denunciant.

70 Dolores sensim ingrauescentes, si ad iugulum & su-
periores partes transeant, perniciem minantur.

71 In longis periculis sedis dolor mortem affert.

72 In his qui propter imbecillitatem non vident, nec
audiunt, aut quibus labrum, aut oculus, aut nasus peruerti-
tur, mors denunciatur.

73 In febribus ex glândularum tumoribus dolores mor-
bi diuturnitatem prænunciant.

74 Iudicationis cessationes in febribus, temporis qui-
dem longinquitatem, non tamen perniciem inducunt.

75 Ex vehementibus doloribus obortæ febres, diuturnæ.

76 Dementiæ in quibus ægti sunt tremuli, aut aliquid
inuestigantium more sensim cō rectant aut palpent, phre-
nitim prænunciant. Quin & ad suram dolores, in his men-
tem emouent.

77 Qui in febre assidua voce defecti iacent, & oculis cō-
niuentibus nistantur, hi euadunt quidem si post sanguinis
ex naribus fluxum ac vomitum, ad loquelam & ad seipos
redeant. Sin verò secus accadat, cum spirandi difficultate ce-
lenter intereunt.

78 Qui accessione correpti, postero die, grauius habet,
iis malum denunciatur.

79 Quibus tertio die subsistit accessio, & quarto ingra-
uescit, malum denunciatur. Ac metus est ne huiusmodi ac-
cessiones phrenitim inducant.

80 Febres si alio die quam indicatorio desierint, reci-
diuam metuere oportet.

81 Qui circa initia tenuiter febricitantes, ad iudicatio-

nem cum capitis pulsatione & vrina tenui ingrauescunt, eos mentis emotione ac insuper peruigilio corripit, nil mirandum est.

82. In præcipitibus malis, corporis motio, iactatio, ac turbulentus somnus, nonnullis conuulsionem portendit.

83. Turbulentæ cum confidentia expegefactiones, quæ mentem emouent, malo sunt, ac conuulsionem minantur, præsertim verò si cum sudore contingant. Quin & ceruicis ac dorsi perfrictiones, conuulsionem portendere videntur, ac multò magis quæ totum corpus peruadunt, in quibus mictiones membranularum speciem referunt.

84. Desipientiæ cum sopore conuulsionem minantur.

85. Quæ sensum feroces sunt mentis emotiones, in ferinas euadunt. Quin & conuulsionem quoque prænunciant.

86. Temerarij ventris tumores in morbis longis conuulsionem afferunt.

87. Qui statim sine ratione perturbatur, peruigiles sunt, sanguinem è naribus stillantes, sexto die noctu allevantur, postmodum verò laborantes tenui sudore correpti, & in somnum delati delirant, iis larga sanguinis è naribus profusio morbum soluit. Cuius rei indicio est diluta vrina.

88. Qui cum his quæ supra dicta sunt furiosa & vehementi mentis emotione tenentur, ij si tremuli euadunt, malignè habere iudicantur.

89. Desipientia cum difficultate spirandi & sudore lethalis est. Quinetiam cum difficultate spirandi & singultu, mortem adfert.

90. Quæ in phreniticis manifesta apparent insomnia, probanda sunt.

91. In phrenitide albicans deiectio ac torpor, malum denunciat. His succedens rigor pessimus.

92. In Phreniticis cum omnia circa initia moderatè & sedatè se habeant, ac subinde permutantur, malum denunciat.

93. In vehementi & furiosa mentis emotione accedentes tremores, exitio sunt.

94. Vehementi insania detenti, tremuli, cum crebra spuatione, metus est ne phrenitici euadant.

95. Vehementer & acutè mente emoti, si febris iterum repetat, phrenitici euadunt.

96. Phre-

96 Phrenitici parum bibunt; ex leuibus strepitibus facile irritantur, tremuli sunt aut conuulsionibus tentantur.

97 In intensa phrenitide tremores lethales.

98 Desipientiæ quæ circa necessaria fiunt, pessimæ, & quæ ex his ingrauescunt, exitum portendunt.

99 Desipientiæ cum voce stridula linguæ reuulsione, ac ipsi quoque tremuli, vehementem mentis alienationem significant. In his durities aut asperitas perniciem minatur.

100 Desipientiæ quæ iam admodum fractis & debilitatis viribus succedunt, pessimæ sunt.

101 Crebræ in phreniticis permutationes, conuulsionem denunciant, ac præuæ sunt.

102 Crebræ in phreniticis cum perfrictione sputationes, nigrorum vomitionem prænunciant.

103 In his qui variè morbum trahunt & mente mouentur, si subinde sopor incidat, prænuicia expectandam esse nigram vomitionem.

104 Quæ conuulsionis in morem affligunt, ea altius stuporem (catochum vocant) inducunt.

105 Parui in longis morbis aurium tumores, si subinde sanguis e naribus profluat, & tenebricosa vertigo excitetur, exitio sunt.

106 Febres vertiginosæ & cum tenuis intestini morbo, & sine hoc, perniciem intentant.

107 In anhelatoribus & suspiriosis febris postea acuta, cum præcordiorum contensione perfrigeratis, magnum circa aures tumorem expectare oportet.

108 Lumborum atque inferiorum partium dolores quibus febris etiam accedit, si relictis inferioribus septrum transuersum appetant, tum verò præsertim exitio sunt si aliquod periculosum signum accesserit. Quod si reliquorum signorum nullum periculum ostenderit, futuræ suppurationis metus est.

109 In pueris febris acuta cum alui suppressione & peruiugio, calces velut iactare, ac colorem mutare, & ruborem contrahere, conuulsionem minatur.

110 Qui statim sine ratione perturbantur, peruiugio torquentur, nigra & compacta ex aluo demittunt, interdum sanguinem e naribus profundunt.

111 Qui insomnia vexantur cum subita corporis iactatio-

ne & inquietudine, iis sanguinem è naribus erupturum sperare oportet, idque præsertim, si quid antea profuxerit. Animaduertendum verò num in modicè perfrigeratis id post horroris sensum contingat.

112 At verò qui per accessiones tussunt & tenuiter exudant, ij malignè habere iudicandi sunt.

113 Ad lateris dolorem insuper accedente strangulatu, suppurationis futura spes est.

114 Quibus per febres assiduas pustulæ toto corpore enascuntur, lethale est, nisi quid purulentum abscedat. 10 In his verò præcipuè adnasci ad aures tubercula solent.

115 In præcipiti morbo, si partes externæ perfrigerentur, internæ verò vrantur, ac sitis vrgeat, malum denunciat.

116 Febres assiduæ, quæ tertio quoque die intenduntur, in periculum ducunt.

117 Si quibus aliquando febris intermiserit, periculum abesse significat.

118 In febribus longis, aut tubercula, aut ad articulos dolores proueniunt, quos neque tamen temerè fieri existimandum est. 19

119 In præcipiti morbo, capitis dolor, & præcordia reuulsa, nisi sanguis ex naribus profluat, ad phrenitidem deueniunt.

120 Febres lipytiæ, non nisi per choleram effusa bile, soluntur.

121 Morbus regius si ante diem septimū accesserit, malum significat: septimo autè, nono, vndecimo, ac decimo-quarto, iudicationem adfert, dum præcordia non induret. Quod si secus contingat, res in dubium vertitur. 30

122 Crebræ iisdem perseverantibus casibus morborum reuersiones, impendente iudicatione sanguinem profundentes, nigram vomitionem excitant. Quin etiam tremulos ægros faciunt.

123 Qui in febribus tertianis ingrauescunt dolores tertianorum naturam assument, & sanguinis grumos per secessum egerunt.

124 In febribus, venæ quæ est in ceruice pulsatio & dolor, rem ad intestinorum difficultatem deducit.

125 Fre-

125 Frequens coloris cum calore mutatio, bono est.

126 In bile redundantibus magna spiratio cum febre acuta & præcordiorum contensione, abscissum iuxta aures promouet.

127 Qui ex longa valetudine sese recolligentes cibum bene sumunt ac nihil proficiunt, ii malignè relabuntur.

128 Si venæ temporum in febribus pulscent, & facies bene habita fuerit, absq; præcordiorum mollitie, longum fore morbum sperare oportet, qui nec sine liberali sanguinis ex naribus profusione, aut singultu, aut conuulsione, aut coxendicum dolore, desinet.

129 Aluus in febre ardente assatim prorumpens, mortis periculum adfert.

130 Febris ardens ex laborioso ventris dolore, perniciem minatur.

131 In febre ardente laborantibus, si aurium sonitus cum visus hebetudine & ad nares gravitate accedant, nisi sanguis ex naribus profluat, furiosa & vehemens mentis emotio metuenda est.

132 In febribus ardentibus tremores delirio solvuntur.

133 Sanguinis ex naribus fluxus in febre ardente quarto die obueniens, malo est, nisi aliud quippiam bene ceciderit. Quod si die quinto contingat, minus adfert periculi.

134 In febre ardente laborantibus cum aliqua summi corporis perfrictione, egestionibus aquæ similibus & crebris, oculis periculum intenditur, tum verò præcipuè, si alto stupore (quem catochon vocant) detineantur.

135 Febrem ardentem succedens rigor soluit.

136 Febres ardentes quæ recurrere solent, quatuor diebus de se significationem exhibent, deinde exudant. Sin minus die septimo & vndecimo.

137 De febre ardente laborantibus dies quatuordecim, aut alleuando, aut perimendo decernunt.

138 Ex febre ardente, nisi qui circa aurem sit abscissus suppurat, non admodum liberantur.

139 Qui lethargo aut veterino conficiantur, ex manibus tremunt, somnolenti sunt, malè colorati, tumidi, pulsus habent tardos & lentos, ac oculorum genas inferiores sub-

latas, sudores superueniunt, aluiq; subrumescunt, impotentes sunt, ac biliosa effundunt. Quod si resiccata fuerint, urinae aluiq;crementa clam prodeunt, urinae quales in veterino genere redduntur, neq; potum, neq; aliud quicquam postulant. Mentis verò compotes facti, de ceruicis dolore conqueruntur, ac incertos sonitus per aures imperu ferri sentiunt.

140 Qui verò ex Lethargo euadunt, magna ex parte pus in crò colligunt.

141 Quos febris detinet, si tremor absque iudicatione conquiescit, iis temporis successu abscessus cum dolore purulenti ad articulos decumbunt, & vesica dolere.

142 Quos febris detinet cum faciei rubore, & capitis vehementi dolore, in iis si venæ pullent, sanguinis fluxus præterit, expectandus est. Quos verò stomachi fastidia vexant, cum oris ventriculi mortui, & crebra sputatione, iis vomitio adfutura est. Quibus autem ructus adsunt, flatūs, ventris sonitus cum inflatione, iis aluus exturbatur.

143 Quibus febris assidua diutius cum securitate trahitur, si neque ex dolore, neque ex inflammatione, neque ex alia vlla manifesta causa contingat, in iis abscessum cum dolore & tumore, præcipueque ad inferiores partes sperare oportet. Maxime autem in his expectare abscessum oportet, qui trigessimum annum superarunt. Tum verò in his considerandi sunt abscessus, vbi febris vigessimum diem præterierit. Maioribus autem natu minus accidunt, et si febres longo tempore detinent. Quæ verò febres intermitunt, incertoque ac vago ordineprehendunt, eæ autumno præcipue in quartanam ferè transeunt, idq; in his maxime qui trigessimum annum superarunt. Per hyemem verò abscessus potius accidunt, & tardiùs cessant, minusque recurrant.

144 Quibus autem sæpiùs recidiuæ contingunt, si sextum mentem superauerint, in tabem coxariam ferè incidunt.

145 Quæcunq; febris ex aduerso respondent, nisi abscessum faciant, malignitatem denunciant.

146 Febres quæ neq; diebus criticis, neq; post apparentes solutionis potas dimittunt, repetere solent.

147 In

147 In præcipitibus morbis, iudicatio in quatuordecim diebus expectanda est.

148 Tertianâ exacta quinto aut septimo, aut summum nono circuitu terminatur.

149 Febricitare incipientibus, sanguinis stillationes cum sternutatione accedentes, & quod in vrina delidet album quarto die visum, septimo solutionem afferre denunciant.

150 Morbi verò præcipientes & acuti effluente ex naribus sanguine iudicatione absoluuntur, idq; die iudicatorio, ac sudore copioso exorto, vrinaq; purulenta ac virrea affasini reddita, in qua quod subsidit laudabile sit, aut abscessu effatu digno, & aluo mucosa & sanguinea deiciente, ac de repente prorumpente, vomitionibusq; non prauis sub iudicationem contingentibus.

151 Profundi somni neque turbulenti, iudicii firmitatem denunciant, turbulenti verò non sine corporis offensione, instabiles sunt & infirmi.

152 Quibus ex naribus fluxiones, quæ septimo, nono, aut decimo quarto die contingunt, vt plurimum à febribus vindicant. Eodem verò modo & biliosus alui fluxus, & qualis in intestinorum difficultate fieri assolet, ac genuum & coxendicum dolor, vrinaque sub iudicationem concocta, & verò in muliere mensium profluuium.

153 Quibus per febres alicunde sanguis largiter effluerit, iis dum sese recolligunt, alui humescentes effunduntur.

154 Qui per febres tenuiter exudant, cum capitis dolore & aluo intercepta ad conuulsiones proueniunt.

155 Quæ sensim feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt, & conuulsiones portendunt.

156 Conuulsio in febre suborta eademque die desinens, bono est.

157 Conuulsio in febre suborta, febrem primo die, aut postero, aut tertio finit. Quod si horam quaprehendit superet, nec desinat, malo est.

158 Qui per febres intermittentes, inæqualiter incallescunt, aluum habent statibus distentam, pauca transmittentem, iis post iudicationem lumborum dolore sub-

orto, alui prorumpunt. Qui autem ad manus contactum exardescunt, torpore, sibi ac corporis incontinenti iactatione vexantur, ii alio intercepta grauati exoluntur. Interdum verò etiam prærubra in pedibus ambusta eadem denunciant.

159 Hybernæ quartanæ ferè in morbos acutos transcunt.

160 In febre acuta continens capitis dolor, cum grauibz aliis signis, mortem minatur. Quod si neque alia præterea signa mala sunt, & viginti dies superat, aut sanguinis ex naribus, aut puris effluxum, aut abscessus ad inferiores corporis partes denunciat. Præcipuè quidem in his qui nondum trigessimum quintum annum attingerunt, fluxiones, in senioribus autem abscessus sperare conuenit. Si verò dolor vehemens circa frontem ac tempora affligat, fluxiones expectanda sunt.

161 Qui capitis doloribus & aurium tinnitibus citra febrem, aut tenebrosa vertigine, & vocis tarditate, manuumque stupore tentantur, in iis aut syderationem, aut morbum comitalem, aut etiam obliuionem sperare conuenit.

162 Ex capite dolentes, & alto stupore (quem catochum dicunt) detenti, ac delirantes, cum alui interceptione & ferociente intuitu, floridi, in scapulas rigescunt, ac posteriorum partium distentione tentantur.

163 Quæ caput quodammodo concutiunt, cum intensa oculorum rubedine, ac manifesto delirio, perniciem denunciant. Neque tamen hoc ad mortem comitatur, verum circa aurem tumorem excitat.

164 Dolor capitis cum sedis ac pudendorum dolore, torporem ac impotentiam adfert, vocemque exoluit, neque ista molestiam exhibent. Verum ex his somnolenti ac singultuosi nono mense euadunt, & voce libera reddita in integrum restituantur.

165 Lumbricis verò tenuibus & longis (qui ascarides dicuntur) in capitis dolore vexatis, consequente surditate & sopore, tubercula ad aures excitantur.

166 Qui capitis dolore vexantur, ac alto stupore (quem catochum vocant) cum dolore detinentur, oculos habent præru-

prærubros, in iis

167 Quæ caput sanguinem è naribus turbant, idque Fortasse etiam

168 Qui caput uigilio torquentur verò præterea pertingat.

169 Vomitus cum surditate fiant.

170 Quibus impotentia quæ eruptio libera interim vesica

171 In graui & grauitatis

172 Ex capite sputa crassa & interdum ver

173 Modice febre aures turbent

174 Capitis dammodo

175 Qui obscure loquuntur alio lassitudinem da est.

176 Qui cum tremore & densas, si re suspicand

177 Tenuitercepta, ad

178 Sopore

179 Qui ceruicis, præ

prærubros, in iis sanguinis profluuium sperandum est.

167 Quæ caput concutiunt, & aurium sonitus excitant, sanguinem è naribus profundunt, aut mulieri menstrua deturbant, idque præsertim si ad spinam ardor consequatur. Fortasse etiam difficultas intestinorum expectanda est.

168 Qui capite gravati ad synciput dolorem sentiunt, peruvigilio torquentur, iis sanguinis eruptionem fore spes est, tum verò præcipuè si aliquis contentionis sensus ad cervicem pertingat.

10 169 Vomitus virulenti & æruginosi in capitis doloribus cum surditate & insomnia, promptam insaniam significant.

170 Quibus capitis & cervicis dolor, ac totius corporis impotentia quædam cum tremore adest, ab his sanguinis eruptio liberat, fortassisq; ista tandem dissoluuntur. Verum interim vesicæ intercipiuntur.

171 In grauibus & acutis capitis doloribus, cum torpore & grauitatis sensu, proclives sunt conuulsionem.

172 Ex capitis dolore liberat pus è naribus effluens, aut sputa crassa & inodora. Liberat quoq; & vlcera eruptio, interdum verò & somnus, ac alui fluxus.

173 Moderatus capitis dolor cum inexhausta siti, aut sudore febrem non solvente, gingivarum abscessus, aut circa aures turbercula denunciat, nisi alius erumpat.

174 Capitis dolor cum sopore & grauitatis sensu, quodammodo conuulsionem accersit.

175 Qui capitis dolore, siti, leui peruigilio detinentur, obscure loquuntur, ad motum impotentes, humefcente aluo lassitudine vexantur. In iis fortasse insania metuenda est.

30 176 Qui capite dolent cum leui aliqua surditate, manuum tremore, cervicis dolore, nigricantes reddentes urinas & densas, ii si nigra vomitione refuderint perniciosè habere suspicandi sunt.

177 Tenuiter exudantes cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulsionem proni sunt.

178 Sopor profundus & altus omninò dampnandus est.

179 Qui inter initia sopore detenti, capitis, lumborum, cervicis, præcordiorum dolore ac insomnia conflictantur,

considerandi num phrenitici euadant. In his narium stillatio perniciem ostentat, tum verò vel maximè, si quarto die, aut inter initia contingat. Alui quoq; prærubra proluuiis, malo est.

180 Qui sopore oppressi circa initia, tenuiter exudantes, concoctas urinas emittunt, cum magna corporis aestuatione, circa iudicationem verò perfrigescunt, & rursum ex breuibus interuallis peruruntur, torpore, sopore, aut conuulsione tentati, perniciosè affecti sunt.

181 Somni, quales sopore oppressis, & totius corporis perfrictiones, perniciem ostentant.

182 Sopore, lassitudine ac surditate tentatos, aluius erumpens & ad iudicationem rubra demittens, iuuat.

183 Qui sopore detinentur cum incontinenti corporis iactatione, præcordiorum dolore, & parua vomitione, ii tubercula ad aures habent. Sed & antea circa faciem tumores apparent cum sopore.

184 Quibus in morbis subita sit mentis perculsio, cum inquieta corporis iactatione, iis sanguinis eruptionem fore spes est.

185 Qui sopore, corporis inquietudine, præcordiorum dolore affliguntur, cum frequenti & pauca sputatione, iis tubercula ad aures exoriuntur, ac fortassis sopore tentati ad aliquam conuulsionem deueniunt.

186 Quibus sopore conflictatis, fatuitate & alto stupore (quem catochon vocant) detentis præcordia variant, ac venter in tumorem præter naturam sublati sunt, cum ciborum fastidio ac alui interceptione, tenui circa caput & rhacem oborto sudore. In his animaduertendum est, num concitatus & magnus spiritus, aut genituræ similis excretio prodians, singultum prænunciet? aluius verò fortassis etiam biliosa demittat? Eos splendescens quiddam per urinam redditum iuuat, aluius verò in his etiam commouetur.

187 Vbi cerebrum syderatione periclitatur, quidam tribus diebus, quidam etiam septem moriuntur, quos si euaserint, seruantur. Ex quorum numero pereunt quibus per sectionem os disparatum apparuerit.

188 Quibus ex posteriore parte ossibus fractis, capitis dolor inest, vehemens, & crassa è naribus fluxio, malo est.

lido-

si dolore antea ad oculum suborto, rigore corripuntur. Quinetiam ossium ad tempora effracturæ, convulsiones accersere solent.

189 Auris intensus dolor cum febre acuta, ac cæteris aliquantò grauioribus signis, iuuenes quidem intra septimum diem, aut etiam celerius, cum delirio necat, nisi puris copia ex aure, aut sanguis ex naribus fluat, aut aliud quoddam laudabile signum extiterit. Ætate autem prouectiores tardius aut minùs tollit. Nam & in his aures ante suppurant, & delirium minùs infestat. Sed & in hac ætate multis morbus reuertitur, ac proinde interficere solet.

190 In præcipitibus & turbulentis morbis obueniens surditas malo est. Quin & in longis morbis malum portendit, ac in his ad coxendices labores conuehit.

191 In febribus enata surditas, aluum remoratur & sistit.

192 Aures frigidæ, pellucidæ contractæque perniciem minantur.

193 In præcipitibus morbis murmur edentes ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

194 Aurium sonitus cum visus hebetudine, & ad naves grauitatis sensu, mentis excessum, ac sanguinis ex naribus profluuium præsagium.

195 Qui surditate cum capitis grauitate, ac præcordiorum contensione vexantur, si oculorum acies perturbatur, in his sanguinis è naribus fluxum sperare oportet.

196 In acuta febre aures obusæ vehementem insaniam portendunt.

197 Graui surditate tentati, dum aliquid prehendant tremuli, linguæ resolutione ac torpore affecti, malè habere iudicantur.

198 Procedente morbo surditas, ac vrina subrubra, cum nullo sedimento, sed cum sublimamentis in medio innatantibus, mentis emotionem prænunciant. In his morbo regio corripì malum est. Quinetiam malo est ex morbo regio fatuitas. Hos voce defectos, absque sensuum læsione præfocari contingit. Ac fortassis etiam in his aluus malè afficitur.

199 Quæ cum dolore exoriuntur ad aures tubercula, perniciem minantur.

200 In febribus ex prægresso dolore rubores ad aures subnascentes, ignis sacri in facie spem faciunt. Quin & convulsiones cum vocis priuatione & virium exolutione ad hæc consequi par est.

201 In plurimis graueolentibus deiectionibus cum febre acuta, præcordiorum contensione, ex longo intervallo oborta ad aures tubercula, mortem adferunt.

202 Tubercula ad aures excitata in leuiter syderatis malo sunt.

203 In diuturnis morbis non suppurantia aurium tubercula, mortem adferunt. Iis autem alui ferè demittuntur. Quin & in his considerandum in quibus speramus abscessus circa aures futuros, num ex capite doleant, num superiorum partium tenuibus sudoribus disfluant, nunquid etiam subinde nouum rigorem sentiant, an fortè etiam alui affatim perumpant, aut aliquò sopore detineantur. Videndum quoque num & in his vrina diluta cum sublimibus quibusdam in medio suspensis, albidis, & aliquantum variantia, exalbicantia, aut graueolentia appareant.

204 Tussicula quæ cum crebris oris sputationibus procedunt, tubercula ad aures emolliunt.

205 In tumoribus ad aures vrinae celeriter ac pauco tempore concoctæ damno sunt. Quin & perfrigerari iidem malum est.

206 In diuturnis morbis suppurati ad aures tumores, nisi pus admodum album ac sine odore reddant, exitium, præcipueq; mulieribus, afferunt.

207 Ex præcipitibus morbis in febribus ardentibus maxime tubercula ad aures exoriuntur, ac nisi iudicatorie soluantur & maturescant, aut sanguis ex naribus profluxerit, aut crassum sedimentum vrina acceperit, ægros interimunt. Prius verò huiusmodi tumores subsidunt ac conquiescunt. Sed & insuper febres ipsas in considerationem adhibere conuenit, num intendantur aut remittant, atque ita de tota re sententiam ferre.

208 In surditate ac torpore ex naribus substillatio molestiam quandam exhibet. Iis vomitio ac alui perturbatio conueniet.

209 Ex surditate tubercula ad aures exoriri consentaneum

neum est, idque præsertim si anxietas quædam contingat. Quinetiam iis qui sopore detinentur, tumores ad aures spectare magis oportet.

210 Surditatem in febribus enatam sanguinis ex naribus profluvium ac alui perturbatio tollit.

211 Facies ex tumida depressa, ac vox lenior ac remissior euadens, spiritus quoque rarior ac lenior, postera die remissionem fore denunciat.

212 Faciei corruptela lethalis est, minus tamen si ob per-
vigiliū, aut inediam, aut alui perturbationem contingat. Nam quæ ex his causis orta est corruptelæ species, vna die aut nocte in integrum restituitur. Huiusmodi autem faciei hæ sunt notæ, oculi concaui, nares acutæ, collapsa tempora, frigida aures contractæque, cutis dura, color pallidus aut niger. Ad hæc quoque liuescens palpebra, aut labrum, aut na-
sus, mortem in propinquo esse significat.

213 Vultus bene coloratus, tetricus ac superciliosus in morbo acuto, malo est. Insuper frons contracta phrenitidem denunciat.

214 Bene colorata facies cum sudoribus diffluentibus absque febre, vetusta stercora subesse, aut inordinatam victus rationem præ se fert.

215 Narium rubores alui liquidæ & diffuentis sunt indicia.

216 Quæ ad præcordia aut pulmonem dolores faciunt, si in pus vertuntur, malum denotant.

217 Oculorum claritas, ac eorum album ex nigro aut livido clarum fieri, ad iudicationem confert. Ac quo celerius clarescunt, eo celeriolem iudicationem, at tardius tardio-
rem significant.

218 Caligine obducti oculi, aut eorum album rubescens, aut liuescens, aut nigris venis refertum, nihil probi præ se fert. Malum quoque est & lucem refugere, aut illachrymare, aut perueri, atque ex his alterum minorem esse perniciem denunciat, & oculos crebro discicere, gramias ac parvas fordes ipsis adhærescere, aut albescentem humorem concretum & tenuem (ægida nominant) habere, aut eorum album augeri, nigrum autem imminui, aut nigrum a superiore palpebra contegi. Vitiola quoque est oculorum caui-

tas, & vehemens oculi foras expressio, ac splendoris elisso, adeò vt pupilla extendi nequeat, & cilia retorta, ac fixi oculi ac continenter conuientes, coloris immutatio, aut palpebras per somnum non committere, perniciem ostentat. Quin & distortus oculus malo est.

219 In febre ortus oculorum rubor, diurnam alui malignitatem præ se fert.

220 Erumpentes circa oculos eminentiæ, dum ægri ex morbo recreantur prorumpentis alui spem faciunt.

221 Cum oculorum peruersione, febribus & lassitudinis sensu detento, rigor perniciem minatur. Atq; in huiusmodi casibus soporati, malum denunciant.

222 Lippitudine affecto suborta febris solutionem affert. Sin minus, cæcitat, aut mortis, aut etiam vtriusq; metus est.

223 Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit, & longo tempore perseverat, cæcitat, aut mortis metus impender.

224 Lippitudine laborantem, sponte alius profluens iuuat.

225 Oculi hebescentes & obtusi, concreti ac caligantes, malum portendunt.

226 Oculorum hebetatio cum animi defectione promptam conuulsionem denunciat.

227 In præcipiti malo rectus oculorum obtutus ac motus pernicias, somnus turbulentus, peruigilium, interdumque sanguinis ex naribus stillationes, nihil boni denunciant.

228 Qui in febribus ad tactum nullum ardoris sensum præ se ferunt, phrenitici fiunt, idq; magis si sanguis fluxerit.

229 Lingua circa initia quidem horrida, in eodem vero colore perseverans, procedente vero tempore ubi exasperatur, liuescit, finditur, mortem denunciat. Quod si admodum nigrescat, decimo quarto die iudicationem promittit. Periculi autem maximè plena est nigra & ex virore pallescens.

230 Lingua bisulcum velut salina alba obductum, febris remissionem indicat, eo quidem quod agnatum est crasso existente, eodem die, si verò tenuius fuerit, post die, perendie quoq; si adhuc tenuius fuerit. Eadem etiam signifi-

ficatio

ficatio est, si hæc circa summam linguam contingant, minus tamen firma.

231 Lingua tremula cum narium rubore & aluo humecta, si reliqua quæ sunt circa pulmonem nullam iudicationis significationem præ se ferant, malo est, ac celeres perniciosas purgationes denunciat.

232 Lingua præter rationem mollis reddita, ac nauseabunda cum sudore frigido, ab aluo liquida, nigræ vomitionis significationem affert. In his lassitudinis sensus malum
10 denunciat.

233 Lingua tremulæ quibusdam etiam aluum humectam nonnunquam reddunt. In his autem si nigricent, etiam mortem denunciant. Ac fortassis lingua tremula instabilem mentem & à sede constantiæ deturbatam significat.

234 Lingua dense & peraridæ, phrenitidē portendunt.

235 Denuum collisio aut stridor, præter consuetudinem à teneris contractam infaniam ac mortem denūciat. Quod si iam deliranti istud accidat, prorsus exitiale est. Quin &
20 dentes resiccati perniciem denotat.

236 Dentis syderatio abscessum ad gingivas enatum soluit.

237 Ad dentis syderationem vehemens accedens febris cum delirio, mortem minatur. Quod si seruentur ægri, vlcera pus colligent, & ossa abscedent.

238 Quibus ad palatum humor colligitur, plærunq; in pus vertitur.

239 In vehementibus circa maxillas doloribus, periculum est vt os fluctuet.

30 240 Contractum labrum biliosæ alui perruptionem denunciat.

241 Sanguis ex gingivis cum humecta aluo profluens, perniciem minatur.

242 In febre sputi excreationes liuidæ, nigræ, biliosæ, subsistentes quidem malæ sunt, si verò pro ratione excernantur, viles.

243 Quibus salsa sputa cum tussi subsistunt, iis corpus velut efflorescentibus pustulis rubescit, ante obitum verò exasperatur.

244 Excretatio frequens, siquidem etiam aliud quoddam signum affuerit, phrenitidem portendit.

245 Vocis defectiones cum virium exolutione pessimæ.

246 Quæ brevi tempore durant feroces mentis emotiones, malæ sunt & in ferinas euadunt.

247 Quos vox cum febre & absq; vlla iudicatione deficit, ii tremuli intereunt.

248 Vocis defectiones in febre quæ conuulsionis speciem præ se ferunt, & in mentis emotionem cum silentio desinunt, perniciem ostentant.

249 Quibus voces cum dolore deficiunt, ii tandem non sine summo cruciatu vitam cum morte commutant.

250 Vocis defectiones cum virium exolutione, ac alto stupore quem catochion vocant, perniciem minantur.

251 Contractæ voces post medicamenti purgantis potionem, considerandæ num prauæ sint. Horum plarisque tenues sudores disfluunt, & alui humectantur.

252 In vocis defectione respiratio velut iis qui suffocantur conspicuè elata & visui exposita, perniciem minatur. Animaduertendū etiam est num delirium prænunciet.

253 In febre cum sudore, vocis ex capitis dolore defectiones, si per se resoluuntur ægri, ac præter voluntatem excrementa demittantur malumque remitti videatur, diuturni morbi metus est. In his subinde obortus rigor daminari non debet.

254 Vehementes insanix cum vocis defectione, perniciem intentant.

255 Vocis defectiones rigore subinde correptis lethales, fereq; ii capitis dolore conflictari solent.

256 Vocis defectiones cum virium exolutione, in acuta febre sine sudore, sunt quidem lethales, cum sudore verò minus, at temporis diuturnitas significatur. Ac fortasse quidem quibus ex morbi reuersione tale quid contingit, securissimè habent. Ex iis autem maximo in periculo versantur, quibus sanguis ex naribus profluit, & alui effunduntur.

257 Vox acuta ciulabunda, ac oculorum hebetudo, conuulsionem minantur. His dolores ad inferiores partes demissi, toleratu sunt faciles.

258 Alui

258 Alui tremula, iocies intentant.

259 Vocis defectiones

160 Spiritum

tionem autem verò & ex

Et frigidus affert febr

10 magnus qu

uus foras temque p

obscurus nem conc

morbis qu diebus iu

tum exist 261 Ce

10 acingula num diste

262 F

pitis dolo

263 C

corpus p

quibus v

frustulis

264 C

aurum r

30 265 V

bore & n

266 Q

est, iis cer

conuulsi

267 F

rectioni

tibus &

dolore

hibent.

258 Alui solutio quæ præter rationem accidit, cum voce tremula, in his diutius perseverante perturbatione perniciosæ intentatur.

259 Crebræ & quæ cum sopore quodam consistunt vocis defectiones, tabem denunciant.

260 Spiratio frequens quidem & parua; aut inflammationem aut dolorem principalium partium indicat, magna verò & ex longis intervallis delirium aut convulsionem. Et frigidus quidem spiritus lethalis est, mortem quoque affert febriculofus & fuliginosus, frigidus tamen minus. Et magnus quoque foras expiratus, parvus verò intrò, & parvus foras, magnus verò intrò. Pessimus quidem ad mortemque proximè accedit & qui protensus est ac vrgens, & obscurus, duplicataque intrò reuocatio, qualis inspirationem conduplicantibus. Facilis autem spiratio in omnibus morbis qui cum febre acuta infestant, & in quadraginta diebus iudicantur, magnum habere ad salutem momentum existimanda est.

261 Cervix dura cum dolore, & maxillarum connexio, ac iugularium venarum palpitatio vehemens, cum tendinum distensione, perniciem minantur.

262 Faucium gracilium præfocantes dolores, ubi ex capitis dolore ortum duxerint, convulsionem adferunt.

263 Cervicis ac dorsi perfrictiones, quæ etiam totum corpus peruadere videntur, convulsionem denunciant, in quibus vrinx hordei tostæ non exactè moliti crassioribus frustulis similia continent.

264 Quibus ad fauces irritamenta fiunt, iis moderata aurium tubercula excitantur.

265 Vehementer dolentes fauces, absque tumore, cum labore & molestia, præceps exitum minantur.

266 Quibus spiritus retrahitur, & vox strangulabunda est, iis cervicis vertebra intrò desiderat, & ad exitum velut ex convulsione quadam respiratio ducitur.

267 Fauces leniter exasperatæ, & alius inanibus exurrectionibus fatigata, frontis dolores in ægris palpatibus & more inuestigantium sensim contrahentibus, aut dolore affectis, si quæ ex his increscunt, molestiam exhibent.

268 Vehementes faucium dolores aurium tubercula & conuulsiones excitant, itemque ceruicis ac colli dolores.

269 Conuulsiones cum febre acuta perniciem denunciant.

270 Ceruicis cubitorumque dolores conuulsiones minantur, ex facie autem ad fauces ista procedunt.

271 Pallidis, gracilibus & crebra oris saliuatione laborantibus, in somnis sudores boni sunt. Nempe quidem & horum plurimos sudore leuari non improbandum. Quibus si dolores ad inferiora decumbant, toleratu faciles existunt.

272 In dorsi ac pectoris dolore, cruentæ mictionis suppressio, laboriosum exitum affert.

273 Ceruicis dolor in omni quidem febre malum. In his verò pessimum in quibus etiam vehementis insanix metus est.

274 Pectoris dolor cum febre, & alius perturbata cum torpore, nigras deiectiones præ se fert.

275 Vbi fauces in morbis acutis graciles sunt, paruæ ac dolentes, atque vbi os hiarit, si gracile appareat, nec facile contrahi possit, mentis emotionem metuere oportet, indeque succedens phrenitis perniciosa est.

276 Vbi febricitanti fauces exulcerantur, si aliud quoque ex grauioribus signis affuerit, periculum denunciandum est.

277 Per febres repente strangulari, & deuorare non posse citra tumorem, malum est.

278 Collum neque conuerti, neque deuorare posse, plerumque lethale.

279 Præcordia verò sine vilo doloris sensu æqualiter mollia esse oportet. At inflammatione tentata, aut inæqualiter affecta, aut dolore vexata, non contemnendæ ægritudinis notas præ se ferunt.

280 Præcordia verò tumida, dura ac dolentia, si in vniuersum sic affecta sunt, maximum quidem malum portant: si verò altera parte duntaxat, ex sinistra minus periculum impendet. Cæterum per exordia quidem mortem prope affore ista denunciant, vbi verò vigesimum diem superant,

tunt, & febris detinuerit, in pus vertuntur. Atq; intra primam cum cuitum istud contingit, ac sanguinis è naribus fluxus plurimum conducit. Etenim plarunq; his caput dolet, & oculorum acies hebescit: atq; tum sanguinis eruptio magis expectari debet, idq; circa quintum & trigessimum ætatis annum. In senioribus verò non item.

281 At verò molles & doloris expertes tumores, longiore spatio finiuntur, nec ita graue periculum afferunt. Quòd si neque intra sexaginta dies desinunt, ac febris detinet, suppuracionem expectare oportet. Idem verò haud secus quàm in præcordiis perpenditur in tumoribus qui circa ventrem sunt, nisi quòd hi quàm illi minùs suppurât, minimùm verò qui sub umbilico constituuntur. Atque hi quidem in tunica concluduntur, illi autem sursum diffunduntur. Ex quibus etiam mortem magis afferunt, quicunque intrò rumpuntur. Reliquas autem suppurationes quæ quidem foras erumpunt, maximè sanè conducit, in quàm exiguum & acutissimum locum colligi. Quæ autem intrò vergunt, vt neq; tamore, neque dolore, neque colore, manifestas foris notas edant. Quod verò contra fit, pessimum est. Harum autem quædam propter puris crassitudinem nullam de se significationem ostendunt. At recentes præcordiorum tumores inflammationis expertes, ac dolores qui in ipsis fiunt, murmur circa præcordia exortum soluit, sed potissimum quidem vbi per vrinas ac deiectiones elapsus fuerit, sin minùs, vbi etiam hoc ipsum transmissum fuerit. Quinetiam ad infernas sedes deuolutum iuuat.

282 Præcordiorum pulsus cum turbatione mentis emouet, idq; præcipuè si oculi frequenter moueantur.

30 283 Oris ventriculi dolor ac præcordiorum pulsus cum febre in qua torus corporis habitus perfrigeratur, malum denunciant, idque præsertim si cum tenuibus sudoribus contingunt.

284 Inguentes ad præcordia dolores, cum alias prauis sunt, tum verò si aluos profundant. Deteriores autem si paruo tempore fiant. Quin & inde suborta ad aures tubercula, aliæque suppurationes, malignitatem præ se ferunt.

285 Oris ventriculi dolores cum intestinorum cruciatu interaneorum animalia deficiunt.

286 Oris ventriculi dolor seniori crebro adueniens, repentiam mortem denunciat.

287 Præcordia sublata subsistente aluo, malum denunciant, præcipue verò in his qui ex longo intervallo contabescunt, & quibus alui diffuunt.

288 Quibus præcordia inflammatione tentantur, & pus colligunt, us sub mortem nigra deiciuntur.

289 Præcordiorum contentio cum sopore & incontinenti corporis iactatione, capitis dolore vexato, tubercula ad aures excitat.

290 Ex præcordiorum tumore, biliosis spiratio magna & febris acuta, tubercula ad aures suscitatur.

291 In præcordiorum dolore cum aliquo murmure, succedens lumborum dolor in febribus, aluos plerumque humectat, nisi flatus eruperit, aut urina copia prodierit.

292 In præcordiis ex longo intervallo afflictis & graueolente aluo, subnatum ad aures tuberculum, mortem adfert.

293 Ex præcordiorum doloribus aluus aliquantum viscida paulatim transmittens, stercoracea pauca effundit, at fortassis sanguinem profundit.

294 Quos de repente absque febre præcordiorum aut oris ventriculi dolor, aut crurum, & inferiorum partium affligit, aluusque intumescit, venæ sectio, aut alui fluxus solutionem adfert. His febricitare noxium est. Nam & longæ & vehementes febres subnascuntur, ac tussis, & spirandi difficultas atque singultus fiunt. Quibus in solutionem spectantibus, vehemens coarum dolor, aut crurum, aut purulenta sputatio, aut oculorum orbitas succedit.

295 Qui præcordiorum doloribus, oris ventriculi, iecoris, ac earum quæ sunt circa umbilicum partium conflictantur, cruenta alui deiectione liberantur, secus autem, moriuntur.

296 Præcordia non mollia, & facies bene habita, non nisi liberali sanguinis ex naribus profluvio, aut conuulsione, aut coxendicum dolore, solutionem accipiunt.

297 Præ

297 Præ
te, si absq;

298 Q
dices dolor

298 Q
nes, ment

299 D
ribus pro

299 D
re soluti,

299 D
dente feb

300 I
stentant.

300 I
tis quide

301 A
Atiis sub

301 A
lore pro

301 I
nuncian

301 I
tabescun

302 A
bercula

302 A
bercula

303 A
303 A

303 A
insignib

303 A
ctata al

304
304

304
remedi

305
305

305
rianæ n

305
grumo

306
306

306
307

307
307

307
308

308
308

308
nust ton

308
aut aur

308
Sed & c

308
rimunt

309
309

309
faciles.

310
310

310
giore,

297 Præcordiorum dolores in febre, ægro fari nequeū-
te, si absq; sudore soluantur, malum indicant. His ad coxen-
dices dolores decumbunt.

298 Quæ contingunt in febre circa ventrem palpitatio-
nes, mentis emotiones adferunt. Quin & sanguinis ex na-
ribus profluuium cum horroris sensu interdum accedit.

299 Dolores in febre ad præcordia affilientes, sine sude-
te soluti, maligni sunt. In his dolores ad coxendices cum ar-
dente febre, atque aluus affatim erumpens, perniciem o-
stentant.

300 Dolores circa vmbilicum cum palpitatione, men-
tis quidem alienatæ significationem quandam præbent.
Atiis sub indicationem conferta & crebra pituita cum do-
lore prodit.

301 Ex alui suppressione sublata præcordia malum de-
nunciant, præcipue verò in his, qui ex longo interuallo cō-
tabescunt, & quibus alui humectantur.

302 Anxietate vexatis præcordiis oborta ad aures tu-
bercula mortem adferunt.

303 Alui durities cum dolore, in febribus horroris sensu
insignib. ac cibi fastidio laborantibus, nisi paulum hume-
ctata aluo purgationem faciat, ad suppurationem tendet.

304 Supra vmbilicum labor, ac lumborum dolor, qui
remediis non cedit, in hydropem siccum desinit.

305 Diurni lumborum dolores, qui cum febre ad ter-
tianæ naturam propius accedente ingrauescunt, sanguinis
grumosi secessuri spem faciunt.

306 Lumborum dolores sanguinis profluuium excitat.

307 Ex lumborum dolore liberales sunt & largæ san-
guinis fluxiones.

308 Quibus lumborum dolor in caput recursat, & ma-
nus torpore affectæ, ac oris ventriculi dolorem sentiunt,
aut aurium sonitus, ij liberaliter sanguinem profundunt.
Sed & his aluus effunditur, & mentis perturbatione, vt plu-
rimum, tentantur.

309 Quæ ex dorsii dolore initia ducunt ægritudines, dif-
ficiles.

310 In intenso lumborū dolore & alui subductione lar-
giore, sumto veratro, spumosoꝝ crebra vomitio prodest.

311 Spinæ peruersionem & spirandi difficultatem sanguinis fluxus liberat.

312 Dolentibus lumbis si oris ventriculi dolor accesserit, futuræ per hæmorrhoidas vacationis signum est, aut etiam eam præcessisse significat.

313 Quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundantia, levis syderationis more resolutionis sensum inducunt, conuulsionem ac mentis emotionem minantur. Videndum, quæ est nūc talia conuulsionibus soluantur, aut in huiusmodi habentibus alui malè habeant, atque eadem diutius perseuerent.

314 Ex recursione doloris in lumbis, oculorum peruersio aut distortio, mala est.

315 Dolor in pectore fixus cum torpore, suborta febre malum indicat, itque celeriter mortem appetunt.

316 Lumborum dolores ad os ventriculi recurrentes, cū febre, horrore, si tenuia & aquosa vomitione reiecerint, delirant, voce defecti sint, ij post nigrorum vomitionem moriuntur.

317 Lumborum ac tenuioris intestini diuturni dolores, & circum præcordia labores, in ægris vnà cum febre cibum fastidientibus, eos, dolor intensus ad caput progressus, non sine conuulsionis specie celeriter interficit.

318 Qui lumborum dolore conflctantur, ij malè habent. Num his tremores fiunt, & maculæ rubentes quales in tibis, cum rigore?

319 Considerandum est in lumborum dolore conflctatis & anxietate citra vomitum, & paulisper ferociter desipientibus ægris, nūc nigra per secessum proditura sint?

320 Lumborū & oris ventriculi dolor cum forti secretionibus, conuulsionem a quodammodo suspectam facit.

321 Subabsurdus est qui cum iudicatione rigor sit.

322 Lumborum dolor absque causâ manifesta crebro inuadens, morbi malignitatem indicat.

323 Lumborum dolor cum estu implacido & anxio, malum significat.

324 Lumborum contentio ex mensium copia suppurationem fore indicat. Quin & variè prodeuntia, glutinosa, graucolenia, strangulatum cum antea commemoratis inducentia

ducentia, suppurationem denunciant. Fortassis verò & tales aliquantum delirare contingit.

325 Qui lumborum & lateris dolore absque vlla occasione tentantur, ij in morbum regium incidunt.

326 Ex sanguinis eruptionibus vehementes die iudicatorio obuientes perfrictiones, pessimæ.

327 Sanguinis ex parte aduersa profluuium, malum est, velut si in lienis tumore ex dextra nare effluat. Et circa præcordia idem spectari oportere existimandum est.

328 Qui ex vulnere subinde rigentes sanguinem profundunt, ij malignè habent, ac inter loquendum de repente moriuntur.

329 Quibus quinto die liberales sanguinis profusiones contingunt, & sexto nouo oborto rigore corripuntur, septimo perfrictionibus tentati celeriter recalescunt, iis alui malè afficiuntur.

330 A sanguinis eruptione nigrorum per aluū egestio, malo est. Quin & prærubræ ac æruginosæ deiectiones dāno sunt. Quibus eiusmodi sanguinis eruptiones quarto die contingunt, tandem sopore & conuulsione confictati moriuntur, prægressis nigris deiectionibus & ventre in tumorem sublato.

331 In præcipiti malo quæ post sanguinis eruptiones & nigrorum per aluum refusiones surditas obuenerit, malum denunciat. In his sanguinis egestio perniciem affert, surditas autem soluit.

332 Quibus sanguinis eruptiones diu perseverant, in iis temporis progressu aluus malè afficitur, nisi vrina concocta prodierit. Ac fortassis tale aliquid diluta vrina denūciat.

333 Quibus ex larga & frequenti sanguinis eruptione, copiosa sit nigrorum deiectio, cum alui verò suppressione sanguinem profundunt, iis aluus dolore confictatur, vnà autē cum quibusdam flatibus tolerabilius ferunt. Ac fortē hi copiosis, frigidis & tenuibus sudoribus diffluunt. In his returbata vrina mala nō est, neq; quod in ea insidet genitali semini simile. Vt plurimum autē hi dilutas vrinas reddunt.

334 Quibus cum surditate & torpore paucus è naribus sanguis stillat, nonnihil molestiæ exhibet, iis vomitus & alui perturbatio confert.

335 Quæ magnæ sunt in principiis sanguinis eruptiones, dum ægri vires recolligunt, alios effundunt.

336 Largæ sanguinis ex naribus eruptiones per vim suppressæ, interdum conuulsiones accersunt, unde liberat venæ sectio.

337 Sanguinis è naribus stillationes quæ vndecimo die contingunt, molestiam afferunt, tùm verò præsertim si bis sanguis stillarit, aut rursus nares stillare cœperint.

338 In copiosa sanguinis fluxione, aut singultus, aut conuulsio, malum denunciant.

339 In his qui ad septimum progressi sunt cum coloris fœdatione, inter ambulandum spiratio coaceruata, & teretæ appetentia, sanguinis corruptionem ac virium exolutionem denunciat.

340 Diuturnis in morbis parvæ apparentes sanguinis ex naribus fluxiones, perniciem ostentant.

341 Tenebrosas vertigines circa initia sanguinis ex naribus fluxio soluit.

342 Vbi sanguis ex naribus effluxit, totius corporis perfrictio cum tenuibus sudoribus morbi malignitatem denunciat.

343 In corporis perfrictione cum torporis sensu, sanguinis detractio, mala est.

344 Qui suppressa alio sanguinem ex naribus fundunt, & vnâ cum sanguinis profluuiio subinde rigent, iis alius intestinorum læuitate laborat & obdurefcit, aut tenues lumbrici (ascarides dicti) infestant aut vtrunq;

345 Qui staticis temporibus sanguinem fundunt, si siticulosi sint, neque sanguinem profuderint, comitiali morbo pereunt.

346 Ex venis in ano sanguinem fundere solitis aliquantum apparentibus, tenebrosæ vertigines obortæ, paruum ac sensum factam partium resolutionem indicant, ex quo liberat venæ sectio. Et quicquid huiusmodi apparere solet, malialiquid denunciat.

347 Quos palpitaciones in totum occupant, num voce defecti intereunt?

348 Ex tremoribus quæ conuulsiones fiunt cum sudoribus, recidivas minantur. In his iudicationem facit nouus subin-

subinde ob-

exorto prou-

minatur, &

349 In v-

nes, faciles

350 Cur-

tia sputa, m-

lum mades-

rum speran-

10 351 Qu-

iis mens n-

352 Qu-

pore, quæ-

353 In t-

mores ex-

facta sit.

354 Co-

febris sol-

355 Ex-

10 356 C-

minimû-

357 A-

conuulsi-

denunci-

358 C-

prius no-

autem &

& somn-

uit acal-

359 I-

perseue-

syderati-

sunt, de-

tum & d-

360

res, iuu-

unt san-

361

rem pa-

subinde abortus rigor. Sed is prius ardore circa ventrem exorto prouocatur. Somnus in his multus conuulsionem minatur, & frontis grauitates, ac mictio molesta est.

349 In vteri strangulatu non antea expertæ conuulsionēs, faciles sunt.

350 Cum conuulsionibus & sudore febrienti defluentia spura, minimè mala sunt. His præterea alui aliquantulum madescunt, ac fortassis aliquid ad articulos abscessuum sperandum est.

10 351 Quibus in conuulsionibus oculi intentè splendent, iis mens non constat, & diutius morbum trahunt.

352 Quæ conuulsionis in morem affligūt, cum alto stupore, quem catochum vocant tubercula ad aures attollūt.

353 Intremulis & anxietate vexatis, parui ad aures tumores excitati, conuulsionem denunciant, si alius malè affectus sit.

354 Conuulsionēs & neruorum distentiones succedens febris soluit.

355 Ex vulnere conuulsio lethalis.

20 356 Conuulsio febris succedens, periculum denunciat, minimum verò pueris.

357 Adultiores & qui septimum annum excefferunt, conuulsione in febre nonprehenduntur, aliò qui periculum denunciatur.

358 Conuulsionem soluit febris succedens acuta, quæ prius non aderat, aut si prius adfuit, ingrauescens. Confert autem & vrinæ vitreæ copiosus pertransitus & alui fluxio, & somnus. Conuulsionēs autem de repente ortas febris soluit ac alui fluxus.

30 359 Loquendi impotentia in conuulsionibus multum perseverans, malo est. Quæ verò parum durat, aut linguæ syderationem, aut brachij, aut eorum quæ in dextra parte sunt, denunciat. Soluitur autem magna vrinarum confertum & de repente prodeuntium abundantia.

360 Sudores autem partim quidem sensim procedentes iuuant, partim verò vniuersim effusi, & quæ affatim sunt sanguinis detractiones, nocent.

361 In neruorum distentionibus & iis quæ in posteriori partem fiunt, dissolutæ maxillæ mortem afferunt.

Quinetiam lethale est in posteriorum partium distentione sudare & corpus dissolui, ac in eodem malo per nares renouare, aut ubi per initia vox defecta fuit, clamare aut nugari. Postridie enim affuturam mortem significat.

362 Febres cum posteriorum partium distentione, vñ nã genitale semen referentes soluunt.

363 Anginã in quibus neque in collo, neque in faucibus quicquam apparet, sed quã vehementem suffocationem ac spirandi difficultatem adferunt, eodem aut tercio die necant.

364 Quẽ verò tumorem ac ruborem in collo capiunt, in reliquis quidem eodem modo se habent, verũ diuturniores sunt.

365 Præcipuè autem malum prorogatur quibus non solum fauces, sed ceruicem quoque & pectus vnã rubor occupat. Maximè verò potest inde secunda valetudo contingere, si rubores ad interna minimè reuertantur. Quod si euanescent, neque in exteriores partes conuersum sit tuberculum, neque pus facillè & sine dolore excreetur, aut neque ista diebus indicatoriis contingant, perniciem denunciant. Ac fortasse etiam suppurati sunt. Securitatis autem indicium est, ruborem & abscessus ad externas quam maximè partes vergere.

366 Erysipelas verò foris quidem extare vtile, intrò autem vergere lethale. Cuius quidem rei indicium est cum rubore euanescente pectus grauatur, & ægrius spiritum trahit æger.

367 Quibus angina ad pulmonem diuertit, partim quidem intra septem dies pereunt, partim verò liberati, pus intrò colligunt, nisi pituitosa sursum educantur.

368 Quibus in vehementi pulsatione stercus de repente deieicitur, lethale.

369 In angina laborantibus subarida sputa gracilescen-
tibus faucibus, malum prænunciant.

370 In anginis linguæ tumores absq; vlla significatio-
ne euanescentes, periculum denunciant. Quinetiam dolo-
res citra euidentẽ causam disparentes, perniciem ostẽtant.

371 Angina laborantes nisi celeriter costã expuant, per-
niciosè habent.

372 In an-
in caput dolo-

373 In a-
dolores cum

374 In a-
cordij dolor

ter necat, et

375 In a-
gracilescen-

10 alium prog-

tem tale qui-

376 In a-
produunt, pe-

ad curapro-

tur.

377 Spu-
malum den-

est. In his m-

do mortem

20 378 Spu-

lateris dolo-

inter potan-

deglutitum

379 In-

rulentz su-

Quos si sup-

nono, aut

380 Qu-

quam mor-

30 graueolen-

periculum

381 Mo-

grauissimi-

periora te-

382 Mo-

quam qui-

383 Qu-

sa est, hi in

quarto die

372 In angina absque vlla significatione redundantes in caput dolores cum febre, periculum indicant.

373 In angina absque vlla significatione delati ad crura dolores cum febre perniciosi.

374 In angina laborantibus citra iudicationem præcordij dolor, cum impotentia & torpore obueniens latenter necat, etsi moderatè admodum habere videantur.

375 In angina laborantibus absque vlla significatione gracilescantibus faucibus dolor intensus ad pectus aut ad alium progressus, purulentas deiectiones facit. Alioqui autem tale quid solutionem præ se fert.

376 In angina quæcunque conspicuum dolorem non producit, periculi plena sunt. Quinetiam diurni sunt qui ad crura progrediuntur dolores, ægreque ad pus deducuntur.

377 Sputa ex angina viscida, crassa, exalbida, vi educta, malum denunciant, omnisque eiusmodi maturatio mala est. In his multa deorsum purgatio levis syderationis modo mortem adfert.

378 Sputa ex angina subarida, crebra, per tussim & cum lateris dolore educta, perniciem minantur. Atque ea quæ inter potandum per tussim reiciuntur, quæque difficulter deglutiuntur, malum portendunt.

379 In morbo laterali, quibus circa initia in totum purulentæ sunt spuitiones, ij tertio die aut quinto moriuntur. Quos si superent, nec longè melius habuerint, septimo, aut nono, aut vndecimo, suppurati fiunt.

380 Quibus supra aurem rubor contingit, neque aliter quam morbo laterali affecti incalescunt, aliisq; biliosa & graueolentia exturbat, ij vigesimo & quadragesimo die periculum subeunt, quos si superauerint, seruantur.

381 Morbi laterales sicci & in quibus nihil expuitur grauissimi sunt. Metuendi quoque in quibus dolores ad superiora tendunt.

382 Morbi laterales grauiores qui sine diuulsionibus quam qui cum diuulsionibus contingunt.

383 Quibus in morbo laterali lingua circa initia biliosa est, hi intra septimum iudicantur, quibus verò tertio aut quarto die, circa nonum.

384 Quod si bulla aliquantulum liuescens in lingua appareat initio, qualis excitatur ferro candente in oleum intincto, difficilior fit solutio, & iudicatio quidē ad decimum quartum diem deducitur. Sanguinem autem ut plurimum expuunt.

385 Sputum verò in morbo laterali ubi maturefcere & expui tertio die cœperit, celeriores solutiones facit, quod si posterius, tardiores.

386 In morbo laterali affectis, dolores & aluum emolliiri vtile est, sputa colorari, nullos in pectore strepitus fieri, 10 vrinam rectē procedere. Quibus contraria molesta sunt, sputumq; dulcescere.

387 At verò biliosi simul & sanguinei morbi laterales, ferē nono die aut vndecimo iudicantur, ac maximē sanescunt. Quibus autem in morbo laterali, initio quidem dolores leues sunt, quinto verò aut sexto die ingrauescunt, ferē ad duodecimum perueniunt, raroq; seruantur, sed præcipuē septimo ac duodecimo die periculum subeunt. Quod si bis septem euaferint, seruantur.

388 Quibus in morbo laterali plurimus ex sputo strepitus 20 in pectore sonat, & vultus demissus est, oculusq; aurugine suffusus, & caligine obductus, in his mors expectanda est.

389 Qui ex morbo laterali suppurantur, in quadraginta diebus post ruptionem pus spuiione reiciunt.

390 In omnibus autem laterum & pulmonum morbis, sputum promptē accitō excreari necesse est, flauumq; sputo permixtum esse. Quod si multō post dolorem flauum, aut non commixtum reicitur, nec non sine multa tussi, vitiosum censetur. Omnino autem prauum flauum, si sincerum 30 est, & glutinosum, & candidum, & rotundum, itemq; vehementer ex virore pallescens, quodq; spumosum est, & liuidum, & æruginosum. Aliquanto verò deterius quod sic est sincerum, ut nigrum quoque videatur. At flauum cui paulum sanguinis ammixtum est, initio quidem salutem pollicetur, quod verò septimo die, aut longiore spatio tale apparet, non adeò tutum. Admodum autem sanguinolentum, aut quod statim initio liuescit, perniciem præ se fert. Prauitatem etiam indicant & spumantia, & flaua, & nigra, & æru-

& æruginosa viscosaq; & quæcunque celeriter colorantur. Mucosa autem & fuliginosa, tum celeriter colorantur, tum securiora sunt. Quæ verò intra quintum diem dum coctionem accipiunt, colorantur. meliora continentur.

391 Sputum autem quodcumque dolorem non tollit, malum significat, quod verò soluit, bonum.

392 Quibus cum bilioso purulentum sputum, aut seorsum, aut simul permixtum educitur, ij vt plurimum decimo quarto die intereant, nisi malum aut bonum aliquod ex his quæ prius descripta sunt, contingat. Alioqui certè pro ratione mors expectanda est, atque in his præcipuè quibus septimo die sputum huiusmodi procedere cœpit.

393 In his igitur & omnibus qui pulmonem affligunt morbis, bonum quidem est facile morbum sustinere, dolore defungi, sputum promitè expuere, facile spirare ac molle esse. Ad hæc somnos, sudores, vrinarum eductionem laudabiliter fieri: quibus contraria mala sunt. Quandoquq; ergo bona hæc omnia huic sputo aderunt, poterit secunda valetudo contingere. Quod si quædam adfuerint, quædam etiam abfuerint, non vltra decimumquartum diem vita producetur. At verò si contraria signa accesserint, celerius mors contiget.

394 Dolores in locis huiusmodi, qui neq; ad expuitiones, neq; ad venæ sectionem, aut victus rationem desinunt, ad suppurationem tendunt.

395 Quibus ex pulmonis inflammatione abscessus ad aures aut inferiores partes fiunt, tum suppurant, tum per fistulam via aperta effunduntur. His autem secunda valetudo contingit, quos febris & dolor consequitur, si sputum non satis pro ratione eiicitur, neq; biliosæ fuerint alui deiectiones, sed soluti faciles ac synceræ, neque vrina admodum crassa, aut multum habēs sedimentum ac in reliquis omnia securitatem polliceantur. Fiunt autem, aliis quidem in partibus inferioribus, quos circa præcordia inflammatio fatigat, aliis verò in superioribus partibus, quibus præcordia tumoris & doloris sunt expertia, spirandi autem difficultas pro tempore accesserit, quæ deinde sine vlla euidenti occasione quiescat.

396 At verò in pulmonis inflammationibus quæ periculum creant, abscessus in crurib. non inutiliter fiunt. Quibus nec potest quicquam melius accedere, quàm si sputum pro flauo purulentum existat. At si neq; sputum pro ratione excernitur, neq; in vrina bonum apparet sedimentum, periculum est ne claudicet æger, aut ne res multum negotij sit exhibitura. Quòd si abscessus intrò recurrant, perseverante febre neque prodeunte sputo, periculum aut mortis, aut delirij imminet. Quicumque verò pulmonis inflammatione laborant, neque diebus iudicatoriis repurgantur, verùm cum delirio quatuordecim dies superarunt, iis suppurationis metus impender.

397 Pulmonis inflammationes quæ ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis quæ ab initio fiunt securiores sunt.

398 Densa & exercitationi dedita corpora, citiùs ex morbo laterali & pulmonis inflàmatione intereunt, quàm quæ sine exercitatione degunt.

399 In morbis pulmonis grauedines & sternutamenta tum præcedere, tum verò succedere, malo est. In reliquis verò morbis sternutamentum vtilitate non vacat.

400 In pulmonis inflammationibus si lingua tota alba fiat aspera ambæ pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus verò dimidiata lingua, quæ parte id apparet, inflammatione affligit. At quibus quidem ad vnâ clauiculam dolor subit, iis vnâ superior pulmonis ala laborat: quibus verò ad ambas clauiculas dolor extenditur, ambæ superiores pulmonis alæ laborant: quibus ad mediâ costam, mediâ: quibus verò ad quam partem pulmo extenditur dolor permeat, inferna ala laborat: quibus vnâ tota pars laborat, quæ ei parti respondent omnia ægrotant. Si quidē igitur suspensæ vtinq; pulmonis partes aortæ dictæ, tanta inflammatione tententur, vt ad latus adhæreant, illâ corporis parte resolutionem sentiunt, & ad costam liuores foris fiunt, quos veteres istos aut sydere percussos vocabant. Quòd si tanta non est inflàmatio vt adhæreant, dolor quidē totum occupat, neq; tamen resolutionem sentiunt, neq; liuores habet.

401 Quibus autē vnâ cum corde pulmo totus inflàmatur, ita vt in latus incumbat, ij toto corpore nervorum
reso-

resolutionem sentiunt, & sine sensu iacet æger frigidus, secundo autem aut tertio die interit. Quod si cōtingat ut cor nihil tale quiddam, aut etiam minus patiat, diutius viuūt nonnulli verò etiam seruantur.

402 Ex lateris morbo præcipuè aut pulmonis inflammatione purulentos, calores interdū quidem tenues, noctu verò intensiores consequuntur, neque quicquam effatū dignum expuunt, circa ceruicem & clauiculam sudores occupant, oculi cauantur, malæ verò rubent, digiti quidem manuum summi calent & scabri redduntur, vngues autem vnci fiunt & perfrigescunt, in pedibus tumores & pustulas toto corpore habent, ac cibos refugiunt. Atque hæc sunt diuturnarum vomicarum notæ. Quæ verò celerem eruptionem habent, tum ex notis quæ ad eas consequuntur comprehenduntur, tum etiam ex doloribus qui circa initia fiūt, simulque si spiritus aliquantò maiori cum difficultate trahitur. Rumpuntur autem magna ex parte suppurationes, partim quidem vigesimo die, partim quadragesimo, partim etiam sexagesimo. Quibus igitur inter initia intensus dolor instat, nec non spirandi difficultas, & tussis cum frequenti sputatione, circa vigesimum diem, aut celerius ruptio expectanda est. Quibus autem leuiora hæc insunt, præ ratione serior eruptio futura est. Sed & dolorem, & spirandi difficultatem, ac crebram spirationem, eruptione ipsam præcedere necesse est. Temporis autem ratio ineunda est, ex quo primum quis dolorem aut grauitatem sensit, aut febricitauit aliquis, aut si quando etiam rigorprehendit. Ut plurimum igitur breui seruantur, quos febris statim atque eruptio facta est dimittit, & cibos appetunt, & quibus pus facile educitur album, odoris expers, læue, eiusdemque coloris, sine pituita, ac alius exigua & coacta reddit. At verò ij moriuntur, quos febres consequuntur, & sitis, & cibi fastidium, si pus liuidum, aut ex pallido virescens, aut pituitosum, aut spumans, ac insuper si alius est liquida. Quibus autem ex prædictis partim quædam adsunt, partim verò absunt, hi quidem moriuntur, illi verò post longa temporum intervalla sani euadunt.

403 Qui pus intrò collecturi sunt, iis primum quidem saluginosum sputum expuitur, deinde dulcius.

404 Quibus tubercula in pulmone oriuntur, ij pus intradies quadraginta, ex quo fit ruptio, expuunt, quos si superent, vt plurimum tabidi fiunt.

405 In dolore lateris, sanguinis è naribus stillatio, mala est.

406 Purulentos moderatiùs habentes, si sputa graeolentia consequantur, recidiua interimitt.

407 Qui in morbo laterali sputa reiciunt purulenta, aliquantulum biliosa, rotunda, aut purulenta aliquantulum cruenta, iis temporis progressu periculum creatur. Perniciem etiam denunciant sputa nigra, fuliginosa, aut quibus qualia ex vino nigro fiunt.

408 Qui spumantem sanguinem spuitione reiciunt, cum præcordiorum dextrorum dolore, iis ex iecinore proddit, & plærunque pereunt.

409 Quibus si cõciutuntur, pus lutulentum & graeolens proddit, vt plurimum moriuntur.

410 Quibus specillum à pure, velut ab igne, coloratur, ij ferè moriuntur.

411 Lateris dolore citra inflammationem affecti, cum turbulenti, tenuibus, moderatis, in phrenitidem labuntur.

412 In pulmonum vitiis supra modum rubræ sanguinis stillæ, malum denunciant.

413 Sputa viscida, sanguinosa, cum raucitate mala sunt. Quod si adhuc aliquid etiam in pectore sublatum sit, malum significat. In his extenuatis ceruicis dolores perniciem denotant.

414 Raucitas cum tussi & aluo liquida, pus educit.

415 In pulmonis inflammatione, quibus circa initia vrinæ crassæ sunt, deinde ante quartum diem tenues euadūt, mors impendet.

416 In pulmonis inflammationibus siccis qui pauca concocta educunt, metuendi sunt.

417 His aliquantulum extenti in pectoribus rubores fiunt, & perniciem denunciant.

418 Lateris dolor cum bilioso sputo præter rationem euanescent, ægros in vehementem & furiosam mentis emotionem agit.

419 Quæ

419 Quæ ob puris intrò collectionem febres intermit-
tunt, in his magna ex parte ægri tenuibus sudoribus dis-
fluunt.

420 Surditas pus intrò colligentibus suborta, sangui-
nolentam deiectionem denunciat. His sub mortem nigra
egeruntur.

421 Lateris dolor cum diuturna febre, puris educ-
tionem fore denotat.

422 Qui subinde horrore corripuntur, ad suppurationem
10 nem deueniūt. Quinetiam febris talem ad suppurationem
ducit.

423 Quos ex lateris dolore cibi fastidia comitantur, iis
os ventriculi aliquantulum dolet, & sudoribus diffiunt.
Vbi autem facies ruboribus velut efflorescit, & alius est li-
quidior, pus in pulmombus collectum habent.

424 Spirationes quæ non nisi erecta ceruice ducuntur,
hydropem siccum faciunt.

425 Diuulsa omnia quidem molestiam exhibent, & in-
tensos dolores circa initia creant, ac interposito temporis
20 spacio quibusdam sui sensum in memoriam suggerunt.
Grauissima autem sunt quæ circa thoracem fiunt, præci-
pueque in periculum adducunt.

426 Qui sanguinem euomunt cum febre multa, dolo-
re ad mammam, thoracem & dorsum, quibus inquam hæc
insunt omnia, ij breui moriuntur, quibus autem nō omnia,
neque intense adsunt, tardius. Ad summum autem diebus
quatuordecim inflammationem concipiunt.

427 Sanguinem spuitione reicientibus sine febre esse
conducit, ac tussi & dolore leuiter consistari, sputumque
30 ad dies quatuordecim tenuari. Intense autem febricitare,
ac tussire, aut dolere, sanguinemque recentem semper spue-
re, minimè conducibile.

428 Quibus latus in tumorem sublatum est ac calidius
existit, vbi in alterum latus incumbentibus, pondus quod-
dam suspensum esse videtur, iis pus vna in parte collectum
est.

429 In pulmone pus colligentibus, per aluum pus sece-
dere, mortiferum.

430 Vulnere in thoracem accepto, siquidem externa

vulneris pars sanitatem receperit, interna verò nequaquā supputationis periculum impendet. Quibus autem interni vulneris cicatrix debilis effecta est, promtè rescinditur.

431 At sanè ex supputationibus quas pulmonum morbi excitant, ferè senes moriuntur, ex cæteris verò iuniores.

432 Quibus purulentis ab humeris concussis, multus editur strepitus, ij minùs habent puris, quàm quibus paulò difficilior inest spiratio, ijq; melius colorati videntur. Quibus verò nullus intus fit strepitus, difficultas tamen spirandi vehemens adest, & liuescunt vngue s, ij pure pleni sunt, & perniciosè habent.

433 Qui spumantem sanguinem euomunt, partibus infra septum transversum dolorem nequaquam sentientibus, iis ex pulmone vomitio fit. Ac quibus quidem insignis in eo venæ ruptio fit, copiosus vomitione reicitur, periculumque imminet. Quibus verò minor, minùs reiciunt, & maiorem sanitatem promittunt.

434 Tabidi quorum sputum igni impositum grauem odorem redolet, & capilli è capite defluunt, moriuntur.

435 Tabidis in aquam marinam expuentibus, si pus fundum petit, celerem perniciem denunciat. Sit autem marina aqua in æneo vase.

436 Tabidi, si capilli è capite defluunt, alui profluvio moriuntur. Et tabidis si succedant alui profluvia, moriuntur.

437 Sputorum retentiones in tabescentibus mentem ad delira verba commouent. In his sanguinis profluvium per ora venarum in ano sanguinem fundere solita existere posse spes est.

438 Tabes maximè periculosæ sunt, quæ ex ruptione venarum crassarum, & ex capitis distillatione contingunt.

439 Tabes maximè periclitantur ætates ab anno decimo octauo ad trigésimum quintum.

440 In tabidis pruritus sentientia corpora ab alui suppressione, malo sunt.

441 In naturis ad tabem promtè comparatis, si fluxiones

nes ad gingivas & dentes cum febre compareant, malum denunciant.

442 Præcordia in tumorem sublata omnibus quidem mala sunt, præsertim verò his qui ex longo intervallo tabidi existunt.

443 Ex his qui cum pernicie consumti sunt, nonnulli ante mortem subinde rigoribus corripiuntur.

444 Pustularum eruptiones velut summa cute leuiter lacerata aut vellicata, totius habitus tabem & corruptionem denunciant.

445 Cum spirandi difficultate arescentes, in tabe cruda multa educentes, exitaliter habent.

446 Hepaticis sputum multum cruentum, siue intus subputridum, siue sincere biliosum fuerit, statim perniciem denotat.

447 Hepatico colliquatio cum raucedine malum portendit, idq; præcipue si cum quadam tussi contingat.

448 Quibus hepar dolet, cum oris ventriculi dolore, sopore, rigore, ij aluo exturbata, cum corporis extenuatione, ciborum fastidio, multis tenuibus sudoribus diffuuit, & purulenta per aluum demittunt.

449 Quibus iecur de repente vehementer dolet, iis febris succedens remedio est.

450 Quicunq; spumantem sanguinem expuunt, cum præcordiorum dextrorum dolore, iis ex iecore expuitur, & pereunt.

451 Quibus ex hepatis vstione pus amurcæ simile prodit, lethale.

452 Aqua inter cutem quæ ex acuto morbo cœpit, molestiam ac perniciem affert. Oritur verò fere & à laterum inanitate, vel à iecore. Sed vbi à laterum inanitate ortum contraxit, pedum tumor, & alui diuturnus fluor consequitur, qui neque ventrem emollit, neq; lumborum aut ilium tumorem soluit. At quibus è iecore aqua inter cutem proficiscitur, ij promptè etiam tussi vexantur, pedes intumescunt, & alius non nisi dura & ægrè reddit, tumoresq; modò dextra, modò sinistra parte ventris oriuntur, ac rursus desinunt.

453 In hydropse sicco vrina stillatim effluës malum de-

nunciat. Mala quoque est quæ exigua habet sedimenta.

454 Hydropicis succedentes morbi comitialis offensio-
nes, perniciem adferunt, prauis inuicem succedentibus si-
gnis, & aluos humectant.

455 Biliofis aluus perturbata, exigua reddens genituræ
similia & mucosa, doloremque ad imum ventrem inferen-
tia, vrinæ quoque non facile prodeuntes, ad hydropem ten-
dunt ex huiusmodi casibus.

456 Aqua inter cutem laboranti cum febre, vrina pau-
ca & conturbata, perniciem denotat.

457 Aquæ inter cutem initio aquosum alui profluuium
absque cruditate exortum, morbum soluit.

458 Vbi hydrops siccus de se significationem præbet,
tormina ad tenue intestinum incumbencia, malum denun-
tiant.

459 Ex aqua inter cutem morbus comitialis perniciem
adfert.

460 Aqua inter cutem quæ curationi cessit, vbi recur-
rit, spem tollit.

461 Aqua inter cutem laboranti, aqua quæ in venis est
ad aluum erumpente, soluitur morbus.

462 Intempestiuè suppressa intestinorū difficultas abs-
cessum in costis, aut visceribus, aut articulis inducit. Ac for-
tè biliosa quidem in articulis, sanguinea verò in costis ac vi-
sceribus abscessum facit.

463 Intestinorum difficultate laborantibus, vomitio
biliosa circa initia, malo est.

464 In graui intestinorum difficultate quibus humor
ad pus peruenit, quod summum infidet exalbidum erit &
copiosum.

465 Intestinorum difficultate laborantibus, aliquan-
tulum rubræ, limosæ & copiosæ deiectiones, in flammeo
colore & prærubro perfusis solutæ, insaniam suspectam fa-
ciunt.

466 Lienosis difficultas intestinorum non longa, vtilis:
longa verò, mala. Vbi enim desinit, si aquæ inter cutem, aut
intestinorum læuitates oriuntur, mortem afferunt.

467 In intestinorum læuitate laborantibus, cum sæuis-
simis vlceribus, dolores ex intestinorum cruciatu soluti,
articu-

articulorum partes attollunt, ac ex huiusmodi tenues squamæ cum rubore & pustulis fiunt. Ii post multos ac tenues sudores, velut acceptis ex flagris vibicibus, rubescunt.

468 Longis intestinorum læuitatibus laborantes, vna cum sæuissimis viceribus, intestinorum cruciatu & dolore, iis solutis intumescunt. His insuper exortus rigor, malo est.

469 Intestinorum læuitates cum spirandi difficultate, & pectoris morfu, ad tabem tendunt.

470 In tenuioris intestini morbo laborantibus, vomitio & surditas malo sunt.

471 Vesica dura & grauiter dolens omnino quidem mala est. Pessima verò si febris continua accesserit (vesicæ namque dolores interimendi vim obtinent) & alius his nihil admodum reddit. Eos autem metu liberat vrina purulenta procedens, in qua album & læue subsidet. Quod si neque hæc leuata fuerint, neque vesica mollior reddatur, intra primos circuitus laborantem moriturum expectandum est. Hoc verò pueris à septimo anno ad decimum quintum præcipue contingere solet.

472 Calculo laborantes eo habitu constituti, vt ne in vrinariam fistulam calculus illabatur, promptè vrinam reddunt.

473 At quibus tuberculum ad vesicam adnascitur, vrinæ difficultatem adferens, iis cuius corporis habitus negotium facessit, cuius quidem solutio contingit per puris eruptionem.

474 Quibus incogitantibus vrina decedit, ac pudendum contrahitur, ii desperati sunt.

475 Tenuioris intestini morbus vrinæ stillicidio succedens, intra septimum diem interimit, nisi suborta febre vrina affatim prodierit.

476 Torpores & stupores præter consuetudinem euenientes, ad futuram syderationem denunciant.

477 Quibus ex vulnere corporis impotentia accidit, ii quidem febre citra rigorem oborta sani euadunt, alioqui dextra aut sinistra parte syderantur.

478 In syderatis succedentes hæmorrhoides vtilis, refrigerationes verò & torpores malum denunciant.

479 In syderatis ex magna spirandi molestia subortus sudor, mortem adfert. In his rursus si febris accedat, solutio contingit.

480 Syderationes quæ repente fiunt, si insuper febris exolutionis in modum contingat, quæ diutius trahat, perniciem minantur.

481 Quos ex aliqua ægritudine hydrops circumuenit, iis alui resiccata caprinis stercorebus similia deiciunt, cum mucosa eliquatione, neq; laudabili vrina. Præcordiorum autem distentiones, ventris dolores ac tumores, & circa laterum inanitates ac spinæ musculos dolores incidunt. Febres quoq; sitis, & ruses sicæ comitantur, & ad motiones spirandi molestia, & crurum grauitas. Cibos etiam auersantur, paucisq; sumtis, expleantur.

482 Aquæ inter cutem vitio, cui leucophlegmatias nomen est, laborantes, alui profluuium sedat. Animi abiectio- nes cum silentio, & ab hominibus solitudines fere eos conficiunt.

483 Quibus vehemens mentis emotio ex metu cum per- fectioe contingit, febres cum sudoribus & somni sermo- nem omnino intercipientes hæc soluunt.

484 Ex insania in raucedinem cum tussi fit secessio.

485 Insanientibus accedens conuulsio, oculorum aciem retundit.

486 Vehementes mentis emotiones silentes, absq; qui- ete, oculis quoque uersum intuentes, spiritum efflantes, per- niciem minantur, diurnas verò faciunt partium resolutiones. Quinetiam vehementer insaniunt hoc modo affecti. Quibus autem cum ventris perturbatione huiusmodi affe- ctus ingrauescunt, iis nigra per aluum ad iudicationem prodeunt.

487 Si per sanitatem hyemis tempore lumborum frigi- ditas & grauitas leui ex occasione orta sit, & alui suppres- sio, superiore ventre probè officio suo fungente, coxendi- cum, vel renum dolor, aut vrinæ stillatio fortè expectan- da est.

488 Quibus inferiores partes malè afficiuntur, vehe- mentibus pruritibus prius obortis, iis vrina fabulosa fit & subsistit. At qui perniciosè habent, iis mens obtorpescit.

489 Qui-

489 Quibus ad articulos prærubræ pustulæ superficialis enatæ sunt, ac subinde rigent, iis velut ex acceptis plagis cum dolore venter & inguina rubescunt, & pereunt.

490 In morbo regio affectis, nec admodum sentientibus, quibus singultus adest, iis aluus effunditur, fortè verò etiam supprimitur, atq; hi cum vitore pallefcunt.

491 Lateris dolores in febribus leuiter firmatos, & absque vlla significatione, venæ sectio lædit, siue auersum à cibis animum, siue sublata præcordia æger habeat. Quin etiam in corporis perfrictione torpescentes non sine febre, sanguinis detractio lædit, & cum videantur leuius habere moriuntur.

492 Caput, pedes & manus frigidas esse, venare & lateribus calentibus, mali morbi signum est. Optimum verò totum corpus æquè calidum & molle esse.

493 Ægrum quoq; facile conuerti oportet, & dum surgit leuem esse. At grauitas quæ totum corpus, vel manus ac pedes premit, vitiosa est. Quòd si cum grauitate digiti quoque ac ungues liuidi fiât, in propinquo mors est. At si omnino nigrescant, minus quàm liuentes periculum portant. Verùm tunc reliqua consideranda sunt. Etenim si facile morbum sustinet æger, & aliud quiddam ex his quæ securitatem pollicentur se prodit, morbus in abscessum vergit, & denigratæ corporis partes decidunt.

494 Testiculi pudendumq; retractum, malum denunciant.

495 Flatum verò absq; crepitus sono emitti, inter optima signa est. Præstat tamen cum strepitu prodire quam illic reuolui. Quanquàm hoc pacto prodians, dolorem & delirium denunciat, nisi sua sponte id æger fecerit & flatum emisierit.

496 Vlcus liuidum & aridum, aut pallidum effectum, mortem indicat.

497 Optimus ille quidem iacentis habitus, quem sanus aliquis usurpare consuevit. Sapium verò iacere cruribus porrectis, probari non potest. Id quoque deterius vbi subinde deorsum ad pedes prolabitur. Exitiosum est vbi hiât, aut assidue dormit. Aut vbi supinus iacet cruribus

vehementer contractis ac reductis. Pronum autem iacere ei qui non consuevit, delirium aut circa ventrem dolores portendit. Quod si pedes & manus nudat, neq; vehementer calorem subest, & crura dispergit, mali morbi signum est, angorem nanque portendit. Vbi verò residere vult æger, malum quidem indicium in acutis morbis, sed longè pessimum in pulmonum & laterum affectibus. Noctu dormiendum, interdiu vigilandum, contra verò malum. Minimum autem offendit, si quis matutino tempore ad tertiam diei partem dormiat. Qui verò ab hoc tempore somnus est, malus. Pessimum tamen est si somnus neque nocturne neque interdiu accedit. Id enim ob dolorem laboremq; accidit, vel delirium fore significatur.

498 Quibus tempora secantur, iis ex aduersa sectionis parte conuulsio contingit.

499 Quibus concussum fuerit cerebrum, vel ex plaga doluerit, aut aliquo casu, his illico vox deficit, neq; vident, neque audiunt, fereq; intereunt.

500 Ex cerebri vulnere, febris vt plurimum, ac bilis vomitus succedit, & corporis resolutio, lique perniciosè habent.

501 Ossium capitis fracturæ cognitu difficillimæ, quæ circa suturas sunt. Fiunt autem potissimum à grauibus ac rotundis telis, aut ex his quæ ex opposito feruntur, neque ex plano. At ossa, de quibus fissa sint necne ambigitur, sic discernas, si in vtranque maxillam albucum aut ferulam manducandam exhibueris, atque animum aduertere iusseris, num os aliquod strepere videatur, contra fracta nanque strepere videntur. At processu temporis, fissa quidem septimo die, partim verò decimo quarto, partim etiam aliàs, sui significationem edunt. Nam vel caro ab osse abscedit, aut os liuescit, aut dolores ex saniei influxu excitantur, eaque iam remediis agere cedunt.

502 Quibus omentum procidit, vt putrescat necesse est.

503 Extenuibus intestinis si quod dissectum fuerit, non coalescit.

504 Præcisus neruus, aut quod in gena est tenue, aut præputium, non coalescit.

505 Neque

505 Neq; corporis os quodcunq; resectum, neq; cartilago augetur.

506 Vulneri succedens conuulsio, malo est.

507 Bilis vomitus vulneri succedens malum denunciat, præcipueq; in capitis vulneribus.

508 Nervi quicunque crassi vulnus accipiunt, vt plurimum claudos reddunt, præcipueq; si obliquum vulnus fuerit, ac in musculorum capitibus, præsertim femorum.

509 Ex vulnere autem ferè mors contingit, si cui vulneratum fuerit cerebrum, aut spinalis medulla, aut iecur, aut septum transuersum, vel cor, aut vesica, aut quedam grandis vena. Mors quoque subit si in arteriam & pulmonem insignes valde plagæ inflictæ sunt, ita vt perculso pulmone, minor sit qui per os prodit spiritus, quàm qui per vulnus excidit. Intereunt verò quibus nervi interiores, siue tenuis aliquis, siue crassus, vulnus acceperit, si plaga transuersa fuerit & magna: quòd si parua & recta, nonnulli periculo eximuntur. Minimè autem ab his vulneribus mors impendet, quæ in corporis partes, in quibus hæc non sunt, aut ab his quàm longissimè absunt, infliguntur.

510 At in vulneribus quæ in supercilium, aut paulò altius inferuntur, visus acies obtunditur, & quò vulnus recentius est, eò magis vident. Inueterascente autem aut tardante cicatrice, magis obrundi solet.

511 Ex fistulis maximè molestiam adferunt, quæ in cartilaginosis aut carne vacuis locis fieri solent, cauæ sunt, & longius excurrunt, assidueque sanie manant, & in quarum osculo caruncula inest. Facilius autem curantur, quæ in mollibus & carnosissimis locis, & non nervosis oriuntur.

512 Sed neque ante pubertatem occupant hi morbi, pulmonum inflammationes, laterum dolores, podagræ, renum vitia, varix in tibia, fluor sanguineus, cancer non innatus, albicans, vitiligo non cognata, defluxio in spinalem medullam, sanguinis per ora venarum profluuium, tenuioris intestini morbus (quem *ροδαρτορ* vocant) non à natura insitius. Horum morborum nullus antè pubertatem merendus est. Ab anno autem decimoquarto ad quadragessimum secundum vsque, natura omnis generis morborum corporis ferax est. Contra verò, ab hac ætate ad annum

sexagesimum tertium, neque strumæ fiunt, neque vesicæ calculus, nisi antea occuper, neq; in spinalem medullam defluxio, neq; renum morbus, nisi ex alia ætate sequantur, neque sanguinis per ora venarum profluuium, neq; fluor sanguineus, nisi prius adfuerit. Atque hi morbi ad senectutem vique absunt.

§13 In muliebribus purgamentis, quæ ante partus aquosa prodeunt, malum denunciant.

§14 Serpentina oris vlcera in prægnantibus bono non sunt. Ac fortè etiam alui humectantur.

§15 Ex laterum inanitate ad tenue intestinum migrantes dolores, in diuturnis morbis ex abortione, neq; admodum purgata muliere, perniciem denunciant.

§16 Quæ ex partu & abortu copiosa celeriter cum impetu feruntur, si subsistant molestiam exhibent. Huiusmodi mulieribus rigor inimicus est & alui perturbatio, præcipue verò si præcordiorum dolore vexentur.

§17 In uterum gestantibus capitis dolores qui cum sopore, gravitate & convulsione fiunt, ut plurimum malo sunt.

§18 Quibus ex muliebribus purgamentis dolores intensi ad superiorem ventris partem & tenuius intestinum excitati, aluos humectant, & leuem anxietatem inducunt. His ad iudicationem, in somnum propensiones fiunt, & impotentes ex capitis dolore cum tenuibus sudoribus & perfrictionibus vexantur. Huiusmodi recidiuæ plurimis post remissionem abortu, celeriter interimunt.

§19 Spirationes suspiriosæ quæ foras educuntur, ac citra rationem facta colliquatio in uterum gerentibus abortiones indicant.

§20 Ventris dolor à partu, in his purulenta expurgat.

§21 Quæ corporis sensu afficiuntur, præcipueq; ad motiones impotentes & perfractæ, circa iudicationem vexantur, anxietate laborantes, multo & tenui sudore disfluunt, in his alui effusa malum denunciat.

§22 Muliebria purgamenta non subsistere vtile, ac fortè ex talibus comitiales morbi oriuntur, partim verò diuturnæ alui subductiones, partim etiam sanguinis per ora venarum profluuium.

§23 Uterum

523 Vterum gerentibus præcordiorum dolor malum denunciat, his etiam alui euntes & rigore subinde corripiti malo est. Ventris dolor, si limosa expurget, in huiusmodi leuius malum indicat. Quæ ex his faciles partus habent, cæ postea vehementer anguntur.

524 Quibus prægnantibus tabi opportunis faciei rubor exoritur, hunc distillationes è naribus auertunt.

525 Quibus à partu alba prodeunt, & his subsistentibus surditas cum febre & lateris dolor acutus excitatur, cæ in vehementem & perniciosam mentis emotionem incidunt.

526 Prægnantibus saluginosa post partum molestias ex albis, mordacibus denunciant. Purgationes huiusmodi duritiem adferunt. In his singultus malo est, & vterorum procedentia, quæ & vnâ interficit.

527 Ex purgamentis muliebribus ad pedes & lumbos pertingentes tensiones, suppurationes indicant, & viscosa graueolentia ex aluo cum dolore prodeuntia. Ex præscriptis quoq; suffocationes, suppurationes denunciant.

528 Vterinæ ventris duritates cum dolore, celerem perniciem denunciant.

529 In vterum iam gerentibus, fluxiones serpentia oris vlcera cum dolore excitâtes malum denunciant. In his sanguinis per ora venarum profluuium pessimum.

530 Quibus in tumorem sublato ventre, pudendum rubor occupauit, muliebribus purgamentis albis humidis subito procedentibus, diuturnis febribus intereunt.

531 Conuulsionem, muliebria si circa initia appareant, neque febris accesserit, soluant.

532 Vrinæ tenues, nubeculam quandam in medio assumptas, rigorem denunciant.

533 Sanguinis fluxus si quarto die oriatur, diuturnitatem indicat, & aluus effunditur, cruraq; intumescunt.

534 In vterum gerentibus capitis dolores cum sopore & grauitate malo sunt: forteq; huiusmodi naturæ vnâ etiam conuulsionibus quibusdam sunt obnoxia.

535 Quæ ante partionem in modum cholerae morbi affliguntur, faciles quidem partus edunt. Febre autem ten-

tatae, malignè habent, tum verò præcipuè, si quid fauces vè-
xet, aut in febre maligni aliquid appareat.

536 Erumpentia antè partus aquosa, mala.

537 In vterum gerentibus saluginosæ ad fauces fluxio-
nes malum denunciant.

538 Ante partus subinde rigore corripì, & citra dolorem
parere, periculum indicat.

539 Prægnantibus fluxiones cum serpentibus oris vlce-
ribus, malo sunt. Hæ conuulsionibus, exolutionibus, postea
perfrictionibus tentatæ, celeriter calefiunt. Quinetiam 10
prægnantibus molestiam exhibent, qui circa tenue intesti-
num contingunt tumores, quales circa extremas vteri of-
culi oras, in erectæ cervicis spirationis difficultate detentis,
eueniunt. Quinetiam fortassis huiusmodi tumores gemel-
lorum partum prænunciant, aut fortè conuulsiones tumo-
res huiusmodi indicant.

540 Quæ suspiciosæ spirationes foras educuntur in fe-
bribus, abortionis periculum afferunt.

541 Horrore subinde tentatis, lassitudine & capitis gra-
uitate conflictatis, muliebres purgationes erumpunt. 20

542 Quæ ad manus contactum corpescent, peraridæ, sitis
expertes, muliebria multa profundentes, pus intrò colligunt.

543 Ex abortione vbi alba de repente percurrunt, si ri-
gor aliquis corripiat, & ad femur impetus fiat, tremor mo-
lestus subit.

544 Serpentina oris vîcera in vterum gerentibus, aluos
humectant.

545 Quæ prægnantes ante partus laborarunt, subinde ri-
gore corripì solent.

546 Quæ ex partionibus contingunt exolutiones cum 30
torpore, molestiam quidem exhibent, & mentem emo-
uent, nullam tamen perniciem afferunt. Verumetiam pur-
gamentorum muliebrium abundantiam denunciant.

547 Quæ in partu oris ventriculi dolorem antea sensere,
paulò post fœtus deponunt.

548 Horroris & lassitudinis sensus, capitis grauitas cum
cervicis dolore, muliebres purgationes deiiciunt. Quod si
quid huiusmodi circa iudicationem cum tussicula contin-
gat, subinde rigorem adfert.

549 Quæ

549 Quæ puellæ erectæ cervicis spiratione vexantur, iis vterum ferentibus mammæ pus colligunt. Muliebria purgamenta circa initia apparere, malum.

550 Febres acutæ cum mentis perturbatione, in otis ventriculi dolore non bilioso, infania soluit.

551 His quæ non pariunt, ad conceptum sanguinis vomitus prodest.

552 Oculorum caligines crebris apparentibus mensibus, solvuntur.

10 553 Quæcunq; mammarum dolor ex febribus vexantur, eas sanguinis concreti sputio non feculenta, dolore liberat.

554 In mulieribus quæ vteri suffocationibus tentantur, idque sine febre, faciles sunt convulsiones, quale quid etiam Dorcadi contigit.

555 Quibus ex rigore febris cum lassitudinis sensu adest, in his muliebrium profluvium expectare oportet. Quod si cervicis dolor prehenderit, sanguinis è naribus eruptionem fore spes est.

20 556 Vomitus autem maximè est innoxia, quæ pituita & bile permixta est, dum ne admodum copiosa sit. Ac synceriores vomitiones deteriores sunt. Viridis quoque vomitus & niger, & lividus vitiosus est. Quod si omnes colores idem vomat, exitiale est. Celerrimum autem exitium indicat lividus & mali odoris. Mortem quoque adfert ruber vomitus, isque præcipuè si cum maiore conatu & dolore contingat.

30 557 Corporis æstuatione & inquieta iactatione cõflictati, citra vomitum ingrauescentes, male habent, atque etiam qui vellicantur citra vomitum.

558 Vomitiones exiguæ, biliosæ, malum denunciant, tum verò præcipuè si per vigilio cõflictentur ægri.

559 Ex nigris vomitibus oborta surditas, noxia non est.

560 Vomitus parvi & frequenter repentes, biliosi, synceri, mali sunt in copiosiore ventris subductione & intenso lumborum dolore.

561 Vbi ex vomitu anxietudo occupat, vox stridula est, oculi pulvere oborti, infania portenditur, ac tales v. hemeritici infania correpti, voce defecti intereunt.

562 In vomitu cum qui siti prematur sitis expertem esse, malum est.

563 In angore & perigilio vexaris, ad aures abscessus maximè obueniunt.

564 In anxietate laborantibus cum alui turbulenta suppressione, celeriter velut culicum puncturæ in cutem erumpunt, & ad oculos lachrymosus abscessus procedit.

565 Ex synceris vomitionibus singultus malus est, mala quoque conuulsio. Quinetiam idem existimandum est in immodicis purgationibus, quæ ex medicamentorum portionibus fiunt.

566 Qui vomituri sunt, iis antea os crebra saluatione impletur.

567 Ex epoto veratro conuulsio exitium adfert.

568 In omni superflua purgatione, frigus cum sudore exitiale. Et inter hæc qui subinde vomunt, & siticulosi sunt, malè habent. Qui verò anxietate laborant cum lumborum dolore, iis alius humectatur.

569 Ex epoto veratro prærubrorum & nigrorum purgationes vitiosæ. Virium exolutio cum talibus mala est.

570 Epoto veratro rubra, spumantia, pauca, vomitione reicere iuuat. Duritias ramen facit, & magnas puris intro collectiones eximit. Qui verò talia vomitione refundunt, pectoris præcipue dolore conflictantur, & in rigoribus crebrò & tenuiter exudant, testes in tumorem sublatos habent. Quo in casu subinde rigent, & graciles euadunt.

571 Crebrò repetentes iisdem perseverantibus casibus vomitiones, ad iudicationem nigra vomitione refundunt. Quinetiam tremulos ægros faciunt.

572 Sudor optimus lanè qui febrem die iudicatorio tollit. Vtilis autem & qui alleuat. Malus verò frigidus, & ubi caput duntaxat & ceruix insudat. Nam & temporis diuturnitatem, & periculum denunciat.

573 Sudor autem frigidus, cum acuta quidem febre, exitium, cum mitiore verò, diuturnum fore morbum significat.

574 Sudor vnà cum febre, acuto morbo vrgente, malus.

575 Vrina in febre album & læue depositum habens sedimen-

dimentum, celerem liberationem denunciat. Celerem quoque quæ diluta indiscretam quandam habet pinguedinem. Quæ verò aliquantulum rubet, subrubrum habet sedimentum & læue, si quidem ante septimum diem appareat, septimo die solutionem fore designat, post septimum autem tardio rem, aut planè diurnam. Et quæ quarto die subrubram nubeculam capit, septimo die liberat, dum reliqua pro ratione habeant. Tenuis autem & biliosa, & ægrè lentum habens sedimentum, & quæ in melius ac deterius commutatur, temporis diurnitatem postulat. Quòd si istud diutius perseverat, aut ad iudicationem temporis longinquitas requiratur, periculo non vacat.

576 Diluta verò & alba in diurnis morbis perseverans, difficilem & non securam iudicationem facit.

577 In vrinis nubecula, albæ quidem & quæ in sumum locum teneat, vtilis sunt, rubræ verò, nigræ ac liuidæ, molestiam exhibent.

578 In præcipitibus morbis periculum denunciat vrina biliosa, neque aliquantulum rubra, & quæ hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis similia habet sedimenta, alba, & quæ colore ac sedimento variat, præcipueq; in iis quæ ex capite sunt defluxionibus. Perniciem etiam præ se fert, quæ ex nigra in biliosam tenuem transit, & quæ sedimentum habet diuulsum, quæq; ex his quæ densata per vrinam feruntur, quod subsidet habet aliquantulum liuescens & limosum. Ac fortasse ex his quidem præcordia dextra dolor occupat, aut ex virore pallescunt, aut abscessus ad aures cum dolore excitantur. In his paulò post effusa alius periculum denunciat.

579 Vrinæ de repente præter rationem parum concoctæ, vitiosæ sunt. Ac in totum quæ in morbo acuto vrina præter rationem cocta est, vitium denotat. In his quoque malo est prærubra efflorescentia contenta atq; æruginosa. Alba verò effusa & perspicua vrina mala est, præcipue in phreniticis apparens. Mala quoq; quæ post potionem celeriter meitur, præsertimq; in lateris doloribus & pulmonis inflammationibus. Mala etiam quæ ante rigorem oleosa redditur. Malæ quoque & in acutis morbis, & quæ ex viridi pallescunt, nec in colore persistunt.

580 Perniciem verò indicat vrina in qua nigrum est quod subsidet, & quæ nigra est. In pueris etiam tenuis potius quàm crassa. (In tenuibus autem contrà quam in commutatis vrinis accidit.) Et quæ grandinem refert & genituræ similis effunditur, itemq; dolorem exhibet. Perniciosa quoq; est quæcunq; in scio ægro redditur. At in pulmonum inflammationibus periculum indicat, quæ initio coctionem habet, verùm post quartum diem tenuis euadit.

581 In laterum doloribus vrina cruenta, obscura, cum eo quod subsidet vario & indistincto, vt plurimum in quatuordecim diebus mortem adfert. Laterum quoq; dolore affectis in propinquo mortem esse significat, quæ viridis nigrum habet sedimentum, aut fursuribus simile. Febre verò ardente cum alto stupore (quem catochon dicunt) detentis, ex albida vrina pessima est.

582 Vrina cruda, quæ sic diu perseverat, vt reliqua signa salutaria sint, abscessum & dolorem præcipueque infra septimum transuersum denunciat. Doloribus verò ad lumbos oberrantibus, ad coxam, idque in febre & sine febre. At quæ emittitur vrina in qua quod subsidet pinguedinem habet, febrem significat. Cruenta verò circa initia reddita, morbi diuturnitatem. Returbida quoq; cum sudore, morbi reuersionem. Alba autem qualis in veterino genere redditur, capitis dolorem: membranosa conuulsionem. Quæ verò sputo similia habet sedimenta, aut limosa, rigorem denunciat, quæ ataneorum telis similia quædam habet, colliquationem. At in errantibus febribus nigrae nubeculæ quæstnam denunciant, decolores autem vrinae suspensa quædam in medio nigra habentes, cum perugilio & perturbatione, phrenitidem, cineritiæ verò cum spirandi difficultate, a- quam inter cutem.

583 Vrina diluta aut arenida & facile dissolubili asperitate returbata, liquidam fore aluum denunciat. Quæ verò admodum tenuis spissa euadit, fortasse erupturum sudorem indicat, iam autem erupisse, quæ spumam in seipsam insidentem habet.

584 In tertianis cū horrore nubeculis nigris similia, inconstantē horrore indicat. Membranosa quoq; mictiones, & quæ cum horrore subsidunt, conuulsiones prædicunt.

585 Vrina

585 Vrina in qua quod subsidet bonum est, & derepente euanescit, dolorem ac mutationem denunciat. At quæ sedimentum habet returbida, residens, rigorem circa iudicationem, fortè etiam & in tertianam aut quartanam transitum.

586 Laterum dolore affectis vrina aliquantulum rubra, læuem habens subsidentiam, securam iudicationem prænunciat. Quæ verò aliquantulum pallida, bene florulenta est, & albam habet subsidentiam, celerem quoque. At quæ admodum rubra & bene florulenta, sedimentum pallidum, læue ac purum habet, diuturnum valdeque turbulentum morbum fore & in alium transiturum, non tamen perniciosum. Alba verò, diluta, hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simile habens sedimentum, fuluum, dolorem & periculum denunciat. At quæ pallida, fuluum habet sedimentum, hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simile, diuturnitatem ac periculum indicat.

587 In his quæ circa aures abscedunt, vrinæ quæ celeriter & paruo tempore concoquuntur, damno sunt. Quin & perfrigerari itidem malum est.

588 Vesica intercepta maximeq; cum capitis dolore conuulsionem quandam minatur. Quæ in his cum torporis sensu exoluuntur, molestiam, non perniciem afferunt. Ac fortè etiam aliquantulum desipiunt.

589 De repente obortus renum dolor cum vrinæ suppressione, calculorum aut vrinæ crassæ mictionem indicat.

590 Tremores senioribus in febre contingunt, atq; ubi apparent, calculi fortasse per vrinas excluduntur.

591 Vrina intercepta & ad imum ventrem pondus, vt plurimum futurum vrinæ stillicidium denunciat: sin minus, alium aliquem morbum ex consuetudine assigmentem.

592 In biliosis vrina intercepta mortem breui affore significat.

593 Febricitanti vrina densitatem habens diuulsam, morbi reuersionem aut sudorem portendit.

594 In febribus longis, paruis, vagis, tenuium vrinarum eiectiones, lienis affectionem denunciant.

595 In febre variarum interdum vrinarum mictiones, morbum producant.

596 Vrinæ quæ non sentientibus effluunt, aliàs perniciem denunciant. Animaduertendum nump tales his reddantur quales fiunt vbi subsidentiam conturbaueris.

597 Quibus vrinæ pauca, grumosa, non sine febre, si ab iis tenues & copiosæ prodierint, iuuat. Talibus autem circa initia procedunt, aut non multò post sedimentum habent.

598 Quibus in vrinis citò aliquid subsidet, hi breui iudicantur.

599 Vrinæ præter consuetudinem tenues & crudæ, absque repletionem, in morbo comitiali obnoxiiis, morbi insultum denunciant, idque præcipue si in summum humerum, aut ceruicem, aut dorsum dolor aut conuulsio incidat, aut torpor totum corpus occupet, aut turbulentum insomnium visum fuerit.

600 Quæ parua copia apparent, velut stillæ sanguinis, vrinæ vomitiones, & deiectiones, malum quidem penitus denunciant, pessimum verò si exiguis interuallis sese consequantur.

601 Alui recrementum optimum est molle, constans, aliquatenus fuluum, nec admodum graueolens, eoq; tempore quo per secundam valetudinem deiici solet, excrementum, copia verò ingestis cibis respondens. Crassum autem fieri oportet in iudicationem eunte morbo. Vtile quoque quod lumbricos teretes ad iudicationem exire cogit.

602 In præcipitibus malis spumans & circumbiliosum alui recrementum, malo est. Malum quoq; & exactè candicans. Adhuc verò deterius farinæ molitæ instar, & stercorosum. Præter hæc sopor malo est, & cruenta alui deiectio, ac immoderata vasorum inanitio.

603 Vbi alius modicè intercepta, nigra stercoribus caprarum similia, nec nisi coacta demittit, hoc casu nasus erumpens, malo est.

604 Alui recrementum glutinosum, syncerum, aut album, in vitio est. Vitiosum quoque quod abundè fermentatum est, & aliquantulum pituitosum. Præterea etiam cum ex his

his quæ
scit, pur

605

est, præ

606

tio est.

607

malo et

desipie

30 608

subside

lum qu

cum fe

loratur

midan

Tunc

quoq;

siccus,

cipue

30 dierin

609

lis cur

am, p

610

tum,

bre, v

piuat

desin

611

30 Viti

aut sp

gluti

deieci

est et

item

moro

612

febr

quæ

his quæ densata feruntur, quod subfidet aliquantulum liuescit, purulentum ac biliosum est.

605 Sanguis splendidus aluo per secessum reiectus, malo est, præsertimq; si dolor aliquis adsit.

606 Spumans & bile obductum alui recrementum, vitio est. Quin & inde morbus regius contrahitur.

607 In biliosis deiectionibus spumosa efflorescentia, malo est, iis verò præcipuè quos antea lumborum dolor aut desipientia vexarit. Forteq; etiam dolores iis adsunt.

10 608 Tenue alui excrementum & spumans, in quo quod subfidet aqueum est & ex pallido virescens, malo est, malum quoq; purulentum. Nigrum etiam cruentum malum, cum febre, atque aliàs. Vitiosum quoq; varium abundè coloratum alui excrementum, eoq; deterius quo colore formidandum magis, præterquam in medicamenti portione. Tunc nanq; periculo vacat, copia non exuperans. Friabilis quoq; mollis in febre alui secessus, vitio est. Vitiosus quoq; fuscus, qui facillè dissolvitur, nec cohæret, decolor, idq; præcipuè si aluum humectet, lethalis verò si nigra antea prodierint.

20 609 Liquidum alui recrementum, & breuib; interval-
lis cumulaturn, malo est. Partim nanq; vitium & insomni-
am, partim verò exolutionem pariet.

610 Perliquidum & aliquantulum fragile alui recremen-
tum, cum summi totius corporis perfrictione, non sine fe-
bre, vitiosum est. Rigores præterea vesicam & aluum corripiat. Valde verò aquosa deiectio in præcipitibus malis nõ
desinens, malo est, atq; eo magis si sitis vacuitatem fecerit.

611 Prærubrum in alui proluvie excrementum vitio est.
30 Vitiosum etiam admodum ex viridi pallescens, aut albicās,
aut spumans, aut aquosum. Item malum est quod exiguum,
glutinosum, læue & ex viridi subpallidum. Pessima quoque
deiectio liquida in sopore & torpore detentis. Lethale verò
est etiam multum sanguinem grumosum ex aluo effluere,
itemq; candidum & liquidum excrementum cum alui tu-
more.

612 Alui excrementum nigrum, velut sanguis, & cum
febre, & sine febre, malo est. Mala item quæcunq; varia, &
quæ bile abundè sunt saturata.

613 Alui recrementa quæ in spumosa & syncera defcunt, omnibus quidem ingrauescentis mali significationem præbent, conuulsione verò tentatis, vel maximè. In huiusmodi casibus ad aures tubercula oriri solent. At quæ perliquida, ac rursus consistentia, syncera, stercoracea, morbi longitudinem denunciant. Præ rubrum verò in febre, delirium. Candicans autem stercorosum, in morbo regio molestiam exhibet, ac liquidum etiam, vbi resederit ruborem adeptum.

614 Sanguinem effudentibus glutinosum alui recreationum, maculis nigris distinctum, malignitatem denotat, præcipueq; in exalbidis.

615 Exactè candicans alui recreationum in febre nullam bonam iudicationem denunciat.

616 Aluus perturbata cum frequenti desidendi labore, maxillas intendit, rubores etiam faciei soluit.

617 Stercoracea alui egestio cum tensione, aluum malè affectam denunciat. Pituitosa verò repente cum oris ventriculi dolore, intestinorum difficultatem, & fortasse etiam lumborum dolorem. In talibus aluus circumtensa, ex necessitate liquida demittens, celeriter intumescens, quandam conuulsionis significationem præ se fert. In his nouus subinde rigor, periculum creat.

618 Quibus nigra per aluum secedunt, ii tenuibus & frigidis sudoribus diffluunt.

619 Quibus circa initia aluus turbatur, vrinæ autem pauca sunt temporis progressu aluus quidem resiccatur, vrina verò tenuis abundat, his abscessus ad articulos fiunt.

620 Frequentes desidendi labores rigorem adferunt, & quibus alui recreationum vitiosum est, id maximam molestiam exhibet, si quarto die initium fecerit.

621 Frequentes & ex paruis interuallis desidendi labores, aliquantulum glutinosa excernentes, cum paucis stercoraceis, præcordiorum & lateris dolore, morbum regium prænunciant. Animaduertendum autem num ex istorum suppressione ii cum virore palleant. Eos verò etiam existimo sanguinem profundere. Hos quoque lumborum dolores affligunt, & his sanguinem profundentibus, sanguis

sanguis splēdidus prodit. Cum sopore & capitis dolore subinde incallescere, perniciem denunciat.

622 Glutinosa, biliosa deiectiones magis quodammodo abscessus iuxta aures excitant.

623 Tumores humescente aluo sublatis in altum cū doloribus, malo sunt, aluo verò suppressa, dum nequid aliud innouetur, celeriter rumpuntur, & maligniores sunt. In his vomitus prauī & maligni.

624 Quibus faciei incendium & intensus rubor soluitur, & graecolens est alui egestio, redundans & subrubra, in his infania metus est.

625 Cutis corporis squallida & plus æquo sicca, malæ affectæ alui index est. In his prærubræ carunculæ purulentæ ferè ex aluo prodeunt.

626 In biliosa aluo, molli, & coracea egerente, apparentes æstus tumorem ad aures excitant.

627 Biliosas alui deiectiones sordidas, & sordiditatem biliosa alui deiectio sedat.

628 Serpentina vlcera supra inguina, ad laterum inanitatē & pubem enata, malè affectam aluum denunciant.

629 Virium exolutio dolorem soluens, aluum maximè humectam reddit.

630 Quæ circa sedem cum dolore suppurant, aluum conturbant.

631 Exitialis est deiectio pinguis & nigra, ac linida cum odoris grauitate, itemque biliola simile quiddam lentum aut cicerum lomento continens, aut veluti bene florulētos sanguinis grumos, & infantium egestionem odore referens, ac varia, eademque diu perseverans. Talis etiam fuerit cruenta, strigmentosa, biliosa, nigra, viridis, & simul, & per vices excreta. Exitialis quoque quæcunque prodeundo sensum ægri fallit.

632 Potum ægrè deglutienti cum spiritu tussiculoso, eructatio quodammodo reuulsa, intro conuoluta, ventris dolorem denunciat. Vitiosæ etiam sunt prærubræ deiectiones, æruginosæ quarto die apparentes, ac eiusmodi sanguinis profuua soporem inducunt. In his casibus ex conuulsione moriuntur, nigris ante prodeuntibus.

633 Quibus nigra per aluum secedunt, ij tenuibus & frigidis sudoribus disfluunt.

634 In iis qui longo tempore consumti sunt, temeraria & que præter rationem sunt alui exolutiones, vnà cum vocis defectione tremula, perniciem denunciant.

635 Tenuis nigrorum deiectiones horrorem inducentes in talibus meliores. Tales præcipuè iuuant ætatem quæ vigorem antecedit.

636 Pruritus omnibus nigrorum secessum denunciant & grumos vomitione refusos. Tremula etiam affectiones cum morfu ac capitis dolore, nigras deiectiones prædicunt. Tales verò præcedit vomitus, & vbi vomuerint, talia multa præterea reuelluntur.

637 Quibus autem cum alui perturbatione sub iudicationem morbus ingrauescit, iis nigra per aluum prodeunt.

638 Ex diuturno vètris affectu, vomentibus, biliosis, cibum auersantibus, copiosus sudor obortus cum repentina virium impotentia, lethalis.

639 In medicamentorum purgantium vsu & circumfluio humorum affluxu, sanguis tenuis frequenter eliquatus, vitio est.

640 Alui durities cum dolore, vnà cum febribus horro-
ris sensu insignibus, ac cibi fastidio laborantibus, paulùm humectata ad purgationem aluo, ad suppurationem non tendit.

641 Aluus perturbata falsuginosa demittens, vnà cum febre, non admodum sopore & torpore oppressos consequitur.

642 Vbi aluus humecta est, ægri lassitudine, capitis dolore, siti, insomnia torquentur, in prærubro colore liberaris insaniam metuere oportet, si spirandi difficultas adfuerit. Quos etiam ex virore pallescentes facilis spiratio iuuat, 30
aluo subinde prorumpente.

643 Æstuosæ deiectiones & cum contentione procedentes, malè affectam aluum prænunciant.

644 In biliosis perturbata aluus, pauca crebrò reddens, & cum paucis mucosis distentionem facientia, oborto circa tenue intestinum dolore, nec faciliè prodeunte vrina, ex his casibus in aquam inter cutem tendit.

645 Lingua tremula nonnullis prorupturæ alui significationem præbet.

646 Qui

DE I

646

tenuibu

647

648

thalis.

649

tam fol

10 H

D

20 

neq;

vnun

mitte

tur.

non

feru

30 tum

conf

te a

quis

null

neq

Idq

nib

ram

din

DE NATVRA HOMINIS. SECT. III. 121

646 Qui æstum sentiunt, & progressas deiectionibus,
tenuibus sudoribus dissolunt, iis febris ingrauescit.

647 In humecta alua perfrictio cum sudore, vitiosa.

648 Humefcente aluo sanguis ex gingivis effluens, le-
thalis.

649 Alui recrementum purum succedens, febrem acu-
tam soluit cum sudore.

HIPPOCRATIS
DE NATVRA HOMINIS,
LIBER.

Sectio III.



VI de natura humana supra quam ad Medi-
cam facultatē attinet differentes audire con-
suevit, huic certē minimē est accommodata
hæc oratio. Neque enim in totum aërem ho-
minem esse dixerim, neq; ignem, neq; aquā,
neq; terram, neq; aliud quicquam, cum minimē appareat
vnum in homine esse. Verū iis qui hæc volent dicere, per-
mitto. Nec verò qui talia affirmant, rectē mihi sentire vidē-
tur. Siquidem cum eadem omnes sentiant, eadem tamen
non dicunt, sed sententiæ suæ eandem ratiocinationem ad-
ferunt. Aiunt enim vnū quid esse quodcunq; est, & id ipsum
tum vnum esse, tum vniuersum, nominibus autem minimē
consentiunt. Hic siquidem hoc vnū & vniuersum aërem es-
se asserit, alius ignem, ille aquam, alius terram. Tum vnus-
quisq; suam orationē testimoniis & indiciis confirmat, quæ
nullius sunt momenti. Quòd enim eadem omnes sentiunt,
neq; eadem dicunt, ex eo patet, quòd neque ea intelligunt.
Idq; vel ex eo maximē quis cognouerit, si eorum contētio-
nibus interfuerit. Nam cum iidem inter se contendant, co-
ram iisdem auditoribus, nunquā in disputādo idem ter or-
dine superior existit, sed modò hic vincit, modò ille, inter-

dumque is cui potissimum volubilis lingua & ad populare
auram accommodata contigerit. Quanquam par est eum
qui rectè se de rebus sentire profitetur, vt semper in dispu-
tatione superiorem se præster, si quidem de iis quæ sunt re-
ctè existimat atque pronunciat. Sed ij quidem (vt mihi vi-
detur) suis ipsorum quibus in disserendo vtuntur verbis, se-
ipsi præ imprudentia oppugnant, Melissi verò sententiam
restituunt. Ac de his quidem hætenus. At verò ex Medicis,
hi quidem hominem sanguinem solum, alij bilem, quidam
etiam pituitam esse affirmant. Atque ij omnes eandem as-
ferunt ratiocinationem. Vnum enim esse quid affirmant,
quod eorum quisq; appellare voluerit: atque id vnum cum
sit à calido & frigido coactum formam ac facultatem mu-
tare, dulceque & amarum, & album, & nigrum, vel aliud
quiduis fieri. At hæc aliter mihi se habere videntur. Plurimi
igitur talia quædam, atque amplius his proxima pronun-
ciant. Ego autem sic sentio, quòd si homo vnum esset, neu-
tiquam doleret. Neque enim esset, cum vnum existeret, à quo
doleat. Quòd si etiam doleat, necesse est & quod medetur
vnum esse. At nunc plura habentur, siquidem multa insunt
in corpore, quæ cum mutuo inter se præter naturam cale-
scunt & refrigerantur, siccanturque & humectantur, mor-
bos pariunt. Ex quo multæ quidem sunt morborum for-
mæ, & multiplex quoq; eorum curatio existit. At mea qui-
dem sententia, qui hominem sanguinem solum, nihilque
aliud esse affirmat, & neque eum formam mutare, neque
omne genus mutationum subire, ostendere deberet.
Sed vel tempus anni aliquod, vel hominis ætatem dare,
qua sanguis solus in homine inesse appareat. Consentaneum
nanque rationi videtur, vt vnum aliquod tempus
sit, quo id ipsum per se vnum existeret appareat. Eademque
censeo de eo etiam qui pituitam, & de eo qui bilem esse as-
seuerat. Nam & ego quæcunque hominem esse dixero, ea
& pro lege, & pro rerum natura, tam in iuvene, quàm sene,
tum tempore tam calido quàm frigido, semper similia ines-
se demonstrabo. Tum indicia etiam proferam, & causas a-
periam, ex quibus necessariò vnum quodq; in corpore au-
ctionem & imminutionem accipit. Primum quidem igitur
generationem non ab vno fieri necesse est. Quoniam enim
pacto

pacto v
quo m
scentur
neque
frigido
inter se
cilliore
quom
neretu
10 sua in
natura
esse ho
ad gen
coactu
natura
dum,
frigid
reru e
cidun
20 prædi
quod
pus in
nem
ra cor
vel m
tum
perm
minu
reliq
30 quid
locu
nimi
horu
essu
vacu
rit, d
cessu
rim
lia e

pacto vnum cum existat, aliquid generabit, nisi cum aliquo misceatur? Deinde nisi eiusdem generis sint quæ miscentur, eandemque facultatem obtineant, neque generentur, neque similia nobis efficiantur. Ac rursus, nisi calidum cum frigido, & siccum cum humido, moderatè & æquabiliter inter se respondeant, sed alterum altero, & valentius imbecilliore longè excellat, nulla generatio futura est. Quocirca quomodo rationi consentaneum fuerit, ut quid ab vno generetur, cum ne à pluribus quidè generetur, nisi probè mutua inter se temperie conueniant. Cum igitur eiusmodi sit natura cum reliquorum omnium, tum hominis, non vnum esse hominem necesse est, sed eorum vnumquodque quæ ad generationem conferunt, talem in corpore vim, qualem contulit, obtinere. Rursus cum homo interit, singula in suâ naturam secedere necesse est, humidum nempe ad humidum, siccum ad siccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum. Talis autem tum animantium, tum reliquarum omnium rerum est natura, oriunturque; similiter omnia, & similiter occidunt. Eorum enim natura ex prædictis omnibus constat, & ut prædictum est, desinit in id ipsum unde constat, & vnumquodque, eodem etiam se recipiens. Hominis autem corpus in se sanguinem, & pituitam, & bilem duplicem, flavam nempe & nigram continet, ex quibus corporis ipsius natura constat; & per hæc dolet, & sanum est. Sanum quidem vel maximè, cum hæc moderatam inter se, tum facultate, tum copia, temperationem habuerint, idque præsertim, si permixta fuerint. Dolet autem, ubi horum quicquam vel minus, vel copiosius fuerit, aut in corpore separatim, neque reliquis omnibus contemperatum. Cum enim horum aliquid secesserit, & per se constiterit, necesse est non solum locum ex quo excessit morbo tentari, sed eum etiam in quem nimia copia influxerit, dolore & labore vexari. Nam si quid horum amplius quam redundantia requirat, extra corpus effluat, euacuatio ipsa dolorem exhibet. Sin contrà intro vacationem & transitionem, ac ab aliis secretionem fecerit, duplicem sanè dolorem (velut dictum est) ut concitet necesse est, & unde excessit, & ubi redundat. At sanè cum dixerim quæcunque hominem esse affirmaro, ea me semper talia esse, & pro instituto, & pro natura, demonstraturum. Ica-

circo assero sanguinem esse, & pituitam, & bilem, tum flauam, tum nigra. Atque horum quidem primum nomina instituto distincta esse asseuero, nullique ipsorum idem esse nomen inditum. Deinde naturam formas discrepare, nullamque pituitam similem esse sanguini, neque bilem sanguini, neque pituitam bilem. Quenam enim eorum inter se similitudo esse possit, quæ neque colore ad visum, neque ad manus contactum similia esse videntur, cum neque consimiliter calida, neque frigida, neque sicca, neque humida existant? Itaque cum tantum inter se, tum formam, tum facultate differant, ea non vnum esse necesse est, si quidem neque ignis & aqua idem sunt. Ex his autem tibi constabit, quod hæc omnia vnum non sunt, sed suam quodque ipsorum facultatem & naturam obtineant. Si enim alicui medicamentum exhibueris quod pituitam educat, pituitam tibi vomitione reddet, & si medicamentum quod bilem ducat exhibeas, bilem tibi euomet. Eadem quoque ratione atram bilem purgat medicamentum quod dederis atram bilem ducens. Quod si aliqua corporis parte sauciata vulnus accipias, sanguis inde effluet. Atque hæc omnia tibi vsuuenient semper tam interdum, quam noctu, & hyeme quam æstate, quoad spiritum ad se trahere vicissimque reddere valebit. Valebit autem, donec aliquo ex his, quæ illi sunt connata, priuatus fuerit. Sunt autem quæ diximus connata. Quia enim ratione connata non sunt cum primum quidem hæc omnia homo quoad vitam fruitur, semper in se manifeste contineat. Deinde ex homine natus sic hæc omnia obtinente. Postea in homine nutritus sit, ista omnia quæ nunc quidem asseuero & demonstro habente. Qui verò vnum esse hominem asserunt, ij mihi in hanc opinionem venisse videntur, quod ex iis, qui epotis medicamentis, per nimias purgationes interiisse, hos quidem bilem, illos pituitam euomere conspicati, horum vnum quodque hominem esse existimarunt, in cuius purgatione eum morientem viderunt. Eadem etiam ratione nituntur, qui sanguinem esse hominem asseuerant, cum iugulatis hominibus manantem ex corpore sanguinem conspicati, eum hominis animum esse existimant, hisque argumentis omnes inter differendum videntur. Quamquam primum quidem in immodicis purgationibus, sola euacuata bile nullus inquam mortuus

mortuus
cat primu
iam pitui
idque per
euomit. I
ducentib
flauam, d
subierit,
30 corpore
rit, educit
aliter quã
vbi terrar
ræ accom
amarum,
tur ex eo
rit ad se al
iam med
ducunt, p
inde mix
30 primum
tam. Et in
tum max
biliosus p
ta, cum e
turam m
sunt indi
bilem &
esse com
30 vi, secun
niunt, ea
hilo min
frigidissi
repleatu
me pitui
pore pra
qui mor
pore vig
mittant

mortuus est. Verum epoto medicamento quod bilem ducat, primum sanè quis bilem vomitione refunder, mox etiam pituitam, deinde quoque præter bilem, atram bilem, idque per vim, sub mortem verò sanguinem etiam purum euomit. Idem quoque contingit ex medicamentis pituitam ducentibus. Primum enim pituitam euomunt, mox bilem flauam, deinde atram, sub exitum verò purum sanguinem, sub eoque moriuntur. Etenim cum medicamentum corpus subierit, primum quidè quodcunque sibi ex omnibus quæ in corpore insunt, secundum naturam maximè familiare fuerit, educit: deinde verò reliqua etiam trahit & purgat. Non aliter quàm quæ ex terra oriuntur, & in eam conferuntur, ubi terram subierint, eorum quodque trahit quod suæ naturæ accommodatum in terra inest. Est autem & acidum, & amarum, & dulce, & salsum, & cuiusque modi. Imprimis igitur ex eo plurimum quod suæ naturæ accommodatum fuerit ad se allicit, tum etiam reliqua attrahit. Tale quiddam etiam medicamenta in corpore faciunt. Quæ enim bilem educunt, primum meracissimam quidè bilem purgāt, deinde mixtā. Itemque quæ pituitam respiciunt medicamenta, primum quidè eam meracissimam eduunt, post etiam mixtā. Et in iugulatis, primum quidè sanguis tū calidissimus, tum maximè ruber, mox verò magis pituitosus, magisque biliosus profuit. Per hyemè verò augetur in homine pituita, cum ea ex omnib. quæ in corpore insunt, ad hyemis naturam maximè accedat, quod sit frigidissima. Cuius rei hæc sunt indicia pituitam esse frigidissimam, quod si pituitam & bilem & sanguinè attingere voles, pituitam frigidissimam esse competes. Quæ quamuis est lentissima, nec nisi summa vi, secundum atram bilem, educitur: (quæ verò per vim veniunt, ea per violentiā compulsa calidiora redduntur.) Nihilò minus tamen præ his omnibus pituita suapte natura frigidissima esse cōspicitur. Quod autè hyme corpus pituita repleatur, hinc constat, quod per hyemem hominès maximè pituitosa tum expuunt, tum emungūt, hocque anni tempore præcipue, tumores laxi & albi (oidētæ dicti) & reliqui morbi pituitosi oriuntur. At vere adhuc quidem in corpore viget pituita, sed sanguis increfcit, quod & frigora remittant, & imbres succedant. Tuncque sanguis augetur,

tum ex imbris, tum ex dierum calore. Eorum enim naturæ id anni tempus cum sit calidum & humidum, maximè responderet. Quod hinc cognoscas, quod homines verno æstiuoq; tempore potissimum intestinorum difficultatibus corripiantur, iisque sanguis ex naribus profluat, & sint maximè calidi & rubicundi. Æstare verò sanguis adhuc viget, & bilis in corpore attollitur, & in autumnum protenditur. At per autumnum modicus quidem sanguis gignitur, quod illius naturæ autumnus aduersetur. Bilis autem æstate & autumnus in corpore obtinet. Quod his indiciis cognoscas, cum hac tempestate homines sua sponte bilem euomant, & per medicamentorum potiones biliosa repurgentur. Id quoque ex febribus & hominum coloribus patet. At pituita æstate longè imbecillior est, quod ea tempestate, ob siccitatem & caliditatem, eius naturæ aduersetur. Per autumnum verò sanguis paucissimus in homine gignitur, si quidem siccus est autumnus, & hominem iam refrigerare incipit. Bilis autem atra autumnus, tum plurima, tum vehementissima est. At incunte hyeme, bilis perfrigerata pauca gignitur, & pituita rursus augetur, tum ob pluuiarum copiam, tum noctium longitudinem. Hæc igitur omnia perpetuò hominis corpus obtinet, sed pro circumstantis anni temporis ratione, singula tum pro parte, tum pro natura, modo inter se augentur, modo etiam imminuuntur. Ut annus omnis omnium quidem & calidorum, & frigidorum, & siccorum, & humidorum est particeps: neque enim eorum quicquam, ne minimo quidem tempore, sine omnibus quæ in hoc mundo existunt, perdurauerit, verum si vnum quodpiam deficiat, omnia aboleantur, cum ex eadem necessitate consistant omnia & alantur inuicem: ita si quid ex his quæ in homine sunt connata defecerit, is vtiq; vivere nequeat. In anno autem, modò hyems maximè viget, modò ver, nunc etiam æstas, nunc autumnus. Sic quoque in homine, modò quidem pituita inualefcit, modò sanguis, interdum etiam bilis, primum quidem flaua, mox quoque atra appellata. Cuius rei euidentius est argumentum, quod si eadem homini idem medicamentum quater in anno exhibere voles, hyeme quidem maximè pituitosa tibi euomet, vere autem valde humida, æstate admodum biliosa, & autumnus

autumnus
ter morbo
æstate in
circuitur
nobis dic
beratio
morbos
hæc ann
re sciend
10 nit, adhi
pore pra
maximè
se oport
tio, & q
qui ex in
otio gign
que Me
instanti
tentaq;
10 vel max
hi cura
di ratio
prouen
plures
maximè
reiciet
Quod
iam li
tingat
30 temul
ne vic
nibus
est, cu
ripiunt
orunt
hiber
quem
ratio
nus q

autumno nigerrima. Cum igitur hæc ita se habeant, oportet morbos qui hyeme augentur, æstate desinere, & eos qui æstate increscunt, hyeme cessare, nisi intra certum dierum circuitum solvantur. De hoc autem dierum circuitu, aliàs nobis dicendum est. Morborum verò qui vere oriuntur liberatio ad autumnum expectanda est, & autumnalium morborum discessum, vere fieri necesse est. Quod si quis hæc anni tempora morbus superauerit, huic annum fore sciendum est. Atque ita Medicum morbis mederi conuenit, adhibita horum cuiusque consideratione, quod in corpore præualet, pro anni temporis ratione, quod suæ naturæ maximè accommodatum existit. Insuper hæc quoque nosse oportet, quod morbos quos repletio parit, sanat euacuatio: & qui ex euacuatione oriuntur, repletionem curantur; & qui ex immoderato labore fiunt, eos quies sanat; qui ex otio gignuntur, immoderato labore tolluntur. Omninoque Medicum sua prudentia obuiam ire conuenit morbis instantibus, & naturis, & anni temporibus, & ætatibus, contentaque soluere, & soluta intendere. Hac nanque ratione vel maximè quod molestiam exhibet quieuerit, eaque mihi curandi ratio esse videtur. Morbi verò partim ex viuendi ratione, partim etiam ex spiritu quem viuendo trahimus, proueniunt. At utrunque hac ratione discernas. Vbi complures vno morbo eadem tempestate vexantur, in id quod maximè commune est, quoque omnes vtuntur potissimum reicienda causa est. Id autem est quod inspiratio trahimus. Quod enim viuendi cuiusque nostrum ratio in causa non sit, iam liquidò constat. cum morbus omnes continenter attingat, & iuuenes & senes, & mulieres & viros, perindeque temulentos & abstemios, tam eos qui maza, quam qui pane victitant, & eos qui multis, quam qui paucis exercitationibus vtuntur. Non igitur victus rationi assignanda causa est, cum cuiusvis generis victu vtentes, eodem morbo corripiuntur. Cum verò eodem tempore cuiusque modi morbi oriuntur, sua proculdubio cuique viuendi ratio in causa est, adhibendaque curatio, aduersus morbi causam instando, quemadmodum aliàs etiam à nobis dictum est, & victus rationem immutando. Quandoquidem constat victus genus quo quis vitur, aut ex toto, aut magna ex parte, aut

in eorum aliquo minimè ei esse accommodatum. Quo cognito, immutare, & adhibita in considerationem cuiusque natura, ætate, forma, anni tempore, & morbi genere, ad curationem aggredi oportet, nunc quidem detrahendo, nunc verò addendo, ita vi (quemadmodum iam dudum à me dictum est) ad singulas ætates, & anni tempora, & naturas, & morbos, contrariam tum medicamentorum, tum victus rationem adhibeas. At verò ubi morbus aliquis populariter grassatus fuerit, non victus rationem in causa esse, sed quod spirando ducimus, manifestum est, ipsumque morbosam quandam excretionem planè obtinere. Eo igitur tempore his exhortationibus homines sunt admonendi, ut ne victus quidem rationem immutent, cum morbi causa minimè existat. Provideat etiam, ut corpus quàm minimè intumescat, siquid; attenuatissimum, tum cibos, tum potus quibus uti consueverint sensim demendo. Si quis enim subito victus ratione immutet, ne quid in corpore ex immutatione innouetur, periculum est. Sed solita victus ratio seruanda est, ubi nihil quidem lædere videtur, atque, in super ut aeris quam minimum in corpus influat, siquid; ut maximè peregrinus sit; providendū, tum regionum loca, in quibus morbus consistit, quoad eius fieri poterit permutando, tum corpora extenuando. Ita enim minimè multū ac frequentem spiritū homines ex necessitate attrahent. Morbi autē à validissima corporis parte orti, gravissimi existunt. Etenim si vnde originem sumserunt, isthic perstiterint, cum pars valentissima laboret, corpus vniuersum laborare necesse est. Quod si ad imbecilliorē aliquam ex validissima deuenierint, difficiles habent absolutiones. Quicumque verò ab imbecillioribus ad valentiores veniunt, facilius solvuntur, quod quæ influunt, 30 facile per vim liberantur. At venæ crassissimæ hunc naturæ ortū sortitæ sunt. Quarū cum sint in corpore paria quatuor: Vnum quidem ex capite retro per cervicem, parte exteriorē ad vtrāque spinæ latera, indeque in coxendices & crura pervadit, deinde per tibias ad exteriores malleolos & pedes pervenit. In dorso igitur & coxendicū doloribus, ex poplitibus & malleolis exterioribus venæ sectiones fieri debent. Altere autē venæ ex capite exortæ, iuxta aures per cervicem, iugulares dictæ, intro secundum spinam vtrāque ex parte ad lumbos,

lumbos, indeque
runtur. Ex popli-
par venarum
operta, in
tris ad sinistram
dextra quæ
& ad renem
ex pulmone
traque post
ex anterioribus
culas, in
posteaque
gnos, tum
partes in
ad axillas
tera verò
dum vtrāque
10 natura. Ex
na, per quæ
iam ex capite
culū & re
strant, in
tur mittit
que est, vnde
& sanguis
nanque, ra
tinget, te
30 amplius
expuant
sudet, & c
notum, &
annos quæ
se solent
Hos namque
boribus
necesse est
tū à sinistram

Jambos, in testes & femora, & per poplites interiore ex parte, indeq; per tibias ad malleolos internos & ad pedes deferuntur. Proinde in lumborum & testium doloribus, sanguis ex poplitibus & malleolis interiorib; mittendus est. Tertium par venarum ex temporibus per cervicem subter scapula operata, inde ad pulmonem deferitur, & hæc quidem ex dextris ad sinistra, illa verò à sinistris ad dextra, pervenit. Et dextra quidem ex pulmone mammam subiens, & ad lienem & ad renem tendit. Quæ verò à sinistris ad dextra procedit, ex pulmone mammam subiens, & iecur & renem petit. Vtraq; postremo in rectum intestinum desinit. Quartum par ex anteriore capitis parte & oculis; sub cervicem & claviculas, indeq; per superiora in brachiorum flexus tendit, posteaq; per cubitos, ad primas manuum iuncturas & digitos, rursusq; à digitis per cubitos & superiores manuum partes inflexuras, & per superiorem brachiorum partem ad axillas, perq; summas costas, hæc quidem ad lienem, altera verò ad iecur devenit, postea supra ventrem in pudendum utraque desinit. Atque hæc est venarum crassissimarum natura. Existunt etiam ex ventriculo permultæ & variæ venæ, per quas in corpus alimentum transmittitur. Quod etiam ex crassis venis, tam externis, quam internis, in ventriculũ & reliquum corpus deferunt, sibiq; mutuò subministrant, internæ externis, vicissimq; externæ internis. Hæc igitur mittendi sanguinis rationes servandæ sunt, studendumque est, ut quàm longissimè à locis, in quibus dolores fieri, & sanguis colligi consuevit, venarum sectiones fiant. Hæc nanq; ratione, cum minimè magna de repente mutatio contingit, tum etiam consuetudinem tollendo effeceris, ut ne amplius eodem colligatur. Qui pus copiosum citra febrem expuunt, quibusq; absq; dolore pus multum in urina subsidet, & qui alui deiectiones, velut in difficultatibus intestinorum, cruentas habent & diuturnas, quales in iuuenibus annos quinque & triginta natis, & grandioribus natu inesse solent, iis omnibus ex eadem causa morbi oriuntur. Hos nanque immodicis corporis exercitationibus & laboribus addictos, & cum iuvenes essent operas exercuisse necesse est. Deinde dimissis laboribus, molli carne & multum à superiore differente expletos, tam longè inter 14

diffidentem corporis habitum habere, vt pristinus cum ea qui postea accreuit, nulla in re consentiat. Qui igitur ita affecti sunt, si quando in morbum incidunt, ij confestim euadunt, sed post à morbo temporis successu corpus liquatur, & per venas, quâ latissimâ esse solent, sanæi quiddam non dissimile defluit. Si quidem igitur ad inferiorem aluum impetu deferatur, quale quid fere in corpore inest, tale etiam per deiectiones secedit. Neque enim, cum via decliuis sit, diutius in intestinis subsistit. At quibus in pectus influit, ij purulenti fiunt, quod nimirum cum purgatio accliuis sit, & diutius moram trahens in pectore computrescat, & puris simile euadat. Quibus verò in vesicam effunditur, ex loci calore incalescit, exalbescit & secernitur, quodque ravidissimum existit supra innatat, crassissimum verò, quod sanæ pus appellatur, subsidet. In pueris quoque ob loci huius & totius corporis caliditatem gignuntur calculi, quod vitis ob corporis frigiditatem minime viuuenit. Istud enim probe nosse conuenit, hominem prima ætate in omni vita esse calidissimum, postrema verò frigidissimum. Siquidem quod augetur corpus & ad robur tendit calidum esse necesse est, at ubi marcescere & ad exitum præcipitare cœperit, frigidius euadit. Atque hac ratione quò magis his primis diebus homo increfcit, eò calidior euadit, & quantò magis vltimis diebus marcescit, tantò frigidior esse necesse est. Qui autem sic affecti sunt, sua sponte sanescunt plerique quidem quo anni tempore colliquescere cœperint, quinto & quadagesimo die. Qui verò hoc anni tempus superauerint, anno conualescunt, nisi quid aliud hominem male habuerit. Qui morbi ex paruo temporis intervallo oriuntur, & quorum causæ cognitu sunt faciles, ij securissimè prædicantur. Quorum curationem sic instituere oportet, vt morbi causæ occurramus. Ita siquidem quod morbum in corpore excitauit, faciliè dissoluatur. Quibus in vrina arenulæ vellapilli subsident, iis per initia ad crassam venam tubercula nascuntur, & suppurant, deinde cum ea tubercula haud ita citò rumpantur, lapilli ex pure coalescunt, qui per venam cum vrina in vesicam foras extruduntur. At quibus vrinæ quidem cruentæ sunt, iis in venis vitium est. Quibus vna cum vrina crassa prodeunt minutz carunculæ capillamentorum

torum spec
bo labora
ra est, & al
vrinam fer
parte à bil
cas quæ de
na sunt, co
continens
prouenit
10 aementi
celeriter
ex plurim
at contin
quodq; in
nullo vno
longior,
quotidian
quàm qu
nem obt
20 minus bi
corpus li
lus acced
rum om
ma, max
tantu hu
quod au
& ea æt
simume
mnes at
30 pora au
tra hoc
rint, pro
minem

LEX
Lex
fifici
rei

torum speciem referentes, eas à renibus & articulari morbo laborantibus prodire nosse conuenit. Quibus vrina pura est, & aliàs atque aliàs furfuracea quædam per summam vrinam feruntur, iis vesica scabie laborat. Febres magna ex parte à bile oriuntur, quarum genera sunt quatuor, præter eas quæ dolores eximios comitantur. Earum autem nomina sunt, continens, quotidiana, tertiana & quartana. Quæ continens appellatur, ex copiosissima & meracissima bile prouenit, & perquam breui iudicatur. Corpus nanque vehementi calore incallescens, neque vnquam refrigerescens, celeriter colliquefcit. Quotidiana secundum continentem ex plurima bile ortum habet, & præ aliis citissime liberat, at continente eò longior, quò ex pauciore bile prouenit, quodq; in ea corpus requiem habet, quod in continente nullo vnquam tempore quiescit. Tertiana uero quotidiana longior, & à pauciore bile fit, quoq; diutius in ea, quam in quotidiana corpus quiescit, eò diuturnior hæc febris est, quam quotidiana. At quartana in reliquis eandem rationem obtinent, sed tertianis tanto longiores sunt, quanto 10 minus bilis calorem exhibentis obtinent, tum quia in his corpus liberalius refrigeratur, iisque ab atra bile is cumulus accedit, vt non nisi ægrè depelli possint. Bilis enim eorum omnium quæ in corpore insunt cum sit glutinosissima, maximè diurnas stationes facit. Quòd autem quartana humoris melancholici sint participes, ex eo cognosces, quòd autumnoprecipue homines quartanis corripiantur, & ea ætate quæ est ab anno vigesimo quinto ad quadragesimum quintum, tum etiam quòd hæc ætas inter alias omnes atræ bili potissimum est obnoxia, vt & inter anni tē- 30 pora autumnale maximè accommodatum. Si qui uero extra hoc anni tempus & eam ætatem quartana correpti fuerint, pro comperto habeas hanc febrem, nisi quid aliud hominem malè habeat, minimè diurnam fore.

Hippocratis de genitura, liber.

LEX quidem omnia sibi subiicit. At uerò viri genitura Lex vniuerso humido, quòd in corpore continetur, proficiscitur, vbi id, quòd validissimum est, excernitur. Cuius rei 30 argumentum, quòd vbi rem venercam exerce-

mus, tātillo emissio, imbecilles euadim⁹. Istud verò sic se habet. Ex toto corpore venæ & nerui in pudendū procedunt, quorum attritu excalefactione & repletione, velut pruritus exoritur, indeq; ad totū corpus voluptas & calor permanat. Trito autem pudendo & moro homine, humidum in corpore concalescit & diffunditur, & motum agitur & spumescit, nō secus ac reliqua omnia humida agitata spumescunt. Sic verò etiam in homine quod validissimum est & pinguisimum, à spumefcente humore fecernitur, & ad spinalem medullam progreditur. In hanc enim ex toto corpore viæ quædam feruntur, & ex cerebro in lumbos, vniuersum corpus, & spinalem medullam diffunditur, ex eaq; viæ quædam procedunt, ita vt ad eam humidum deferri, & ex ea secedere queat. At vbi ad spinalem medullam genitura peruenit per venas quasdam, quibus illi via patet, ad ren-s fertur, quibus exulceratis, interdum etiam sanguis vnâ defertur. A renibus autem per medios testes ad pudendum peruenit, neque quâ via vrinæ est prodit, sed alia ipsi via est, huic proxima. At verò qui per somnum veneris ludibrio tentantur, ideo per somnum venerea exercent, quòd humidum in corpore diffusum & excalefactum, siue ex vehementi exercitatione, siue ex alia quauis causa spumescat, dum ab ipso excernitur, veneris imaginem quandam exhibet. Periinde enim se habet hoc humidū, vt in eo qui venerē exercet. Sed neq; de his qui per somnum venerem exercēt, neq; de toto morbo quid sit, quæve efficiat, neq; cur coitus loco habeatur, dicendum nobis est, & de his quidem hactenus. At verò eunuchi eam ob causam venerem minime peragunt, quia genituræ transitus ipsis aboletur. Per ipsos enim testes ei via est, & nerui tenues & crebri ex testibus in pudendum feruntur, quibus assurgit & demittitur, itque in ipsa exectione dum castrantur rescinduntur, ideoque ad obeundam venerem inutiles existunt. Qui verò istorum attritionem passi sunt, his genituræ via obstructa est. Calum enim contrahere testes solent, neruiq; à callo indurati & hebescentes, neque pudendum intendere, neque laxare possunt. At qui iuxta aures sectionem experti sunt, ij venerem quidē exercent, verum semen paucum, imbecillum & infecundum emittunt. Maxima siquidem seminis pars è capite

capite fecerit
verò trās
sit. Pueri
hibent, n
humidum
Virginib
nos, men
virgo, tu
nis vteru
10 duntur,
patet tu
quibus a
causam
modum
to corp
totius co
tuor fun
tor sibi
tum di
20 sunt, &
tum ha
ginum
do & co
& relic
corpo
ex quo
æquo
tempe
si coitu
30 semen
sin ven
volupt
si quis
finis, i
calore
& cal
non se
ad vir
defini

capite secundum aures in spinalem medullam fertur, ipse
 verò trāsitus, sectione ad cicatricem perducta, solidior euas-
 sit. Pueris autem venæ exiles & plenæ, genituram ferri prohi-
 bent, neq; pruritus eodem modo excitatur, nec proinde
 humidum in corpore agitur, vt genitura secerni queat.
 Virginibus quoq; eandem ob causam, intra pubertatis an-
 nos, menses minimè prodeunt. Vbi verò adoleuerint, tum
 virgo, tum puer venæ quæ ad pueri pudendum, & in virgi-
 nis vterum feruntur, incremento accepto ampliores red-
 10 duntur, & apertuntur, viaq; & transitus per illarū angustias
 patet tuncq; humidum agitari incipit, & spatia ampliora in
 quibus agitur habet, pueroq; cū adultu fuerit, ob eam
 causam & virgini menstrua prodeunt. Atq; ista mihi ad hūc
 modum se habere comperta sunt. At verò genituram ex to-
 to corpore, & ex solidis & mollibus partibus & ex vniuerso
totius corporis humido secerni asseruero. Humidi autē qua-
 tuor sunt species, sanguis, bilis, aqua, & pituita. Homo enim
 toti sibi cognatas species habet, ex quibus tum morbi fiunt,
 tum diiudicantur. Atq; hæc mihi quidem de genitura dicta
 20 sunt, & vnde, & quam ratione, & quam ex causa or-
 tum habeat, & in quibus & quare nulla in sit, simulq; de vir-
 ginum mensibus. Mulieribus autem in coitu attrito pudē-
 do & commotis vteris, pruritus quidam in seipsis sentitur,
 & reliquo corpore voluptas calorq; exoritur. Semen verò ē
corpore etiam emittit mulier, interdum quidem in vterū,
ex quo humidus redditur; nonnunquam verò foras, si plus
æquo vterus dehiscat. Illa etiam vbi coire cœperit, toto
 tempore voluptatem percipit, dū vir semen emisit. Quod
 si coitum ardens quidem mulier appetat, ante quā vir
 30 semen emittit, neque deinceps eadē voluptate perfunditur:
 si verò venerem non vehementer appetat, vñ cum viro
 voluptate affici desinit. Ac habet se res ad hunc modum, vt
 si quis ad aquam feruentem frigidam affundat, feruere de-
 sinit, ita etiam virile semen in vterum illapsum, mulieris
 calorem & voluptatem extinguit. Effertur autem voluptas
 & calor, simul ac semen in vterum decidit, deinde desinit,
 non secus ac si quis ad flammam vinū affundat, ea primū
ad vini affusionem attollitur, & paulatim increfcit, deinde
desinit; eodem modo in muliere calor ad viri semē effertur,

postea definit. At verò in venere exercenda longè minorem quam vir, voluptatem mulier percipit, vir verò etiam diuturniorem. Cumque maiorem vir percipiat voluptatem, ei repente ab humido maiore agitatione quam mulieri discernitur. Sic autem se res habent mulierum, si quidem cum viris rem habeant, magis sanæ sunt; sin contrà, minùs bene habent. Nam & coitu vteri humidiores euadunt, qui si plus æquo siccescant, vehementer contrahuntur, sicque contracti corpori dolorem afferunt, simulque coitus sanguinem excalescens & humectans, causa est, ut menses faciliùs profuant, quibus minimè prodeuntibus, morbis obnoxie mulieres redduntur. Cuius rei causam in morbis muliebribus exponemus. Ac de his quidem hæc dixisse satis sit. Post coitum autem, si quidem mulier minimè conceptura sit, semen ab utrisque emissum, pro more foras cum volet, profluat. Quod si conceptura sit, semen minimè foras profluat, sed in ipso vtero manet. Eo nanque excepto vterus clauditur & retinet, eius nimirum osculo ob humiditatem contracto, simulque miscetur tum quod à viro, tum quod à muliere procedit. Quod si mulier partum aliquando experta fuerit, animaduernerit quādo genitura non exciderit, sed intus remanserit, sciet quā diē conceperit. Sic quoque se res habet. Quod à muliere emissum est, quandoque quidem robustius est, quandoque verò imbecillius. Similiter quoque quod à viro emissum est se habet. Et in viro tum muliebri, tum masculum semen inest, eodemque modo in muliere se habet. Masculum verò femineo robustius est. Generationem igitur à robustiore fieri necesse est. Hoc quoque modo se res habet. Si quod ab utroque semen prodit robustius fuerit, mas generatur, si debile, femina. Vtrumlibet verò copia superarit, illud ipsum generat. Si nanque debilius semen multò maiore copia valentius superet, euincitur quod valentius est, & debili permixtum ad feminam transferritur. Quod si validū debili copiosius fuerit, superatur debile, & ad marem redigitur. Ac veluti si quis ceram & adipem simul commisceat, & adipe multò maiore copia addito, ea ad ignem liquefaciat, dum quidem liquida fuerint, quod copia superat manifestum non est, ubi verò concreta fuerint, tunc quod adeps ceram copia superat conspiciuntur.

cum est. Sic maris & fœminæ genituram se habere existimandum est. Quod autem tam in muliere quàm viro, tum fœmineum, tum masculum semen in sit, ex his quæ manifestè contingunt conicere licet. Pluræque enim mulieres suis viris fœminas iam peperere, quæ cum aliis congressæ, ex iis filios susceperunt. Et viri illi ipsi quibus mulieres fœminas peperere, cum aliis mulieribus congressi masculam prolem genuerunt, & quibus masculus fœtus suscipiebatur, cum aliis mulieribus congressi, fœminas genuerunt.

10 Eoque modo hæc ratio demonstrat, tam virum quàm fœminam, & fœmineum, & masculum semen continere. Si quidem quæ fœminas suscipiebant, in iis quod erat validius à debilioris copia superabatur, & fœmellæ generabantur. Quæ verò mares suscipiebant, in iis quod erat debilius superabatur, & mares gignebantur. Neque verò ab eodem viro semen validum, neque semper debile procedit, sed aliàs aliud, & in muliere ad eundem modum se habet, vt proinde minus mirum videatur, easdem mulieres eisdemque viros & masculam & fœmineam prolem gignere. Eadem verò in brutis, tum fœminam, tum marem procreandi, seminisque ipsius est ratio. Prodit autem & mulieri & viro ab vniuerso corpore, & ab imbecillibus imbecillum, & à validis validum, eodemque modo fœtui distribui necesse est. Cumque plus ex viri quàm mulieris corpore ad genituram accesserit, fœtus ille patris magis erit similis, cum verò plus ex muliere prodierit, matrem magis referet. Neque verò fieri potest, vt per omnia matris similis sit, patrem nihil referat, aut contrà, neque alterum referat. Verùm vtriusque aliqua in re similem esse necesse est, siquidem ex vtriusque

30 semen ad procreandum fœtum prouenit. Quisquis autem plus & ex pluribus corporis partibus ad similitudinem contulerit, illius pluribus in rebus similis erit. Ac interdum contingit, vt nata filia maiore ex parte, patrem melius quàm matrem referat, & editus filius nonnunquam matris magis quàm patris similis existit. Atque hæc mihi tamque multa sunt superioris sententiæ argumenta, quod tum in muliere, tum in viro, & masculæ, & fœminæ prolis generandæ facultas inest. Quinetiam istud interdum contingit, vt tenues & imbecilli fœtus ex parentibus crassis & robustis

*hinc debilia organa
a validioris sunt
copia*

gignantur. Quòd si malis iam editis eiusmodi liberis acci-
dat, fortum in vtero ægrotasse perspicuum est, vel à matre
aliquid eius incrementi foras produsse, vtero nimirum de-
hiscente, proindeque debilem existere. Animantium au-
tem quodcumque pro virium suarum ratione ægrotare vi-
detur. At verò si omnes edici liberi debiles extiterint, vteri
plus æquo angusti in causa esse existimantur. Si quidem
cum desit amplum spatium in quo fortus nutriatur, ipsum
debilem existere necesse est, deficiente nimirum satis am-
plo ad incrementum spatio. Quòd si neque desit amplum
spatium, neque fortus ægrotet, æquum esse videtur, vt ex
magnis parentibus magnus partus edatur. Istud autem hoc
modo se habet, perinde ac si quis cucumerem iam desflo-
rescentem, tenellum tamen & adhuc cucumerario adhære-
scentem, in vas aliquod angustum imposuerit, æqualis ac
similis ipsius vasis angusti cavitati euadet. At si quis in vas
amplum imponat, quod probè cucumerem capere possit,
neque eo multò maius sit, æqualis etiam & similis vasis ca-
uitati cucumis euadet. In crescendo enim vasis capacitatem
amulatur, & quæ è terra ferè nascuntur omnia, eodem quo
quis ipsa coegerit proueniunt modo. Adeundem quoque
modum in puero se habet, siquidem ampliore loco incre-
mentum accipiat, maior, sin verò angustiore, minor eua-
dit. At verò mutilari in vtero puerum censeo, vel collisione,
si circa fortum mater percussa fuerit, vel in eum ceciderit,
vel aliam vim quampiam perpeffa fuerit. Qua verò parte
colliditur, ea mutilatur puer. Quòd si vehementius etiam
colliditur, ita vt quæ eum continet membrana disrupa sit,
corrumpitur fortus. Quin & alio huiusmodi modo muti-
latur pueri, vbi vteri locus in quo mutilati fuerint angustus
fuerit, cum necesse sit corpus quod angusto loco mouetur,
illic mutilum fieri. Non secus ac arbores quæ terra conti-
nentur, neque satis amplum spatium habent, sed vel à lapi-
de, vel alia quapiam re detinentur, cum exoriuntur, tortuo-
sa euadunt, aut parte vna crassa, altera tenues: sic certe cir-
ca puerum contingit, si pars quædam corporis in vtero an-
gustiore loco quàm antea contineatur. Ex mutilatis autem
hominibus vt integri pueri nascantur, vt plurimum con-
tingere solet, cum quod mutilatum est omnem partium

numerum

numerum expleuerit, perinde ac sanum. Verum ubi parentes morbo aliquo laborare contigerit, neque humidi ipsius, ex quo semen oritur, species quatuor quæ natura insunt, generaturam totam præbuerint, sed imbecillior sit quæ ex mutilato membro provenit, nil mirum videri debet, si ut parens ita & foetus mutiletur. Et hæc mihi ea de re dicta satis sunt. Iam verò quem initio proposui sermonem repetam.

Hippocratis de natura pueri, liber.

SI genitura ab utroque parente profecta in mulieris utero permanserit, primum quidem, cum mulier minimè quiescat, simul permiscetur, condensatur, & calore incalescit, deinde spiritum concipit, tum quia loco calido existit, tum quia mater spirat. Quæ cum spiritus plena fuerit, viam ipse sibi foras facit, quæ per mediam genituram exeat. Vbi verò via facta spiritus ille calidus foras eruperit, alium rursus frigidum à matre ad se attrahit, idque toto tempore persequatur. Incalescit siquidem cum loco calido existat, matre autem spirante, frigidum concipit. Quæ verò calent omnia, spiritum continent. Erumpit autem spiritus, viamque ipse sibi aperit & foras fertur. Quod verò incalescit, alium rursus ad se spiritum frigidum, quo nuttiatur, per scissuram attrahit. Quod etiam contingit in lignis, foliis, & cibis, & potibus, quæ vehementer incalescunt. Id verò videre licet in lignis ardentibus. Quæ quidem omnia istuc faciunt, tum verò præcipue si subindia fuerint. Spiritum siquidem per sectionem emittunt, qui ubi foras prodierit, circa fissuram conuoluitur, idque perpetuo fieri videmus. Bene igitur subducta ratione, existimare licet, quod spiritus in ligno cum calidus existat, alium frigidum, à quo nutriatur, attrahat, & à seipso dimittat. Nisi enim attraheret, spiritus exiens minimè conuolueretur. Omne nanque calidum frigido moderato nutritur. Et ubi per calefactum fuerit humidum, quod in ligno inest, & in spiritum conuersum fuerit, foras prodit, eademque via qua exit calor ille, qui in ligno existit, alium frigidum, quo nutriatur, attrahit. Ad eundem quoque modum folia viridia cum vruntur spiritum concipiunt, qui postea erumpit, & viam sibi faciens, foras conuolutus

prodit, cumque exit strepitum exhibet, qua parte inspirationem facit. Quin & legumina, triticum & arborei fructus, ubi incaluerint, spiritum concipiunt, qui rima facta foras prodit, & si humida fuerint, copiosiores spiritum emittunt, & rupturam maiorem efficiunt. Et quid longiore oratione opus est? Quæcunque enim incallescunt, spiritum emittunt, & alium frigidum vicissim, quo nutriuntur, attrahunt. Atque eæ quidem à me adductæ rationes necessariò efficiunt, ut genitura in utero incallescens, spiritum habere & emittere videatur, simulque à matre spirante spirationem 10 habere. Cum enim mater aerem frigidum ad se attraxerit, eo genitura fruitur. Quæ cum loco sit calido, calida est, tuncque sanè spiritum concipit & emittit, & spiritu distenta, membrana obducitur. Ei enim exteriore parte quiddam obtenditur, quod cum viscidum sit, undique sibi cohæret, & non secus ac in pane tosto, tenue quippiam ad instar membranæ in superficie extat, qui incallescens & inflatus attollitur. Qua verò parte inflatur, isthinc quod membranam refert, exoritur. At verò ubi genitura tota incaluit, & statu intumuit, ei exteriore parte membrana circumducitur, 20 per quam ad mediam genituram intro & foras spiritui transitus sit, eaque parte membranæ tenue quiddam à genitura recedit, quæ in his locis paucissima inest, ipsa verò reliqua in membrana rotunda continetur. Equidem genituram sex diebus in utero retentam & foras prolapsam ipse vidi, & qualis tunc meo iudicio visa est, ex eo reliquorum coniecturam facio. Quanam autem ratione istud viderim, enarrabo. Mulieri nobis familiari perelegans erat fidicina, quæ cum viris conuersabatur, & quam minime decebat gravidam esse, ne viliori loco haberetur. Hæc audierat 30 quæ mulieres inter se narrant, si quando mulier conceptura sit, genituram intus manere, neque foras egredi. Quibus auditis & intellectis, ea semper in animo habuit, cumque aliquando genituram non exire percepisset, rem ad dominam detulit, quæ ad me etiam peruenit. Quo audito ipsa ut in terram desiliret iussi. Quod cum iam septies fecisset genitura in terram cum sonitu defluxit. Quam illa videns non sine admiratione spectauit, ego verò qualis erat referam. Ut si quis ouo crudo externam testam undique aufe-

rat,

rat, in quo interiore membrana contentus humor pellu-
 ceat, ad hunc ferè modum (vt vno verbo dicam) se habebat
 liquor ille, prætereaque ruber erat & rotundus. Conspicie-
 bantur autem fibræ albæ & tenues in membrana cum sa-
 nie crassâ & rubra contentæ, & ipsa membrana exteriore
 parte cruore ad instar sugillatorum suffusa erat. In cuius
 medio tenue quiddam extabat, quod mihi umbilicus esse
 videbatur, & per illum primum respirasse, ex eoque proten-
 debatur membrana tota genituram complectens. Atque
 10 hæc quidem mihi visa est genitura sex diebus concepta. Ad-
 ducam autem paulò post aliam cognitionis rationem, his
 omnibus qui horum desiderio tenentur manifestam, quæ
 quantum homini de re eiusmodi dicere cõceditur, omnem
 orationem meam probabit. Ac de his quidem hæctenus.
 Cum verò genitura in membrana continetur, spirationem
 intro & foras habet, & sanguine à matre in vterum delapso
 incrementum accipit. Neque enim menses prodeunt mu-
 lieri quæ prægnans est, si puer sanus futurus sit, præter
 quam quibusdam perpussillum primo mense, sed præma-
 20 nans ab vniuerso muliebri corpore sanguis, omni ex parte
 foris circum membranam diffunditur, isque vnâ cum spi-
 ritu per membranam, quâ perforata est & extat, attractus
 condensatur, & in futuri animalis augmentum cedit. Suc-
 cedente autem tempore rursus aliæ multæ tenues mem-
 branæ, eo modo quo prima, intra primam protenduntur,
 eæque ex umbilico dependentes, mutuis inter se vinculis
 connexæ sunt. Quod cum extiterit, ex delapso & concreto
 materno sanguine caro gignitur, ex cuius medio umbilicus
 extat, per quem spiritum & incrementum recipit. At verò
 30 mulier cum vtero gerit, etiam si menses minimè prodeant,
 neque tamen iccirco laborat, quòd sanguis singulis mensi-
 bus cumulatè exire solitus, non agitur, sed sensim paula-
 timque quotidie in vterum citra dolorem secedit, ex quo
 augetur, quod intro in vtero continetur. Singulis autem
 diebus, & non quolibet mense semel, iccirco defertur, quod
 genitura quæ in vtero continetur, semper aliquid è corpo-
 re, pro vniuersum ratione trahit, ad eundemque modum etiam
 spiratio habet. Ac primò quidem parua est spiratio, & pau-
 cus sanguis ex matre fertur. Cum verò amplior sit spiratio,

plus quoque sanguinis attrahit, & maiore copia in uterum descendit. Iis verò quæ minimè utero gerunt, ubi mentes non prodierint, eas ob causas dolor accedit. Primum quidem quolibet mense sanguis in corpore ex eo necessario agitatur, quòd menses plurimum inter se frigore & calore distant, id quod mulier sensu percipit, cum viro longè sit humidior. Vbi autem agitatur sanguis & venas impleuerit, ex corpore deorsum fertur, id quod ei quodammodo ab initio à natura insitum est. Quare si illo sanguine vacuata mulier fuerit, concipit, si verò is redundarit, minimè. Uterus enim & venis sanguine vacuis, mulieres fœtus concipiunt. Hæ nanque post menstruam purgationem, ob iam dictas causas, utero concipiunt. Quòd si agitatissille & secretus sanguis, minimè foras, sed in uterum feratur, isque non hiarit, tum sanè diutius immorante sanguine incalcescit, caloremque reliquo corpori distribuit. Est ubi etiam sanguine in venas corporis refuso, ex impletæ dolent, & tumores excitant. Nonnunquam verò ex eo claudicationis periculum impendit. Quinetiam interdum vesicam offendent, eamque premunt & vrunt, urinæque stillicidium adferunt. Quandoque verò uteri sanguine redundantes, in coxendicem & lumbos procumbunt, doloresque exhibent. Est ubi sanguis quinque aut sex mensibus in utero immoratus, ibique putrescens in pus vertitur, quod quibusdam per pudendum extra fertur. Nonnullis etiam in inguine velut tuberculum oboritur, ibique in pus conuersum foras prodit, & pleraque alia eiusmodi mala mulieribus cōtingunt, quæ per purgationes menstruas non reputantur. Sed quid ea hoc loco recensere opus est? De his siquidem in mōrbis muliebribus dicitur. Verum eò vnde digressi sumus reuertamur. Cum caro producta fuerit, tum sanguine in utero crescente, etiam ipsæ membranæ, præcipueque externæ, augentur, & in ampliores sinus distenduntur. Et quicquid sanguinis à matre descendit, & caro spirando attraxerit, & in incrementum cesserit, quodque vile fuerit, in membranarum sinus secernitur, quæ ubi in sinus excavatæ fuerint, & sanguinem exceperint, tum rectè Græcis *ῥητορ*, Latinis Loci & Secundæ appellantur. Ac de istis hæc mihi dicta sint. At verò caro dum increscit à spiritu

discer-

discernitur, in eaque simile quodque ad id, quod sibi simile est, fertur, densum ad densum, rarum ad rarum, humidum ad humidum, ferturque vnumquodque in proprium locum, ad id cum quo cognationem habet, & ex quo etiam ortum est. Et quaecunque ex densis orta sunt, densa sunt, & quaecunque ex humidis, humida, reliquaque ad eandem rationem augentur, caloreque ossa condensata durefcunt. Ac sanè ad instar arboris in ramos etiam diuiduntur, multoque melius in membra tum corporis interna, tum externa distinguuntur, ipsumque caput ab humeris distans exoritur, brachia item & cubiti à costis, & crura inter se separantur, nervique ad articulos profiliunt, os per se diducitur, nasus & aures in carne eminent & perforantur, oculi humore puro implentur, pudendum quodnam sit, manifestum est, & viscera ipsa conspicuè discernuntur. At sanè superioribus etiam partibus, ore nempe & naribus, spiritum trahit, & venter spiritu inflatur, eoque inflata intestina, ex superioribus per umbilicum insuper spiritum accipiunt, & absumunt, & à ventre ac intestinis in podicem, similiterque in vesicam via foras patet. Atque horum singula vi spiritus distinguuntur. Spiritu namque distenta omnia, pro generis affinitate distant. Quomodo si vesica fistulam alligaris, per eamque in vesicam terram, arenam, & tenuia plumbi ramenta iniicias, deinde aqua per fistulam affusa statim immittas: primum quidem illa cum aqua permiscebuntur, deinde verò temporis progressu, statu agitata secedent, plumbumque ad plumbum, arena ad arenam, & terra ad terram se conferet. Ac si quis ea arefcere permittat, distruptaque vesica contempletur, simile ad sui simile se contulisse comperiet. Ad eundem certe modum genitura & caro discernuntur, in eaque simile quodque ad sui simile secedit. Atque ista quidem ea de re à me dicta sunt. Iam verò genitus est infans eoque peruenit, ut foemina quidem primam concretionem duobus & quadraginta diebus, cum longissimè, accipiat, mas verò triginta diebus, quod longissimum. Ut plurimum enim intra hoc tempus, vel paulò minus, vel maius, ista distinguui contingit. Nam & purgatio à partu sic mulieribus ut plurimum, iis quidem quae foeminam susceperunt,

duobus & quadraginta diebus, eaque ut maximè diuturna, ita perfectà est. Extra tamen periculum fuerit, si etiam quinque & viginti diebus purgetur. In masculo verò purgatio diebus triginta contingit, sicque cum longissima, perfectà est, quæ tamen extra periculum posita fuerit, si diebus viginti perseveret. Postremis verò diebus, quàm minima purgatio procedit. Quin & iuniores paucioribus diebus, seniores verò, pluribus repurgantur. In partu autem & puerperij purgamentis maximè laborant, quæ primos partus expertæ sunt, & quæ minùs sæpè, quàm quæ sæpiùs peperere, magis conflantur. At verò purgationes à partu ea de causa mulieribus contingunt, quòd primo tempore ad duos & quadraginta dies in fœmina, in masculo verò ad dies triginta, paucissimus sanguis in pueri alimentum cedit, ex eo verò ad partum usque tempore copiosior. Ac sanè purgationem in partus purgamentis reddi & foras exire pro dierum ratione oportet. Cuius in eiusmodi muliere tale est principium. In partus dōloribus sanguis mulieri commouetur, & à valido pueri motu vehementer incalcescit. Commotus verò is quidem primus foras prodit, post puerum verò sanies crassa & cruenta, sitque huic ductus quidam, non secus ac aqua in mensam effusa. Postquam singulis diebus, toto quo diximus tempore, purgatio foras procedit, primò quidem quantum hemina Attica vna & dimidia, vel paulò plus, aut minùs, pro eius ratione, dum cesset. Prodit autem velut à victima sanguis, si bene habeat, & bene habitura sit mulier, citoque concrescit. Quòd si neque rectè valeat, neque sana futura sit, purgatio tum par-cior, tum specìe deterior prodit, neque citò concrescit. Sic autem seres habet. Si mulier vterum gerens morbo aliquo minimè cognato laboret, in partus purgatione perit. Quòd si vterum gerens statim primis diebus non repurgetur, siue benè valeat, siue non, ei que de repente purgatio siue sponte, siue à medicamento commoueatur, pro ratione dierum, quibus non semel profluxit, procedet. Nisi enim à partus purgamentis mulier repurgetur, magno morbo tentabitur, vitæque periculum incurret, nisi quis celeri adhibita curatione conuenientem purgationem promoueat. Hæc eo loco à me adducta sunt, quòd demonstrarem membro-

rum

rum distinctionem in pueris fieri, foeminae quidem intra duos & quadraginta dies, ut longissimè, masculo verò intra dies triginta. Cuius rei fidem faciunt partus purgamenta, quae quidem, si suscepta puella fuerit, duobus & quadraginta diebus contingunt, si verò masculus editus fuerit, quam longissimè, triginta diebus. Ac sanè denuo ista, quò clariora sint, repetam. Assuero enim quòd semine in vtero contento, sanguis ille qui à muliere in vtero foemineam genituram gerente paucissimus venit, duobus & quadraginta diebus vicissim redditur. Puerorum enim membra his diebus distinguuntur. Ex eo verò tēpore copiosior sanguis affluit. Quod rursum in masculo pro ratione triginta dierum accidit. Quae quidem ita esse hoc altero argumento constar. Postea quàm in vteros genitura delapsa est, primis diebus paucissimus sanguis à muliere in vterum fertur, deinde verò copiosior. Si enim confertus multusque vnico impetu accederet, genitura spiritum trahere non posset, sed sanguinis irruentis copia suffocaretur. Contra verò in purgatione vicissim redditur. Partus enim purgamenta primis diebus plurima prodeunt, deinde sensim imminuuntur, donec desinant. Pleraque autem iam mulieres foetum masculum paulò ante trigessimum diem abortionē reddidere, sed in distinctus conspectus est. Qui verò paulò post, aut eo ipso die reiecti sunt, omnes distinctis membris visi sunt. Sic etiam in foemella pro ratione duorum & quadraginta dierum, si quando abortu perierit, membrorum distinctio apparet. Siue autem prius, siue posterius puer abortionē percat, sic se habere membrorum distinctio necessaria ratione conspicietur; in puella quidem duobus & quadraginta diebus, in puero verò, triginta. Huius siquidem rei fidem faciunt foetuum abortiones & puerperij purgationes. Quòd autem foemella posterius concreascet & membrorum distinctionem recipiat, in causa est ipsius genitura imbecillior & humidior quàm mascula, eaque ratione foemellam tardius quàm masculum concrefcere necesse est, & in puella diuturniorem esse purgationem quàm in masculo. Nunc verò ad id, vnde digressus sum, reuertar. Postea quàm in membra distinctus puer fuerit, tum eorum forma increfcit, tum etiam ossa duriora euadunt & excauantur, eaque vi

N

spiritus proueniunt. Ex quo cava reddita, ad se à carnibus, quicquid in sanguine pinguiſſimum eſt. attrahunt, & temporis ſucceſſu extrema oſſa in ramos diducuntur, & quemadmodum arborum ſummæ partes poſtremò in ramos ſcinduntur, ſic & in puero manuum & pedum digiti inter ſe diſſident, eorumque partibus extremis ungues adnaſcuntur. Venæ enim omnes corporis humani in pedum & manuum digitos deſcunt. Et craſſiſſimæ quidem venæ ſunt in corpore, & in capite. deinde in cruribus, brachiis, & cubitis. At in pedibus & manibus tenuiſſimæ, denſiſſimæ, & plurimæ venæ ſunt, itemque nerui tenuiſſimi & denſiſſimi, & plurimi, oſſaque magnitudine minima, eaque præcipuè in manuum ac pedum digitis. Ex digitis autem, nimirum cum oſſa denſa & parua habeant, venæ etiam ac neruos itidem paruos ac denſos, ita ex iſtis ungues tenues & denſi oriuntur, qui extremas venas comprehendunt, adeò vt nec vltcriùs progrediantur, neque alia aliam excedat. Vt proinde minimè mirum videri debeat, ſi ungues exteriore corporis parte denſiſſimi ſint, cum ex denſiſſimis conſtent. Quinetiam vnà cum vnguibus pili in capite radices accipiunt, eorumque natura ſic ſe habet. Hi ſiquidem maximi & plurimi naſcuntur, qua ſumma corporis cuticula rariſſima eſt, & vbi pilus moderatum habet humorem quo nutriatur. Ac ſicubi ſumma cuticula poſtea rara euadit, ibi poſtea quoque pili naſcuntur, veluti in mento, pube, & alio quouis loco. Nam ſimul ac genitale ſemen oritur, caro & extrema cuticula rarior euadit, venulæque magis quam antea aperiuntur. Cum enim adhuc puer eſt venulæque tenues exiſtunt, neque per eas genitura ferri poteſt. Eademque ratio eſt de menſibus virginum.³⁰ At ſimul ac menſibus & genituræ via patet, tum puero & virgini, extrema cuticula rareſcente, pilus in pube naſcitur, ſimulque moderatum neque pauciozem quo alatur humorem habet. Adeundem modum de pilo in viri mento ſe res habet. Rareſcit enim ſumma cuticula, delata in eam à capite humiditate. Simul ſiquidem & in coitu, & intermedio tempore, moderatam humiditatem qua nutriatur pilus habet, tumque maximè, cum humiditas in coitu à capite deſcendens, in mento longè à pectore reſi-

terit,

terit, ibique moram fecerit. In rarissimis autem summæ cuticulæ partibus pilos enasci indicio est, quod si inusta extrema cuticula, pustulam solum excites, eamque persanaueris, vbi summa cutis densior euaserit, nullum ex cicatrice pilum emittere. Qui verò ætate adhuc puerili eunuchi existunt, eam ob causam neque in pube, neque in mento pilos habent, læuesque toti sunt, quod, cum nondum via genituræ facta sit, nusquam rarefcit summa superficiei cuticula. Nam quemadmodum paulò ante à me dictum est, intercepta est genituræ via. Mulieres autem mento & toto corpore glabræ sunt, quod ipsis in actu venereo non perinde agitated humor ac viris, summam cuticulam raram efficere queat. At qui caluescunt, ii sanè phlegmate redundant, quod per coitum in eorum capite agitated & incallescens, in summam cuticulam illapsum, pilorum radices exurit, ita vt pili effluant. Eunuchi autem eam ob causam non caluescunt, quod neque vehementius moueantur, neque phlegma in coitu incallescens, pilorum radices exurat. Cani autem ob id contingunt, quod longo tempore permeante in homine humido, id quod candidissimum est fecernitur, & in summam cuticulam illabitur, ita vt attracta candidiore humiditate pilus quam antea candidior euadat, ipsaque summa cuticula, eo præsertim loco vbi cani sunt, quam quouis alio candidior existat. Quisque à prima origine canos habent in capite, illis summa cuticula, vbi cani sunt, quam alia quæuis candidior existit, quod illic albilissima humiditas insit. Sic autem se res habet. Qualem humorem caro attraxerit, siue album, siue flauum, siue nigrum, talem etiam colorem capillus imbuat. Ac de his quidem hætenus. Deinceps verò quod est reliquum persequar. Postea autem quam summæ corporis pueri partes ramos foras emisserint, vnguesque accapilli radices egerint, tunc sanè etiam mouetur: ad idque masculo trium mensium tempus conceditur, foemellæ verò quatuor. Sic enim vt plurimum contingit, etsi etiam quidam pueri ante hoc tempus mouentur. Primum autem mas mouetur, quod foemella sit robustior: primum quoque conuulscit masculus, cum ex validiore & crassiore genitura constet. Cum autem foetus mouetur, tunc sanè lac de se

significationem matri exhibet. Mammæ enim attolluntur & papillæ turgescent, neque tamen lac prodit. Et mulieribus quidem, quæ densò sunt corporis habitu, tardior est lactis significatio, seriusque fertur, citius verò his quæ raram habent corporis habitum. Lac autem propterea necessario gignitur. Cum uterus sæu intumescens, mulieris ventrem comprimit, si eo pleno compressio illa contingat, quod in cibo & potu est pinguisimum foras in omentum & carnem profilit. Ac veluti si corium copioso oleo perunctum quis imbibere sinat, eoque imbibito corium premat, quo compresso foras oleum exilierit: sic certe ubi venter pinguedinem à cibus & potibus continet, & ab utero comprimitur, quod pingue est in omentum & carnem transilit. Et si raro habitu mulier fuerit, hanc exudationem facilius percipit, sin minus, tardiùs. Quin & pecora cum uterum gerunt, nisi morbo aliquo laborent, potu ciboque ob eam causam pinguiora euadunt, itidemque mulier. Pingui namque incalcescente & candido effecto, quod uteri calore edulcatum est, in mammas expressum tendit, & in uteros quoque exigua portio per easdem venas defertur. Ad mammas enim & uteros eiusmodi venulæ & consimiles aliæ feruntur. Cumque ad uterum peruenerit, lactis formam habet, eoque exiguo puer fruitur. Mammæ verò ubi lac exceperint, attolluntur & implentur. Atque ubi mulier pepererit, suppeditato motus initio, lac in ipsas mammas fertur, si puerum lactauerit. Sic enim se res habet. Dum mammæ exuguntur, venæ quæ ad eas tendunt, ampliores redduntur, & ampliores effectæ, quod pingue est à ventre attrahunt, & in mammas transmittunt. Vir namque si venerem crebro exerceat, ampliores venæ redditæ, semen attrahunt. Quinetiam hæc se res habet ad hunc modum. Cum, quæ à matre ferri consueverunt, ad uterum peruenerint, tum pueri nutrirî & augeri incipiunt, atque ut mater sana ac debilis est, ita etiam puer valet. Et quemadmodum quæ è terra gignantur, è terra nutriuntur, quæ & eodem, quo terra, se habent modo. Semen enim cum in terram demissum fuerit, humore quodam ab ipsa impletur, cum cuiusvis generis humorem terra in se contineat, quo, quæ ex ea nascuntur, nutrire possit. At semen humoris plenum, flauu distenditur & intumescit.

intumescit
cogitur
semen ru
emerferi
triri non
ipsum qu
grauitate
oriuntur
mas radi
10 rit, tum
ce qui fol
putrescent
dam in r
do ortum
crement
nullum
& pingui
potis luc
radices
20 tum inf
amplius
sias, qu
fructus
bens, m
ra nasci
quo ort
Quo ex
quicquid
ipso aqu
30 reddit.
mine de
ram sun
product
boræ en
quod h
humor
quod n
humor
quod g

intumescit, & vis quæ in semine leuissima est, ab humor cogitur, illaque vi spiritus coacta, & humore in folia versò, semen rumpit, & primum folia foras emergunt. Quæ cum emerferint, vbi amplius ab humore, qui in semine inest, nutriri non possunt, tum folia inferiore parte rumpuntur, ipsumque à foliis coactum, vim suam, quæ in eo propter gravitatem est reliqua, ad inferiora demittit, & ex foliis oriuntur radices, ex iisque dependent. Vbi verò planta firmas radices in terram iecerit, ex eaque alimentum sumserit, tum sanè totum evanescit, & in plantam, excepto cortice qui solidissimus est, absumitur. Qui rursus etiam in terra putrescens, progressu sanè temporis evanescit, & folia quædam in ramos finduntur. Ex semine igitur vtpote ex humido ortum, quandiu quidem molle & aquosum fuerit, ad incrementum tum inferiore, tum superiore parte fertur, & nullum fructum edere potest. Neque enim facultas valida & pinguis ei inest, vtex eo semen eogatur. Vbi verò temporis luccessu soliditatem maiorem acceperit, & firmiores radices egerit, tum iam etiam venas amplas, tum superiore, tum inferiore parte obtinent, tuncque sanè ex terra non amplius aquosum attrahit, sed crassius, pinguius, & copiosius, quod à sole calefactum, in extremitates effruescit, & fructus nascitur, cum eo ex quo ortum est cognationem habens, multusque ex paucio iccirco oritur, quòd quæ è terra nascuntur, copiosiore ex ea vim trahant, quam ex quo orta sunt, neque vno in loco, sed pluribus effruescunt. Quo ex feruore prodiens fœtus, planta sua nutritur, quæ quicquid ex terra trahit, in fructum transfert. Sol autem ab ipso aquosum ad se alliciens, fructum coquit & solidiorem reddit. Atque hæc à me quidem dicta sunt de his, quæ ex semine de terra & aqua producuntur. At de plantatis in terram surculis, ex arboribus aliæ arbores hunc in modum producuntur. Ramus in infima ad terram parte, qua ab arbore euulsus est, vulnus habet, & vnde radices prodeunt, quod hoc sit modo. Cum planta in terram defixa, ab ea humorem acceperit, intumescit, & spiritum concipit, quod non facit quod terræ supereminet. Spiritus autem & humor, collecta in inferiore plantæ parte vi, efficiunt vt quod grauissimum est deorsum erumpat, ex eoque teneræ

radices oriuntur. Quod cum inferiore parte acceperit, tunc sanè ex radice attractum humorem ei, quod supra terram eminet, transmittit; tuncque certe superiore parte intumescit & spiritum concipit, & collecta facultate quæ in planta levis inest, folia germinant, iamque tam superiore quam inferiore parte incrementum capessit. Sic iam contrario modo germinant quæ ex semine, & quæ ex taleis in terram defixis proveniunt. Prius enim ex semine folium oritur, deinde radices ad inferiora demittuntur. At arbor primum radices agit, deinde folia accipit, quandoquidem in ipso semine humoris copia inest, & ei quod terra continetur, tantum per initia alimenti suppetit, quantum ad alendum folium satis sit, donec radices iecerit. Quod in talea non contingit. Neque enim ex alio nascitur unde folium primum alatur, verum ramus ipse arboris loco est, eiusque magna pars supra terram prominet, ut proinde humore repleri nequeat, nisi ex inferioribus partibus magna vis quædam proveniat, quæ ad superiora humorem transmittat. Et primum quidem necesse est taleam à terra sibi ad radices alimentum subministrare, deinde à terra attractum sursum transmittere, indeque folia erumpere & incrementum accipere. Cum autem planta incrementum ceperit, ista de causa necessario ramos emittit. Vbi magnam humoris copiam à terra attraxerit, præ copia erumpit, qua parte abundat, illicque planta ramos emittit. Incrementum autem & in latum, tum supra, tum infra, quod terræ inferiora hyeme quidem sunt calida, æstate vero frigida. Quod ea de causa contingit, quoniam terra hyeme imbris à cælo delabentibus mader, iisque grauioribus existentibus in sese comprimitur, ideoque densior euadit, & nullam prorsus transpirationem habet. Neque enim amplius magna raritas adest, ideoque terræ inferior pars hyeme calida est. Nam & humum densius pressum, maiorem in se calorem habet, quam quod rarum est, prætereaque humecta quidem & compressa per seipsa incalescunt, & à calore exusta putrescunt, quod cum densa sint, per ea spiritus permeare nequeat. Sicca verò & rara, multò minùs incalescunt & putrescunt. Sic enim triticum & hordeum humidum & madefactum, multò citius incalescit, quam si siccum fuerit &

rarum.

rarum.
compre
igne co
habere
ex se co
flari ne
plena fi
primat
beat ca
10 aqua in
vltra p
contrà
hyeme
Excitat
eam pe
pia qu
facit, q
sistere
spiritu
20 mitter
fontes
terræ
Nunc
hyem
& leui
se ex
terra
aquis
possis
30 ritus
runc
conti
alio f
ram
quod
vire
vel p
in su
cum

tarum. Quin & vestes pellicæ vehementer colligatæ & compressæ, per se exuruntur, velut ego vidi, non secus ac si igne conflagrarent. At si cui reliqua in considerationem adhibere placeat, is ea omnia quæ compressa sunt, calidiora ex se comperiet, quàm quæ laxius sunt composita, cum persflari nequeant. Sic quoque cum terræ inferiora humore plena sint, ipsaq; cum humore grauis sit & densa, per se comprimatur, per hyemem incalescit, quòd nullam prorsus habeat caloris perspirationem. Verùm postea quàm de cælo
 10 aqua in ipsam delapsa fuerit, in eaq; spiritum excitari, is ultra propter terræ grauitatem permeare non potest, sed contrà in aquam fertur, eamq; ob causam & fontes & mare hyeme quàm æstate, tum calidiores, tum copiosiores sunt. Excitatus namq; spiritus, cum propter terræ densitatem per eam permeare nequeat, in aquam conuertitur, quæ sua copia quocunq; fertur, eo prorumpit, viamq; sibi ampliorem facit, quàm si modica esset. Neque enim aqua in terra consistere potest, sed semper in decliuem locum fertur. Quòd si spiritum ex aqua prouenientem terra per hyemem trans-
 20 mitteret, paucior ex ipsa aqua prodiret, neque per hyemem fontes increverent. Atq; ista omnia eò à me dicta sunt, quòd terræ inferiora hyeme quàm æstate calidiora esse constet. Nunc verò dicendum est, cur terræ inferiora æstate quàm hyeme frigidiora esse conspiciantur. Terra æstate rara est & leuis, nimirum cum sol vehementius irruat, & omnem ad se ex ea humorem attrahat. Aquam autem plus minúsve terra semper in se continet. Spiritus verò omnes nobis ex aquis proueniunt. Quod ita se habere efficiam vt conicere possis. Ex omnibus enim fluminibus & nubibus semper spi-
 30 ritus prodeunt. Sunt autem nubes aqua in aere continua. Ac tunc sanè terra per æstatem rara est & leuis, aquamq; in se continet, quæ in decliue profuit, eaq; decurrente, alius ex alio spiritus inde semper excitatur. Is autem spiritus, per terram leuem & raram fertur, terramq; ita refrigerat, vt simul quoq; aqua perfrigeretur. Exépli gratia, veluti si quis aquam vitæ contentam vehementer premat, & per acus puncturam, vel paulò minorè, aquæ perspiramentum exhibeat, vitæque in sublimi suspendat, spiritus quidem nullus sed aqua tantum per foramen prodibit, quòd amplum satis spacium,

quo exhalet, aqua non habeat. Ad eundem sanè modum aqua in terra per hyemem se habet. Quòd si vtre sublimi suspenso, aqua in eo contenta amplius spatium concesseris, per foramen spiritus exibat. Spatium enim amplius quo per vtre exeat, aqua mota habet, eamque ob causam per foramen spiritus peruadit. Sic certè per æstatem in terra aqua se habet. Amplum enim satis locum ob terræ raritatem obtinet, quodque sol ab ea ad se humorem attrahit, ipsaque terra spiritum frigidum ab aqua excitatum, cum rara sit & leuis, per se transmittit. Ideoque pars eius inferior frigida existit. quin & aqua multò magis quàm spiritus in terra frigidus, ipsaque in sese & in terram spiritum immittit. Simul quoque aquam quæ ex puteo hauritur, semper spiritus, velut flabellum agitat, qui & aquæ frigiditatem inducit. Quæ verò non hauritur æstate, sed immota manens densatur, ea neque perinde vt illa spiritum à terra in sese suscipit, neque ex sese in terram transmittit, simulque à sole & aere per puteum minimè disperso, sed stabili manente, summa eius superficie primùm incalescit, deinde altera pars alteri, ad iumum vsq; caliditatem suam communicat. Eaqu; causa est cur aqua, quæ æstate non hauritur, ea, quæ hauritur, sit calidior. Quin & fontes multum profundi, æstate semper frigidi sunt, & aqua ex iis per hyemem hausta, quando terra calet, ea quidem calida est, intercedente verò tempore frigida est, ab aere scilicet frigido refrigerata. A vento quippe perflatur, & per eam spiritus percolatur. Quæ admodum etiam aqua per æstatem protinus ac hausta fuerit, frigida est, eamque ob causam calefcit. Refrigeratur siquidem quòd terra rara sit, & spiritum in se contineat. At postquam hausta fuerit, si tempus intercedat, quia immota manet, calida conspicitur. Incalescit siquidem ab aere calido, non secus ac putealis aqua per æstatem, quæ non hauritur, ob idipsum calida redditur. Ac ista quidem hac de re à me dicta sunt. Rursus autem repetam, quòd inferior terræ pars æstate frigida est, hyeme verò calida. Superior autem terræ pars, contrario se habet modo. Neque arbori opus est, si modò valere debeat, geminum simul calorem aut frigus adesse. Verùm si superiore quidem parte calor adsit, inferiore refrigerari oportet, contraque, si superiore parte frigus

acce-

accedat, eam inferiore parte incalescere necesse est. Ac radices ubi attraxerint, arbori communicant, arborque radicibus, sicque calidi & frigidi mutua sit dispensatio. Atque haud aliter quam in homine ingestis in ventriculum cibis, qui dum concoquantur, calefaciunt, frigiditatem à potu reddi oportet, sic & in arbore, mutua quædam retributio ex imis ad summa, & contrà, fieri debet. Ideoque tum inferiore, tum superiore parte arbor increfcit, quòd alimentum ex inferioribus & superioribus partibus capessat. Et. quandiu
 10 tenella admodum fuerit, fructum non profert. Neque enim vis illi pinguis & crassa inest, quæ ad fructum satis esse possit. Procedente verò tempore, tunciam ampliores venæ effectæ, in eam ex terra pinguem & crassum humoris fluxum deducunt, quem sol diffundens, & cum levis sit, effervescentem in summas partes educit fructumque profert, & ab eo tenuem quidem humorem deducit, crassiorem verò concoquens & calefaciens condulcat. Quæ verò arbores fructum non ferunt, non tantam habent in se pinguedinem, quæ in fructum consumatur. Quæcunque autem arbor temporis spatio robur acceperit, & firmas radices egerit, iam
 20 penitus omni ex parte crescere desinit. At verò arbores, quæ ex aliarum inoculatione proveniunt, ex non illarum similem, in quas insitæ sunt, fructum ferunt. Quod hoc modo contingit. Principio quidem oculus germinare incipit, cum siquidem alimentum habeat, primum quidem ab arbore à qua avulsus est, tum verò ab ea in quam insitus est. Vbi pullularit, tenues ex se radices in arborem demittit, primumque arboris humore, in quam insitus est, fruitur. Deinde temporis spatio radices in terram demittit, per eam in
 30 quam insitus est, & attracto è terra humore fruitur, indeque alimentum sumit: ut proinde minimè mirum videri debeat, si insitæ arbores alios fructus proferant, cum è terra viuant. Hæc quidem de arboribus & fructibus istam ob causam dicta sunt, quòd imperfecta oratio relinqui à me non debuerit. Nunc verò ad ea reuertar, quorum gratia ista à me dicta sint. Quæ ex terra nascuntur, ea omnia ex terræ humore vivere assero, & quemadmodum terræ humor habet, ita & se habere, quæ ex ipsa oriuntur. Sic & puer in utero ex matre vivit, & ut valet mater, ita & puer. Quòd si quis, quæ de istis

dicta sunt, ab initio ad finem vsque secum reputare volet, ut eorum quæ à terra nascuntur, & hominum naturam per omnia similem esse comperiet. Ac de his satis. At verò puer ubi in utero existit, manibus ad genas adhæret, caputq; pedibus proximū habet, neq; certo dignoscere queas, etiam si puerum in utero videas, utrum caput sursum, an deorsum vergat. Verum quæ cum sustinent mēbrana, ex vmbilico protēduntur. Nunc verò rationem eam explicabo, quam paulo antea me demonstraturum dixi, quæ, quantum humanū ingenium consequi potest, aperta est iis omnib. qui ea de re nosse volent, quòd genitura mēbrana continetur, & in eius medio vmbilicus extat, per quem primū spiritum ad se attrahit, & foras emittit, quodq; ex vmbilico membrana protenduntur. Quia & reliquam pueri naturam, velut à me demonstrata est, ita prorsus se habere comperiet, qui his argumentis, quæ à me proferuntur, uti volet. Si quis enim oua viginti, aut etiam plura, gallinis duabus, aut pluribus, ut excludantur, supponat, & singulis diebus, à secundo exorsus, ad vltimum vsq; , quo oui putamen detrahatur, subtrahat, frangat, diligenter inspiciat, is eo, quo dixi, modo, omnia se habereprehender, si modo auis naturam cum humana conferre licet. Ex vmbilico enim mēbrana protēdi, aliāq; omnia quæ de puero dicta sunt, eodem prorsus se habere modo in ouo gallinaceo comperies. Quanquam, qui hæc nondū observauit, is in ouo gallinaceo vmbilicū inesse mirabitur. Atqui ista ad hunc, quæ à me dicta sunt, modum se habere conspiciuntur. Quando verò mulieri partus instat, tum se mouēte puero, & manib. ac pedibus se iactante, mēbranam quandam internā abrumpi contingit. Quæ rupta cætera imbecilliores fiunt, primumq; rumpuntur, quæ illa cōtingunt, deinde postrema. Ruptis autē mēbranis, tum fortis vinculo exoluitur, & agitatus foras prodit. Neq; enim laxatis mēbranis quicquam ampliū virium habet, neq; vteri puerū ampliū cōtinere possunt, laxatis uti dixi mēbranis & ab ipsis ablatis. Et membrana quæ puerū circumplectuntur, non admodū magna vi utero adhærescūt. Cum verò puer prodit, utero dilatato, qui mollis est, vi sibi viam aperit, & in caput fertur, si secundum naturam exierit. Gratissimæ enim ei sunt superiores partes, ex vmbilico libratæ.

Quan-

Quamdiu autē in vteris manet, validior semper euadit, dum
 membranas decimo mense perrumpat, quando matri par-
 tus instat. Quod si vis quædam puero contingat, etiam ante
 præfinitum tēpus ruptis membranis foras prodit. Quinet-
 iam si alimento à matre prius destituatur, sic quoq; ante tē-
 pus matri partio ingruit, & ante decimum mensem puer e-
 greditur. At verò si quæ ultra decem menses vtero gestare
 sibi visæ sunt, (quod iam sæpè audiui) eē hoc, quem referam,
 modo fallunt. Cum vteri à ventre statū suppeditante spiritu
 distenduntur & intumescunt (id enim contingit) tunc mu-
 lie res se concepisse existimāt. Et si mēses minimè prodeun-
 tes in vteris collecti fuerint, longioremq; moram fecerint,
 subinde alij eō confluunt, interdum quidem statibus, qui à
 ventre procedunt, permixti, interdum verò incalascētes.
 Tunc quoq; sanè non prodeuntibus mēsibus, & in tumo-
 rem sublatis vteris, mulieres vtero sibi gestare videntur.
 Deinde quandoq; mēses sua sponte erumpūt, aut cum alij
 insuper ad vteros ferantur, & priores deturbent, etiā flatus
 egreditur, ac multis iam statim post menstruam purgatio-
 nem vteri dehiscunt, & ad pudendum conuertuntur, atq; eo
 tempore cum viris cōgressæ, eodem ipso die, vel paulò post,
 concipiūt. Atq; harum rationum ac rerum ignaræ, eo tem-
 pore se concepisse reputant, quo mēses suppressi erant &
 vteri intumuerant. Cur autem non longiore quàm decem
 mensium spatio, fœtus vtero gestari contingat, referam.
 Post exactos decem menses, vbi fœtus grandior est, ali-
 mentum & incrementum, quod à matre demittitur, non
 ampliùs puero sufficere potest. Quod enim in sanguine
 dulcissimum est, ad sese attrahit, simulq; aliquantula lactis
 portione fruitur. Quæ cum ipsi pauciora sint, puerq; iam
 plenior factus, plus alimentum quàm adsit, requirat, ipse sese
 iactans, membranas dirumpit. Idq; frequentius experiun-
 tur mulieres quæ primùm pariūt. Neq; enim pueris alimē-
 tum ad decimum mensem satis esse potest. Quod ad hunc
 modum deficit. Mulieribus quibusdam quidem menstruæ
 purgationes abundantes, quibusdam pauciores expurgan-
 tur. Quod si in natura & in genere semper contingat, ipsis
 vterinum est. At quibus pauciora menstrua effluunt, hæc
 pueris quoque sub postremum tempus, vbi iam auctiores

fuerint, cum parcius alimentum suppedient, eos ut iactentur cogunt, & ut ante decimum mensem prodeant, compellunt. Paucus enim sanguis de iuueniculis matribus fertur. Ut plurimum verò, quæ pauca menstrua demittunt, eas sine lacte esse contingit. Sicciores enim sunt, & densiore corporis habitu. Quod verò deficiente alimento foetus exeat, nisi vis quædam inferatur, hoc argumento comprobatur. Auis ex oui luteo nascitur hoc modo. Vbi mater insidet, ouum incalescit, & quod in ouo continetur, à matre agitur, concaléfactumque spiritum concipit, & alium frigidum 10 ab aëre per ouum attrahit. Ouum enim adeo rarum est, ut attractum spiritum satis copiosum ei, quod intus est, transmittat. Et increfcit auis in ouo, & eodem prorsus consimili- que modo in membra distinguitur, velut puer, uti iam antea à me dictum est. Procreatur autem auis ex oui luteo, alimentum verò & incrementum continet, quod in ouo est candidum. Quod omnibus qui animum aduerterint, conspicuum esse potest. Cum autem alimentum ex ouo pullo deficit, neque satis ei suppetit unde viuat, copiosius alimentum postulans, vehementer mouetur in ouo, & membranam 15 circumcirca disrumpuntur. Et vbi auis pullum vehementer moueri senserit, putamen tundendo excauans, ipsum excludit. Atque hæc intra viginti dies contingere solent, idque ita se habere manifestum est. Nam vbi volucris oui testam contundendo excauarit, nihil penitus humoris, quod alicuius sit momenti, in ea inest, quod totus in pullum absumtus sit. Sic etiam cum puer increuerit, mater ei sufficiens alimentum amplius suppeditare non potest. Plus itaque alimentum quam quod adsit foetus postulans, sese iactando membranas disrumpit, simulque vinculis solutus foras prodit. 20 Atque ista, ut longissimæ, decimo mense contingunt. Eaque est ratio, cur brutis & feris eo ipso tempore, quo quæque parere consuevit, nec tardius, partus ingruat. Vnicuique enim animanti tempus esse necesse est, in quo foetui parcius alimentum suppetat ac deficiat, tumque partio inestet. Et quæ quidem minus alimentum foetui suppeditant, celerius pariunt, quæ verò plus, tardius. Atque de his quidem hæcenus. Puer autem, vbi circumcirca disruptæ sunt membranae, siquidem suo momento in caput magis inclinet, facile mulier

lier parit
pius con
amplius
quiescer
tum mul
vel vnâ e
ris auter
tur, eò
corpus d
ces, quæ
sunt, mi
At quæ
si foetus
de alia
quo sece
capite &
viam pa
purgati
mam m
30 duntur
aliis dei
fundum
nanitis
ex vno
Vteri fi
distant
quæ pl
Quod
modum
30 eamque
miseri
que ec
mus. C
argun
gressu
suo fir
cernit
Ad eu
plexu

luer parit. Quòd si in latus, aut in pedes prodeat, (id enim se-
 pius contingit, si illuc momentum vergat, vel propter vteri
 amplitudinem, vel si mater in ipso partus dolore primùm
 quiescere non potuerit) si sic inquam prodeat, difficile par-
 tum mulier sentiet. Iam verò ex his plurimæ, vel ipsi fœtus,
 vel vnà etiam cum suis fœtibus matres periere. Ex puerpe-
 ris autem præcipuè laborant, quæ primos partus experiun-
 tur, eò quòd doloribus non affluerint, & totum quidem
 corpus dolor occupat, præcipuè verò lumbos & coxendi-
 ces, quæ ipsi diducuntur. Quæ verò magis partus expertæ
 sunt, minores dolores sentiunt, quàm quæ primùm pariūt.
 At quæ multoties peperere, omnium minimè dolēt. Quòd
 si fœtus in caput feratur, primùm caput foras prodit, dein-
 de alia membra consequuntur, postremus est vmbilicus, ex
 quo secundæ dependent. Post hæc humor exit cruentus, à
 capite & reliquo corpore vi doloris & caloris secretus, qui
 viam partus purgamenti facit. Post exitum autem saniei,
 purgatio procedit, quo ante dictum est tempore. Et tum
 mammæ, tum aliæ partes humidiores, mulieribus effun-
 duntur, minimùm quidem in ea quæ primùm parit, ac in
 aliis deinceps, quò plures partus expertæ sunt, eò magis ef-
 funduntur, venis à puerperij purgamenti euacuatione exi-
 nanitis. Atque ista à nœ hac de re dicta sunt. Gemelli autem
 ex vno veneris complexu procreantur ad hunc modum.
 Vteri sinus plures & incuruos habent, hos quidem longiùs
 distantes, illos verò pudendo viciniore. Et ex animalibus,
 quæ plura gignunt, plures sinus habent, quàm quæ pauca.
 Quod in ouibus, feris & volucris ad eundem se habet
 modum. Cùm genitura ad duos sinus diuisa peruenerit,
 eamque vteri receperint, neque sinus alter ad alterum trā-
 miserit, ea vtroque sinu separata, membrana vestitur, vitam-
 que eo modo accipit, quo & vnus fœtus, de quo hæc dixi-
 mus. Quòd verò ex vno cōgressu gemini procreantur, hoc
 argumento constat. Canis, sus, & alia animalia, vno con-
 gressu duos & plures fœtus pariunt, quorum quisque in vtero
 suo sinu & membrana conditur. Atque hæc ipsi contingere
 cernimus, eosque omnes eodem vt plurimùm die parere,
 Ad eundem quoque modum in muliere, ex vno veneris com-
 plexu nati gemelli, vterque suo sinu & inuolucro conditur,

& eadem die in lucem prodit, alterumq; prius cum suo inuolucro foras egreditur. Quod autem ex gemellis vnus masculus sit, alter femina, id ideo contingere asseuero. In muliere & in viro, & in quouis animalium genere, in vnoquoque tum imbecillior, tum valentior genitura inest, neque vnico impetu genitura procedit, sed & secunda & tertia iactatione emititur, neque fieri potest, vt quæ prius & quæ postea exit, eiusdem sint roboris. Quemcumque ergo sinum crassior validiorque genitura subierit, in eo mas procreatur, quemcumque verò humidior ac imbecillior, in eo femella generatur. At si in vtrunque valida subeat, ambo mares nascuntur, si debilis in vtrunque, ambo femellæ. Atque omnis ista oratio, ad hunc exposita modum, ad finem perducta est.

Hippocratis de carnibus, liber.

EQuidem adhuc vsq; communibus sententiis, tum eorum, qui ante me fuerunt, tum etiam meis vsus sum. Necessè enim est eum, qui hanc de arte Medica tractationem suscipere volet, commune sententiis principium ponere. De coelestibus autem rebus & in sublimi positis nihil dicere attinet, nisi quantum conferunt ad demonstrandum de homine & de reliquis animantibus, quod ex his constant & procreata sunt, quodq; animo sunt prædita, & quod sanitas & morbus, quodque in homine inest boni vel mali, & mors ipsa inde proficiscitur. Nunc verò ipse meam sententiam proferam. Quod calidum vocamus, id mihi immortale esse videtur, cunctaque intelligere, videre & audire, sentireque omnia tum præsentia tum futura. Cuius pars maxima, cum omnia perturbata essent, in supremum ambitum secessit, quod mihi veteres videntur Æthera appellasse. Altera pars locum infimum sortita, terra quidem appellatur, frigida & sicca, multasq; moriones habens, & in qua multum sanè calidi, inest. Tertia verò pars medium aeris locum nacta est, calidum quid existens. Quarta pars terræ proximum locum obtinens, humidissima & crassissima. His igitur in orbem agitatæ, cum turbata essent, calidi magna pars aliàs in terra relicta est, partim quidem magna, partim verò minor, aliàs etiam valde parua, sed in multas partes diuisa. Et tem-

poris

poris successu à calido rescicata terra, ista in ea tanquam in membranis contenta, circum se putredines excitant. Ac longotempore incalescens, quod quidem ex terræ putredine pinguedinem sortitū est, & minimum humidi habet, id citissime exustum, ossa produxit. Quæ verò naturam glutinosiorem sortita sunt & frigidi cōmunionem habent, ea neque calefacta exuri potuerunt, neque etiam humida fieri, ideo formam longè ab aliis diuersam nacta sunt, & nerui solidi exiterunt, cum non multum in his frigidi inesset. At venæ
 30 frigidi multum habebant, cuius pars circumcirca ambiens, & quod erat glutinosissimum, à calido exassatum, membrana extitit. Quod verò erat frigidum à calido superatum, dissolutum est, ideoq; humidum euasit. Ad eandem omninò rationem, fauces, gula, venter, & intestina ad podicem vsq; caua exiterunt. Frigido enim semper incalescente, quod in eius ambitu glutinosum erat exassatum est, & ambiens membrana tunica euasit. Quod verò frigidum intus erat, quoniam in ipso neque pingue, neque glutinosum multum inerat, colliquatum est, & humidum extitit. Eadem quoque vesicæ ratio fuit: frigidum multum relictum in eius ambitu, à
 40 calido calefactum & dissolutum, humidum extitit, cum neque in eo pingue, neque glutinosum inesset. Quod verò super fuit tunica euasit. Sed & alia quæ caua sunt ad eundem habent se modum. Vbi enim glutinosum pingue superauit, membrana in tunicam euasit. Et vbi pingue supra glutinosum abundauit, ossa exiterunt. Ossium verò eadem est ratio. Vbi enim glutinosum minimè inerat, sed pingue & frigidum abundauit, id celeriter propter pinguedinem exustum fuit, ossaq; durissima & maximè solida facta sunt. Vbi verò
 50 pingue & glutinosum simili portione respondent, hæc ossa sunt fistulosa. Ac de his quidē hæc videtur esse ratio. Frigidum quidem densat, calidum verò dissipat, longo etiam interposito tempore exiccat. Quod si quid pinguedinis affuerit, citius exurit & exiccat. Verum vbi glutinosum cum frigido affuerit, citra pinguedinem exuri nō solet, sed temporis successu incalescens condensatur. At verò cerebrum frigidi & glutinosi sedes est & matrix, calidū verò pinguedinis sedes & matrix. Quod enim dum incalescit primum omnium diffunditur, pingue fit. Atq; iccirco cerebrū, quod

minimum pinguis, plurimum verò glutinosi habeat à calido exuri nequit, sed temporis spatio tunicā membranā, videlicet crassā, nactum est, circa membranā verò ossa, ex eo quod calidum superauit, & in quo pingue inerat. Medulla etiam, quæ dorsalis appellatur, à cerebro ducitur, & neque in ipsa multum pinguis, neque glutinosi inest, non aliter quàm cerebro, eamque ob causam neque medullæ nomine iure donatur. Neque enim reliquorum ossium medullæ similis est, cum sola membranas habeat, quas alia medulla non habet. Atque horum manifesta sunt indicia, quod, si quis nervosa & glutinosa, itemque alia assare volet, cetera quidem citò assentur, nervosa tamen & glutinosa assari nequeant, cum minimum pinguedinis habeant, quod verò dulcissimum est & pingue, celerrimè assatur. At verò viscera hoc modo mihi constare videntur. Et de venis quidem antea à nobis dictum est. Cor autem multum glutinosi & frigidi obtinet, quod à calido calefactum, caro dura & viscida euasit, ipsumque membranā inuolutum cauum factum est, non quemadmodum venæ, & ad venæ maximè cauæ caput annexum est. Duæ enim sunt à corde venæ cauæ, & hæc quidem arteria, illa verò vena caua nominatur, iuxta quam cor positum habet. Arteria verò calidi plus continet quàm vena caua, & spiritus penus est. Ac præter has duas venas, aliæ quoque in corpore insunt. Quæ autem valde caua est, & cordi annectitur, ventrem totum & septum transversum peruadit, & in vtrunq; renem & lumbos scinditur, tumque alias in partes, tum in vtrūq; erus fertur. Quin etiam supra cor ad ceruicem partim quidē dextra, partim etiam sinistra tendit, moxque ad caput ascendit, & in tempora vtraque scinditur. Possunt autem & maximæ venæ numero recenseri, sed vt vno verbo comprehendam, à vena caua, & ab arteria reliquæ venæ in totum corpus dispersæ sunt. Sunt autem maximè cauæ, quæ ad cor, ceruicē, & caput tendunt, & infra cor ad coxendices vsque. Calidumque plurimum in venis & corde inest, eamque ob causam spiritum cor in se continet, quod sit omnium quæ in homine sunt membrorum maximè calidum. Quod autem spiritus sit calidus, facillè intelligas. Cor & venæ cauæ semper mouentur, calidiq; plurimum in venis inest, & quia ex omnibus hominis membris

bris cor sit maximè calidum, eam ob causam spiritum attrahit. Id verò & aliter cognoscas licet. Si quis ignem in domo, in qua nullus ventus spiraret, accendere velit, flama modò minùs, modò magis mouetur. Sed & lucerna accensa ad eundem modum, modò magis, modò minùs agitatur nullo quem quidem spirare sentiamus, vento mota, frigidūq; calido alimentum est. At verò puer dum in vtero est, compressis labris ex matris vtero tum alimentum sugit, tum etiam spiritum, qui in puero calidissimus est, vbi sanè mater
 10 respirat, in cor attrahit. Quinetiā hoc calidum reliquo corpori & omnibus aliis partibus motum præbet. Quòd si quis roget, vnde hoc quis noscitur, quòd puer in vtero trahat & sugat, hoc illi respondere licet. Pueri cum in lucem prodeunt, stercus in intestinis habere conspiciuntur, & simul ac in lucem editi sunt, tum homines, tum pecora, id iis per ventrem secedit. Atqui neq; stercus haberet, nisi in vtero sugeret, neque vt primùm puer natus est, vbera sugere nosset, nisi in vtero suxisset. Ac de cordis quidem & venarum motione, ad hunc se res habet modum. Pulmo autem iuxta cor sic exi-
 20 tit. Quod in humido glutinosissimum erat, cor calefaciens, celeriter exiccavit, veluti spumam, & fistulosum reddidit, multisq; venulis resperfit. At venulas eam ob causam condidit. Quod in glutinoso inerat frigidi, id ipsum à calido colliquatum, humidum est redditum, quod verò glutinosi fuit reliquum, in ipsam tunicā abiit. Iecur verò hunc in modum constitutum est. Humido multo cum calido relictò, absq; glutinoso & pingui, frigidum superauit calidum, & condensatum est. Cuius rei hoc à me proponitur argumētum. Cum quis victimam iugulat, quandiu sanguis calidus est, liquidus etiā manet, vbi verò perfrixit, cōcrefcit. Quòd
 30 si quis ipsum agitet, minimè concrefcit, quòd fibræ nimirū glutinosæ sint & frigidæ. At lien hunc in modum constitutus est. Cum calido & glutinoso, calidi quidem plurimùm, frigidi verò minimum remansit, quantū scilicet ipsum glutinosum cogat, quod fibræ ipsæ in liene existentes constituunt, propter quas mollis & fibrosus ipse redditur. At renes hoc modo compacti sunt. Glutinosi parum, parumque calidi à plurimo frigido condensatum est, & viscus durissimum extitit, & minimùm rubrum, quòd nō multum calidi

simul coierit. Eadem quoque de carnibus ratio est, frigidem quidem carnem constituit, condensauit & fecit, glutinosum autem in foramina abiit, in quibus, velut in magnis venis, humidum inest. Calor per vniuersum corpus spargitur, isque plurimus in corpore inest, & multum frigidi in humido, mirum quantum humidum condensare queat, verum à calore superatum ab eo diffunditur. Quòd autem humidum sit calidum, sic ostenditur. Si quis corporis humani particulam quamecunque voler, secet, sanguis calidus effluet, & quòd diu quidem calidus fuerit, liquidus erit. Vbi verò, tum ab infuso, tum ab externo frigido perfrixerit, pellicula & membrana obducitur. Qua detracta, si quis pauco tempore sinat, aliam enatam pelliculam videbit, eamque si quis semper auferat, alia à frigido pellicula producet. Sed huius rei gratia longior sum, ut ostendam corporis summum aëri obuersum, à frigido & ventis ingruentibus necessarii pelliculam contrahere. Articuli verò hunc in modum producti sunt. Quando ossa constituta sunt, quod quidem in his pingue fuit, celerrimè exustum est, quemadmodum superiore oratione à nobis dictum fuit. Quod autem ex his glutinosum erat, id cum peruri nequiret, medio loco inter vstum & exiccatum comprehensum, à calido in nervos & mucum transit. In mucum verò, quatenus quod ex glutinoso humidissimum erat, calefactum crassius euasit, cum humidum esset, indeque mucus extitit. Ex hoc ipso autem glutinoso vngues producti sunt. Quod enim in eo maximè est humidum, ab ossibus & articulis semper in vngues foras secedit, & à calore exiccatum & arefactum glutinosum redditur. Dentes autem postremi istam ob causam gignuntur. Ex capitis & maxillarum ossibus glutinoso incrementum accedit, & pingue quod inest, à calido exiccatum exurit, & dentes fiunt reliquis ossibus duriore, quoniam nihil frigidi inest. Ac primi quidem dentes ex victus ratione in utero nascuntur, & vbi in lucem editus est puer, ex lacte, dum mammam fugit. Cum verò hi exciderint, ex cibo & potu. Excidunt autem, vbi ad primi alimenti annos deuenerint, quibusdam etiam prius si ex morbo à alimento pullularint, plurimis verò cum ad annos septem peruenerint. At qui postea nascuntur, ad senectutem usque remanent, nisi ex morbo corrumpantur.

tur. Istā verò ob causam dentes reliquis partib. tardius ori-
 tur. In maxilla venæ sunt, earq; huic ossi inter omnia ossa ex
 ventre inferiore alimentum exhibent. Ossa autem qualia
 quidem sunt, tale dant incrementum, vt & reliqua omnia
 tale exhibent incrementum, qualia ipsa existunt. Venæ enim
 quæ per ventrem & intestina feruntur, in quibus cibi & po-
 tus coaceruantur, vbi hi incaluerint, id quod est tenuissimū
 & humidissimum attrahunt, crassissimum autem isthic reli-
 ctum, in inferioribus intestinis in sterco abit. Tenuissimū,
 inquam, venæ trahunt ex ventre & intestinis quæ supra ie-
 iunium sunt, vbi cibi incaluerint. Qui superato ieiunio in in-
 feriora intestina collecti, in sterco abeunt. At postquam
 alimentum eo peruenerit, vnumquodq; eam quā habuerat
 formam cuiq; reddit. Irrigata nanq; alimēto singula incre-
 mentum accipiunt, calidum, frigidum, glutinosum, pingue,
 dulce, amarum & ossa, & reliqua omnia quæ in homine in-
 sunt. Ideoq; posterius dentes producuntur. Dictum autem
 à me etiam est antea, maxillas solas inter ossa venas in sese
 habere, vt proinde copiosius ad eas alimentum, quā ad re-
 liqua ossa trahatur. Et quæ copiosius habent alimentum &
 vberiores affluxum, ex tale ex se incrementum pariunt,
 qualia sanè ipsa existunt, quandiu homo ad integritatem
 increfcit. Increfcit autem vbi cōspiciū adolefcere cernitur,
 quod præcipuè à septennio ad decimum quartum anni ap-
 paret. Quo tempore tum maximi, tum ceteri omnes den-
 tes producuntur, postquam exciderint, qui ab alimento ex
 vtero orti sunt. Increfcit autem & ad tertium annorum se-
 ptenarium, in quo adolefcens euadit, ad quartum vsque &
 quintum septenarium. Quinetiā hominibus plerisq; quar-
 to septenario duo dentes enascuntur, qui moderatores no-
 minantur. Capilli autē ad hunc modum oriuntur. Ab ossib.
 & cerebro eiusmodi incrementum prouenit, ab eo videlicet
 glutinoso, quod circumelica existit, in quo pinguis nihil in-
 est, quemadmodum & nervis accidit. Si quid enim pinguis
 inesset, à calido exustum esset. Ac fortassis mirum aliquem
 subeat, cur in axillis & pube, & reliquo corpore pili multi
 succrescant. Cuius rei hæc est ratio, quòd vbiq; in cor-
 pore glutinosum existit, ibi pili à calore gignuntur. Hanc
 verò ob causam auditio fit. Aurium foramina ad os durum

& siccum lapidi simile perueniunt, cui cavititas fistulosa addita est. Soni autem in durum impingunt, & os cauum per ipsum durum insonat. Pellicula verò in ipso meatu auditorio iuxta os durum tenuis est, ad instar telæ aranei, præ reliquis pelliculis siccissima. Quod autem siccissimum est, id ad sonum concipiendum maximè facere, multis argumentis comprobari potest. Cum ergo plurimum resonat, tum maximè audimus. Etsi nonnulli naturæ historiam scriptis mandantes, cerebrum ipsum sonum facere dixerunt, quod tamen nullo modo fieri potest. Cerebrum enim ipsum humidum est, & ipsum ambiens membrana humida & crassa, eamq; ossa circumdant. Atqui nullum humidum sonū facit, sed quæ sicca sunt. Quæ verò resonant, auditionem faciunt. At verò cerebrum odorandi facultatem habet, cum humidum existat, aridorum odorem cum aëre per cartilaginosa corpora, quæ sicca sunt, attrahens. Cerebrum enim ad nasi cavitatem progreditur, hacq; parte nullum ei os obteditur, sed mollis cartilago spongiæ instar, quam neq; carnē, neq; os appellare queas. Et cum quidem narium caua sicca fuerint, ipsum per se exquisitè magis rerum siccarum odorem percipit. Neq; enim aquam olfacit, cum cerebro sit humidior, nisi computruerit. Putrefacta namq; aqua crassior euadit, & reliqua omnia. At cum nares humidæ fuerint, olfacere nequit, cum ad se cerebrum aërem non attrahat. Ad eundem etiam modum cum cerebrum colloquatū plurimam materiam ex se in palatum, & fauces, & pulmonem reliquumq; ventrem detruserit, id percipiunt homines, & ex capite destillare dicūt, etsi in reliquum etiam corpus destillat, idq; cum calore quodam contingit. At verò eam ob causam videt, quod à cerebri membrana vena ad utrumq; oculū per os pertinet. Per has duas venas ex glutinoso, quod est maximè tenue, ex cerebro veluti per colū transmittitur, atq; ideo ipsam circum se tunicam quæ aëri obuersatur, & ad quam venti ingruunt, talem facit, quale est ipsum oculi pellucidū, eadem planè ratione quam de cæteris tunicis diximus. Sunt autem multæ hæ tunicæ, quæ oculi pellucido prætenduntur, ipsiq; sunt similes. In hoc enim pellucido lumen & splendida cuncta lucem reflectunt. Per hoc igitur in quo lumen reflectitur, visio fit. Quod verò minimè est splendidum, neq; obluce-

oblucet, per illud visio non fit. Reliquum circum oculos album, caro est. Pupilla autem oculi nominata, nigra ob id apparet, quod in profundo sita sit, & tunicæ eam ambientes nigrae existunt. Tunicam verò appellamus, id quod velut pellicula inest, quæ neutiquam ad conspectum nigra est, sed alba & pellucida, & oculi humidū, glutinosum. Sæpe enim conspeximus oculo disrupto, produisse humorem glutinosum, qui quandiu calidus est, liquidus existit, vbi verò perfrixit, siccus euadit, ad instar thuris transparēs. Quod in hominibus & feris ad eundem modum se habet. At oculo infestum est, quicquid in eum incurrit, & venti, & quæcunq; splendidiore quàm in seipso sint. Idq; quis ideo ficti iudicet, quod vnus & eiusdem sint coloris. Quemadmodum os & lingua, & reliquis venter, humida existunt. Sermonis autē in homine causa est, quod totum corpus spiritum intro trahit, eumq; plurimum in suas quisq; cavitates. Is verò per inane foras pulsus, strepitum facit. Caput enim resonat, lingua verò in faucibus interseptum, suo appulsu format, & ad palatum ac dentes impingens, clarum reddit. Quod nisi
 20 lingua suo semper appulsu formaret, non distinctè homo loqueretur, sed singula vnā naturā vocem ederent. Cuius rei indicio sunt muti à primo ortu, qui distinctè loqui nequeunt, sed solam vocem edunt. Neq; verò si quis spiritu foras emissio loqui conetur, id facere queat, quod hinc cōstat. Qui magnam volunt vocem edere, ij attractum externum spiritum foras propellunt, & quandiu perdurat spiritus, magnam vocem fundunt, quæ postea deficit. Quinetiam citharædi, si vt magna voce vtantur opus sit, spiritum intro summo opere attrahunt, & plurimum emittunt, ac vociferantur,
 30 vocemq; quandiu spiritus suffecerit, magnam edunt. Vbi verò spiritus defecerit, desinunt. Ex quibus manifestum est, spiritum vocem edere. Vidi præterea quosdam, qui, cum seipso iugulassent, guttur in totum sibi præsecuerant. Atq; hi viuunt quidem, verū nullam vocē emittunt, nisi quis guttur constringat, ac tum demum ij vocem edūt. Quin & hoc patet, quod præfecto summo gutture, spiritus in cavitates internas attrahi nequit, sed præfectam partem foras effertur. Ita sanè de voce ac sermone simili modo sex res habet. Hominis autem vita septem dierum numero cir-

cum scribitur. Ac primum quidem, ubi genitura ad uterum peruenierit, haberi intra septem dies, quæcunque ex corpore ei accedere necesse est. Id verò quomodo nouerim fortasse quis mirabitur, verum multa ad hunc modum vidi. Meretrices publicæ, quæ in seipfis sæpius id expertæ sunt, ubi cum viro congressæ sunt, nesciunt quando conceperint, moxque conceptum intra se perdunt. Quo postea iam perduto, veluti caro excidit. Eam in aqua coniectam si accuratius inspexeris, membra omnia habere deprehendas, & oculorum regiones, & aures, & brachia. Quin & manuum digiti, & crura, & pedes, & pedum digiti, & pudendum, & reliquum totum corpus in conspicuo est. Liquidò autem constat harum rerum peritis, quòd mulier ubi concepit, statim inhorrescit, & incalescit, ac dentibus stridet, & articulum reliquumque corpus conuulsio prehendit, & vterum torpor, idque iis quæ puræ sunt accidit. Quæ verò crassæ & mucosæ istud experiuntur, earum pleræque hoc non sentiunt. Ac sanè quantum illæ mihi ita indicarunt, tantum etiam me scire profiteor. Quòd verò hominis vita septem dierum numero circumscribatur, hoc quoque manifestum est. Plerique quidem ex his qui septem diebus nihil edere aut bibere volunt, in his moriuntur, quòd si qui eos superauerint, nihilominus tamen moriuntur. Nonnulli etiam ne per in diem à vita discederent, sed ut comederent & biberent persuasi sunt, verum venter non amplius admittit. Ieiunum enim intestinum in his diebus coherescit, quinetiam illi moriuntur. Quin & illud ipsum ex his conicere licet. Puer septimo mense natus, certa ratione in lucem prodiit & vitalis est, cum is rationem & numerum exactè ad hebdomadas respondentem habeat. Octauo autem mense natus, nullus vnquam vixit. Nouem autem mensium & decem dierum fœtus editur & vitalis est, numerumque ad hebdomadas exactè respondentem habet. Quatuor nempe decades hebdomadarum, dies sunt ducenti & octoginta. Hebdomadarum autem decuriam dies septuaginta constituunt. At septimo mense editus partus tres hebdomadarum decurias obtinet, & ad vnâquamque decuriam dies concurrunt septuaginta. Tres itaque hebdomadarum decuriæ, in totum dies ducentos & decem faciunt. Quinetiam morbi acutissimi ad hunc modum hominibus

con-

DE S
congi
riuntur,
& dimid
Quintar
dis & di
mines s
Ad eun
& reliqu
pian, se
to, aut e
hibeat,
homin
mirabi
certè, &
det, ob
contar
primò
& iust
mades
à natu

20

S
bi
prim
men
(sexa
stans
dies
aliqu
iam
creu
pori
est,
puls
qui
dila
cun
&
lè

30

DE SEPTIMESTRI PARTV. SECT. III. 219

conſiſtunt, voluentibus diebus quibus iudicantur, & moriuntur, aut conualeſcunt. Et tertianæ diebus vñdecim, vñ & dimidia hebdomada. Quartanæ duabus hebdomadis & dimidia. In cæteris verò morbis, quoto tempore homines ſani euadent, certa ſententia pronũciari non poteſt. Ad eundem autem modum, vlcera quoq; magna in capite & reliquo corpore, quarto die inflammatione tentari incipiunt, ſeptimo verò inflammatio ſedatur, aut decimo quarto, aut duodeuigeſimo. Quòd ſi quis diligentem curam adhibeat, neque vlcera capitis magna harum rerum imperitus, homines moriũtur. Ac fortè quis harum rerum imperitus, mirabitur factum ſeptimo meſe naſci, atque id quidem certè, & ſæpius vidi. Quòd ſi quis videret, id facile deprehenderet, obſtetrices quæ parturiẽtibus præſunt ad eundem & percontando. Eſt verò & aliud argumentum. Pueri ſæpius ſeptimo anno exacto dentes expleant. Et ſeptem annos pleno & iuſto numero exactè trecentæ & quinquaginta hebdomades conſiſciunt. Quòd autem horum ſingula ſeptenariis à natura regantur, aliàs declarabo.

Hippocratis de ſeptimeſtri partu, liber.

Septimeſtres naſcuntur diebus cẽtum & octoginta duobus, & inſuper addita quadam diei particula. Si etenim primi menſis dies quĩndecim ſupputaueris, quinque verò menſium dies centum quadraginta ſeptem & dimidium (ſexaginta nanq; diebus, vno demtro, ſerè duo menſes conſtant) his ſic ſe habentibus, ad ſeptimum menſem ſuperſunt dies plus quàm viginti, quod eſt anni dimidium, vñ cum aliquantula parte ad diei partem accedente. Cum fœtus iam auctior ad hanc perfectionem deuenierit, & robur increuerit, ipſo iam perfectè aucto magis quàm cæteris temporibus, membranz in quibus iam inde ab initio nutritus eſt, elaxantur, non ſecus ac ſpicarum mēbranz, ad id vi impulſæ, antequam fructus perfectè auctus fuerit, & fructus quidem robuſtiſſimi & maximè pleni, vi illata membranas dilacerant, partumq; accelerant, & ex his pleriq; pereunt. Nā cum parui exiſtant, maiore quàm cæteri vtũtur mutatione, & ex vtero expreſſi per quadraginta dies ex neceſſitate male afficiuntur, quod etiam multos decimo meſe natos

interimit. Ex his autem, qui septimo mense nati sunt, supersunt quidam, licet ex multis pauci, propterea quod ratio & tempus, quo enutriti sunt in utero, effecit, ut ea omnia consequantur, quorum etiam perfectissimi, & qui maximè superstitēs euadunt, cōpotes fiunt, tum etiam quod permutationem senserūt, prius à matre in lucem emissi, quàm octauo mense agrotarent. Etenim si hos labores superant, ita ut in lucem puer prodeat, is tamen superesse nequit ob cōmemoratas affectiones, quas octauo mense, multos quoq; decimo natos, interimere affirmo. Multi autem fœtus eius ætatis, quæ est septem mensium, cū laxatis membranīs in id quod cedit secedunt, ibique alimentum capiunt, primis quidem quadraginta diebus, hi quidem magis, alij minis laborant. Ac propter permutationem ex locis in quibus alebantur, alterationem sentiunt, & circa umbilicum velliçatur, aliq; migrant, tum etiam propter matris labores. Membranae nanq; dum tenduntur, & umbilicus velliçatur, dolores matri patiunt, fœtusque pristino vinculo exolutus grauior euadit. Pluræq; etiam mulieres ex hoc casu in superfebre corripuntur, quedam quoq; vnà cum fœtu pereunt: verū omnes hac febre paucis diebus tentantur. At verò se uteros difficillimè gestare octauo mēse rectè dicunt. Est autem octauus mensis, non solum tempus hoc, verum etiam dies à septimo mense, & nono, & ab anno accedunt. Verū dies non eodem modo, vel dicunt, vel agnoscunt mulieres. Ex eo enim decipiuntur, quod neq; eodem modo se habēt, verum etiam quod quandoq; plures dies à septimo ad quadraginta accedūt, quandoq; verò à nono. Sic enim proratione mensis ac temporis in quo mulier conceperit, contingere necesse est. At mensis octauus minimè ambiguus est. Per hunc enim contingit, ut indicatio difficilis sit. Mea sententia pars in vndecim mensibus, mensis est, licet nō admodum commemorari debeat. Mulieribus autem de partu fides habēda est. Nā & omnia narrant, semperq; dicunt, & semper proferunt. Neque aut opere aut sermone cuiusquam se persuaderi sinunt, sed ex eo, quod sibi contigisse norunt. Etsi verò volentibus aliud dicere licet, quæ tamen decernendi aut de hac sententia pronūciandi victoriæ potestātē habent, semper proferūt & affirmant septimo mēse, & octa-

& octauo
prodire
Quin &
continge
singulis
mo men
bores, q
genariu
Quo ter
10 est, infla
adeo vt
rum ina
uerfione
ptimo c
lic per
tiones i
ad partu
rio, pe
quoad
lores &
20 lier lib
runt, in
affectu
uum n
do ma
mense
cessum
confus
ter ag
30 sum r
non v
fione
quide
ro im
quad
adhu
ctior
nonu
super

& octauo, & nono, & decimo, & vndecimo, partus in lucem prodire, & ex his octauo mense natos minimè superesse. Quin & abortiones plurimas primis quadraginta diebus contingere asseuerant, & cætera quæ in quadragenariis ac singulis mensibus euenire conscripta sunt. Cùm verò septimo mense disruptis membranis fœtus sedem mutarit, labores, qui circa octauum mensem & circa sextum quadragenarium in partu edendo fieri recensentur,prehendunt. Quo tempore elapso, quibus partus foeliciter succellurus

10 est, inflammationes tum fœtus, tum matris dissoluuntur, adeò vt venter emolliatur, tumorque ex præcordiis & laterum inanitate in loca inferiora descendat, ad aptam conuersionem, quæ facilem partus progressionem faciat. Et septimo quadragenario magnam temporis partem fœtus illic permanent. Nam & loci ipsi molles sunt, & transmutationes ipsis faciliores & frequentiores contingunt, ideoque ad partum expeditiores redduntur. Et ex toto quadragenario, per vltimos hos dies mulieres faciliùs vteros ferunt, quoad fœtum conuerti contigerit. Postea verò partus do-

20 lores & labores incumbunt, donec puero & secundis mulier liberetur. Quæ verò mulieres multos pueros pepererunt, in quibus aliquis claudus, aut cæcus, aut alioqui malè affectus fuit, eæ affirmant se in his gestandis, pueri octauum mensem molestiùs tulisse, quàm in his quos nullo modo malè affectos pepererunt. Mutilus enim fœtus octauo mense vehementer ægrotauit, adeò vt etiam morbus abscessum fecerit, non secus ac viris morbi grauiissimi facere consueuerunt. At fœtus, qui alio quouis tempore vehementer ægrotarint, ii priùs intereunt, quam eiusmodi abscessum morbus experiatur. Octimestres autem fœtus, qui

30 non valdè ægrotant, sed vna quapiam parte propter digressionem malè affecti sunt, eorum plarique per quadraginta quidem dies, ob commemoratas causas necessarias, in vtero imbecilles sunt, verùm fani euadunt. Qui verò intra hos quadraginta dies natus fuerit, is superesse nequit, cùm huic adhuc in vtero ægrotanti, post partum mutationes & afflictiones præterea accedant. At qui in vtero ægrotans ad nonum mensem peruenerit, eoque editus fuerit, is quidem superesse poterit. Et supersunt quidem hi non minus quàm

septimestres, quanquam etiam ex his pauci educantur. Neque enim eam habent corpulentiam, quam perfectissimi nati sunt, & laboribus quos in utero non ita pridem perulerunt, consistantur, ita ut tenues reddantur. Is vero potissimum fortis servatur, qui nono mense iam affecto in lucem editur. Validior autem evadit, plurimumque abest a morbis, qui octimestribus contingere consueverunt. Qui enim septimo quadragenario in lucem eduntur, decimestres appellati, hanc enim ob causam præcipue educantur, quod validissimi sunt, plurimumque absunt ab usitatorum puerorum tempore, in quo circa octauum mensis diebus quadraginta ægotantes, male habent. Quin & nonimestres tenues edii in lucem, eorum qui octauo mense nati sunt morbos & affectiones declarant. Quamuis enim pro temporis longitudine corporis magnitudo existit, accedente tamen morborum affectione, neque eduntur carnosii, neque vegetam habent corpulentiam, velut septimestres, qui gestationis tempus in utero sine morbis peregerunt. At vero mulieribus foetuum conceptiones, & abortiones, & partiones, eodem tempore iudicantur, quo & morbi, & sanitas, & mors cunctis mortalibus contingunt. Sed istorum omnium alia quidem diebus, alia mensibus, alia dierum quadragenariis, alia annuo spatio de se significationem præbent. In his enim omnibus temporibus multa quidem cuique conferentia, multa quoque aduersa insunt. Ex quibus quæ conducunt, sanitatem & incrementa, contraria vero morbos & mortem adferunt. Dies igitur inter alios maximè insignes sunt primi & septimi, ac multum quidem in morbis, multum etiam in foetibus possunt. Abortiones enim plurimæ his diebus contingunt. Tales vero effluxiones nominantur, non abortus. Reliqui autem dies intra quadagesimum, minùs quidem insignes sunt, multi tamen decernunt. In mensibus vero omnia, quæ in diebus contingunt, eadem ratione. Et singulis mensibus bene valentibus mulieribus menstrua comparent, tanquam peculiarem in corporis vim mensis habeat. Ex quibus sanè septimi menses in prægnantibus, foetibus perfectionis initium adferunt. Pueris vero ubi septem menses attingerunt, tum alia eximia in corporibus fiunt, tum eo tempore dentes apparere incipiunt. Eadem

dem quo
quæ a m
accom
lute rect
quidem
rò decim
gesimur
tione, &
tur. Qu
ferre. Ad
rios con
latis, qu
ad duos
dem in
es super
gunt et
quàm a
terito, f
bra dis
unt om
cua: su
tempo
famili
ceteri
pubesce
litate
in qua
quibus
verò, i
ginta
esse vi
pitum
plurin
in cor
tià in
pueri
Quin
quan
tati a

dem quoq; est ratio dierum indicatoriorum, si quis fortè ea quæ à me dicta sunt, quæq; cognitionis gratia dicentur, istis accommodare velit. Etenim Medicum qui de agrorum salute rectè cōiectare volet, animaduertere oportet, vt omnes quidem dies in contemplationem adhibeat, ex paribus verò decimumquartum, & vigesimumoctauum, & quadragessimumsecundum. Hic enim terminus pro harmoniæ ratione, & integer perfectusq; numerus à quibusdam ponitur. Quam verò ob causam longum foret in præsentia referre. Ad hunc autem modum per ternarios aut quaternarios contemplari oportet, ternariis quidem omnibus copulatis, quaternariis verò duobus ad duos connexis, & duobus ad duos coniugatis. At verò quadragenariæ primum quidem in fœtibus indicant. Qui verò primos quadraginta dies superauerit, is abortiones quæ ex quauis causâ contingunt effugit. Plures autem primis quadraginta diebus, quàm aliis omnibus abortiones sunt. Quo tempore præterito, fœtus valentiores existunt, & singula corporis membra discernuntur. Et in maribus quidem valde manifesta fiunt omnia. In fœmellis verò per hoc tempus carnes conspicuæ sunt, protuberantias tantum habentes. Longiore enim tempore similia in similibus similiter se habent, & propter familiaritatem ac amicitiam tardius discernuntur. Est in cæteris, vbi à matre seiunctæ fuerint, puellæ citius quàm pueri pubescunt, sapiunt, & senescunt, propter corporum imbecillitatem, & victus rationem. Altera verò est quadragenaria, in qua per octauum mensem fœtus in vtero ægrotant, de quibus hæc tota oratio ad hunc modum est instituta. Tertia verò, in qua, si nascuntur pueri, licet malè affecti, si quadraginta dies euaserint, valentiores sanè magisq; intelligentes esse videntur. Nam & splendorem plenius intuentur, & strepitum audiunt, cum antea non possent, tanquàm hoc tempus plurimum conferat, tum ad alia, tum ad intelligentiam quæ in corpore inesse percipitur. Singularè siquidem intelligentiâ in corpore inesse prima sanè die constat. Nā & in somnis pueri statim vbi nati sunt, ridere & plorare conspiciuntur. Quinetiâ sponte vigilâtes statim ridet ac plorant, etiâ prius quàm diè quadagesimū attigerint. Neq; verò tacti aut irritati ante hoc ipsum tempus ridet. Hebetantur enim vires

muccorum copia. Quin & mors fatali sorte cōtingit. Quod omnibus documento est, omnia quæ existunt, & iisdem natura constare, & mutationes per congruentia tempora obtinere. Quod ex singulis manifestum sit, quæ partim oriuntur, partim decedunt. Anno verò vertente multi quidem morbi, multæ etiam sanitates contingunt, pro temporis ratione quam habent menses aut dies singuli ad septenarios. Quinetiam multa alia eximia in corporibus fiunt, pueris verò dentes excidunt, & alii oriuntur. Quæ autem corporibus accidunt, hæc à me scribentur.

Hippocratis de octimestri partu, liber.

AT verò quod ad partum, qui octauo mense editur, atinet, fieri non posse asseuero, vt duas continenter consequentes afflictiones pueri perferant, ideoque eos qui octauo mense nascuntur, minimè superesse. His etenim accidit, vt ea quæ in vtero est, & ea quæ in partu sit afflictione consequenter laborent, proptereaque eorum qui octauo mense eduntur, nullus est superstes. Quin & decimestres nuncupatos, septem dierum quadragenariis potissimum, in lucem edi, sentio, maximeque vt educuntur, conuenire. Et perfectissimus foetus est primis quadraginta diebus, si verò plures accesserint, perit. Cùm enim multa pauco tempore assumere coguntur, eos multum ægrotare necesse est, ex quibus mors consequitur. Puer autem cùm partus instat, laborare incipit, & in vitæ periculum venire, cùm in vtero vertitur. Producentur siquidem omnes capite sursum, in lucem verò prodeunt in caput multi, ac multò securius liberant, quàm qui in pedes eduntur. Neque enim corporis flexiones puerum in caput procedentem impediunt. Verùm vbi in pedes erumpit, obturamenta magis contingunt. Quin & conuersiones in vtero, aliud creant periculum, & puerorum vmbilicium sepè circa colla implicati conspecti sunt. Ad quamcunque enim partem vmbilicus in vtero se extenderit, per hanc, dum vmbilicus vertitur, puer caput potius circumager, quàm si circa ceruicem conuoluatur. Quod si ad humerum vmbilici iniectus obnitatur, tunc etiam matrem magis laborare, & puerum aut interire, aut diffi-

difficilius
initium in
dem perie
At verò q
lata vi, q
crassiores
Quod cū
more con
tius quā
10 ex eo mo
spiration
hunt, per
matur qu
geruntur
ri affectu
ire coga
transmit
spirituum
miliarita
10 externis
vsum hu
suboriri
doquid
mutatio
est ratio
tur, rep
bus, inc
ingressi
adhære
30 cipes fi
puer ex
quidem
uet, & e
ra ori
enati su
& perf
riuntu
secund
sarij. S

difficilius exire necesse est. Quare multi iam pueri morbi initium in eis obtinentes, in lucem prodire, ex quo alii quidem perierunt, alii verò morbum trahentes superfuerunt. At verò qui facilem & tutum exitum nacti, de repente sublata vi, quam in utero pertulerunt, in lucem exierunt, ii crassiores & maiores statim quam ratio postulet euaserunt. Quod cum iis non ex incremento, sed ex corporis laxo tumore contingat, ex his sanè multi perierunt. Nisi enim citius quam tertio die, aut paulò longiore tempore subsidat, ex eo morbi oriuntur. Quin & lubricæ sunt alimenti & respirationis permutationes. Nam si quid morbosum inuehant, per os & nares inducunt. Et ut tantum alimenti assumatur quantum satis sit, ac minime superet, multò plura ingeruntur, ita ut pro ingestorum copia, & pro corporis pueri affectu, alia quidem tum per os, tum per nares rursus exire cogantur, alia verò per intestinum & vesicam infernè transmitti, cum nihil tale antea contingeret. Quin & loco spirituum & tam cognatorum humorum, cum quibus familiaritatem ac amicitiam in utero intercessisse necesse est, 10 externis omnibus vititur, crudioribus, scicioribus, & ad usum humanum minùs accommodatis, ex quibus multos suboriri dolores, plerisque etiam mortes necesse est, quandoquidem & plerumque viris, tum locorum, tum victuum mutationes, morbos pariunt. Eadem etiam de vestibus est ratio. Pro eo enim quòd carne & succis vestiebantur, tepidis & liquidis ac cognatis, iisdem quibus viri vestibus, induuntur pueri. Umbilicus autè, per quem ad pueros ingressus patet, solus ex reliquis corporis partibus, matri adhærescit, per quas vias eorum, quæ ingrediuntur, participes fiunt, cum reliquæ clausæ sint, nec priùs apertæ quam 30 puer exitum ex utero tentarit. Quod cum fit, tum reliqua quidem omnia patent, umbilicus verò extenuatur, conuiuet, & exiccatur. Quemadmodum enim in his, quæ ex terra oriuntur, fructus turgescunt ad interstitium, ex quo enati sunt, secernuntur ac decidunt: sic etiam adultis pueris & perfectis, umbilicus quidem clauditur, reliqua verò aperiantur, tum ut ea quæ ingrediuntur, suscipiant, tum exitus secundum naturam habeant, qui ad vitæ usum sunt necessarij. Secedunt enim singula, quæ sensim repentia in mo-

dum collectæ cohortis coaceruata fuerunt. Sunt autem vili-
lidiſſimi fœtus, qui ſole maximè nutriti ſunt. Decimeſtres
autem & vndecimeſtres partus ſeptē quadragenariis edun-
tur, eodem modo quo & dimidio anno ſepumēſtres. Plæ-
ræque enim mulieres poſt menſtruas purgationes neceſſa-
riò concipiunt, cum ab his liberatæ fuerint. Mulieri igitur
tempus menſtrum, in quo purgatio ipſa procedet, conce-
dendum, quod vt breuiſſimum tres dies implet. Plæriſque
autem etiam multò plures. Sunt etiam & alia multa, quæ
in viris conceptiones impediunt & morantur. In his iſtud
vel maximè in conſiderationem adhibendum, quòd noui-
luniū, cum dies vnus exiſtat, prope trigēſima mēſis pars eſt.
Duo autem dies ſerè decimam quintam mēſis partem con-
ſtituunt, tres verò dies decimam mēſis partem, cæteraque
ad horum rationem conſideranda, quòdque nec minori ſpa-
tio menſium ſolutio contingere poteſt, neque fœtum conce-
ptio fieri. Ex his igitur neceſſe eſt plæraſque mulieres cit-
ca plenilunium & vterius vtero concipere, ita vt ſæpè vide-
antur ducenti triginta dies vndecimum menſem attingere.
Hi ſiquidem dies ſeptem quadragenarios complent. Cum
enim vltra plenilunium mulier concipit, hoc totum vnde-
cimum menſem attingere neceſſe eſt, vt ſiquidem ad extre-
mum circuitum perueniat.

Hippocratis de ſuperfœtatione, aut, altero conceptu, liber.

Cum mulier ſuperfœtarit, ſi quidem primus fœtus in
medio vtero contineatur, ſuperfœtatum quoque à
priori expulſum prolabitur. Quòd ſi in altero cornu præ-
poſtere conceptum contineat, ipſum poſtea partu eicit,
minimè vitalem, poſtquam vitali fœtu liberatus vterus, la-
xatus & humectus fuerit. Niſi verò ſuperfœtatum confe-
ſſim ſecedar, dolores excitat, fluxum graueolentem, & fe-
brem, faciem, tibias & pedes tumor prehendit, qui ſi diſſol-
uatur, cibum auerſatur, quo ad exciderit. Superfœtant au-
tem mulieres, in quibus vteri os (ſtomachus dicitur) poſt
primum conceptum, non ita valde clauditur, quod euiden-
tibus

ribus qui
fœtatum
nium diſt
ſcit, verū
ro inuolu
difficilen
pur præ
dierit, &
rit, ea ta
foras pro
ſtum ill
huius vo
bus, qua
proming
ſi ambæ
mineat,
crura in
fecerint
vterus.
ſiquidem
pus intus
dem con
extra pu
tu vteru
bet, ſin
ſo, aqua
& cibis
ipſa, ſi p
inunge
tum ve
tur, pue
vteri os
cito, de
trahito
autem
cundus
ſtas in
Quòd
manib

tibus quibusdam signis constat. Clauditur verò, vbi superfoetatum, quod pofterius in lucem emittitur, nondum partium distinctionem habet, sed caro existit, neque intumescit, verum putrescit, donec vtero exeat. Si cui foetus in vtero inuolucrum exierit prius, quam foetus foras prodcat, ea difficilem habet partum, maioreque cum periculo, nisi caput precedat. At cui foetus cum suo inuolucro foras prodierit, & ad vteri osculum accedens rupto inuolucro exierit, ea tantò faciliorem habet partum. Et foetus quidem foras procedit, sed inuolucrum retinetur, & in se contractum illic manet. Cum foetus minimè vitalis natus fuerit, huius ungues caro supereminet, ungues verò tam in manibus, quam pedibus deficiunt. Cum vitali edito foetu manus prominat, ea retro impellenda, quò ad supra repuleris, & si ambæ promineant, ambas retrudito. Quòd si cerus promineat, hoc quoque retro propellendum. Cum verò utraq; crura in conspectu permanserint, neque alium processum fecerint, fotu vtendum, quo maximè humidus reddatur vterus. Odoratum autem fotum esse oportet. Quinetiam si quidem caput in conspectum venerit, reliquum verò corpus intrus fuerit, hoc quoque fotu vteris. Cumque pars quidem corporis in vtero, pars verò in pudendis, pars quoque extra pudenda intumuerit & permanserit, eodem etiam fotu vtitor. Et si quidem per fomentum discesserit, bene habet, sin minùs, os vteri medicamèto aliquo agitato, crasso, aqua diluto, illinito, quod partus dolores adferat. Quin & cibis ac potibus dolores partus promouendi, & pudenda ipsa, si plus quàm conueniat sicca tibi esse videantur, cerato inungenda. Cum pueri capite extra vteri osculum in apertum veniente, corpus reliquum non ampliùs progrediat, puer verò mortuus fuerit, digitis aqua madefactis inter vteri osculum & caput insertis, digitum in orbem circumducito, deinde digito mento subdito, in ostraiecto, foras extrahito. Cum verò reliquum corpus extra pudenda, caput autem intrus fuerit, si quidem foetus in pedes feratur, circumductis in orbem digitis, manus ambas aqua madefactas inter vteri osculum & caput immitto, & extrahito. Quòd si extra vteri osculum, verum intra pudenda fuerit, manibus immissis caput apprehensum extrahito. Sin

autem foetus intus maneat mortuus, neque sponte, neque per medicamenta naturaliter excidat, manu cerato maximè lubrico illita, & in uterum inclusa, humeros à ceruice valido pollicis appressu diuidito. Quam ad rem unguis pollicis adaptandus, eaq; diuisione facta brachia educenda, deinde rursus excitato opere venter discindendus, eoq; discisso interanea sensim eximenda: his deinde exemptis molles costas conterito, quò confidens corpusculum expeditius reddatur, cumq; minimè tumidum existat, facilius exeat. At verò si secundæ non facilè decidant, eæ quidem cum foetu quò ad fieri potest, propendeant, puerpera q; velut super lasano collocetur. Sit autem in altum quid comparatum, vt foetus propendens, suo pondere eas vnà secum foras extrahat. Id verò sensim, non vi, faciendum, ne præter naturam distractæ secundæ inflammationem excitent. Supponendæ igitur foetui lanæ quàm maximè sublata, recens carptæ, quò paulatim cedant, aut vtriculi duo copulati aqua pleni, supra quos lanæ imponendæ, & supra lanas foetus collocandus, deinde vterque vtriculus stilo pungendus, quò sensim aqua defluat, qua effluente, vtres demittantur, ac confidant, his autem demissis foetus vmbilicum attrahit, vmbilicus verò secundas extrahit. Quòd si supra lasanum sedere nequeat, in sella recubitoria perforata locetur. Si verò præ imbecillitate prorsus sedere nequeat, lectum à capite quam erectissimum extruito, vt deorsum declinet, sicq; foetus suo pondere quàm maximè deorsum simul trahat. Sed puerpera ipsa sub alis supra stragula fascia aut loro lato & molli ad lectum alliganda, vt ne lectulo erecto, corpus eius subterlabatur. Ad eundem quoque modum, abrupto aut ante tempus abscisso vmbilico, conuenientibus appensis ponderibus, secundarumeductio moliepda. Hæc enim istorum optima est curatio, minimeq; noxia. At verò si cui puer immoriatur in utero, neque exeat cum humectus fuerit uterus, sed cum nullum ampliùs humorem contineat, is siccescat, primùm quidem puer intumescit, deinde colliquatæ & putrefactæ carnes foras effluunt, postremo verò loco ossa prodeunt, fluorq; eam aliquando prehendit, nisi priùs moriatur. Cum mortuus foetus fuerit, tum aliis signis conicere licet, tum etiam iubere oportet, vt modò quidem

quidem d
conuertat
verrat m
tuus fueri
vuiat; pe
reliquo co
pore dilab
lentus cit
foetus mic
10 tibis pl
prægnan
tur. Qua
parit, vne
re aggre
facile ex
modi fo
dendus v
aut voce
proximè
20 bat. Qu
rus mou
te puer
neq; m
gnanter
bi indic
non ha
oculos,
intum
aures &
30 foetus c
neq; vi
mè vit
tum ig
exhibe
& colo
cibum
cem e
bet, vt
Eadem

quidem dextrum in latus iaceat, modò etiam in sinistrum conuertatur. Dilabitur enim fœtus in utero, quocunque se vertat mulier, velut saxum; aut aliud quippiam, si mortuus fuerit, & pectinem frigidum mulier habet. Quòd si viuât, pecten calidus est, & totus quidem venter vna cum reliquo corpore concidit, nihilq; in eo absque reliquo corpore dilabitur. Si parturienti ante fœtum, multus sanguinolentus citrà dolorem fluxus contingat, periculum est, ne fœtus mortuus exeat, aut minimè vitalis edatur. Prægnantibus plærisque os uteri ante partum prope extat. Mulier prægnans, si venerem non exerceat, partu facilius liberabitur. Quæ gemellos utero gestat eodem die velut concepit, parit, vno autem inuolucro vtrunq; fœtum continet. Mulier ægrè pariente, si fœtus in naturalibus locis hæreat, neq; facile exeat, sed cum labore, neque sine Medici ope, huiusmodi fœtus cum pauci sint temporis, his non ante abscindendus vmbilicus, quàm vrinam reddiderint, sternutarint, aut vocem ediderint, sed sinendi sunt. Mulier verò quam proximè ad fœtum accedat, & si stuat, aquam mulsam bibat. Quòd si vmbilicus infletur, velut uteri osculum, & fœtus moueatur, sternuter, aut vocem edat, tunc etiam spirante puero vmbilicum secato. Si verò non infletur vmbilicus, neq; moueatur, temporis successu vitalis futurus est. Prægnantem mulierem vel oculi retracti & cauiorès redditi, tibi indicabunt, & oculorum candidum albedinem natiuiam non habens, sed liuidius. Quæ partui vicina cauos habet oculos, faciemq; subtumidam, cuiq; corpus totum & pedes intumescunt, tanquam alba pituita derenta videatur, si ei aures & summus nasus albescant, & labra liuida fuerint; fœtus quos gestat mortuos parit, aut viuos malè habentes, neq; vitales, & exangues velut morbosos, aut prius minimè vitales peperit. Huic sanguis aquosus euasit. Post partum igitur odorata supponenda sunt, eademq; cibo & potui exhibenda. Primumq; in facie summus nasus simus euadit, & colorem resumit. Prægnantibus si terra aut carbones in cibum expetuntur, eaque edant, in fœtus capite, vbi in lutem editus fuerit, horum signum apparet. Mulier nosse debet, vrà ei mamma maior sit, ea enim parte fœtus existit. Eadem verò oculi consideratio, maior enim & lucidior

protulserit intra palpebram, qua parte maior mamma ex-
istit. Si cui ex apposisis subdititiis medicamentis non ad-
modum valentibus, do'ores ad articulos obueniant, & den-
tium stridor occupet, pandiculatioq; totius corporis & osci-
tatio detineat, eam magis concepisse spes est, quam quæ ni-
hil tale patitur. Mulier quæ præter naturam crassa & pin-
guis euasit, & pituita repleta, eo tempore non concipit.
Quæ verò sua natura talis est, horum gratia concipiet, nisi
aliud quid impediatur. Mulieribus pleriq; cum menses ven-
turi sunt, vteri osculum sese magis, quam alias, contrehit.
Quæ citò concipiebat, si concipere desinat, bis in anno ma-
nuum & crurum venam sibi secari iubeat. Quæ coxendi-
cum doloribus, aut capitis, aut manuum, aut alterius cuius-
piam partis confluctatur, si, vbi concepit, desinunt, cum verò
liberatus est vterus, rursus insunt, huic conducit, odorata in
potu & subdititiis medicamentis, ad vteri os apponere. Mu-
lierem cui conceptus gratia medebetur, vbi per purgata esse,
osque vteri bene habere videtur, lotam & capite detesto
nullo modo iungito. Deinde linteo inodoro loto circun-
datis capillis, reticulo mundo aut nihil olente obligetur, 10
primum imposito linteo, postea galbano cocto, & ad ignem
non solem emollito, in subdititio ad os vteri appposito, qui-
escere permittatur. Deinde mane exuto reticulo cum lin-
teo, verticem suum alicui olfaciendum præbeat, qui si qui-
dem oleat, probè purgata videbitur, sin minus, malè. Hac
autem ieiuna faciat. Quæ si conceptura non sit, nec purga-
ta, nec aliàs vnquam olebit, neq; si prægnanti in subdititio
apponatur, sic bene olebit. Quæ verò crebrò prægnans fu-
tura est, faciliè concipit, & bene valet, si nullum subdititium
medicamentum apponas, neque purges, eius vertex olebit, 30
aliud verò nihil. Cum verò probè omnia habere videbun-
tur, & ad virum accedere oportebit, mulier quidem ieiuna
esto, vir autem minimè ebrius, frigida lotus, & commodis
alimentis nutritus. Quod si noscat se genituram suscepisse,
tunc ne virum adeat, sed quiescat. Id autem cognoscat, si
quidem vir se semen emisisse dicat, mulier verò præ siccatate
ignoret. Sin vterus genituram ad pudenda remiserit, & mu-
lier humecta euadat, rursus cum viro contumibat, quoad
conciat. Mulier quæ concipit quidem, foetus autem menses
menses

mestres p
sterius, i
stres, aut
dem istur
diem n
stre aut
superer,
piendo f
ditur. Hu
ta cum p
ximè inf
& cribra
gito, pa
Hoc me
dicum,
os vteri
pellito.
cucum
militar
10 nito. S
tima, &
Terrio
ponatu
piet. In
rò quæ
mense
acceda
tione,
velat i
30 lenito
ne opi
collec
pabul
stercor
ca qu
auter
scero
leuito
vento

menses perdit, eo exacto tempore, neque prius, neque po-
 steriori, idque bis aut ter illi contigit, quin etiam si trime-
 stres, aut quadrimestres, aut etiam maiores fetus ad eun-
 dem istum modum perdat: his utri in maiorem amplitu-
 dinem non amplius increscunt, si fetus augetur, & bime-
 stre aut trimestre spacium, aut quantulumcunque tempus
 superet, vel si quando alias augetur, utri non amplius ca-
 piendo fetus esse possunt, sed hac de causa eo tempore per-
 ditur. Huic cucurbitula ad uterum apponenda, qua summo-
 20 ta eum per huiusmodi subdititia medicamenta, quam ma-
 xime inflare oportet. Cucumeris agrestis medullam tufam
 & cribratam, deinde paucam melle copiosiore cocto subi-
 gito, parumque laferis adicito. Mel autem coctum esto.
 Hoc medicamentum specillo illitum, & ea crassitudine red-
 ditum, quam utri osculum suscipere possit, in subditio ad
 os utri apponito, introque quò ad eius interiora penetret,
 pelhito. Liquefacto medicamento, specillum educito, &
 cucumeris agrestis succum eodem modo præparatum, si-
 30 militerque colocynthidem sylvestrem in subditio appo-
 nito. Sub hoc autem tempus in cibo sumat alia quamplu-
 rima, & laferis caulem, & quicquid ventrem inflare potest.
 Tercio verò quoque die subdititum medicamentum ap-
 ponatur, donè rectè habere videatur, ea copia quam reci-
 piet. Intermediis diebus mollientibus utendum. Postea ve-
 rò quam utri os emollientibus compositum fuerit, cum
 menses apparuerint, quiescat, ubi verò sicca fuerit, ad virum
 accedat. Quæ purulentum habet uterum ex partu, aut abor-
 tione, aut alia quavis causa, neque aliter in aluco & tunica,
 velut in tuberculo assolet, pus contineatur, huic specillum
 30 lenitorium in utri os demittere confert. Minus enim utro-
 na opus erit, si specillo cedat. Postea erucas ex tithymallide
 collectas, velut aculeos habentes, quos sensim excindito, ne
 pabulū effluat, deinde sole siccatos terito. Quinetiā vermes
 stercorearios eodè modo in sole siccato, deinde terito. Et eru-
 cæ quidem duorum obolorum Æginensii pondus, vermiū
 autem duplum, & anisi pusillū, aut aliquid id genus permi-
 sceto. Mali enim odoris medicamentum euadit. Ista autem
 leuiter trita vino albo odorato diluito, & ubi epota fuerint,
 venter grauat, & torpor ingruit. Quæ si adfuerint, aquam

nullam insuper potui exhibeto. Quæ conceptionis & pro-
 creationis liberorum est cupida, quæque liberis caret, &
 iam prægnans fuerit ac pepererit, si uteri os siccum aut sum-
 ma parte affectum fuerit, aut conuiueat, neq; rectè se ha-
 beat, sed in alteram coxendiceam, aut ad anum obuersum
 lateat, sese contraxerit, aut oris labrum in se incubuerit: vn-
 decunque igitur asperum aut callosum fuerit, (durefcit au-
 tem & conuiuens & callosum) iis menses non respondent,
 sed pauciores quàm debeant, nec per longius tempus appa-
 rent. In nonnullis verò menses, pro corporis sanitate, &
 vterorum exitu, naturalem & iustum modum nacti sunt,
 vterietiam osculo non admodum ex mensium caliditate &
 humiditate obtuso. Genituram verò ideò non suscipit, iuxta
 eam læsionem, quæ impedimento est, quominus eam os
 vteri malè affectum suscipiat. Huic fomentum toto corpo-
 re adhibeto, ac medicamentum purgans propinato, pri-
 mumq; toto corpore mundam reddito, siue supra, siue in-
 fra opus sit. siue supra tantum. Quòd si supra medicamen-
 tum purgans exhibueris, ante purgationem ne foueto, fo-
 uebis verò, postea infra purgaturus. Si verò supra purgante
 medicamento minimè opus esse videatur, fomentum ante
 adhibito, infra purgans propinato. Vbi autem probè pur-
 gatum corpus videbitur, postea vteros, si conferre videatur,
 crebris inflectionibus foueto. Ad fomentum verò cupressi
 ramenta, lauriq; folia contusa immittito, & calida multa
 lauato. Post recens adhibitum balneum & fomentum, spe-
 cillo stanneo os vteri diducito, & vbi opus esse videbitur di-
 rigito. Aut plumbeo vtitur, initio à tenui ducto, deinde
 crassius adhibeto, si suscipere queat, donec probè habere vi-
 deatur. Specilla autem aliquo molliente diluto, & si confe-
 rat, liquido reddito, intingito. Quæ postrema parte caua
 reddita, deinde ad longiora ligna adaptato, ad eumq; mo-
 dum vtitur. Per hoc autem tempus in potu sumat rædam
 quàm pinguißimam tenuiter concisam, in vino albo odo-
 rato, dulci quàm gratissimo decoctam, & apii semen con-
 tritum, & cumini Æthiopici semen, thusq; quàm optimum.
 Hæc moderata copia, quotq; diebus satis esse videbitur,
 ieiuna bibat, & catellos coctos edat, & polypum vino dulci
 coctum, iusculumq; in potu sumat, & braslicam coctam,
 super-

Superpoto
 hoc autem
 vterios qu
 tur, vno au
 abstinend
 vterorum
 gnium, &
 tum fuerit
 ra, & per l
 10 bo vteri l
 conferre v
 piat: hisq;
 tionem lu
 cto, quan
 ra autem
 habere, e
 esse videat
 to mensu
 biberit, a
 20 rum vsu
 dumque
 ciendam
 emollien
 sicu bene
 dicamen
 emollien
 sus per e
 cament:
 sanum c
 30 commo
 vteros p
 detur, e
 ratione
 concepi
 ebrietur
 meraci
 robustu
 conferr
 nentib

superpoto vino albo, neque siciat, & bis die calida lauet. Sub hoc autem tempus à cibis absteineat, per quod siquidem per vterum quid decedat, & purgatio quædam extra ferri videatur, vno aut altero die adhuc porione vtendum, & specillis abstinentum, tentandaque per suppositicia medicamenta vterorum purgatio. Si cui verò cum vteri os rectum, magnum, & sanum, beneque habitum, & loco conuenienti situm fuerit, menstrua nequaquam apparuerint, vel pauciora, & per longius tempus, minimeque sana, quoniam morbo vteri laborent, inuestigato, & si corpus etiam aliquid conferre videatur, peruestigata causa ob quam non concipiat: hisque hoc se habentibus modo, si adhibitam curationem suscipiat, medelam facito, initio à valentibus ducto, quantum temporis ratio poscere videbitur. In molliora autem desinendum, donec vterus ex purgatione bene habere, eiusque os rectè constitutum, & bene loco positum esse videatur. Quòd si neque à porione, neque medicamento menstrua processerint, nec tamen si moderato tempore biberit, ab hac porione desistendum. Vbi verò ex specillo-
 20 rum vlu rectè habuerit, os stomachi molliendum, faciendumque vt dehiscat, ad viam medicamento subditio faciendam, ex medicamentis ad suffitum accommodatis & emollientibus comparato. Cum verò ex emolliutione & suffitu bene habuerit, vteri purgationem per subdititium medicamentum facito, donec bene habere videatur, ducto ab emollientibus initio, & ad valétia progressu facto, tum rursum per emollientia & odorata desinès. Pluraque enim medicamenta valentia os vlcérant ac mordent. Tum os rectum & sanum constituito, & ad suscipiendam genituram bene accommodato, vteroque sicco reddito flatum inducito. Quæ
 30 vteros præ pinguedine ad conceptum offensos habere videtur, eam quam maximè extenuato, & post reliquam curationem gracilem reddito. Vnum autem tempus ad conceptum maximè accommodatum. Vir autem neque inebrietur, neque vinum album bibat, sed valentissimum & meracissimum, cibisque vtatur valentissimis, calida ne lauet, robustus sit & sanus, & cibis absteineat, qui ad rem minimè conferunt. Cum marem procreare voler, mensibus desinens, aut cessantibus vxorem adeat, & quam penitissi-

mè intrudat, dum semen excernat. At vbi forminam generare vult, cum plurimi menses mulieri fluxerint, necdum cessant. Dexter autem testis, quoad maximè ferri poterit, obligandus, sinister verò si maris procreatio expetitur. Vteri osculum vbi conuiuet, à suffitu quidem dehiscit, ab emollientibus verò emollitur. Ad suffitum autem adhibeto loti corticem, lauri semen, eiusque folia contusa, thus, myrrham, artemisiæ semen aut folia, anisum etiam contusum, aut adipem, & ceram, sulphur, cupressi semen, peucedani radicem, myrti folia viridia contusa, castoreum, asini masculi stercus, allia, styracem, adipem suillum. Quin & si distortum os fuerit, ex his suffitus adhibendus. Hoc quidem igitur modo dehiscit & conuertitur. Ad emolliendum autem os vteri hæc adhibeto, sandaracham, adipem caprinum, fici succum, laseris succum, cyclamini succum, thapsiam, rithymalli succum, cardamomi semen, herbam populum nominatam, castoreum, lini semen, nitrum, ari radicem, staphim agriam, calaminthæ folia viridia, struthij semen, scillæ interiorem partem. Medicamenta emollientia, & vehementem purgationem facientia & cientia. Thapsiæ radicem, medullam bouis, anserinum adipem, rosaceum, hæc trita & simul feruefacta, per quatuor dies in subditio medicamento apponat, & porri succum, vinumq; dulce album bibat. Et resinam, oleum tepidum, cuminum, nitrum. Resina & mel, lana sordida excepta, per dies quatuor adhibeantur, apii semen, thuris granula quinq; & cuminum Æthiopicum in vino albo mero dulci bibat, bisq; die lauet, myrrha, thus, fel bubulum, resina terebinthina, aut netopum, horum singula æquali pondere mixta, in lana pura, aut tenui linteo, subditio apponantur. Linteum autem in unguento albo Ægyptio odorato intinctum, & filo obligatum, lota in subditio apponat, & polypum contusum edat, apii & asparagi semen ex vino albo ter die ieiuna bibat. Myrrha, cassia, thus, ciuamomum, netopum, singula æquali portione lana excepta, aut in glandes efformata, in subditio apponantur. Cucurbitæ agrestis interiorem partem cuminum tostam anethi semen, cupressi radicem, laxissimè trita, & melle cocto subacta, in glandulas efformata, subditio apponito, & præoniæ radicem, apii semen, & laseris

laferis succum in vino bibat. Quia & bulbulus ipse in subdi-
 titio appositus purgat. Et myrrhā primariam, & floris æris
 modicum, cū vino albo odorato, in pello subdito. Medica-
 menta in subditio apposita ad vterum purgandū maximè
 accommodata. Aeris florem & nitri tertiā partem, melle co-
 cto subigito, & in glandulas eius magnitudinis & crassitu-
 dinis quæ conuenire videatur, efformata, ad vteri os in sub-
 ditio apponito. Quod si valentius medicamentum voles,
 elaterium & solum æris florem admisceto, & ita efformatas
 10 glandulas in subditio apponēdas præbeto. Et scilicet rami
 corticem derasum ac læuissimè tritum ammisceto, cū os
 vteri siccius esse videbitur, dimidia portione eodem modo
 apponito. Aliud. Elaterium & æris florem læuiter trita, ad
 duas æris partes vna elaterij addita, hæc diluito, cyclaminū
 tritum cū opportunum esse videbitur, huic ammisceto, &
 in subditio medicamenta efformata, in vellere apponito.
 Medicamēta subditio albos humores purgantia. Artemi-
 siam herbā, nitrum, cyclaminum siccissimū cuminū. A iuda
 Anemisiā herbā viridē tritā, & myrrhā tertiā partem,
 20 vino odorato ammixto, lana alba conuolutam, eamq; vino
 madefactam, in subditio apponendā exhibeto. Vbi verò
 laxati fuerint vteri, nitri, cucumeris agrestis medullam, cy-
 claminum siccissimum in vellere apponito. Subditio me-
 dicamenta omnis generis humores purgare valentia. Sta-
 phidæ agriam viridem tritā in glandulas efformatam, arte-
 misie herbæ folia trita melle cocto obducta, & in vmbra
 siccata, in subditio medicamēta redacta, mulieri vbi subdat
 exhibeto. Aliud. Aeris florē mixtum, aut alumen Egyptiū
 cyclamino dilutum, velut priora melle cocto obducto, vel
 30 in sicum siccum etiam myrrhæ modicum indito. Aliud. Cy-
 claminum tritum vino albo odorato ammixto, in linteo re-
 nuissimo filopuro obligatum, subdendum exhibeto. Aliud.
 Cyclaminum siccissimum, nitrum, cantharidas, adipem,
 sandaracham, eodē modo apponito. De virgine. Virgini, si
 menses suo tempore non appareant, multum & febricitat,
 & doler, sitit, esurit, vomit, in sania vexatur, ac rursus ad
 mentem redit. Vteri mouentur, & cū ad viscera vertun-
 tur, vomitus & febris, ac delirium accedunt. At vbi cess-
 sant, esurit & sitit, & febris mitis ac lenta Epialos dicta

derinet. Huic quidem pelles agninas cum lana & villis calidas ad ventrem adhibere oportet, eaque super amphoræ collo desidere iussa, in ipsa pudenda quam penitissimè fumum immittere. Myrrham sabæ quantitate, & thuris duplam portionem, hæc mixta & feruifacæ simul confiecta ad suffitum adhibeto, & in ignem iniicito maximè cum ieiuna est, multaq; calida lauato. Subdititium medicamentum. Alumen Ægyptium liquidum, lana conuolutum, in subdititio medicamento apponat. Aliud. Artemisiam tritam, & vino albo maceratam, in subdititio apponendam exhibeto. Ad puerperam recens enixam. Rosaceum, myrrham, ceram, mixta, in vellere subdenda exhibeto. Cum verò vteri prociderint, sicca & acerba, tum bibenda, tum ad mouenda offerro: sicum nigam, allium, nitrum, cuminum, hæc omnia læuissimè trita, in vellere subdenda exhibeto. Aliud. Sepiæ testam læuissimè tufam, & vino maceratam, cum leporinis pilis in vellere subdito. Quod si à partu vteri doleant, prisanam, porrum, & adipem caprinum coquat, ex eo modicum sorbeat. Subdititium medicamentum. Nitrum, cuminum, sici æquam portionem. Purgans subdititium & emolliens. Netopum, rosaceum vnguentum, anserinus adeps, tenuibus linteis excepta. Si menses multi decurrant, præoniæ grana nigra bis septem cum vini cyathis duobus propinato. Quod si vteri crebrò exeant, muliere supina reclinata, vteros tepida perluito, admixto mali punici putamine, galla, rhoe rubra in vino contrita, eo illitum vterum intro reponito. Deinde lauri folia ex vino austero propinato. Si verò prægnans mensium profluuium vexetur, stercus asininum siccum, minium, sepiæ testam, læuiter trita, linteis obligata, in subdititio apponito. Quod si secunda non purgetur, elaterium oboli Attici pondere tritum, in vini albi cyathi mensura potui exhibeto & purgabitur.

Hippocratis de dentitione, liber.

PVeri natura pleniores, etiam pro corpulentia ratione plac non sugunt. Voraces & qui magnam lactis copiam trahunt, non pro ratione incrassantur. Ex lactentibus qui urinam multam reddunt, minimè per annu durant. Quibus aluus multum defertur, si bene concoquunt, ij melius habent.

bent. At quibus parum fertur, si voraces fuerint, neque pro-
 ratione nutriantur, ij morboſi ſunt. Quibus verò lacteus
 cibus multus vomitione refunditur, iis aluus ſiſtitur. Qui-
 bus cum dentes erumpunt, aluus crebrius demittit, minùs
 conuulſione tentantur, quibus ſic rarò aluus ſubduci-
 tur. Quibus in dentitione febris acuta accedit, ij rarò con-
 uulſionibus tentantur. Qui cum dentitione, bene habito
 corpore permanent, graui ſomno premuntur, periculum
 eſt ne eos conuulſio prehendar. Quibus hyeme dentes eru-
 20 punt, ſi cætera ſimiliter ſe habeant, ij melius degunt. Non
 omnes dentibus erumpentibus conuulſione tentati mori-
 untur, plerique etiam ſeruantur. Qui cum tuſſi dentiunt, iis
 tardiùs dentes erumpunt, in ipſa autem punção, magis
 extenuantur. Quibus dentientibus, hyems ſuperuenit, ij ſi
 diligenter curentur, dentitionem faciliùs ferunt. Qui plus
 meunt quàm egerunt, ij pro ratione pleniores ſunt. Qui
 non pro ratione meunt, aluus verò à puero cruda crebrò
 tranſmiſit, ij morbis ſunt obnoxij. Qui bene dormiunt, &
 beacè habito ſunt corpore, ij copioſum alimentũ aſſumũt, &
 30 corpori apponitur non ſufficienter diſtributũ. Qui interim
 dum lac ſugunt cibum capiunt, faciliùs à mamma depel-
 luntur. Qui ſæpiùs cruentum & crudum per aluum tranſ-
 mittunt, plerique cum febricitant, ſomnolenti ſunt. Ton-
 ſillarum vlcera quæ ſine febre contingunt, ſecuriora ſunt.
 Quos infantes dum lac ſugunt tuſſis vrget, ij vnam maio-
 rem habere conſueuerunt. Quibus in tonſillis vlcera ſerpẽ-
 tia citò ſuperueniunt, febris & tuſſi perſeuerantibus, pe-
 riculum eſt ne vlcerà recurrentia ſuboriantur. His vlcera in
 faucium anguſtiis periculi plena. Pueri qui eſſari digua ha-
 30 bent tonſillarum vlcera, ſi deglutiant, ſalutis ſignum eſt.
 Qui verò in tonſillarum vlceribus, magis quàm priores de-
 uorare non poſſunt, iis bilem vomitione refundere, aut per
 aluum prodire, periculolum. In tonſillarum vlceribus ſi quid
 araneolum inſit, non bonum. In tonſillarum vlceribus, poſt
 prima tempora, pituitam per os deſluere, quod antea non
 adfuit, vtile, educenda tamen eſt. Quòd ſi cum inceperit,
 poſtea omninò remittat, lubenter amplectendum. Si verò
 non ſic deſluat, verendum. Quibus tonſillæ deſtillatione
 tentantur, plurimùm ſubducta aluus tuſſes ſiccas diſcutit.

Pueris quid concoctum supernè eductum, magis soluit. Tonsillarum vlcera longo tempore citra augmentum manentia, antè quintum aut sextum diem periculo carèt. Qui dum inammam sugunt, multum lactis assumunt, vt plurimum somnolenti sunt. Qui cum mammam sugunt, non bene habito sunt corpore, ij macilenti permanent, & agrè reficiuntur. Tonsillarum vlcera æstate suborta, peiora sunt quàm quæ aliis oriuntur temporibus, citò enim serpunt. Serpentina circa vnam tonsillarum vlcera, in iis qui seruantur, vocem immutant. Serpentina circa fauces vlcera, quæ in magnam molestiam exhibent, & acuta magis sunt, vt plurimum spirandi difficultatem adferunt.

Hippocratis de corde, liber.

COR figura quidem metæ simili, colore autem admodum puniceo, tunica læui circūtegitur, in qua humot modicus, qualis vrina inest, vt cor in vesica conuersari existimes. Ea verò de causa existit, vt validū in custodia vigeat. Humiditatem autē tantam habet, quanta maximè ad æstuantis medellā satis sit. Hoc humidū, cor in serum vertit, pulmonis potū elambendo ebibens, assumens & consumens. Nam cum quis bibit, maximam partem in ventrē demittit. Gula enim velat in suodibulum, & potus copiam, & quæcumque experimus excipit. Cum bibit autem in guttur demittit, verū quasi ex mamma sugens, quantum suo impetu influēs latere possit, Epiglottis enim Græcè dicta, operculum extractum, ne ampliore quidē potum transniferit. Cuius rei hoc est indicium: Si quis enim aquam cœruleo colore aut minio inquinatam, valde sitienti potui exhibeat, præcipuè verò sui. (hoc enim pecus, neque curam adhibet, & immundum est.) Deinde adhuc bibenti iugulum secuerit, hūc potu coloratum reperiet. Verū non cuius hanc manuū actionem aggredi datur. Non igitur nobis fides est detrahenda de potu, quòd in hominis arteriā conuertatur. Verū quam ratione aqua affatim incidens, molestiam & multanti tussim exhibet? hac sanè de causa, quòd ex aduerso respirationi occurrit. Nam quæ per rimam influit, cum iuxta partem feratur, aëris sursum elationi non obstitit, sed quādam vel lauem ipsi viam humectatio præbet. Hunc autem hu-

morem

morem vna cum aëre à pulmone abducit. Aërem itaq; cum medela existat, retrò vt per eandem viam per quã adduxit, ex necessitate reiciat oportet. Humoris verò partē quidem in suam vaginam absorbet, partem etiā rursus vna cum aëre foras ferri permittit. Istaque via cum spiritus retrofertur palatū diuidit. Iusta autē ratione retro recurrit. Neq; enim hæc hominem alere possunt. Quæ verò ratione ventus & aqua, cruda cum sint in hominis alimentum cedat? Verum connatæ affectioni potiùs moderantur. Sed vt ad institutum sermonem reuertatur nostra oratio, cor musculus est validus admodum non nervo, verum carnis spissamento, duos discretos habens in vno amictu ventriculos, vtrinque quidem vnum, qui nullo modo inter se sunt similes. Vnus quidem in dextris ad os situm habet, alteram venam attingens, & hic dexter, inquam, in sinistris. (In his enim totum cor sedem fixit.) Quinetiam hic in totum ampliorem habet capacitatem, & longè altero laxior est, neq; cordis extremam partē occupat, sed postremum mucronem relinquit, solidus item est tanquam foris assutus. Alter verò sub sinistra quidem manima præcipuè situs est, cui maximè è directo respòdet, vbi etiam saltu ipso de se significationē præbet. Septum autem habet crassum, & intus tanquam fossicula excavatur, quæ est ad instar pilæ. Quinetiam pulmonem subit, & suo circūiectu caloris incrementum blandè moderatur. Pulmo enim naturā frigidus, quin & inspiratione perfrigeratur. Ac ambo quidem interiore parte sunt asperi ac velut aliquantulum erosi, & sinister magis quàm dexter. Connatus enim à natura ignis in dextro non est, vt mirum subeat sinistram asperiorē fieri, cum intemperatum aërem inspiret. Sed hæc parte vt calidi robur custodiat, crassitudo intus extructa est. Eorū verò oscula aperta non sunt, nisi quis cordis auriculas eiusq; caput præcidat, tuncq; duplicia oscula in duobus ventriculis erunt conspicua. Vena enim crassa ex vno decurrēs, si secetur, visum fallit. Hi sunt humanę naturę fontes, hincq; flumina excurrunt, quibus corporis alueus irrigatur. Atque hæc vitam homini conferunt, & si rescicata fuerint, homo perit. Prope autē venarum exortū, ventriculis circumobducta sunt corpora mollia, caua, quæ aures quidem nominantur. Neq; aurium foramina habent, non enim clamorē obau-

diunt, verum instrumenta sunt, quibus aërem natura ad se rapit. Et certè præstantis artificis opus esse cenſeo. Qui cum ſpeculatus fuiſſet, viſcus ipſum ex ſanguinis extra venas effuſi diſtentione forma ſolida futurum, totumque trahendi facultate præditum, huic ſolles admouit, quemadmodum fornacibus fuloriis fabri aſſolent, per quos ſpiritum acciperet. Huius autem orationis inde ſumas argumentum, quòd cor tota ſua natura agitari cernas, aures verò priuatim tum intumeſcere, tum concidere. Atque eam ob cauſam, quod ſentio, venulæ quidem in ſiniſtrum ventriculum reſpirationem efficiunt, arteria verò in alterum. Quod enim molle magis attrahit & augetur. Nobis autem erat ex vſu ſuperiniecta cordi tegumenta magis perfrigerari. In dextris enim calor ineſt, adeoque ob affectionem non ſuſceperunt amplum inſtrumentum, vt ne in totum ab eo quod ingreditur ſuperarentur. Reliquæ ſunt cordis membranæ latentes oratione explicandæ, opus maximè vtile. Aliæ namque quædam membranæ in ventriculis, velut aranearum telæ expanſæ oſcula vndique cingunt, & in ſolidam cordis ſubſtantiam fila menta immittunt. Hæ mihi videntur viſceris eſſe nerui, & vaſorum principia aortis exhibere. Eſt autem earum par vnum. Tres enim membranæ ad oſtiola ſingula excogitaræ ſunt, in ſummo rotundæ, quantum dimidiatus circulus. Adeo vt qui rem intelligunt, mirentur quomodo oſcula ipſa, hoc eſt aortarum fines claudant. Ac ſi quis veteris inſtituti probè gnarus, mortui animalis corde exempto, hanc quidem demat, illam verò reclinet, neque aqua in cor penetrare, neque ſtatus emitti poterit. Eæque præcipuè in ſiniſtræ partis vaſis, iuſta ratione exactiorem ſunt molitionem adeptæ. Mens enim humana in ſiniſtro ventriculo à natura inſita eſt, & reliquæ animæ imperat. Neque verò nutritur cibis ac poribus, qui ex inferiore ventre prodeunt, verum ex pura & clara abundantia ex ſanguinis ſecretione orta. Alimētum autem ei abundè ſuppetit ex proximo ſanguinis conceptaculo, radios immittens, & tanquam diſtribuens ex inferiore ventre inteſtinorum non naturale alimentum. Ne verò quæ in arteria inſunt, cibum in fluctuatione conſtitutum remorentur, viam quæ ad ipſam tendit concludit. Arteria enim magna ventrem & inteſtina depaſcitur,

ſcitur, &
teria m
manie
ſtro, in
humor
me di
neque
cio, me
tro ven
rum co
non m
in pul
cor aut
ingred
enim h
ſangu
calefici
iſta qu

10
GLE
GE
pingue
neque
tis ven
albus,
lana ap
humor
ac diſſi
30 reliqu
(parur
cant) n
febris
eas ex
quo ar
raræ e
ſequat
læ etia
accen

scitur, & alimento non primario referta est. Quòd verò arteria magna non alatur eo sanguine qui cernitur, ex hoc manifestum est. Iugulati animalis aperto ventriculo sinistro, in totum solitudo apparet, præterquàm serosi cuiusdā humoris, & flauæ bilis, & membranarum de quibus iam à me dictum est. At arteria minimè sanguine destituta est, neque dexter ventriculus. Hoc igitur vas, meo quidem iudicio, membranis occasionem dedit. At rursus quod ex dextro ventriculo fertur, id quidem etiam ipsum membranarum commissura coniungitur, sed propter imbecillitatem non magno cum assultu impetit. Verùm aperitur quidem in pulmones, vt eis sanguinem ad alimentum præbeat, in cor autem clauditur, non confertim tamen, quo aër quidē ingrediatur, neque tamen admodum multus. Imbecillum enim his est calidum, frigidi copia superatum. Neq; enim sanguis natura calidus est, vt neque alia quædam aqua, sed calefcit. Plurisque tamen natura calidus videtur. Et de corde ista quidem à me dicta sint.

Hippocratis de glandulis, liber.

Glandularum integra & absoluta natura sic se habet. Earum quidem natura spongiosa, raræ, siquidem & pingues, & neque carnem habent reliquo corpori similem, neque aliud quicquam corpori simile, sed friabilem & multis venis referram. Quam si seces, sanguis copiosus, specie albus, & velut pituita effunditur, ad tactum verò tanquam lana apparet. Ac si multa vi digitis contrectaris, oleosum humorem glandula emittit, impleque plærunque conteritur ac dissoluitur. Neque verò admodum egrotant, verùm cum reliquo corpore. Cum autem vel proprio morbo laborant, (parum nanq; etiam cum corpore affectionem communicant) morbi suboriuntur, tubercula, & strumæ subsiliunt, febrisq; corpus detinet. Quibus afficiuntur, ybi humore ad eas ex reliquo corpore confluente, impletæ fuerint. Ex reliquo autem corpore influit per venas, quæ per eas multæ & raræ extenduntur, ita vt ad eas attractus humor facilè consequatur. Quòd si copiosa & morbosa fluxio fuerit, glandulæ etiam reliquum corpus distendunt, eoque modo febris accenditur, glandulæ attolluntur, & inflammationem con-

cipiunt. Glandulæ autem in corpore subsunt, plures & maiores in ipsius canitatibus, quàm in articulis, & quæcunque in aliis humectis & sanguine redundantibus locis continentur. Atque illæ quidem, ut id quod ex superioribus locis in canitates influit exceptum ad se trahant. Hæ verò ut in articulis subortam ex laboribus copiosam humiditatem, quamcunque articuli emittunt, excipiant, sicque superflua humiditas in corpore minimè redundet. Si quid enim statim suboriatur, non tamen postea succedet nimia corporis humectatio. Etenim tum multa, tum pauca in glandulas expenditur. Eoq; modo reliqui corporis abundantiam glandulæ in lucro ponunt, & iis est alimentum accõmmodatũ. Quare ubi viginosæ corporis partes, ibi etiam glandulæ sunt. Quod hoc indicio constat, quoniam ubi glandula, ibi etiam sunt pili. Natura siquidem glandulas & pilos creat, ambo eiusdem utilitatis gratia. Illas quidẽ, ut quod influit (quemadmodum antè dictum est) excipiant. Pilos verò, ut ex glandulis opportunitatem nacti, producantur & augeantur, quodque in extremas partes redundat & expellitur, colligant. Vbi autem corpus siccum, ibi neque glandula, neque pilus inest. Teneræ verò & labore agitatae partes ac humectæ, glandulas & pilos habent. Glandulæ verò etiam sunt ad utranque auris partem, circa iugulares colli venas, pili quoque ibidem. Sub alis utraque ex parte & glandulæ & pili sunt. Inguina & pubes non secus ac alæ glandulas & pilos habent. Hæ quidem inter corporis patres, causæ sunt, & faciliè humoris abundantiam excipiunt. Ex omnibus enim corporis partibus, hæ maximè laborant & mouentur. Reliquæ autem quæ glandulas tantum habent, velut intestina, (habent enim & hæc glandulas ad omentum maiores) pilos non habent. Neque enim in viginosis & humectis terræ locis semen nascitur, neque sursum emergit, sed humoris redundantiæ quæ vim semini infert, putrescit & suffocatur. Quinetiam in intestinis redundantiæ & humoris copia vim infert, neque pilos exoriri sinit. Glandulæ verò maiores sunt quàm alia corporis parte, & expressam ex intestinis redundantem humiditatem depascuntur. At intestina ex vasis ad omentum pertinentibus, humiditatem excipiunt & emittunt, omentum verò his glandulis transmittit. Sed & renes glandulas

dulas habent.
 Sunt autem
 læ. Neque
 fra ad veni
 ciunt, id a
 admodum
 re, cum ad
 Nuncigitur
 glandular
 re, hinc &
 vsum com
 parte sunt
 se comple
 ad caput t
 que enim
 rari poter
 illic retine
 fit in glan
 ca & mod
 copiosa &
 ret, inflan
 ad aurem
 auris, si v
 piofa ac l
 cipit, ex
 iique pef
 quidem
 humores
 cula ori
 ribus par
 fuerit, in
 ligunt, &
 collum. A
 Et de his
 his & po
 tinent, qu
 facit, que
 siquidem
 modum

dulas habent, hi siquidem multa humiditate redundant. Sunt autem hac parte maiores, quam alix quauis glandula. Neq; enim qui influit humor, in renes imbibitur, sed infra ad vesicam defluit. Quare quicquid ex ductibus lucrificiunt, id ad sese attrahunt. Sunt & alix in corpore glandulae admodum parue. Sed nolo mea oratione longius aberrare, cum ad insignes tantum hæc nostra scriptio instituta sit. Nunc igitur ut ad institutum sermonem reuertar, de integra glandularum colli natura dicendum. Collum utraq; ex parte, hinc & hinc glandulas habet, tonsillas vocant, in hunc usum comparatas. Caput cauum & rotundum superiore parte situm est, & humiditatem ex reliquo corpore circum se complectitur, simulque vapores cuiusvis generis sursum ad caput transmittit, quos rursus caput retro demittit. Neque enim quod influit, cum illic sedem non habeat, immorari potest, nisi caput ægroter. Tunc enim non dimittit, sed illic retinet. Vbi verò quod attractum est remiserit, fluxio fit in glandulas, quæ nullam adfert molestiam, quoad pauca & moderata fuerit, eamque glandulae retineant. Si enim copiosa & acris fluxio fuerit, & acris & glutinosa persequeret, inflammatur & intumescit, collumque distenditur, sicque ad aurem procedit. Et si quidem ad utranque aurem, utraq; auris, si verò ad alteram, altera doler. Quod si pituitosa copiosa ac lenta fluxio fuerit, sic etiam inflammationem concipit, ex qua, cum humor sit stabilis, strumæ generantur, istique pessimi colli morbi numerantur. In alas autem tunc, quidem etiam quid confluit, verum ubi copiosi & serosi humores fuerint, ad hunc modum in ipsis quoque tubercula oriuntur. Quin & in inguinibus glandula ex superioribus partibus humiditatem trahit, alioqui si magna copia fuerit, inguinum tumores, bubones dicti sunt, qui pus colligunt, & inflammationem concipiunt, non secus ac alæ & collum. Atque hæc tum bona, tum mala præstare videntur. Et de his quidem hæcenus. At verò intestina multum à cibis & potibus explentur. Quin & humiditatem sub cute continent, quæ tota, veluti prior, absumitur. Morbos verò non facit, quemadmodum etiam in articulis contingit. Crebræ siquidem glandulae & expansæ, neque causæ sunt, neque admodum altera alterius copia fruitor, quando si qua plus ab-

undare velit, neque tunc copiam continere queat. Sed quod in articulum influit, in singulas paucum, & in multas partes diuisum, æqualitatem ipsis præbet. Caput quoque ipsum glandulas habet, cerebrum nempe glandulæ, simile. Cerebrum enim non secus ac glandulæ album est & friabile, iisdemque commodis quibus glandulæ sunt prædictæ caput afficit, cum id humiditate, quæ, ob prædictas à me causas, inest, cerebrum, velut auxilium adferens, defraudat, & ad extremitates magna ex parte per fluxiones, foras emittit. Maius autem est cerebrum quam reliquæ glandulæ, & capilli etiam maiores quam reliqui pili. Maius enim cerebrum, & in amplo capitis spacio sicum habet. Morbos autem & minores & maiores parit, quam reliquæ glandulæ. Parit verò cum ad inferiores corporis partes copiam qua redundat, mandarit. De capite autem fluxiones velut secretionem contingunt, per aures secundum naturam, per oculos, per nares, tres numero. Aliæ per palatum in fauces, in gulam, aliæ per venas in spinalem medullam, in sanguinem, omnes numero septem. Eæ si discedunt, cerebri purgamenta sunt, & nisi discedant, ipsi morbum creant, non secus ac reliquo corpori, si intro, & minime foras discesserint. Ac rursus multa turbatio affatim attrahit, si quidem cerebrum acrem fluxionem emittat, quæ cæteras fluxiones corrodit & attrahit. Et si quidem quod influit magna copia fuerit, descendens fluxio minime cessabit, quoad defluentem copiam exhauferit. Erid quidem quod affluit foras emittens, alterum verò excipiens, semper eodem statu consistens, tum humores trahit, tum morbos creat. Amboque magna molestia naturam debilitant, licet affectiones malitia diffent. Prædictæ si quidem fluxiones naturam affligentes, copiam moleste admodum feruat, & mordentur si quid præter rationem & consuetudinem contingat. At cerebrum noxiam sentit, ipsumque etiam non bene habet. Sed si quidem mordeatur, multam turbationem habet, & mens desipit, cerebrumque conuulsionem sentit, totumque hominem trahit, neque in se vocem edit, sed suffocatur, huicque affectioni apoplexiæ nomen est. Verum interdum etiam aeris non est fluxio, sed quod copiosum irrui, ipsum affligit, & mens conturbatur, & obambulat varia cogitans, & varia videns, morbi mo-

bi mores circumferens effuso risu & peregrinis imaginationibus: Fluxio alia in oculos, ophthalmia appellatur, in qua oculi intumescunt. Quod si ad nares defluxio decumbat, mordentur nares, nihilque aliud grauius accidit. Earum etenim ample sunt viæ, & quæ sibi auxilium ferre possint, præterea verò minimè coaceruatum quod per illas fertur. At verò aurium meatus tortuosus quidem & angustus, cerebrum vicinum habet, ipsis appressum. Quod cum afficitur hoc morbo, plurima excernit, & auris cum tempore à frequenti fluxione circumscribitur, effluitque pus graecolens. Sic se habent fluxiones ad exteriores partes oculis conspicuæ, neque omninò lethales. Quod si fluxio posteriore parte procedat, aut per palatum pituita ad ventrem perueniat, iis quidem ventres fluunt, non tamen ægotant. Sed si infra pituita permaneat, voluuli fiunt, affectiones diuturnæ. Aliis per palatum ad fauces multa & frequens fluxio, morbos tabificos facit. Pituita enim pulmones implentur, indeque pus gignitur, quod pulmones exedit, neque ægroti facile euadunt, & Medicus sua prudentia, si vir bonus & industrius fuerit, ut plurimum causam disquirat. Alius motus ex defluxione capitis per venas in spinalem medullam, cum inde ad os sacrum impetu fertur, spinali medulla eò fluxionem deducente, & in coxendicū acetabula deponente. Quod si tabem fecerit, & utroque modo homo contabescit, neque viuere expetit. Confestim enim scapulæ dolent, simulque ambo pedes & crura consequuntur, tandemque per eunt longo tempore curationem trahentes, neque viribus homo deficit, & moritur. Atque illa mihi de fluxionibus à capite dicta sint. Sunt etiam cerebri affectiones & alij morbi, deliria, insanix, periculique plena omnia, & dolet cerebrum, & reliquæ glandulæ. Habet enim contentionem, & hic alia rursus corporis congressio oritur. Sed & glandulæ in pectoribus mammae vocantur, & attolluntur, & lac faciunt, quibusdam verò minimè. Et mulieres quidem lac habent, viri autem minimè. Mulieribus siquidem rata est etiam glandularum natura, quemadmodum reliquum corpus, & alimentum quod ad se trahunt, in lac vertunt. Et ex utero ad mammas accedit, ad pueri post partum alimentum, quod sanè exprimit, aut etiam sursum mittit omen.

Q

tum ad superiores partes ab ipso factum compressum. At maribus & locorum coarctatio, & corporis densatio. ad hoc, ut ne glandulæ magnæ sint, plurimum confert. Mas enim confertim plenus est, ac vestis instar, tum visu, cum contactu densus. foemina verò rara & laxa, ac veluti fluida, tum ad visum, tum ad contactum. Quare cum rara sit & mollis, humiditatem non remittit. Mas verò non suscipit, cum densus sit, & humorem non desideret, laborq; eius corpus roborat, ut non sit quò superflua excipiat. Sicq; hæc ratio necessario fateri cogit, & pectora, & mammas, reliquumque corpus mulieribus laxa esse & mollia, tum ob vitam desidem, tum ob prædicta, viris verò contrà. Mammæ etiam tubercula & inflammationes pariunt, lac ipsum putrefacientes. Comoda verò superioribus similia obtinent, & reliqui corporis abundantiam interuertunt. Cuius rei testimonium præbent mulieres, quibus per morbum, aut aliam quãdam calamitatem mamma auferitur, & vox ferox efficitur, humoresq; ad gulam deferuntur, multa sputatione vexantur, caput dolent, & ex iis ægrotant. Lac enim ab utero veniens & influens, quemadmodum etiam antea ad superiora vasa¹² transmittebatur, cum ea propria non habeat, in principes corporis partes incidit, cor videlicet, ac pulmonem, & suffocantur.

Hippocratis de ossium natura, liber.

MAnus ossa, septem & viginti numerantur; pedis, quatuor & viginti; cervicis, ad magnam vertebra[m] usque, septem; lumborum, quinque; spinæ, viginti; capitis, vnâ cum oculorum ossibus, octo. In totum vnum & nonaginta, cum vnguibus verò, centum & vndecim. Hominis¹³ verò ossa, ut didicimus, sic habent. Vertebrae supra claviculam vnâ cum magna, septem numerantur. Ad costas verò, totidem quot & costæ, duodecim numero. Ad laterum inanitatem, exteriore parte, vbi coxendices & lumbi, quinque. Semen verò velut fauus, ab vtraque vesicæ parte fertur. Ex his autem locis venæ ab vtraque meatus vrinarij parte, in pudendum feruntur. Potus per fauces & gulam, arteriæ summum (quod larynx dicitur) in pulmonem & arteriam, ex quibus in summam vesicam. Hepar quinque
sum-

Summas fibras habet, fel autem quartæ fibræ adhærescit, quod osculo suo ad septum transuersum, cor, & pulmones fertur. Cor autem tunica circumuestit. Homo intestina crassa maiora, quàm canis habet. Appendent autem ex medianis membranis, quæ Mesocola dicuntur. Hæ verò ex nervis à spina sub ventre procedentibus, renes ex nervis de spina. Cor arteriæ fons cognatus. Vena per septum transuersum fertur hepar, lienem, renes, ad coxendicem, circa posteriorem tibiæ partem carnosam, ad primam summi pedis partem, quæ *Epors* dicitur. Altera autem ex corde sub alas, claviculas, iugula, caput, nasum, frontem, iuxta aures, humeros, dorsum, pectus, ventrem, per cubitum. Alia verò, per alas ad cubitum, in summam manum. Nervorum exortus ab occipitio vsque iuxta spinam, iuxta coxendicem fertur in pudenda, in femora, pedes, tibia, & in manus. Quin & ad brachia, partim quidem in carnes, partim verò iuxta fibulam, in magnum digitum, partim etiam ex carnibus, ad reliquos digitos. Quin & ad latum scapularum os, pectus, ventrem, ossibus, ligamentis connectuntur. Apudendo verò iuxta podicem, ad coxendicis cauitatem partim quidem supra femur, partim verò infra ad genua. Inde ad genu extensus, ad tendinem, calcis os, pedes, alius verò ad fibulam, alij etiam ad renes. At verò venæ ipsæ vtraque ex parte bifariam maximè diuiduntur, partim quidem ab ipsa vtriusque renis parte, partim verò ab altera, & in renes foraminibus sunt peruiæ. Ipsi verò cordis forma, iidemq; cauitatem habent. Ren autem cauitate sua ad magnas venas situs est, vnde procedunt ex ipso venæ in vesicam, qua parte potius per venas ad renes trahitur, deinde per renes aqua velut excolatur, & per ipsa intestina, per quæ simul emittitur. Spongiæ enim est simile quod ab his ad vesicam tendit, illicque vrina à sanguine percolatur & secernitur, eamque ob causam sanè rubra est. Neque enim in renes aliæ venæ feruntur, quàm quæ dictæ sunt, neq; quantum ego sentio, alius locus vbi potius colliquetur. Venæ quæ ad costas porriguntur, sub vnaquaque costa sunt, non ad caput, sed inferius, & ab arteria. Arteria quidem igitur subtermeans, in costas propagines suas transfundit. A crassa autem vena ex corde recurrit vna in sinistram partem inclusa. Deinde hæc

quidem per medias vertebrae ad summas usque costas incedit, non ex æquo suas sectiones costis dextris ac sinistris transmittens, sed æquas quidem, supernè verò in dextris scinditur. Iuxta verò claviculam utranque, duæ quidem venæ sursum, duæ etiam sub pectore feruntur, & partim in dextram, partim quoque in sinistram propagines discinduntur, ad cervicem hæ quidem magis, duæ verò ad cor magis, partim quidem ad dextram, partim verò ad sinistram, ex utraque parte ad costas tendunt, & ab his velut quæ infra sunt scinduntur, donec ei quæ infra à corde recurrit, commisceantur. At verò quæ sanguinem fundit ab arteria hac idè scinditur, quòd hic sublimis est, per cor procedens. Sed infra costas, quæ sanguine fluit & crassa est appellata, rursus vertebrae sese transmittit, & illic adhærescit, nec amplius pèdet, velut supra cum periecur fertur. Ad lumbos autem supra quidem est arteria, infra verò quæ sanguinem fundit, quæ de iecore per septum transversum sublimis procedit, & ad cordis dextram partem, ad iugula usque, simplex fertur, præterquam quantum cum ipso corde communicationem habet, partim quidem iuxta ipsum leviter scissa, partim verò cordis ventriculum penetrans. Deinde à corde in sinistram ad spinam simplex demittitur, & ad superiora quidem corporis ad summas usque costas recurrit, & propagines habet à seipsa, iuxta unamquamque costam, ad pectoris connexionem usque, tum in dextram, tum in sinistram, naturaliter protensas, ipsiusque rectitudo magis ad vertebrae vergit, quam arteriæ extensio, & venæ quæ ex hepate proficiscitur. Ab inferiore verò cordis parte, recta ipsius extensio magis ad vertebrae est, quam quæ arteriæ. Altera autem iuxta cor est, & ad inferiores septi transversi partes ad spinam appensas cōvertitur. Hinc verò propagines ad unamquamque rectitudinem inferuntur, per ossa & carnes se invicem traicientes. Venæ autem crassæ sic se habere natura videntur. Ex oculo iuxta supercilium, per dorsum secundum pulmonem sub pectore, altera quidem ex dextra in sinistram fertur, altera verò ex sinistram in dextram. Quæ autem ex sinistram procedit, per hepar in renem ac testem descendit, quæ verò ex dextra, in lienem, renem & testem. His pudendum pro osculo est. A dextra verò mam-

rò mam-
nistra in-
eundem
fissimæ
paria su-
posterio-
vtraque
tibias a-
igitur &
10 lise exte-
næ è cap-
parte in-
parte in-
inde pe-
lumbos
leolis i-
venæ e-
de in p-
à dextr-
20 nem. A
mam-
intesti-
tis par-
inde e-
cubito
sus ex-
brach-
super-
rò ad
30 finiu-
se hal-
tre pe-
dit. T-
quon-
inter-
duor-
da est
bus a-
mus.

rô mamma in coxendicem sinistrâ, & in crus fertur, & ex
 sinistra in dextram. Oculus verò dexter ex sinistro recipit, ad
 eundemque modum testis sinister ex dextro. At venæ cras-
 sissimæ hoc modo naturaliter se habent. Earum quatuor
 paria sunt in corpore, & quædam quidem ex capitis parte
 posteriore, per ceruicem, parte externa iuxta spinam ex
 vtraque parte ad coxendices & crura deueniunt, deinde per
 tibias ad malleolos exteriores & pedes pertingunt. In dorsi
 igitur & coxendicum doloribus, ex poplitibus & malleo-
 10 lis exterioribus venæ sectiones facere oportet. Alteræ ve-
 næ à capite iuxta aures per ceruicem, iugulares appellatæ,
 parte interiore secundum spinam, ad lumbos vtraque ex
 parte in testes & femora tendunt, & poplites interiores, de-
 inde per tibias ad malleolos & pedes interiore ex parte. Ad
 lumborum igitur & testium dolores ex poplitibus & mal-
 leolis interioribus venæ sectiones facere oportet. Tertiæ
 venæ ex temporibus per ceruicem in scaptula operata, deinde
 in pulmonem deferuntur, perueniuntque vna quidem
 à dextris in sinistras sub mammam, & in splenem & in re-
 20 nem. Altera verò à sinistris in dextras ex pulmone sub
 mammam, in iecur & renem. Hæ autem ambæ in rectum
 intestinum desinunt. Quartæ verò venæ ex anteriore capi-
 tis parte & oculis, sub ceruicem & clauiculas feruntur, de-
 inde ex brachiorum superiore parte sub flexuras, mox per
 cubitos, in manus primas iuncturas & digitos. Postea rur-
 sus ex digitis per manuum volas & cubitos, ad flexuras, per
 brachia verò inferiore etiam ex parte ad axillas, & ex costis
 superiore parte, vna quidem ad lienem peruenit, altera ve-
 rò ad iecur. Deinde supra ventrem ambæ in pudendum
 30 finiunt. Et crassæ quidem venæ ad hunc modum à natura
 se habent. Multæ autem & cuiusvis generis venæ ex ven-
 tre per corpus feruntur, per quas alimentum corpori acce-
 dit. Tendunt autem & à crassis venis in ventrem & reli-
 quum corpus, tum ab exterioribus, tum ab interioribus, &
 inter se mutuò internæ foras, & externæ intrò, transfun-
 dunt. Ad eos igitur modos venæ sectiones faciendæ: dan-
 da est autem opera uti quàm maximè procul à locis in qui-
 bus dolores fieri & sanguis colligi solet, sectiones facia-
 mus. Ad hunc enim modum vel minimè magna repente

mutatio continget, & translata consuetudine efficios, vt ne amplius ad eundem locum coeat. Iecoraria autem per lumbos ad magnam vsque vertebra deorsum fertur & verticulis se adicit, indeque sublata per septum transuersum cor petit, & hæc quidem recta ad iugula tendit. Hinc verò partim ad ceruicem, partim ad scapulas, quædam etiam inferius paulò reflexæ, ad vertebra & costas declinant, à sinistris quidem vna prope iugula, à dextris verò in aliquem ipsius locum. Alia verò vtrinque reflexa, alia paulò inferius deflexa, vbi illa quidem deficit, costis se adiicit, donec ei quæ ab ipso corde procedit, ad sinistras deflexa se adiunxerit. Deorsum verò demissa, secundum vertebra descendit, donec ea perueniat vnde se sublimè erigit, costis adhærescens, & reliquis omnibus vtrinque singulis per se sola propagines mittens, à corde quidem in aliquem locum, ad sinistra magis deflectit; postea arteriæ se submittit, quousque consumpta fuerit, eoq; peruenerit, vnde iecoraria sublimis emerfit. Quò antequam perueniat, ad extremas duas costas bifariam scinditur, & in vtranque verticulorum partem progressa, ibi conditur. Altera verò recta ex corde iugula petens supra arteriam euadit, indeq; quemadmodū quæ ad lumbos arteriæ subtenfa est, in iecur infilit, & modò quidem ad portas & fibræ, modò verò in id quod est reliquum deinceps excurrit, paulò infra septum transuersum, quod ita hepatis adhærescit, vt facillè separari non possit. Bipartitò autem ad clauiculas scinduntur, & hinc & inde sub pectus ad imum ventrem pertingunt. Quoniam verò inde ferantur, nec dum mihi constat. At septum transuersum ad vertebra iuxta costas situm habet, qua parte renes ex arteria vtrinq; eminent. Arteriæ verò ex his enascuntur, quæ vtræque ex parte neruum habent. Eaque in parte cum ea quæ à corde recurrit iecoraria desinit. A iecoraria autem per septum transuersum duæ maximæ venæ hinc & inde subleuantur, quæ multisidam per septum transuersum propagationem emittunt, eiq; complexu adhærent, in superna verò illius parte quodam modo magis conspicuæ cernuntur. Duo autem crassi nerui ex cerebro infra magnæ vertebra os superiorem parte gulam versus magis, ab vtraque arteriæ parte vterque progressus, in se velut in vnum coeunt, deinde vertebra

tebræ & septum transversum ibi exoriuntur, vbi desinunt. Quidam tamen ambigunt, & ab hac communione ad iecur & lienem ferri videntur, alius nervus vtrinque ex vertebra ad claviculas secundum spinam, per obliquam vertebrarum partem extenditur. & costis distribuitur. Atque ij non secus ac venæ ipsæ, per septum transversum ad mesenterium pertendere mihi videntur. Vbi verò ipsæ desinunt, rursus ab eo loco vnde septum transversum exoritur, continuitate quadam, per medium infra arteriam, quod est reliquum ad vertebra, quemadmodum venæ emittunt, quoad os sacrum totum percurrentes, ibi consumti condantur. Ossa corpori firmitatem, rectitudinem ac formam præbeant, nervi verò flexionem, contractionem & distentionem. Carnes autem & cutis, omnium, colligationem ac connexionem. Venæ per corpus diffusæ, spiritum, fluxionem, & motum exhibent, ab vna multas propagines emittentes. Atque hæc vna vnde exordium sumat, & vbi desinat, non satis mihi compertum est. Circulo enim facto, principium non inuenias. Eius autem appendices vnde pendeat, & qua corporis parte desinant, & quod vna cum his communione habeat, & ad quæ corporis loca disponantur, ego declarabo. Capiti quidem ad medium, ex obliquo vena lata & tenuis, non multi sanguinis obducitur. In cerebrum enim ad suturas, multæ venulæ & tenues radicibus infixæ sunt, & circum caput totum ad frontem vsq; & tempora dilatantur. Ipsa verò retro caput, exteriore parte, secundum spinæ cutem recta tendit, inde autem iuxta exteriorem & interiorem venam, ex his quæ in iugulis sunt, demittitur, vltra aures verò diuisa, à gena extra fertur crassa.

30 Ab hac multæ & tenues ad linguam procedunt, præter eam quæ sub lingua, aut sub maxillares dentes fertur, quæ lata per claviculam, subter scapulas pertingit, eaq; parte ab ipsa pullulat vena humeralis appellata, per nervum qui summo humero supponitur. Hæc autem sanguine fluit & redundat, ruptaque & diuisa non nisi ægre curatur. Altera siquidem ex parte nervo lato conneditur, altera verò cartilago est. Medium verò horum locum ipsa continet, & pellicula spumosa. Loco igitur vacuo existente, cum neque illi carnes adnascantur, facile frangitur. Quod si hæc in par-

tem sanguis suffundatur, locum amplum nactus, liberationem non habet, sed indurefcit. Induratus verò morbum & dolorem creat. Atque hæc quidem quâ prius dixi permeat. Illa verò sub scapulis, crebris & tenuibus, ac implicatis inter se venis, sub mammas propagines emittit, & per humerariam cartilaginem declinans, ipsa subter distributa, ad brachium tendit, musculum ad sinistram habens. Dextra verò circa humerum scinditur, & cubiti superiorem partem, inde cubitum vtrinque interfecans, postea rursus ad primam manus iuncturam ferretur, indeque iam defluens, tota per manum pererrabundè radicibus inhæret. At verò vena principalis, quæ secundum spinam sparsa, per dorsum iugula & gulam, in cor inseritur, ex sese venam insignis magnitudinis & multa oscula habentem circa cor emittit, inde verò ad os procedens, fistulam fecit, quæ arteria per pulmonem permeans nominatur, paucum quidem sanguinem, sed multum spiritum continens. Nam propter visceris amplitudinem & raritatem, multis quidem locis per pulmonem riuos deducit, cætera verò cartilaginea facta est. Quare si quid sanè vel in potu, vel in spiritu ac sanguinis transitu, non consuetum ad has pulmonis vias delatum fuerit, nimirum cum venæ eiusmodi existant, & vilcus ad instar spongiæ, multum humorem capere possit, supraque vt sit à natura comparatum habeat, cumque hæc lex sit humoribus ingredientibus constituta, prætereaque non multus sanguis per has venas constringatur, neque citò procedens, ea quæ illabuntur educat, his non subductis, sed intus remanentibus, callosa concretio & durities enascitur, *καρπος* Græcis dicitur. Sic autem deperit quicquid alimenti vicinum est, cum summi arteriæ capitis aditus etiam ad externas partes talis existat. Atque interceptis à callosa duritie transitibus, velox & difficilis spiratio corripit, cum hi spiritum neque per hanc viam emittere, neque facile attrahere queant. Ex quibus sanè hi morbi oriuntur, quales sunt crebræ & densæ spirationes (*σφοδρὰν* vocant) & tabes siccæ. Quòd si collecta in his humoris copia superet, ira vt crassior redditus cogi nequeat, & putridum pulmonem vicinasque partes reddit, euaduntque suppurati & tabidi. Huiusmodi autem morbi ex aliis etiam causis

. oriun-

oriuntur. Inde autem vena hæc pulmonem occupat, & per duas magnas fibras ad interiora conuersas, sub septo transuerso ad spinam extenditur, alba & nervosa, in reliquum condensatum corpus venulas emittens, indeque per vertebrae crebris venulis in spinalem medullam hederæ in modum conuoluta inseritur. Atque aliæ quidem venæ in corpus distributæ, ex omnibus partibus ad spinam contédunt, quarum vnaquæque quod tenuissimum est & purissimum colligens, huc effundit. Ipsa verò quæ superextenditur per
 10 demissos cirrhus in idem adducit, indeque in renes tenuibus ac fibrosis venis iuxta spuriam costam radicibus firmatur, & hinc contendens condensatur, postea etiam ad podicem in neruum abit, musculosque adducentes comprimens, ipsi inseritur, & in vesicam, testes, & adstites, multiplicibus in-textis tenuibus & solidis ac fibrosis venis, radices mittit. Inde crassissima & rectissima ipsius pars, retro versa, in caulem abiit, quod est pudendum. In reflexione autem ad eadem ipsa adaptatur, & per pectinem supra, sub ventris & venæ ipsius cute, prorumpit ad eas quæ deorsum feruntur, quæ
 20 que in sese mutuò deriuantur. Per pudendum autem enascuntur venæ crassæ & tenues, & densæ & incuruæ. In feminis verò, ipsa ad vteros tendit, vesicam & urinæ meatum, indeque recta procedit, & mulieribus quidem circa vteros suspensa est, masculis verò circa testes disseminatur. Ob eam ipsam naturam, hæc vena plurima vim genitalem habentia comprehendit. A plurimis enim & maximè sinceris partibus nutrita, cum paucum sanguinem contineat, caua, & nerui instar crassa, spirituque referta existat, sub pudendoque contenta, pertingentes ad spinam venulas vi
 30 adducit. Quæ verò non sunt vi adducta, tanquam cucurbitula in seipsas trahens, omnia in superiorem venam emittit. De cæteris autem corporis partibus in hanc confluit, eius verò pars multò maxima de medulla (velut dictum est) coaceruatur. Ad id verò voluptas accedit, quod vena ista genituræ sit plena. Cum ergo per reliquum tempus aliquo sanguine & spiritu abundare soleat, ea plena & calefacta, deorsumque confluyente semine, quæ in se habet constringit. Spiritus autem qui inest, præsensque vis & caliditas, venularumque continens vndique contentio, titillationem

intus facit. Illa verò quæ ex se propaginem deduxit, & per dorsum & ingulum secundum spinam distribuitur, venulis multis costas inuoluit, & vertebrae per carnes alternatim obducit, ita ut bene nutrita & semine referta sit. Ipsa autem iuxta nates progreditur, per musculum sub femore altè demersa, ad nates verò in coxæ acetabulo, iuxta caput, in venam perforatur, quæ femori respirationem præbet, & ultra femur, flexuram versus quæ est ad genu fertur. Alteram verò ad inguina demittit, crebris radicibus, & quæ non facile conuertitur. Quæ autem per musculum tendit, circum genu dispergitur, & per ossis tibiæ summam partem venam in fistulam excavat, quæ medullam nutrit, & per infernam tibiæ iuxta pedis connexionem deducitur. Ipsa verò per genu patellam, interiøre parte per tibiæ musculum profundè extenditur, & implicatur per malleolum, intus crassa & sanguine referta, hicq; circum malleolum & tendinem, ægrè discretas venas conuoluit. Ipsa verò ad inferiorem pedem sub primam plantam decurrit, hicq; implicata, & ad magnum digitum innixa, duplicem venam sanguine refertam, superiori parte sub cute ex prima planta refertur, & ad malleolum externum crassa apparet, supraque distribuitur iuxta oppositum anteriori tibiæ radium. At iuxta posteriorem tibiæ partem carnosam, fundam facit, quodq; hinc est reliquum, iuxta internam genu partem extensum est. Immittit etiam & in patellæ genu venas, & ad interiorem patellæ partem cauam, venam inuoluit, quam si quis dolore afficiat, celerrimè biliosum ac serosum humorem colligit, ipsa verò iuxta internam genu grauitatem prorūpit. In poplites verò multas implicatas venas, velut stolones producit, quæ inde iuxta nervos femoris inferiores extensæ, etiam in testes & in podicem radices emittunt, & circa os sacrum tenues in vnum circutenduntur. Quæ verò ad interiorem genu partem peruenit, sursum iuxta internam femoris partem, ad inguen tendit, & per coxendicem ultra ad spinam & lumbum foras procedens, crassa & lata, sanguineque referta, sursum porrigitur ad hepar, & bifidam producens sanguine plenam, dextram hepatis fibram ad renem continet. Ipsa verò subter hepatis regionem distributa, in crassam venam scinditur, reflexaq; in partem hepatis crassiorem

orem inferitur, & altera quidem ipsius pars in visceris superficie adhærescens, vbi fel est, multis radicibus tanquam cirrhis per hepar est implicata, altera verò per internam eius partem velut per riuos deducta. Duæ verò venæ inter duas latas fibras se explicant, & vna quidem per vertices & cutem penetrans, ex umbilico emergit. Altera verò suo appressu spinam & renem attingens, in vesicam pudendumque ancoræ in modum insita est. De coxendice autem sursum procedens, ad imum ventrem multas errabundas venas deduxit, costasque & vertebrae ad spinam annulorum modo connexuit, & propagines in multas venas transmisit, intestinaque ac ventrem inferiorem inuoluit. Et hæc quidem ex imo ventre ad mammas, & supra mentum ac summos humeros exporrectæ, cōnexæ sunt. Quæ verò iuxta hepatis crassitudinem peruenit, supra vbi vel in fistulam excavauit, sub spinam distribuitur, via per septum transversum facta. At verò vena quæ ex sinistris tendit, cætera quidem iuxta eandem naturam non secus ac ea quæ de dextris prodit, radicibus firmatur. Ex sinistris tamen ascendens, in 20 hepar propagines non emittit, sed in lienem inferitur ad caput quod in ipsius parte crassa existit. Inde retro subit, & lienem sanguinolentis venulis, tanquam araneæ telis intextuit. Totus autem ex omento eleuatur, ipsum ventris de se sanguine explens. At quæ de lienis capite ad spinam impingunt, per septum transversum procedunt. Inde verò inferiorem in partem, tum dextra, tum sinistra, sub pulmonem ducta est. Quæ autem sanguine refertæ sunt, sub ipsum & in ipsum velut riuus deducuntur. Pauci verò sanguinis & tenuis à pulmone intrinsecus exortæ, cum rarus natura existat, in 30 cor, nimirum ab ipso emulctæ, circa eius auriculas velut stræni iniiciuntur, & in cavitates internas desluunt. Quin & hæc priores in ipsum propagines immittunt. In angustia enim transitus intus collocatum est, velut ex omni corpore fibras habens. Quam ob rem ex omni corpore potissimum circa thoracem sensus inest, colorumque mutationes contingunt, hoc venas constringente & laxante. Laxante igitur colores rubicundi fiunt, bene colorati, & pellucidi, constringente verò, ex virore pallidi & liuidi. Quicertè euariant, prout præsentibus cuique ad sunt colores.

Hippocratis de aere, locis & aquis, liber.

Qui artem Medicam recta inuestigatione consequi vo-
 let, is primùm quidem anni tempora in consideratio-
 nem adhibere debet, quid horum quidque possit. Neque
 enim quicquam habent simile, sed cùm inter se plurimum
 differunt, tum etiam propter varias quæ in eis contingunt
 mutationes. Deinde verò ventos tum calidos, tum frigidos,
 præcipuè quidem eos qui omnibus sunt communes, ac de-
 inceps eos qui cuique regioni sunt familiares. Quinetiam
 aquarum facultates animo reputare oportet. Quemadmo-
 dum enim gustu & pondere, ita & facultate singulæ pluri-
 mum differunt. Quare si quis ad urbem sibi ignotam per-
 uenerit, is eius situs curam habere debet, ut cognoscat quo-
 modo ad ventos aut solis exortum sit exposita. Neque enim
 easdem vires habet, quæ ad septentrionem, & quæ ad au-
 strum sita est, ut neque eius quæ ad exorientem solem aut
 occidentem spectat. Et hæc quidem optimè animo concipi-
 enda sunt, & quomodo ad aquas habeant, num palustri-
 bus & mollibus vtantur, an duris, & ex sublimi ac saxosis lo-
 cis scaturientibus, siue salis ac coctu difficilibus. Terra et-
 iam ipsa inspicienda, nudane sit & aquis careat, an densa &
 irrigua, & an cauo loco sita sit & æstuoso, an verò sublimi &
 frigido. Hominum quoque victus ratio, quam maxime
 delectentur, inspicienda, an potui & cibis, & otio dediti,
 an exercitationibus & laboribus gaudeant, & an edaces
 sint, & à potu sibi temperent. Et ex his singula reputare o-
 portet. Hæc enim præcipuè quidem omnia, aut certè pluri-
 ma probè qui agnouerit, cùm ad urbem sibi ignotam per-
 uenerit, eum neque morbi regioni familiares, neque com-
 muniū quæ sit natura latere poterit, ut neque in eorum
 curatione hæsitare aut aberrare possit. Quæ certè contin-
 gere solent, si quis istorum cognitionem non antè animo
 perceptam habuerit. Qui verò ista rectè cognouerit, is cuiusque
 temporis impendentis, & anni starum prædicere po-
 terit, & quinam morbi tam æstate quam hyeme, in vrbe
 communiter sint grassaturi, tum etiam quinam cuique pri-
 uatim ex victus mutatione impendere debeant. Qui enim
 temporum mutationes, astrorumque ortus & obitus, ut
 horum

- horum quæque eueniant, tenuerit, is vtrique futurum anni statum præuidere poterit. Hac ratione inuestigando qui temporum occasiones præsenſerit, is maximè cuiusque naturam cognouerit, & plerunque ſanitas illi ſuccedet, minimumque in arte à recta via aberrauerit. Quòd ſi cui iſta ad rerum ſublimium ſpeculationem pertinere videantur, is ſi ſententia deſtiterit, facilè intelliget, ad artem Medicam Aſtronomiam ipſam non minimum ſed plurimum potius conferre, quippe cùm vna cum anni temporibus hominum ventriculi mutationem accipiant. Quonam autem pacto quæ diximus ſingula conſideranda & exploranda ſint, deinceps aperiam. Ciuitas quæ ventis calidis eſt expoſita iis videlicet qui inter brumalem ſolem exorientem & occidentem perſtant, eiſque ſunt peculiareſ, à ſeptentrionalibus autem ventis tecta eſt, ea aquarum ſubſalſarum copia abundat, quæ cùm è ſublīmi ſcaturiant, eaſ æſtate quidem calidas, hyeme verò frigidas eſſe neceſſe eſt. Et vrbes quidem quæ ſoli & ventis probè ſunt expoſitæ, & aquis probis vtuntur, eæ quidem huiusmodi mutationes minùs ſentiunt.
- 20 Quæ verò aquis paluſtribus ac lacuſtribus vtuntur, neque probè ventis ac ſoli ſunt expoſitæ, eæ magis ſunt obnoxia. Ac ſiquidem æſtas ſicca fuerit, morbi celeriùs deſinunt, ſi verò imbris ſcateat, diurni ſiunt, vlceraque exedentia (phagedænas vocant) ex quauis occasione in vlceribus ſuboriri eſt conſentaneum. Hyeme verò frigida, homines capita humida & pituita redundantia habere æquum eſt, & pituita ex capite deſuente, eorum aluos crebrò exturbari, eoſque vt plurimum, habitu corporis eſſe debiliore, ac neque probè edere nec bibere poſſe. Quibus enim capita debilia fuerint, ii nunquam egregii potores fuerint, quod eos
- 30 crapula magis vexet. Morbi autem hi ſunt patrii. Primum quidem mulieres morbis & fluxionibus ſunt obnoxia, deinde multa ex morbo, non natura ſteriles, crebrisque abortionibus conſiſtantur. Pueris verò conuulſiones impendent, & crebri anhelitus, quos puerilem affectum efficere, & ſacrum eſſe exiſtimant. Viris autem inteſtinorum difficultates & alui profluua, febres algida, & hybernæ diuturnæ, puſtula multa nocturnæ epinyctides dictæ, & ſanguinis profluua per ora venarum quæ in ano ſunt, hæ mor-

muniter ex temporum anni mutatione inuadat. Quod autem ad mulieres attinet, multæ ob aquas duras, coctui difficiles & frigidas duræ sunt. Neque enim commodæ contingunt purgationes menstruæ, sed paucae & prauæ. Deinde non nisi ægrè pariunt, neque admodum abortionibus tentantur. Cum verò pepererunt, pueros enutrire non possunt. Lac siquidem aquarum duritate & cruditate extinguitur. Tabes etiam frequentes à partu contingunt. Præ violentia enim rupturis ac vulsionibusprehenduntur. Pueris verò dū parui sunt, testium tumores aquosi suboriuntur, qui procedente ætate disparent, seroq; hac in ciuitate pubescunt. Ac de ventis quidem calidis & frigidis, & iis expositis vrbibus, quemadmodum antè dictum est, ita se res habet. At verò ciuitates quæ ad ventos inter æstium solis ortum & hybernum sunt expositæ, & quæ iis contrario modo se habent, de his sic se res habet. Quæ quidem soli orienti sunt expositæ, eas salubriores esse par est, his quæ ad septentriones & ventos calidos obuersæ sunt, etsi stadium vnum intersit. Primum siquidem calor & frigus temperatè se habent, deinde aquas quæ solis ortum spectant, omnes limpidas esse, & odoratas ac molles, & amœnas in hac ciuitate suboriri necesse est. Sol nanque emergens & perlustrans eas reprimat. Diluculum enim ipse aer vt plurimum semper affundit. Hominum habitus coloratiores & viuidiore sunt, nisi alius quis morbus prohibeat. Homines clara voce sunt præditi, & ad iram ac prudentiam melius sunt comparati quàm septentrionales, siquidem & reliqua illic nascentia præstantiora sunt. Ac ferè sic sita ciuitas, quo ad calidi & frigidi temperationem, veri similis est, tum etiam morbi quidem pauciores & debiliores gignuntur, eorumque morborum sunt similes, qui in ciuitatibus, quæ ad calidos ventos spectant, oriuntur. Et mulieres illic valdè fecundæ euadunt, facileque pariunt. Ac de his hoc quidem habet modo. At verò quæ ad occasus sunt expositæ, & à ventis qui ab oriente spirant obiectæ, tum à calidis ventis, tum etiam frigidis à septentrione leuiter perflantur, harum vrbium situm maximè morbo esse obnoxium necesse est. Primum siquidem aquæ minimè sunt limpidae. Cuius rei causa est, quòd aer plurimum matutinum tempus

occupat, qui aquæ admixtus, illius splendorem obscurat. Neque enim nisi in altum euectus sol splendet. Per æstatem verò mane quidem auræ frigida spirant, & ros decedit, de reliquo verò, ad ipsas sol se demittens, quàm maximè homines percoquit. Quare & decolores eos esse par est & infirmos, prædictisque omnibus morbis participare, cum nulla ex parte ab eis separentur. Grauem etiam & raucam vocem eos habere est consentaneum, ob aerem qui isthic ut plurimum impurus & morbosus existit. Neque enim ab aquilonibus multum perpurgatur, cum non assidue perficiant, qui verò assidue perflant iisque incumbunt, aquosissimi sunt. Quandoquidem qui ab occasu spirant venti, autumnus ferè similes sunt, similisque est hic ciuitatis situs, quo ad dici mutationem quod multum inter matutinum & vespertinum tempus intercedit. Ac de ventis quidem conuenientes sint necne, sic se res habet. Deinceps verò de aquis nobis commemorandum est, & quæ morbosa, & quæ saluberrimæ existant, & quæ ab aqua tum mala, tum bona prouenire æquum est. Plurimum enim momenti ad sanitatem confert. Quæ igitur sunt palustres, & stabiles, & lacustres, eas per æstatem quidem calidas, crassas & olidas esse necesse est. Cum enim non perfluant, sed semper nouo imbre accedente augeantur, & à sole exurantur, eas decolores esse & prauas, & biliosas necesse est. Per hyemem verò glaciatas & frigiditas, & tum à niue, tum à glacie returbidas, adeoque maximè pituitam gignere, & raucedinem excitare. Bibentibus autem lienes semper magnos esse & compressos, ventres verò duros & tenues, ac candos. Humeros verò & iugula, & faciem extenuari. In lienem enim carnes colliquefunt ideoque graciles sunt. Tales verò edaces & stituculosos esse necesse est, ventresque tum superiores, tum inferiores siccissimos habere, proindeque medicamentis valentioribus indigere. Hic quidem morbus ipsis & per æstatem & per hyemem est consuetus. Ad hæc etiam aquæ inter cutem tum frequentes, tum maximè lethales contingunt. Multæ enim intestinorum difficultates, & alui profusio per æstatem incidunt, & febres etiam quartanæ diuturnæ. Hi autem morbi cum longius producantur, huiusmodi naturas ad aquam inter cutem deducunt, & perimunt.

Et

Ethi qu
mem ve
niæ: se
tiem. M
vixq; co
dos par
deterio
purgati
ueniun
10 modi n
nescant
cum p
contin
Achui
Secun
duras
rum n
aut alu
loris v
20 aquæ
facile
mæ su
unt. E
queu
enim
com
que a
leues
tum
30 quæ
de q
quid
Secu
sus, f
casu
spe
iis o
sepe
Qu

Et hi quidem morbi ipsis per æstatem contingunt. Per hyemem verò iunioribus pulmonem inflammationes & insaniam: senioribus autem febres ardentes, ob ventris durtiem. Mulieribus verò tumores proueniunt & pituita alba, vixq; concipiunt, & cum difficultate fœtus magnos & tumidos pariunt, quiq; postea dum educantur contabescunt, & deteriores euadunt. Neque bona post partum mulieribus purgatio contingit. Pueris verò herniæ potissimum superueniunt, & varices viris, tibiæq; vlcera, vt proinde eiusmodi naturæ longæ esse vitæ nequeant, sed antè tempus senescant. Præterea mulieres sibi prægnantes videntur, & cum pariendi tempus instat, ventris moles dispareret. Quod contingit ob aquam inter cutem, cum ea vteri laborarint. Achuiusmodi quidem aquas ad quiduis prauas esse censeo. Secundo loco eas quarum fontes in saxosis locis sunt (quas duras esse necesse est) aut si vbi calidæ aquæ existunt, aut ferrum nascitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut sulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum. Hæc enim omnia caloris vi proueniunt. Neque igitur ex huiusmodi terra bonæ aquæ nascuntur, sed duræ & æstuosæ, quæq; per vrinas non facile feruntur, & alui egestionem aduersantur. At verò optimæ sunt, quæ ex sublimibus locis & terræ tumulis profluunt. Hæ enim dulces sunt & albæ, modicumq; vinum ferre queunt, per hyemem calidæ, per æstatem frigidæ. Tales enim ex profundissimis fontibus proueniunt. Maximè verò commendantur, quarum fontes ad solis exortus, præsertimque æstiuos decurrunt. Limpidiores enim & boni odoris, & leues esse necesse est. Salsæ verò & indomitæ, & duræ, in totum quidem vt bibantur, improbandæ. Sunt tamen naturæ quædam & morbi, quibus tales aquæ potu sunt commodæ, de quibus mox dicam. Ac de his res ita se habet. Quarum quidē fontes ad orientes spectant, ex inter omnes optimæ. Secundum has, quæ sunt inter æstiuos solis exortus & occasus, sed præcipuè ad exortus. Tertio loco, quæ sunt inter occasus æstiuos & hybernos. Deterrimæ verò quæ ad austrum spectant, quæq; sunt inter æstium ortum & occasum. Et hæc iis quidem qui sunt ad austrum, valdè prauæ, iis verò qui ad septentrionem, præstantiores. His hoc modo vti conuenit. Qui sanus est ac valet, is nullo habito discrimine, semper

R

eam quæ adest, bibat. Qui verò morbi causa eam quæ maxime conueniat bibere uolet, is hoc modo præcipue sanitatem consequatur. Quorum quidem ventres duri sunt, & qui promptè succenduntur, iis certè dulcissimæ, leuissimæ, & limpidissimæ conferunt. Quibus verò ventres inferiores molles sunt humidi & maximè pituitosi, iis durissimæ, & maximè coctu difficiles, & aliquantulum salis accommodatæ sunt. Hoc enim modo maximè resiccati poterint. Quæ namque aquæ coquendo sunt optimæ & facillè liquefcunt, eas ventres dissoluere ac liquefacere maximè æquum est. Indomitæ uerò ac duræ, & quæ coquendo minimè idoneæ, eæ ventres magis cogunt & resiccant. At uero de aquis falsis propter imperitiam falluntur quidam, quodq; aluum soluere existimentur, cum maximè alui deiectioni repugnent. Indomitæ enim sunt & coqui nequeunt, proindeq; ab eis uenter potius adstringitur quàm eliquetur. At de fontium quidam aquis hoc modo se res habet. Quæ autem ex imbribus colliguntur, & ex niue fiunt, quomodo se habeant enarrabo. Aquæ igitur ex imbribus collectæ, leuissimæ & dulcissimæ sunt, tenuissimæ & limpidissimæ. Sol enim quod imprimis in aqua est tenuissimum & leuissimum sursum educit & rapit. Id autè ex ipso mari patet, in quo quod salsum est, propter crassitudinem & grauitatem remanet, & mare euadit, tenuissimum uerò propter leuitatem sol ad se rapit. Neq; uerò tale quid ex aquis solum lacustribus sursum educit, uerum etiam ex ipso mari, & ex omnibus in quibus aliquid humoris inest, quod quauis in re inest. Quinetiam ex ipsis hominibus tenuissimum ac leuissimum humore educit. Cuius rei maximum est indicium, cum homo uestibus indutus in sole ambulauerit aut sederit. Quascunque enim corporis partes sol aspicit, hæ nullum sudorem emittunt. Sol enim quicquid sudoris compareret, ad se rapit. Quæ uerò veste, aut alia quauis re conteguntur, hæ exudant. Per vim enim à sole sudor elicitur, seruat autem à tegumento, ne à sole deleatur. Cum uerò ad umbram peruenerit, tum corpus æqualiter sudore diffluit. Neq; enim amplius sol affulget. Atq; eam ob causam inter aquas etiam hæ citissimè putrescunt, odoremque prauum habet aqua pluuia, & quod ex pluribus collecta est & permixta, proindeq; celerrimè putrescat. Ad hæc quoque

que cum
miscetur
rens, ex
mum v
ctum d
dulcia
rit, in f
aduersa
rumpit
magis
nime h
to & al
cogitur
& nigr
oriuati
consen
haben
raucita
rò om
creuen
quod i
nitur
deros
emis
expon
locum
que se
ciores
lation
30 expir
conti
& gla
existi
& gla
calcu
cidio
subor
flumi
tagur

que cum rapta est in sublime euecta circūfertur & aeri permiscetur, quod quidem in ea est turbidum & noctem referens, excernitur & secedit, & aer ac nebula euadit. Tenuissimum verò & leuissimum relinquitur, & à sole vsum & coctum dulcescit. Quin & alia omnia quæ coquantur semper dulcia euadunt. Dum igitur dispersa nec dum collecta fuerit, in sublime fertur. At vbi coaceruata & à ventis inter se aduersariis de repente in se coacta fuerit, tum deorsum prorumpit, qua parte copiosa collecta fuerit. Tunc enim istud magis cōtingere par est, cum nubes vento stabilitatem minime habente agitata ac delata, de repente contrario vento & aliis nubibus occurfarint. Hic quidē prima ipsius pars cogitur. Posterior verò insuper accedit, eaq; ratione crassior & nigrior euadit, ac pondere deorsum prorumpit, imbresq; oriuntur. Atque has quidem aquas optimas esse rationi est consentaneum, vt tamen excoquantur & excolentur opus habent. Sin minus, odorem prauum obtinent, & bibentibus raucitatem & vocis grauitatem adesse æquum est. Prauæ verò omnes quæ ex niue & glacie fiunt. Vbi enim semel concreuerint, non ampliùs ad pristinam naturam redeunt. Sed quod in his quidem est splendidum, & leue, & dulce, excernitur & euanescit, remanet verò quod turbidissimū & ponderosissimum. Quod hac ratione deprehendas. Si enim hyemis tempore valculum certa aquæ mensura affusa, sub dio exponere voles, vti maximè congeletur, deinde postridie in locum calidū delatum, vbi glacies maximè liquecat, tumque soluta fuerit, iterū aquam metiaris, aquam multo pauciorē reperias. Hoc certè indicio cognosces, quòd congelatione id quod est leuissimum & tenuissimum euanescit & 30 expirat, non quod grauissimum & crassissimum, cum id ei contingere nequeat. Hanc igitur ob causam aquas de niue & glacie liquatas, earumq; similes, ad quiduis pessimas esse existimo. Atq; de aquis quidem quæ ex imbribus, niuib; & glacie colliguntur, ad hunc se res habet modum. At verò calculo maximè tentantur, & renum morbis, ac vrinæ stillicidio, & coxendici affectionibus corripiuntur, herniæq; iis suboriuntur, qui cuiusuis modi aquas bibūt, aut de magnis fluminibus, in quæ alia decurrūt, & de stagno in quod multarum & cuiusvis generis aquarum riuuli deueniunt, quicq;

R. 2

aduectiis aquis vtuntur, quæ ex longo & minimè breui intervallo deducuntur. Neq; enim fieri potest vt aquæ inter se similes sint, verùm aliæ dulces sunt, aliæ falsæ, & aluminosæ, aliæ de calidis effluunt. Atq; hæ simul permixtæ inter se dissident, & semper superat quæ valentissima est. Neq; semper eadem viribus pollet, sed aliàs alia. Sed & ex ventis, huic quidè boreas vires præbet, illi verò auster, & de reliquis eadem est ratio. Ex his igitur limum & arenam in vasis subidere necesse est, & ex earum potu prædicti morbi gignuntur. Quòd verò nō omnibus, deinceps dicam. Quibus quidem aluus tum fluida, tum sana est, & vesica minimè ignea, neq; vesicæ os cum ea valde conspirat, ii quidem facillè urinam emittunt, neque quicquam in vesicâ colligitur. Quibus verò aluus ignea fuerit, vesicam etiam eadem affectione teneri necesse est. Cùm enim magis quàm natura postulet calefacta fuerit, os ipsius inflammatione tentatur. Sic autem affectum, urinam non emittit, sed in sese concoquit & adurit, & quod quidem in ea est tenuissimum seceratur, quodque purissimum transiit & cum urina educitur, quod verò crassissimum ac turbidissimum, colligitur & concreuit, primum quidem minore copia, deinde maiore. Cùm enim per urinam volutatur, quicquid crassum constitit, ad sese applicat, eoque modo augetur, & in tosum duret. Dumq; urinam emittit, ab urina vi propulsum ad vesicæ os collabitur, & urinam impedit, doloremque vehementem exhibet. Proindeq; pueri calculo laborantes pudenda confriant & vellicant, quòd ipsis reddendæ urinæ causa eo loco esse videatur. Hoc autem ita se habere indicio est, quòd qui calculo laborât urinam ad instar seri limpidissimâ reddunt, cùm quod in ea est crassissimum ac maximè returbidum ista hic maneat ac versetur. Ac plerique quidem hoc modo calculum gignunt. Gignitur autem & pueris ex lacte, si non salubre fuerit, sed valde calidum & biliosum. Ventrem enim concalefacit & vesicam, ac proinde dum urina simul adurit istam affectionem sentit. Et mea quidem sententia, præstat pueris vinum quàm maximè dilutum exhibere, cùm nimirum venas minùs adurat & resiccet. At in muliebribus pudendis non eodem modo contingit. Vesicæ enim fistula urinaria brevis est & ampla, vt facillè urinam propela-

lat. Neque enim manu pudendum, velut masculus, confricat, neq; fistulam vrinariam contingit, quod intra pudenda perforata sit. Cumq; meatus vrinarii ampli sint, plus enim quam pueri bibunt. Ac de his quidem hoc modo se res habet, aut ad hæc quam proximè accedit. De annis autem hoc modo consideratione adhibita quis statuatur, qualisnam annus futurus sit, nūmne salubris, an morbosus. Siquidem secundum rationem in syderum ortu & occasu signa apparent, si per autumnum pluat, & hyems sit moderata, neq; admodum blanda. neq; præter modum frigida, & vere ac æstate aquæ tempestiuæ eueniant, sic annus saluberrimus esse consentaneum est. Quod si hyems quidem sicca & aquilonia, verò pluuium & austrinum fuerit, æstatem febribus abundare, & lippitudines inducere necesse est. Vbi enim ab imbribus vernis & ab austro terra humectata fuerit, & plenior æstus de repente superuenerit, tum à terra madida & calida existente, tum à sole adurente, ardorem conduplicari necesse est, hominum ventribus minimè consistentibus, neq; resiccatō cerebro. Neq; enim ubi ver tale extiterit, fieri potest, quin corpus & caro nimio humore diffluant, ita ut omnibus, ac minimè pituitosis, acutissimæ febres immineant. Mulieribus verò & naturis maximè humidis, intestinorum difficultates contingere par est. Ac si quidē sub caniculæ exortu aqua & hyberna tempestas superuenerit, etefiæque spirauerint, quietis spes est, autumnumque salubrem fore. Alioqui periculum est ne pueri & mulieres moriantur, minimè verò senes, aut ne qui euaserint in quartanas tandem incidant, & ex quartanis in aquam intercutem. At si hyems quidem austrina, pluuiosa & placida fuerit. Verò aquilonium, siccum & tempestuosum, primum quidem mulieres quæ prægnantes extiterint, & quibus partus in ver imminet, abortionem facturæ est verisimile, quæ verò etiam pepererint, adeò imbecillos ac morbosos fœtus parituras, ut aut statim pereant, aut tenues, debiles, & valetudinarii uiuant. Atque hæc quidem mulieribus, reliquis verò intestinorum difficultates & lippitudines siccæ, nonnullisq; defluxiones à capite in pulmonem. Pituitosis itaq; intestinorum difficultates fieri par est, ac mulieribus pituita à cerebro defluente propter naturæ humiditatem.

Bilioſis verò lippitudines ſiccas, ob carnis caliditatem & ſiccitatem. Senibus autem deſluxiones ob venarum raritatem ac diſtentionem, vt ex his nonnulli repente intereant, alii dextra parte reſoluti iaceant. Cùm enim hyeme exiſtente auſtrina & calida, corpus non conſtringatur, neque venæ, vere aquilonio & ſicco, ac frigido ſuperueniente, cerebrum quod vnà cum vere diſſolui & purgari à grauedine & rauedine oportebat, tunc denſatur & cogitur, proindeq; accedente de repente æſtate, æſtuq; ac mutatione contingente, hi morbi ingruant, tandemq; reliquis morbis, cùm ventres facilè reſiccari nequeant, inteſtinorum læuitates, & aque inter cutem ſuccedant. Si verò æſtas pluuiosa fuerit & auſtrina, & autumnus ſimiliter, morboſam eſſe hyemem neceſſe eſt, iisq; qui pituita abundant, & quadrageſimum annum exceſſerunt, febres ardentes contingere æquum eſt, bilioſis verò morbos laterales, & pulmonum inflammationes. At ſi æſtas ſicca & aquilonia fuerit, autumnus verò pluuius & auſtrinus, ſub hyemem capitis dolores & cerebri ſyderationes fieri par eſt, ac præterea rauedines, grauedines, & tuſſes, & nonnullis quoque tabes. Quòd ſi aquilonius & ſiccus fuerit autumnus, ac neque ſub canem, neque ſub æſtatum pluuiosus pituitoſis quidem præcipueque natura humidis & mulieribus confert, bilioſis verò hoc eſt maxime aduerſum. Admodum enim reſiccantur, iisq; lippitudines aridæ contingunt, & febres acutæ ac diuturnæ, quibuldam etiam melancholiæ. In bile nanq; quicquid eſt humidiffimum & aquoſiſſimum conſumitur, quod verò craſſiſſimum & acerrimum remanet, quod in ſanguine eadem quoque ratione accidit, vnde ii morbi illis contingunt. Pituitoſis verò hæc omnia auxilio ſunt. Reſiccantur enim & ad hyemem perueniunt, ab aliis temporibus inuicem ſuccedentibus reſiccati. Qui igitur hæc mente complexus & contentus fuerit, is ex mutationibus plurima ferè præuidebit. Præcipue verò maximæ anni temporum mutationes obſeruandæ ſunt, vt neq; medicamentum purgans lubenter exhibeamus, neque partes circa ventrem vramus aut ſecemus, ante dies decem, aut etiam plures. Maximè tamen ſufficient decem. Ac maximi periculi plena ſunt ambo ſolſtitia, præcipueq; æſtiuum. Periculoſiſſima etiam ambo æquinoctia.

noctia existimantur, maximè verò autumnale. Syderum
 quoq; ortus obseruandi, præcipueq; canicula, deinde ar-
 cturi, & vergiliarum occasus. His enim potissimum diebus
 morbi iudicationem subeunt, & alii quidem perimunt, alii
 verò desinant, aliiq; omnes in aliam formam & statû tran-
 eunt. Ac de his quidem ad hunc se res habet modum. Ac de
 Asia & Europa indicare volo quantum inter se per omnia
 distent, tum quantum homines formis varient, nihilq; inter
 se simile habeant. De omnibus certè longa foret oratio, ve-
 10 rum de præcipuis & plurimum inter se differentibus dicam
 ut se res habere mihi videatur. Mea quidem sententia Asia
 plurimum Europæ præstat, tum eorû omnium natura quæ
 e terra producuntur, tum hominum. Longè enim pulchrio-
 ra & maiora omnia in Asia gignuntur, regioq; ipsa hac no-
 stra mitior, & hominû mores humaniores & benigniores.
 Quorum quidem causa est, tempestatum anni temperatio,
 cum in medio solis exortu ad auroram sit exposita, a frigore
 longè procul remota. Incrementum autè & moderationem
 omnium maximè præbet, cum nihil sit quod per vim supè-
 20 peret, sed omnium sit æquabilis potestas. Neq; tamen ubiq;
 per totam Asiam ad eundem modum se habent omnia. Sed
 quæ quidem regio in medio calidi & frigidi sita est, ea certè
 feracissima est, & arboribus maximè confita, & blandissi-
 ma, aquisque præcipuè fruitur cœlestibus & ex terra proue-
 nientibus. Neque enim calore admodum exurit, neque
 squaloribus & aquarû penuria resiccatur, neq; frigore vio-
 latur, sed austro obiecta, imbribus multis & niue perfundi-
 tur, multaq; illic sua tempestiuitate nasci par est, quæ ex se-
 30 minibus quæq; ex terræ plantis proueniunt, quorû fructibus
 homines fruuntur, ex agrestibus domesticis faciendo, & in
 suum usum transferendo. Pecoraq; illic enutrita abundare
 vel maximè æquum est, crebriusq; parere, & optimè educa-
 re. Hominesq; habitiores esse, formaq; præstantes, & ma-
 gnitudinis eximia, formaq; & corporû proceritate non ad-
 modum inter se dissimiles. Hanc regionē ad anni temporû
 naturam & moderationem proximè accedere consentane-
 um est. Virilis autem animus, ærumnarum & laborum to-
 lerantia, atq; audacia, in huiusmodi naturis innasci nequit,
 neque eiusdem generis aut diuersi conjunctione ducuntur,

verum in ipsis libidinem dominari necesse est. Ideoq; multiformes in feris partus gignuntur. Atq; de Aegyptiis ac Libycis ad hunc quidem modum se res habere videtur. De his vero qui sunt ad hyberni solis ortus dexteram, ad Maotidem vsq; paludem, quæ est Europæ atq; Asiæ terminus, habet se res ad hunc modum. Atque hæ quidem gentes, cum propter anni tempestatum mutationes, tum ob regionis naturam, longè magis inter se differunt, quàm quæ antè sunt enarratæ. Habet autem hoc solum eodem planè modo, quo etiam apud reliquos homines. Vbi nanq; anni tempora maximas & creberrimas mutationes faciunt, illic efferratissima & maximè inæqualis regio existit, montesq; plurimos & densos, campos item & prata in ea inuenias. At ubi anni tempora non admodum variât, illic ea regio maximè æqualis est. Ad eundem verò modum se in hominibus habet, si quis animum aduertat. Sunt enim quædam naturæ, montosis locis, syluosis, & aqua carentibus similes, & quædā tenuibus & aquosis, quædam etiam pratorum & paludum naturam referunt, quædam etiam ad planitiei, nudorumq; & siccorum naturam accedunt. Anni enim tempora, quæ formarum naturam variant, inter se differunt, cumq; inter se diuersa existant, varias & multiplices formas producunt. Ac eas quidem gentes quæ parum inter se differunt, prætermittam, quæ verò plurimùm aut natura, aut institutis inter se discrepant, de his quemadmodum se habeant mihi dicendum est, imprimisque de Macrocephalis, cum ex his nulla alia gens capita similia habeat. Ac initio quidem hominum institutum longitudinis capitis causa fuisse videtur. Nunc verò natura etiam ad institutum accedit. Longissima enim habètes capita, generosissimos existimant. Huiusmodi autem est institutum. Cum primùm editus est infans, caput eius adhuc tenellum & molle manibus effingunt, & in longitudinem adolescere cogunt, vinculis & idoneis artibus adhibitis, quibus capitis rotunditas vicietur, & longitudo augeatur. Hoc institutum primùm huiusmodi naturæ dedit initium. Successu verò temporis, in naturā abiit, ut proinde instituto nihil ampliùs opus esset. Semen enim genitale ex omnibus corporis partibus prouenit, ex sanis quidem sanum, & ex morbois, morbosum. Si igitur ex caluis caluigignua-

gignuntur, ex cæsis cæsis, & ex distortis, vt plurimū distorti, eademq; in cæteris formis valet ratio, quid prohibet cur non etiam ex Macrocephalo Macrocephalus gignatur? Etsi nunc quoque perinde vt antea non nascuntur, obsolescente per hominum incuriam instituto. Ac de his quidem sic sentio. Iam verò de his qui Phasim accolunt. Regio est palustris, calida, aquosa & densa, imbrisq; copiosis & vehementibus ferè semper perfunditur. Homines in paludibus vitam degunt, & domos ligneas & arundineas in aquis fabricatas habent, raro vrbes & emporia adeunt, verū nauigiis ex ligno vno cauatis sursum ac deorsum traiciunt, cum fossas habeant plurimas. Aquas bibunt calidas, statarias, sole putrefactas, & imbris auctas. Ipseq; Phasis præ cæteris fluminibus maximè stagnans est, & leuissimè defluit; fructusq; quæ illic nascuntur, nullum incrementum accipiunt, effœminati sunt, & præ aquarum copia imperfecti, ideoq; ad maturitatem minimè perueniunt. Aër quoque caliginosus ab aquis sublatus hanc regionem occupat. His sanè de causis Phasiani corporis formam à cæteris hominibus longè diuersam habent. Proceritate enim corporis & crassitudine valdè excedunt, neque articulus vllus, neque venæ comparent, pallidoq; sunt colore, velut morbo regio detenti: cumq; aëre vtantur minimè puro, sed caliginoso & maximè humido, grauissimam præ aliis omnibus vocem edunt. Sunt etiam ad corporis exercitationem natura pigriores, anniq; tempestates, quo ad æstus aut frigus, non multum variant. Venti iis plurimi sunt austrini, potissimū vnus eius regionis peculiaris, qui interdū violentior, molestior & calidior spirat, quem Cenchrona nominant. Boreas verò non admodum huc peruenit, quòd si aliquando spiret, debilis tamen & valdè lenis existit. Atque hunc quidem in modum, qui Asiam & Europam incolunt, tum natura, tum forma inter se differunt. Quòd autem ad animi ignauiam & mollitiem attinet, cur Asiatici Europæis minùs bellicosi existant, & moribus sint lenioribus, anni tempestates in causa sunt, quæ nō magnas tum ad calorem, tum ad frigus permutationes faciunt, verū similes permanent, vnde neque mens stupore percellitur, neq; corpus vehementer à suo statu dimouetur. Ex quibus iram exalpe-

rari, ac prudentiæ & caloris compotes fieri magis æquum est, quam si eodem semper statu permaneant. Mutationes enim inter omnia hominis mentem semper excitant, neque sinunt quiescere. Quas ob causas mihi Asiaticorum genus omni ope destitutum videtur, quibus præterea eorum instituta accedere debent. Multò enim maxima Asiæ pars regum imperio regitur. Qui verò sui potestatem non habent, neque sui iuris sunt, sed dominis subditi, ij rerum bellicarum nullam curam habent, sed vt ne bellicosi videantur. Neque enim æqualia pericula impendent. Hos siquidem pro dominis in militiam proficisci, & labores tolerare, mortemque oppetere necesse est, relictis domi liberis, vxore, ac reliquis amicis. Quòd si probè ac viriliter se gesserint, inde dominis opes augentur & crescent, ipsi præter pericula & cædes nullum fructum percipiunt. Ad hæc ab huiusmodi hominibus propter rei militaris inertiam ac otii, regionem relinqui necesse est, cum vt quisque natura fortis est & magni animi, ita maximè leges detrectat. Cuius rei hoc magnum est indicium, quòd quicumque in Asia Græci ac Barbari dominis minimè sunt subditi, sed liberi, & sui laboris quæstum faciunt, ij omnium bellicosissimi existunt. Sibi enim ipsis pericula subeunt, & vt fortitudinis præmia reportant, ita ignaviæ poenas luunt. Asiaticos autem plurimum inter se differre, & hos quidem nobiliores, illos verò ignobiliores esse comperies. Quorum quidem causa ad anni tempestatum mutationes, quemadmodum antea diximus, referenda est. Arque sic quidem de his qui Asiam incolunt. In Europa autem gens est Scythica, quæ Mæotim paludem incolit, & à reliquis plurimum differt, Sauromatæ appellantur. Eorum sæminæ equitant, arcu vtuntur, & ex equo iaculantur, & cum hostibus bellum gerunt, quoad virgines existunt, neque antè virginitatem depouunt, quam tres hostes interfecerint, neque prius cū viris congregiuntur, quam sacra Deo patrio more peregerint. Quòd si qua sibi virum delegerit, equitatu soluta est, nisi communis expeditionis necessitas ingruat. Dextram autem mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus, ferro ad id fabricato & candente, dextræ mammæ admo-
to, eam matres exurunt, vt ne incrementum accipiat, sed
ad dex-

ad dextrum humerum & brachium omnerobur, & copia transmittatur. De reliquis autem Scythis, cum forma inter se sint similes, & aliis dissimiles, eadem ratio quæ de Ægyptiis habenda est, nisi quod hi calore, illi frigore vrgentur. At verò solitudo Scythica appellata, in planicie sita est, & pratis abundat, nuda & modicè aquosa est. Magni enim fluuij aquam ex campis per riuos deducunt. In hac Scythæ Nomades dicti degunt, quod domos nullas habeant, sed in curribus habitent, quorum vel minimi quatuor, reliqui sex rotis aguntur. Hi autem insuper coactilibus ex lana crassa compactis sunt obducti, & ad instar domorum fabricati, alij quidem simplici, alij etiam triplici tabulato, ipsique in angustum coarctati aduersus omnes aquarum, niuis, ac ventorum iniurias. Currus trahunt alios quidem duo bouum paria, alios tria, atque hi præ frigore cornua non habent. His igitur in curribus mulieres degunt, ipsi verò viri in equis vehuntur. Eos sequuntur pecorum greges, & boues, & equi. Tandiuque vno in loco subsistunt, quoad ipsis pecoribus pabulum sufficit, quo deficiente ad aliam regionem commigrant. Carnibus coctis vescuntur, & lacte equino in potu vtuntur, & hippace, hoc est caseo equino victitant. Ac de eorum victus ratione & curribus hætenus quidem dictum est, simulque de anni temporibus, quodque Scythica gens forma multum à reliquis hominibus diuersa est, sibi ipsi similis, non secus ac Ægyptij. Minimè fecundum est hoc hominum genus, ipsaque regio paucissimas feras alit, neque magnitudine, neque multitudine insignes. Sub ipsis enim vrsis Riphæisque montibus, vnde Boreas spirat, est posita, solque cum ad extremam conuersionem æstiuam venerit, proximè accedit, & tunc quidem exiguo tempore calefacit. Neque venti ex calidis locis spirantes, nisi rari ac debiles, huc admodum perueniunt, sed venti frigidi ab vrsis, niue, glacie, & multis aquis, perpetuò spirant, neque vquam montes deserunt, vnde non nisi agrè habitari possunt. Aërque multus tota die campos occupat, ipsique in humidis locis degunt. Quare perpetua fere illis est hyems, æstas verò paucissimis diebus, neque his admodum magna. Planities enim illis sublimis est & nuda, neque montibus cincta, sed sub vrsis accliuus. Neque feræ illis magnæ, sed quæ sub

terra abscondi possint, nascuntur. Hyems enim & terra nuditas prohibet, quanquam & apricis & opacis locis caret. Nam neque magnæ, neque vehementes sunt anni temporum mutationes, sed similes & parum differentes, unde & formas inter se similes habent. Eodem etiam victu semper & amictu vtuntur hyeme & æstate, aëremque aquosum & crassum attrahunt, & aquas ex niuibz & glacie bibūt, nullaque corporis exercitatione vtūtur, cum vel corpus, vel animus exerceri nequeat, vbi mutationes non sunt vehementes. Has ob causas eos habitu esse crasso & carnoso necesse est, articulis verò humidis & enervatis, & ventribus maximè humidis, omnium tamè maximè inferiore aluo. In hac enim regione, natura, & tempestatum anni constitutione, ipsa resiccare nequit. Sed propter pinguedinem & carnis glabritiem, forma inter se sunt similes, tum mares maribus, tum feminæ feminis. Cum enim anni tempora similiter se habeant, nullæ corruptiones, neque vitia in prima seminis conformatione contingunt, nisi violento aliquo casu, aut morbo id accadat. Eorum autem humiditatis magnum hoc est argumentum, quòd Scythas pluresque, ac præcipue Nomadas, humeris, brachiis, primis manuum iuncturis, pectoribus, coxendicibus, & lumbis exultis esse comperias, nullam sanè aliam ob causam, quàm naturæ humiditatem & mollitiem. Nam neque arcus intendere, neque humero iaculum contorquere, ob humiditatem ac impotentiam possunt. Cum verò vruntur, ex articulis humoris copia resiccatur, eorumque corpora validiora, habitiora, & firmitioribus articulis redduntur. fluida verò fiunt & lata, primum quidem quòd fasciis non inuoluantur, quemadmodum fieri solet in Ægypto, neque id pro more habent, ob equitatem, quòd firmius equis insideant, deinde verò ob vitam sedentariam. Ex his namque mares quoad equis vehi nequeunt, longo tempore in curribz sedent, parumque propter locorum transmutationes & peragrationes inambulant. At mulieres stupendum in modum habitu sunt corporis fluxu. Gens autem Scythica propter frigus fuluo est colore, cum ad eos sol vehemens non accedat. A frigore autem albedo exurit, fitque fulua. Fecunda verò eiusmodi natura esse non potest. Neque enim viri multa cocundi cupiditate tenen-

tenentur, ob corporis humiditatem, ventrisque molliem
 & frigiditatem. Ex quibus viros minimè venerem exercere
 posse par est. Eò accedit, quòd perpetua equitatione fracti,
 ad coitum imbecilles redduntur. Atque eà quidem in viris
 causæ sunt. In mulieribus verò, carnis pinguedo & humidi-
 tas. Neque enim vteri genitale semen ad se rapere queunt.
 Neq; eis vt decet menstrua purgatio, sed parciore & longio-
 re tempore contingit, ipsumq; vteri os præ pinguitudine
 concluditur, semenq; genitale minimè suscipit. Ipsæq; nulla
 corporis exercitatione vtuntur, & præ pingues sunt, earum-
 10 que ventres frigidi & molles. Ex quibus necessariò conse-
 quitur non admodum fœcundam esse Scytharum gētem.
 Cuius rei magnā coniecturam præbent famulæ, quæ cūm
 virorum congressum non appetant, propter exercitatio-
 nem & carnis gracilitatem concipiunt. Ad hæc quoq; plæ-
 rique Scythæ eunuchi fiunt, & munia muliebria obeunt, ac
 velut mulieres factitant & loquuntur, vocanturq; hi Eui-
 rati aut Effœminati. Ac regionis quidem incolæ causam
 Deo acceptam referunt, & huiusmodi homines reueren-
 20 tur & colunt, sibi quisque timentes ne quid tale contingat.
 At mea quidem sententia hi omnes affectus diuini sunt, vt
 & reliqui omnes, nullusque altero diuinior aut humanior
 existit, sed diuini omnes, cūm horum quodque suam natu-
 ram habeat. neq; quicquam citra naturam fiat. Atqui quo-
 modo hic affectus mihi contingere videatur, enarrabo. Ex
 equitatione eosprehendunt diuturnæ ex defluxione affe-
 ctiones (quæ *κρίματα* dicuntur) nimirum semper penden-
 30 tibus ex equis eorum pedibus. Deinde qui vehementer æ-
 grotant, claudicant, iisque coxendices contrahuntur. Hac
 autem ratione sibi medentur. Cūm ægrotare cœperint,
 vtranque venam post aures incidunt, cumque sanguis efflu-
 xerit, præ imbecillitate somno corripiuntur & obdormi-
 scunt, deinde alij quidem sani excitantur, alij minimè. Ac
 mihi quidem videntur hac curatione se ipsos perdere. Iuxta
 aures enim venæ sunt, quas si quis incidat, sectione sterili-
 tatem inducūt. Has igitur venas mihi secare videntur. Post-
 ea verò vbi ad vxorem accedunt, neque cum iis rem habe-
 re possunt, primūm nil animo reputantes quiescunt, cūm
 autem bis, ter, aut sæpius id tentantes, nihil profecerint,

Deum in quem culpam conferunt se offendisse existimantes, muliebri stola amicti, suam ignauiam accusant, & cum mulieribus victitantes, earum opera tractant. Qua affectione tentantur opulentissimi quique Scythæ, minimè verò infimi sed generosissimi, & qui ad maximas opes per equitationem ascenderunt, pauperes autem qui non equitant, minùs. Quanquam oportebat si hæc affectio cæteris diuinior esset, ut non generosissimos & opulentissimos Scythas solos, sed omnes ex æquo inuaderet, idque potius eos qui paucas opes possident, neque honorem exhibent, si modo Diij hominum cultu gaudent, & pro eo his beneficia conferunt. Diuites enim, cum pecunias quidem possideant, Diis sæpè sacra facere, & donaria offerre, eosque honoribus afficere æquum est, pauperes verò minus, cum nihil habeant, qui etiam eos inculant, quod eis opes non suppedient, ac proinde qui pauca possident, suorum scelerum pœnas luerè potius quam diuites, videantur. Verum (quemadmodum iam antè dixi) hæc quidem diuina sunt, perinde ut reliqua, & secundum naturam quæque accidunt. Et hic quidem morbus, ob eam quam dixi causam, Scythis contingit. Quia & in reliquis hominibus ad eundem se habet modum. Vbi enim plurimum & creberrimè homines equitat, ibi plurimi diuturnis ex defluxione affectionibus, coxendicum morbis, pedumque doloribus corripuntur, & ad venerem exercendam pessimè se habent. Hæc autem Scythis adsunt, & ob eas causas omnium ineptissimi ad coitum redduntur, tum etiam quod sceminalia temper gestant, & in equis magnam temporis partem degunt, ut ne quidem pudenda manu atrectare liceat, neque præ frigore & lassitudine coeundi appetentiam sentiant, nilque aliud pensi habent, quam ut virilitate priuentur. Atque hæcenus quidem de Scytharum gente. At reliquum in Europa hominum genus, tum magnitudine, tum forma, inter se est dissimile, propter magnas & crebras anni temporum mutationes. Habent enim calores vehementes, & hyemes acres, ac imbres multos, rursusque squalores diuturnos, & ventos multos, ex quibus multæ & omnis generis mutationes contingunt. Neque est à ratione alienum ex his aliam percipi generationem in seminis conformatione neque ex eodem

DE
eander
tempo
Asiatic
gnit
ruprio
bræ si
& simi
minu
di nat
10 moru
tem r
animi
vno se
rat, va
Quin
ne ve
licofe
leges
Qui e
20 cesse
anim
no in
viuan
critat
gesta
ad an
igitu
tem i
mag
30 dem
riam
& aq
habe
gnas
ptim
mod
herb
frigi
den

eandem esse, vel æstate, vel hyeme, vel pluuioso, vel sicco tempore. Eaq; de causa, vt existimo, Europæi magis quàm Asiatici forma inter se variant, & per per singulas vrbes magnitudine maximè inter se sunt differetes. Plures enim corruptiones circa seminis concretionem cõtینگunt, vbi crebræ fiunt anni temporum mutationes, quàm si eadem sint & similes. Eadem autem est de moribus ratio. Agrestes, hominum societate minimè gaudentes, & animosæ huiusmodi naturæ existunt. frequentes enim mentis emoriones, morum ferociam inducunt, lenitatem autem & comitatem retundunt. Quocirca eos qui Europam incolunt, plus animi quàm Asiaticos habere censeo. Rerum siquidem vno se habentium modo æquabilitas, socordiam ingenerat, varietas verò, corpus & animum ad laborem excitat. Quinetiam socordia & quiete ignauia crescit, exercitatione verò & laboribus, animi fortitudo. Hanc ob causam bellicosiores sunt qui Europam incolunt, iam etiam propter leges, quoniam Regum imperio non parent velut Asiatici. Qui enim Regibus subiiciuntur, eos timidissimos esse necesse est, & velut antea à nobis dictum est, feruitute pressi animi, neque lubenter, neque volentes, temere se pro alieno imperio periculis obiciunt. Hi verò cum suis legibus viuunt, sibi non aliis pericula subeunt, & magna animi alacritate volentes ad grauiam quæque feruntur, cum pro re gesta victoriæ præmia sint accepturi. Ita vt constet leges ad animi magnitudinem plurimum facere. De Europa igitur & Asia in genere ac toto, sic se res habet. Sunt autem in Europa gentes, tum magnitudine, tum forma, tum magnanimitate inter se differentes. Varietatis causæ eadem quæ supra dictæ sunt, quasque iam manifestius aperiam. Qui regionem quidem montanam, asperam, altam, & aquis carentem incolunt, & anni temporum mutationes habent admodum differentes, illic hominum formas magnas esse par est, tum ad laborem, tum ad robur à natura optimè esse comparatas, at agrestibus & ferinis moribus eiusmodi naturæ non parum sunt prædire. At qui loca concaua, herbosa & æstuosa habitant, quiq; ventis calidis magis quàm frigidis perslantur, & aquis vtuntur calidis hi magni quidem esse non possunt, neque recti & ventre substricto, in

amplam verò corporis molem à natura producuntur, corpore sunt carnoſo, & capillis nigris, colore potius nigro quàm candido, & minùs pituitofi quàm bilioſi. At animi robore & laborum tolerantia, non æquè à natura valèt, ſed accedens vitæ inſtitutum id efficit. Quòd ſi flumina earegio habeat, quæ ſtagnantes & pluuias aquas educant, ij incolumes degunt, & colore cutis ſunt ſplendido. Sin verò nulla ſint flumina, aquasque fontanas ſtatarias & malè olères bibant, has ventri & lieni noxias eſſe neceſſe eſt. Qui verò regionem altam, planam, ventis perflatam & aquoſam ¹⁰ incolunt, ij corporis habitu ſunt prægrandi, inter ſe ſimiles, & erecti, & animo tranquilliore. At qui gracilia & arida loca, aquis carentia & nuda tenent, neque temperatas habent anni temporum mutationes, hac in regione homines duro & robuſto corporis habitu eſſe par eſt, & colore ſtauo potius quàm nigro, moribus & animi appetitionibus ſibi nimis placentes & ſuperbos, & in concepta opinione permanentes. Vbi enim anni temporum mutationes. tum crebræ, tum plurimùm inter ſe differunt, ibi & formas, & mores, & naturas plurimùm diuerſas comperias. ¹⁰ Atque hæ quidem maximæ cauſæ ſunt, cur naturæ permittentur, deinde etiam regio in qua quis nutritur, & aquæ. Magna enim ex parte hominum formas & mores regionis naturam imitari reperiās. Vbi enim terra pinguis eſt, & mollis, & aquoſa, aquæ verò valdè ſublimis, ita vt æſtate ſint calidæ & hyeme frigidæ, quæque ad anni tempora probè habet, ibi homines carnoſi ſunt, articulis non diſcreti, humidi, labores non ferentes, ac vt plurimùm prauī animi. Quinetiam ſegnes ſunt & ſomnolenti, & ad artes craſſi, neque ſubtiles, neque acuti. Aſt vbi regio nuda eſt, non munita, ¹⁰ aſpera, quæque hyeme prematur, & ſole exuratur, ibi du-ros, graciles, articulis diſcretos, carnoſos & hirsutos homines cernas, & qui ad aliquid agendum natura ſunt induſtrij & vigilantes. Mores autem habent ſuperbos, in iram procliues & pertinaces, magisq; feritatis quàm lenitatis participes, eoſq; ad artes acutiores & ſolertiores, & ad res bellicas gerendas meliores deprehēdas. Quin & reliqua omnia quæ è terra producuntur, terræ ipſius naturam ſequuntur. Atq; maximè quidem contrariæ naturæ & formæ ſic habent

bent, ex qu
 nimè aberr

ARTI
 mult
 exiſtunt, &
 autem qui
 artium num
 dicus enim
 quæ ſunt in
 ſibi dolore
 mis malis.
 His enim
 bere depre
 ſeria verò
 tem minir
 ris opera
 tionem pe
 manuum
 mos & ma
 iudicat, en
 quibus ſa
 cauſa, & e
 antur. Q
 his quæ in
 cognition
 ars Medic
 mes mor
 fert, mor
 dium? ho
 illius ergo
 Plenitudi
 rò plenitu
 verbo dic
 cina enim
 exuperan
 Qui verò
 mandus

bent, ex quibus coniectura ducta, si reliqua consideres, minime aberrabis.

Hippocratis de flatibus, liber.

ARTEs quædam sua quidem cognitione quibusdam multum laboris exhibent, vlti verò nonnullis viles existunt, & vulgo quidem commune bonum conferunt, his autem qui eas tractant plenæ sunt molestiæ. Ex quarum artium numero est quam Græci Medicinam appellant. Medicus enim non nisi quæ periculo sunt proxima inuictur, & quæ sunt ingrata contrectat, ac ex aliorum calamitatibus sibi dolorem conciliat. Ægrotantes verò artis operâ maximis malis, morbis, laboribus, dolore & morte vindicantur. His enim omnibus Medicina manifestam medelam adhibere deprehenditur. Huius autem artis vilia nosse difficile, seria verò facile. Ac vilia quidem ipsis Medicis, vulgò autem minimè sunt cognita, cum mentis quidem non corporis opera existant. Quæcunque quidem manuum tractationem postulant, ea in vsum traducere oportet. Est enim manuum vsus, optimus docendi magister. At obscurissimos & maximè difficiles morbos, opinio magis quàm ars iudicat, etsi in his plurimùm imperitiæ peritiæ præstat. In quibus sanè hoc præcipuum est, quænam sit morborum causa, & ex quo principio ac veluti fonte corporis vitia oriuntur. Qui enim morbi causam cognouerit, is vtiq; ex his quæ in corpore insunt, adepta per contraria morborum cognitione, facile poterit quæ conferunt offerre. Ipsa enim ars Medica maximè à natura inest. Ne longè abeam, famens morbus est. Quicquid enim homini molestiam adfert, morbus appellatur. Quodnam igitur famis est remedium? hoc certè quod famem sedat. Id autem cibus facit, illius ergo hic medela est. Rursus quoque sitim potio sedat. Plenitudinem itidem euacuatio sanat, euacuationem verò plenitudo, laborem otium, & otium labor. Atque vt vno verbo dicam, contrariorum contraria sunt remedia. Medicina enim additio est & subtractio. Et eorum quidem quæ exuperant, subtractio, eorum verò quæ deficiunt, additio. Qui verò istud optimè facit, is optimus Medicus existimandus est, quiq; plurimùm abest ab eo præstando,

is plurimum in arte Medica deficere censetur. Atque hæc quidem obiter præter, instituti sermonis rationem dicta sunt. Morborum autem omnium cum idem modus sit, locus tamen diuersus est. Morbi igitur ob locorum varietatem & dissimilitudinem nihil inter se habere simile videntur. Est tamen vna & eadem omnium morborum forma & causa, quam procedente oratione quamnam sit declarare conabor. Hominum enim & reliquorum animantium corpora triplici alimento nutriuntur, cuius hæc sunt nomina, cibus, potus, spiritus. Ac spiritus quidem qui in corporibus insunt, status nominantur, qui verò extra corpora, aer. Qui cum in omnia quæ corpori accidunt plurimum habeat facultatis, illius vim inspicere operæ pretium videtur. Ventus enim est aeris fluxio & effusio. Cum igitur copiosus aer vehementem fluxionem fecerit, tum & arbores vi spiritus terra radicitus euelluntur, mare æstu fluctuat, & immensæ naues onerariæ in altum iactantur. Hanc igitur vim in ista obinet. Qui etsi oculis minimè cernitur, ratione tamen conspicuus est. Quid enim sine hoc fir tandem? aut à quonam hic abest, aut cui non præsens est? Quod enim cælum¹⁰ & terram interiacet, id omne spiritu plenum est, idque hyemis & æstatis causa existit, per hyemem quidem condensatum & frigidum, per æstatem verò leue & tranquillum. Quinetiam solis, lunæ & astrorum viam spiritus dirigit. Igni enim spiritus nutrimentum præbet, eoque priuatus ignis viuere non potest. Atque adeo perennem solis cursum aer perennis & tenuis esse facit. Quin & in mari quandam esse spiritus communionem cuius est manifestum. Neque enim natantia animantia sine spiritu viuere possent. Quonam autem alio pacto cum illo commercium habeant, si¹⁰ non per aquam & ex aqua spiritum attraherent? Et lunæ in eo sedes est ac fundamentum, hicque terræ vehiculum, neque quicquam spiritu est vacuum. Atque hæc quidem causa, cur in cæteris aer tantum possit, dicta est. Mortalibus autem hic vitam vitæ, tum morborum & grotis causa est. Tantaque corporibus omnibus spiritus inest necessitas, ut si quid aliis omnibus & cibis, & potionibus quis abstineat, duos tamen & tres, vel plures dies possit vitam ducere. At si quis spiritus in corpus vias intercipiat, vel exigua diei parte ho-

mini

10 *mini percundum sit. Adeò necessarius est vsus spiritus in corpore. Ad hæc quoque cum ab omnibus aliis actionibus homines quiescant, quòd mutationibus innumeris vira sit exposita, ab hac tamen sola actione nunquam consistit animantia, quin aut spiritum adducant, aut reddant. Quòd igitur omnibus animantibus cum aere maxima intercedit communio, dictum est. Huic quoque orationi subiiciendum, morbos vnquam vix aliunde quàm ab aere oriri posse, cum is aut copiosior, aut parcius, aut etià plenior, aut & morbidis
 20 inquinamentis infectus in corpus subierit. De tota re igitur hæc mihi sufficere videntur. Deinceps autem ad opera ipsa oratione progressus, morbos omnes istius sobolem esse, & ab hoc oriundos demonstrabo. Ac primùm a febre maximè communi morbo exordium ducam, quæ omnium aliorum morborum, præcipuè verò inflammationis comes est. Quod indicant ex pedum offensionibus exorta noxia: Mox enim cum inflammatione inguinum tumor & febris consequitur. februm autem duo sunt genera (vt id quoque hic attingam) vnum quidem omnibus commune, pestis
 30 appellatur, alterum verò ob priuatam cuiusque malam victus rationem contingens. Horum autem vtriusque aer author existit. Communis igitur febris idèò communiter omnes inuadit, quòd eundem omnes spiritum attrahunt, & simili corpori spiritu similiter permixto, similes oriuntur febres. Ac fortè obiciat quispiam, cur igitur non omnibus animantibus, sed alicui ipsorum generi eiusmodi morbi contingunt? Cuius rei causam esse dixerim, quòd corpus à corpore, natura à natura, & alimentum ab alimento differt. Neque enim cuius animantium generi eadem sunt
 40 commoda aut incommoda, sed alia aliis conueniunt. Cum igitur aer inquinamentis huiusmodi, quæ hominum nature aduersantur, plenus fuerit, tum homines & giorant. Quando verò alteri cuidam animantium generi aer incommodus fuerit, tunc eo morbo corripitur. Quinam igitur populares sint morbi, & quamnam ob causam, & quam ratione, ex quibus, & vnde oriantur, dictum est. febre autem quæ ex praua victus ratione oritur, tibi deinceps exponam. Est autè eiusmodi praua victus ratio, primùm quidè cum quis copiosiores cibos aut liquidos, aut siccos cor-*

poti exhibeat, quàm ipsum ferre possit, neque labore aliquo ciborum copiam compensat. Deinde cùm varios & dissimiles inter se cibos immittat. Dissimilia enim leditionem excitant, & alia citius, alia tardius concoquuntur. At cum multis cibis multum etiam spiritum ingeri necesse est. Nam cum omnibus his quæ eduntur aut bibuntur, spiritus aut copiosior, aut paucior subit. Atque id inde manifestum est, quòd eructationes plerisque post assumptos cibos & potus accidunt, nimirum cùm inclusus aer recurrat, ubi bullas in quibus latet perfrigerit. Quando igitur corpus cibis expletum fuerit, tum spiritus quoque magna copia accedit, diutius immorantibus cibis, qui quidem cùm præ multitudine exire nequeat, diutius immorantur. Obstructo autem inferiore ventre, in vniuersum corpus flatus percurrunt, & ad sanguinem refertas corporis partes illapsi, eas refrigerant. At refrigeratis his locis, in quibus fontes & radices sanguinis continentur, per vniuersum corpus horror penetrat. Vniuerso autem sanguine perfrigerato, totum quoque corpus horror occupat. Hanc igitur ob causam primò horrores ante febres oriuntur, & quò maiore copia & frigiditate flatus irruerint, talis quoque rigor consequitur à pluribus quidem & frigidioribus, vehementior, à paucioribus verò minusque frigidis, minus quoque vehemens. Cùm horribus autem corporis quoque tremores ad hunc modum contingunt. Sanguis enim præsentem horrorem metuens, per totum corpus perrepat, & ad maximè calidas partes concurrit. Atque hi sunt eius saltus. Desiliente autem ab extremis corporis partibus sanguine, & viscera, & carnes contremiscunt. Aliæ enim corporis partes copioso sanguine refertæ, aliæ exangues existunt. Atque exangues quidem ob frigus minimè conquiescunt, sed concutiuntur, quòd eas calor destituerit. Quæ verò sanguine replentur, ob sanguinis copiam contremiscunt, & inflammationes excitant. Neque enim fieri potest ut sanguinis copia conquiescat. Oscitationes autem febres præcedunt, cùm magna copia coaceruatus aer fuerit, confertimque ad superiora erumpens, tanquam machinatione aliqua os diducit, quòd hæc ei facillimus exitus pateat. Quemadmodum enim ab aqua in lebetibus ebulliente, vapor copiosus euehitur, sic corpore con-

re concalescitur, aër coarctatus & vi quadam delatus, per os erumpit. Articuli quoque ante febres exoluuntur. Calescitur enim nervi relaxantur. Coacto autem cumulatim plurimo sanguine, aër ipse qui sanguinem refrigeravit, à calore superatus, rursus incalescit, incensusque; ac velut igneus existens, in toto corpore calorem excitat, ad id etiam subseruiente ipso sanguine. Quod enim incensum est liquatur, ex eoque spiritus oritur, quo ad corporis meatus irrumpente, sudores fiunt. Coactus autem spiritus in aquam abit, & per

10 meatus subiens, ad eundem modum foras erumpit, quo à feruentibus aquis sublatus vapor, si ad solidum quiddam impingat, in crassescit ac condensatur, guttaeque ab his corporibus, in qua vapor impegit, decidunt. Capitis autem dolores una cum febre, hanc ob causam oriuntur. Sanguinis in capite vis angustia contingit, cum aëre replentur, eaque repleta ac distenta capiti dolorem afferunt. Sanguis enim vi pulsus, cum calidus existat, per angustam viam transire celeriter nequit, quod eum multa remorentur quae impediunt & obstruunt. Eamque sanè ob causam pulsationes circa tempora contingunt. Ad hunc ergo modum, quem dixi, febres contingunt, & cum febribus dolores & morbi. Aliarum autem aegritudinum, quales sunt voluuli, aut intestinorum conuolutiones, aut tormina, aut alij obfirmati & inhaerentes morbi à flatibus causam dependere cuius esse manifestum existimo. Horum enim omnium spiritus traectio causa est. Hic enim ubi ad loca tenera, inassueta, nec prius acta incubuit, ad instar spiculi infixi carnes subit, & interdum quidem ad praecordia, interdum etiam ad laterum

30 Eam sanè ob causam etiam foris adhibitis calidis fomentis, dolorem lenire conantur. Rarefacta enim cute per fomenti calorem, spiritus extra corpus peruat, ac proinde dolorum quies quaedam consequitur. Ac fortasse dixerit quispiam. Quanam ergo ratione fluxiones à flatibus contingant? aut quonam modo sanguinis eruptionum circa pectus causa existunt? Haec autem istis de causis fieri me declaraturum existimo. Cum capitis venae aëre repletae fuerint, primum quidem caput urgentibus flatibus grauatur. Deinde spiritus una cum sanguine propter viarum angustiam intus

coquoluitur, id verò quod in sanguine est tenuissimum, per
 venas foras eliditur. Hoc sanè humidum vbi copiosum coa-
 ceruatum fuerit, per alios meatus effluit, cumque confer-
 tum ad aliquam corporis partem peruenerit, ibi morbus
 cōtrahitur. Vbi igitur ad oculos venerit, ij laborāt; si ad au-
 res, ibi morb⁹ est; si ad nares, grauedo exōritur; si ad pectus,
 raucedo appellatur. Pituita nanque acribus humoribus
 permixta, vbi in loca minimè assueta irruperit, ea exulce-
 rat. Cū verò ad fauces teneras etiā fluxio ingruit, eas ex-
 asperat. Spiritus enim per fauces respiratione attractus, ad
 pectus fertur, ac rursus per eandem viam effertur. At vbi
 deorsum delata pituita spiritui ascendenti occurrerit, tussis
 superuenit, & pituita supernè reiicitur. Quibus ita se ha-
 bentibus, fauces exulcerantur, exasperantur, & incendun-
 tur, calefactæ verò humorem ex capite attrahunt, caput
 autem rursus à reliquo corpore assumens, iis transmittit.
 Cū igitur hunc in modum fluxio effluere consueuerit,
 meatusque velut in torrentis alueum excavati fuerint, ad
 pectus quoque transfundunt. Acris autem existens pituita,
 & in carnem irrumpens, venas exulcerat & refringit. San-
 guis verò in alienum locum effusus, mora computrescens
 in pus vertitur, neque sursum conscendere, neque infra sub-
 ire potest. Neque enim naturæ humidæ, vt neque quibusuis
 aliis rebus quæ in se admixtam grauitatem habent, facilis
 est sursum via, cū accliuus existat. Infra autem subire sepiū
 transuertum vetat. Quam sanè ob causam fluxionem inter-
 dum citra spiritum perrumpi contingit, & partim sponte
 quidem, partim verò ob dolores. Ac sponte quidem, cū
 aer vltro venas subiens, sanguinis vias coarctat. Compres-
 sus enim sanguis, sua copia, quā maximè impressionem fe-
 cerit, venas perrumpit. Vbi verò sanguinis copia effusa fue-
 rit, in his etiam dolores spiritu venas complent. Ast etiam
 enim locum spiritum continere necesse est, aliaq; dictis si-
 militia contingere. At verò ruptiones has ob causas contin-
 gunt, cū vi quadam à se inuicem carnes discedūt ac diuel-
 luntur, & in ipsam discessionem spiritus dolorem inferens
 subierit. Quòd si status per carnes perrumpentes, corporis
 meatus rarefecerint, eos humiditas consequitur, cui viam
 aer antea struxit. Corpore autem madore persuso, carnes
 qui-

quidē colliquescunt, tumores ad tibias descendunt, & mor-
bus hic hydrops dicitur. Quod autem huius morbi causa ad
flatum referri debeat, id maximo est argumento, quod iam
perniciose affecti quidam, aqua euacuata planē sunt libera-
ti. Quæ quidem simul atq; è ventre erumpit, multa apparet,
paulū autem morata, imminuitur. Cuius rei etiam causa
manifesta est, quod quæ quidem statim erumpit aqua aere
plena est, eoq; valdē intumescit. Cum autem spiritus deces-
serit, eadem planē aqua relinquitur, quæ sanē quidem pauca
apparet, cum tamen æqualis sit. Est & hoc aliud eius rei in-
diciū, quod venter penitus vacuatus, intra tridui spatium,
rursus impletur. Quidnam igitur aliud quā spiritus im-
pleat? quidve aliud tam citō implere possit? Neq; enim rāta
porus cœpia in corpus ingesta est, ac neq; carnes quæ colli-
quescent, in causa esse possunt, cum ossa supersint, & nerui,
& fibræ, ex quibus nulla quidem tanta aquæ copia augeri
potest. Atque hydropis quidem causa iam dicta est. At verō
etiam syderationes corporis (apoplexiæ dictæ) ex flatibus
oriuntur, nimirum quando flatu frigidī & copiosi carnes
subierint & inflarint. Hæ enim corporis partes stupidæ red-
duntur. Et si quidem multi flatu totum corpus permeant,
totus homo autonitus redditur, si verō partem aliquā, pars
illa. Atq; vbi quidem flatu illi discesserint, morbus cessat,
vbi verō permanferint, permanet & morbus. Hęc autem ira-
se habere continuæ oscitationes indicant. Ac mea quidem
opinionē, hic etiam morbum sacrum vulgō dictū, producere
videntur. Quibus autem rationibus adductus sim, iidem
eos qui audire volent, persuadere conabor. Imprimis au-
tem in animum induco, ex iis quæ in corpore insunt, nihil
magis ad intelligentiam cōferre quā sanguinem. Is nan-
que vbi consistente habitu persistit, prudentia etiam con-
stat. Permutato verō sanguine, simul quoque intelligentia
concidit. Cuius rei multa sunt testimonia. Ac primum qui-
dem somnus, qui animātibus omnibus communis est, quæ
dicta sunt confirmat. Is enim vbi corpus corripuerit, tum
sanguis refrigeratur, cum suapte naturā somnus refrigera-
re soleat. Perfrigerato autem sanguine, tardiores sunt eius
pettransitus. Id verō inde fit manifestum, quod corpora sua
grauitate inclinentur (cum grauiā omnia ad iuxta ferri

natura soleant) oculi clauduntur, & intelligentia permu-
 tur, opiniones etiam alienæ diutius immorantur, quæ cer-
 tē insomnia appellantur. Rursus Verò per ebrietatem aucto
 repente sanguine, animi functiones, eiusque intellectus
 concidit, & malorum instantium obliti, futurorum bono-
 rum optimam spem concipiunt. Multa etiam eiusmodi cō-
 memorare possem, in quibus sanguinis permutationes in-
 telligētiā immutant. Perturbato igitur in totum sangui-
 ne, prorsus quoque intelligentia deperit. Affectus enim &
 recognitiones inter consuetudines numerantur. Cū verò
 à solita consuetudine discedimus, intelligentia nobis tolli-
 tur. At sacrum morbum ad hunc modum fieri censeo, cū
 spiritu copioso per totum corpus vniuerso sanguini per-
 mixto, obstructions multæ multis modis circa venas con-
 tingunt. Cū igitur in crassiores & sanguine abundantes
 venas, copiosus aër prorupit, progressusque immoretur,
 sanguinis pertransitus prohibetur, atq; hīc quidem sistitur,
 ibi verò tardius permeat, alibi autem citius. Ex qua per cor-
 pus peruadētis sanguinis inæqualitate, variæ inæqualitates
 contingunt. Totum enim corpus vndiq; cōtrahitur, & cor-
 poris partes perturbantur, sanguine ipso ad tumultū & con-
 turbationem subministrant operam suppeditātē, & ex san-
 guinis peruersione, variæ etiam vndiq; corporis peruersio-
 nes oriuntur. Sub id verò tempus, nihil omnino sentiunt,
 neq; quæ dicuntur audiunt, neque quæ sunt vident neque
 illos dolores sentiunt. Ad hunc enim modum conturbatus
 aër, simul quoque sanguinem conturbauit & infecit. Quin-
 etiam spuma per os non sine causa excurrit. Per iugulares
 enim venas aër subiens, exit quidem ipse, secumq; id quod
 in sanguine est tenuissimum subuehit, humidū verò simul
 permixtum, albescit. Aër enim purus per tenues membra-
 nas pellucidus apparet, eamque sanè ob causam spuma om-
 nes albæ conspiciuntur. Qui igitur hoc morbo corri-
 piatur, quomodo morbo & præsentī tempestate liberen-
 tur, ego enarrabo. Cū laboribus exercitatum corpus in-
 caluerit, incalescit etiam sanguis, qui calefactus flatus quo-
 que calefacit. Ij verò calefacti dissoluuntur, & sanguinem
 coactum simul dissoluunt, partimque cum spiritu, partim
 cum pituita foras prodeunt. At vbi deferbuit spuma, & san-
 guis.

guis c
 morbo
 flatus
 tis, ve
 morbo
 turun
 vel m
 demo
 num
 10 verur
 ne pe
 men

D
 dem
 vider
 30 turan
 quod
 cons
 nica
 mo
 bus
 quod
 futur
 bo,
 eos
 30 febr
 sacr
 vide
 verò
 festa
 re vi
 fera
 tes &
 verò
 pall

guis conquieuit, tranquillitasque in corpore oborta est, morbus cessat. Horum igitur sanè omnium multis modis status causæ esse videntur, cætera verò omnia vel adiuvantis, vel consequentis causæ rationem habere. Hæc verò esse morborum causa nobis est demonstrata, quod me declaraturum receperam. Spiritum autem cum in aliis rebus, tum vel maxime in animantium corporibus plurimum posse demonstravi. Orationem verò ad morborum & ægritudinum cognitionem perduxì, in quibus hoc argumentum 10 verum esse apparuit. Quòd si reliquas ægritudines oratione persequi velim, prolixior sanè foret oratio, nihilò tamen minus aut veritatis aut fidei habitura.

Hippocratis de morbo sacro, liber.

DE Morbo sacro vulgò appellato sic se res habet, neque quicquam aliis morbis diutius aut sacratius, sed eandem ex qua reliqui morbi oriuntur naturam habere mihi videtur. Homines verò ex imperitia & admiratione ei naturam quandam & causam divinam inesse censuerunt, 20 quòd nulla in reliquorum morborum similis esset. Et per consilij inopiam quòd morbum non cognoscunt, illi divinitatem asserunt, perfacile parabilem verò curationis modum, ei medentur, cum expiationibus & incantationibus ab eo liberentur. Quòd si idèò divinus esse censeatur, quòd admirabilitatem quandam habeat, multi morbi sacri futuri sunt, & non unus, quos ego diuersos esse demonstrabo, neque minus admirabiles, neque minus prodigiosos, eos tamen nemo sacros esse existimat. Ac primum quidem 30 febres quotidianæ, & tertianæ, & quartanæ, neque minus sacræ esse, neque minus quam hic morbus à Deo fieri mihi videntur, quamvis admirationem nullam habeant. Deinde verò furore correptos ac desipientes multos ex nulla manifesta causa, cum multa, tum simul etiam intempestiva facere videmus. Quinetiam multos in somno lugentes & vociferantes vidi, quosdam etiam suffocatos, quosdam exilientes & fugientes, ac desipientes quoad excitarentur, postea verò sanitati restitutos, & ut antea resipiscentes, quamvis pallidos & debiles. Idque non semel sed sæpius contingit.

vidimus. Quin & multa sunt & varia, quæ si sigillatim enumerare velimus, proluxa foret oratio. Ac mihi certè qui primi hunc morbum ad deos retulerunt, tales esse videntur, quales sunt Magi, expiatores, circulariores, ac arrogantes ostentatores, qui se valde pios esse plurimumque scire simulant. Hi quippe diuinitatis obtentu ac prætextu, cum nulla ope prodesse possent, ne insciam suam proderent, sacram hanc esse affectionem censuerunt, & additis idoneis rationibus, tutam sibi curationis viam proposuerunt, oblati expiationibus & incantationibus, balneisq; interdictis, & multis cibis ad laborantium usum minimè accommodatis. Ac marinis quidem, mullo, melanuro, mugili & anguilla, qui pisces præcipuè vitædi sunt. Carnibus verò, caprina, ceruina, suilla & canina. Nam & eiusmodi carnes ventriculorum maxime conturbant. Ex volucribus, gallo, turture & otide, prætereaque ab his quæ valentissima esse censentur. Ex olivis autem, mentha, allio, & cæpa. Acrimonia enim agrotanti nullo modo conducit. Vestimento etiam nigro vi prohibent, quod niger color mortem significet, aut in pelle caprina decumbere, aut eam gestare, ac ne pedem pedi, aut manum manus superimponere. Hæc enim omnia curationem impedire. Quæ omnia diuinitatis gratia addunt, velut amplius quiddam scientes, & alia in specie prætexentes, vi si conualescat æger, istud eorum gloriæ & solertiæ attribuat, sin verò moriatur, tutam sibi proponant defensionem, & occasionem nanciscantur, quo minus ii in causa, sed dii esse videantur, cum nullum quidem medicamentum edendum aut bibendum exhibuerint, neque balneis excoxerint, ut in eos causa reici possit. Ac mea quidem opinione, ex iis qui Africæ mediterranea incolunt, nullus ab hoc morbo sanus euadet, quod in pellibus caprinis recumbat, & caprinis carnibus utantur, cum ne stragulum quidem, neque vestimentum, neque calceamentum aliud habeant quam caprinum. Neque enim aliam ullam habent pecudem, quam capras & boues. Quod si ista oblata & cibo sumpta morbum augent, & cibo minimè sumta medentur, nullius sanè Deus author est, neque expiationes iuuant, sed quæ eduntur medentur & nocent, numinisque vim obscurant. Quare qui hoc modo ad istorum morborum curationem aggrediuntur,

tur, hos neque sacros, neque diuinos reputare mihi videntur. Si enim huiusmodi expiationibus talique curatione tolluntur, quid prohibet quominus ex similibus artibus ab hominibus remoueantur, aut in eosdē incidant? Ad eō vt nō amplius diuinum, sed humanū quiddam in causa mihi esse videatur. Quisquis enim lustrationibus & magicis artibus huiusmodi affectionem abigere valuerit, is etiam aliis artibus abiget, istaque ratione diuinitatis opinio prius deperditur. Hac oratione & molitione multam scientiam præferunt, hominesq; decipiunt, his lustrationes & purificationes proponendo, cum multum faciāt de diuinitate & numine sermonem. Quanquam mihi quidem non de pietate (vt rentur) verum de impietate potius verba facere videntur, & Deos non esse profiteri, eorumq; pietas & diuinitas, sicuti docebo, in impietatem & nefarium scelus vertitur. Si enim lunam deducere, & solem obscurare, tempestatemq; ac serenitatem inducere, & imbres ac siccitates, mareq; sterile & terram facere, ceteraq; id genus se scire profitentur, siue ex sacrorum mysteriis, siue ex alio quouis consilio aut
 20 cura hanc sibi potentiam vendicent, qui his rebus operam nauant, mihi quidem impij esse videntur, neque deos esse existimare, neque si sint, quicquam posse, neque aliquid summum malum propulsare posse. Cuius rei gratia, cur non ipsis infesti sint? Si quis enim magicis artibus & sacrificiis lunam deducet & solem obscurabit, tempestatemq; & serenitatem inducet, non equidem horum quicquam diuinū, sed humanum esse censuerim, si utique diuina potentia humano consilio superatur, & in seruitutem assentur. Ac fortassis hæc aliter se habent, sed homines in vitæ inopia multa
 30 & varia moliuntur, & tum ad reliqua omnia, tum etiam ad hunc morbum variè se habent, in vnaquaque affectionis specie Deo causam attribuentes. Neque enim semel sed sæpius eadem meminerunt. Si quidem nanque capram imitantur, & balatum edant, dextramq; in partem conuellantur, deorum matrem in causa esse assentur. Si vero acutiorē & vehementiorem vocem edat æger, equo simile esse dicunt, & ad Neptunum causam referunt. Quod si stercoris aliquid emittat (quod nonnullis morbo pressis contingit) Hecates Enodiæ appellatio adhibetur.

Sin autem tenuius & crebrius deiciat, velut aues, Apollo Nomius. Si verò spumam ex ore demittat, & pedibus calcitet, Mars author est. Pauores verò qui noctu adsunt, timores, deliria, & terreculamenta, cum ægri è cubili exiliunt & fugiunt, Hecates insidias, & Heroum inuasiones esse affirmant, expiationibusque & incantationibus vtuntur, ac meo quidem iudicio, sceleratissimum & maximè impium diuinum numen faciunt. Morbo enim detentos expiant, & sanguine aliisq; quibusdam sceleribus inquinatos ac facinorosos & sceleratos, aut quibus ab hominibus est exhibitum venenum, aut eos qui nefarium aliquod facinus perpetrarunt, quos contra facere decuerat, sacra facere nimirum & precari, ad templa deducere, & diis supplicare. Nunc verò horum quidē nihil faciunt, sed expiant, & partim quidem expiationes in terra recondunt, partim in mare proiciunt, partim etiam in montes deportant. vbi eas nemo attingat aut conculcet. Has autem oportuerat, si quidem Deus author est, ad templa delatas, Deo reddere. Neq; tamen hominis corpus à Deo inquinari existimo, impurissimum à purissimo. *Quin* si fortè contingat vt ab alio coinquinetur, aut quid patiat, à Deo expiari ac purificari magis quam inquinari cupiat. Maxima ergo & sceleratissima peccata Deus expiat & purificat, tutelaque nostra existit, nosque Diis ipsis templorum ac delubrorum terminos constitui-mus, quos nemo nisi purus transcendat, & ingressi, non tanquam inquinati, respergimur, sed vt si quod etiam antea scelus contraximus, illud expiemus. Ac de expiationibus quidem ad hunc modum se res habere mihi videtur. At verò hic morbus nihil mihi reliquis diuinius, sed eandem etiam quam alii morbi naturam, & originis causam habere videtur, eiusque natura & causa, vt aliorum omnium diuina existimanda est, nihiloque minùs quam ceteri curationem recipit, nisi ex longo temporis spatio vrgeat atq; adeò inuale scat, vt oblata medicamenta superet. Initium autem ducit, veluti alii morbi, secundum cognationem. Si enim ex pituitoso pituitosus, & ex bilioso biliosus oritur, & ex tabido tabidus, & ex lienoso lienosus, quid vetat vt cuius partes hoc morbo detineantur, eo quoque & posterorum aliquis corripiatur? Cum nempe genitura ab omni-bus cor-poris

poris partibus procedat, à sanis sana, & à morboſis morboſa. Eſt præterea magnum aliud argumentum, hunc morbum reliquis nihilò diuiniorẽ eſſe, quòd natura pituitosus oboriatur, bilioſis verò minimè contingat. Quanquam ſi reliquis diuinior eſſet, omnibus ex æquo morbum hunc contingere oporteret, neque bilioſorum & pituitoſorum diſcrimen facere. Sed enim ipſis huius affectionis cerebrum, velut etiam aliorum magnorum morborum in cauſa eſt. Quod quònam modo & quanam ex cauſa contingat, apertè enarrabo. Cerebrum homini, vt reliquis omnibus animantibus, duplex eſt. Cuius medium tenuis membrana diuidit. Ideò non ſemper eadem capitis pars dolet, ſed ſigillatim vtraque, interdum verò totum. Quinetiam venæ multæ & tenues ex vniuerſo corpore ad ipſum feruntur, duæ verò cræſæ, vna quidem ab iecore, altera autem à liene. Et quæ ex iecore ducitur, ad hunc ſe habet modum. Vna quidem venæ pars ad dexteram, iuxta ipſum renem & lumbum, ad internam femoris partem, deorſum fertur, & ad pedem pertingit, vocaturque vena caua. Altera verò

10 per venas dextras & pulmonem ſuſum tendit, & in cor & brachium dextrum diſcinditur. Reliqua autem parte per iugulum ad dextram ceruicis partem ſuſum tendit in ipſam cutem, quò conſpicua fiat. Iuxta autem autem conditur, ibique ſcinditur, & cræſſiſſima, maxima & ampliffima ſua parte, in cerebrum deſinit, altera verò parte, quæ vena tenuis eſt, ad aurem dextram fertur, altera ad oculum dextrum, altera ad naſum. Atque hoc modo venæ ab iecore ſe habent. A liene autem vena etiam ad ſiniſtram deorſum & ſuſum contendit, non ſecus quàm ab he-

30 pate, tenuior tamèn & imbecillior. Per has verò venas plurimum ſpiritum adducimus. Hæc enim corporis noſtri ſunt ſpiracula, cùm aerem ad ſe trahant, & in reliquum corpus deducant, ac per venulas refrigerent, tuſusque emittant. Neque enim fieri poteſt vt ſpiritus conſiſtat, ſed eum ſuſum ac deorſum ferri neceſſe eſt. Vbi enim ſiſtitur & interceptitur, pars ea ad motionem impotens redditur. Cui rei hoc eſt indicio, cùm ſedenti aut iacenti ventulæ ira comprimuntur, vt ſpiritus à vena non irrumpat, ſtatim torpor occupat. At reliquæ venæ hoc modo ſe habent. Hic autem

morbus pituitosus contingit, biliosus verò minimè. Ac ori-
 ginis initium sumit, cum adhuc fœtus in utero existit. Pur-
 gatur enim & adolescit etiam cerebrum, velut alie par-
 tes, prius quàm in lucem edantur. Quæ purgatio si rectè &
 moderatè processerit, neque plus minùsve quàm oporteat
 defluerit, hoc modo maximè sanum caput fœtus habet. Sin
 verò à toto cerebro copiosior colliquatio facta fuerit, cum
 adoleuerit, morbis obnoxium & sonitus plenum caput ha-
 bebit, neque solem, neque frigus perferet. Sin verò vnius
 cuiusdam partis colliquatio facta fuerit, nimirum oculi, aut
 auri, aut vna aliqua gracilis reddita fuerit, sic ille malè affi-
 citur, prout sanè ex colliquatione se habebit. Quòd si pur-
 gatio non accesserit, sed in cerebro collecta fuerit, hoc mo-
 do pituitosum fœtum esse necesse est. Ac quibus quidem in
 puerili ætate vlcera in caput, in aures, & reliquum corpus
 erumpunt, si saluosi mucosiq; extiterint, ij procedente qui-
 dem ætate facillimè degent. Tunc enim pituita, quam in u-
 tero repurgari oportuerat, emittitur & purgatur, quique sic
 purgati fuerint, ferè hoc morbo comitiali minimè corripi-
 untur. Qui verò puri fuerint, vt neque vlcus vllum habue-
 rint, neque mucus aut saliuua vlla prodierit, neque in utero
 repurgati fuerint, periculum est, ne ij hoc morbo corripi-
 untur. Quòd si defluxio ad cor viam affectarit, cordis palpi-
 tatio & anhelationesprehendunt, pectus corrumpitur, quidam
 etiam incuruantur. Vbi enim pituita ad pulmonem & cor
 deuenerit, refrigescit sanguis, venæque per vim refrigeratæ
 ad pulmonem & cor resiliunt, corque palpitat, indeque ne-
 cessario anhelatio & spiratio que erecta ceruice trahitur, in-
 cidit. Neque enim spiritum suscipere potest, donec quod in-
 fluxit à pituita superatum, & calefactum per venas diffusum
 fuerit. Deinde palpitatio & anhelatio cessat, idq; prout eius
 copia se habuerit. Si enim magna copia defluerit, tardius, si
 pauciore, citius. Et si quidem crebriores defluxiones fuerint
 frequentior morbi insultus fit, sin minùs, rarior. Atque hoc
 modo afficiuntur, cum pulmonem & cor defluxio petierit.
 Quòd si ad ventrem feratur, alui profluvia corripiunt. Sin
 verò his quidem viis excludatur, sed ad commemoratas ve-
 nas defluxionem fecerit, tum voce deficitur, tum suffoca-
 tur, spumaque ore effluit, & dentes inter se coherent,

manus

manus contrahuntur, & oculi peruertuntur, ac nihil intelli-
 gunt, nonnullis etiam sterces per inferiora demittitur. Atque
 hæc quidem interdum sinistra, interdum dextra, quandoque
 etiam utraq; parte contingunt. Quam autem ratione in
 singulis afficiatur, enarrabo. Vox quidem deficit, ubi pi-
 tuita de repente in venas subiens, spiratione intercepta
 aerem excluderit, neque in cerebrum, neque in venas cauas,
 neque in ventriculos receperit. Cum enim spiritum ore &
 naribus homo accipiat, primum quidem cerebrum petit, de-
 inde magna ex parte in ventriculum fertur, pars quidem ad
 pulmonem, pars etiam ad venas, indeque per venas ad reli-
 quas partes dispergitur. Quique ad ventriculum fertur re-
 fugerat, nihilque aliud confert, quod etiam ad pulmonem
 delatus præstat. Aer vero qui ad venas pervenit, cerebrum
 subiens ad ventriculos accedit, sicque intelligentiam & mo-
 tionem membris præbet. Quare ubi pituita à venis aerem
 excluderit, eumque minimè admiserint, voce defectum & mi-
 nimè intelligentem hominem efficiunt. Manus autem ad
 motionem imponentes redduntur, & contrahuntur, san-
 guine conquiescente, neque, ut consuevit, diffuso. Oculi
 peruertuntur cum venæ aere excluduntur & contorquen-
 tur. Spuma autem ex pulmone per os prodit. Cum e-
 nim spiritus in ipsum minimè subit, velut moriens spu-
 mescit & ebullit. Stercus verò submittitur, dum violen-
 ter suffocatur. Quod fit cum hepar & ventriculus ad se-
 ptum transversum irumpit, & os ventris ocluditur. Ir-
 rumpit verò, cum spiritus non quantum solebat in os in-
 greditur. Pedibus autem calcitrant, cum aer in membris
 interclusus, foras præ pituita emergere non valet, & cum
 sanguine sursum ac deorsum impetu delatus, convulsionem
 & dolorem infert, ideoque calcitrant. Atque hæc quidem
 omnia patitur, cum pituita frigida in sanguinem calidum
 defluens, cum sistit & refrigerat. Et si quidem fluxio copio-
 sa & crassa fuerit, statim necat. Sanguinem enim frigo-
 re superat & congelat. Sin verò paucior extiterit, in præ-
 sentia quidem superat & respirationem intercipit. De-
 inde temporis spatio cum per venas dispersa, & copioso
 sanguini accalido permixta fuerit, si hoc modo superetur,
 venæ aerem suscipiunt, ægrique ad intelligentiam redeunt.

Qui ætate paruula hoc modo corripuntur, plærunque intereunt, si copiosa & humida fluxio contingat. Venæ namque cùm tenues existant, pituitam crassam & copiosam recipere nequeunt, sed refrigeratur & condensatur sanguis, hocque modo pereunt. Quod si pauca fuerit, & in vtrâque, aut alterius partis venas defluxionem fecerit, superfluit euadunt, nota ex morbo impressa relicta. Aut enim os contrahitur, aut oculos, aut ceruix, aut manus, quacunque parte venula pituita repleta, superata & extenuata fuerit. Hanc igitur venulam debiliorem esse, istamque corporis partem læsam viribus deficere necesse est. At verò in longius tempus plærunque iuuat. Neque enim si semel notam ex morbo impressam habuerit, amplius morbo corripitur. Eam ob causam venæ reliquæ necessariò malè afficiuntur, simulque quadam ex parte graciles efficiuntur, ita vt aerem quidem suscipiant, & pituitæ defluxio non amplius similiter affluat. Venis tamen malè affectis membra simili modo debilia esse par est. Quibus autem grandiori ætate & valdè etiam pauca pituita, & in dextram partem affluerit, si citra notam ex morbo relictam supersunt, periculum tamen est ne morbus familiaris reddatur, & simul increascit, nisi accommodata curatio adhibeatur. Pueris igitur ista, aut his proxima contingunt, grandiores verò natu, cùm superuenerit, neque interficit, neque contorquet. Nam & venæ amplam habent cavitatem, & sanguine calido refertæ sunt, ideoque neque superare pituita potest, neque sanguinem refrigeratum cogere, sed ipsa superatur, & celeriter sanguini permiscetur, hocque modo venæ aerem suscipiunt, & intelligentia permanet, & propter virium robur, signa prius commemorata minùs præcedunt. Valdè senes autem, cùm superuenerit hic morbus, ideo interficit, aut parte aliqua resolutos reddit, quod venæ iam vacuæ reddita, paucum sanguinem, tenuem & aquosum continent. Si quidem igitur copiosa fluxio fuerit, & hyems instet, interficit. Suffocando enim spirationem intercipit, & sanguinem congelat, si in vtrâque partem defluxio contingat, sin verò in alteram partem tantum, parte quadam lyderatum reddit. Neque enim sanguis, tenuis cùm sit, frigidus & paucus, pituitam superare potest, sed superatus ipse congelatur, vt

proinde

proinde partem
monitionem
magis quam
sunt & plura
dant. Pueris
sanè siue ex
repente cer
tur. Collic
gore autem
10 Er hæc quic
post aquilo
tum ac deb
pituita exu
fluit, si ob
dem aliquo
dem citò r
gunt. Ex qu
deficit, & s
cerebrum
10 tur & deflu
bi causæ su
inensa. C
concalcesce
ex frigore
derit, hoc
est comm
autem per
exponatu
mutation
30 præterieri
cos, aut nu
sanguine
dum, ira v
nem copi
à puero in
pati consi
australi te
git. Cere
pituita ex

proinde partes illæ in quibus corruptus sanguis fuerit, ad motionem impotentes euadant. In partem autem dextram magis quam in sinistram defluxio fit, quia venæ ampliores sunt & plures quam in sinistris, eum de iecore & liene tendant. Pueris autem maximè defluxio fit & eliquatur, quibus sanè siue ex sole, siue ex igne caput concalescit, siue etiam de repente cerebrum inhorruerit, tum etiam pituita excernitur. Colliquescit siquidem calore & cerebri diffusionem, frigore autem & concretionem excernitur, sicque defluxio fit.

10 Et hæc quidem quibusdam causa est, quibusdam etiam cum post aquilonares ventos auster mutationem fecerit, concretum ac debile cerebrum de repente soluitur & laxatur, ita ut pituita exundet, sicque defluxionem faciat. Insuper etiam defluit, si obscurus aliquis metus contingat, si vociferante quidem aliquo terreatur, aut etiam cum plorat, si spiritum quidem citò recipere nequeat, qualia frequenter pueris contingunt. Ex quibus sanè totum corpus inhorrescit, vox ægrum deficit, & spiritum non attrahit, sed spiritus conquescit, & cerebrum concresecit, sanguisque sistitur, sicque pituita excernitur & defluit. Ac pueris quidè hæc per initia comitialis morbi causæ sunt. Grandioribus autem natu hyems maximè est insensa. Cum enim ad multum ignem caput & cerebrum concalescerit, deinde ex frigore rigore correptus fuerit, & ex frigore ad locum tepidum accesserit, & iuxta ignem sederit, hoc idem etiam patitur. Atque hoc morbo, velut antè est commemoratum, ad hunc modum corripitur. Multum autem periclitatur, ne idem per ver patiatur, si caput ad solè exponatur, per æstatem verò minimè, cum tunc repentinæ mutationes non contingant. Cum verò vigesimum annum

30 præterierit, non ampliusprehendit hic morbus, aut certè paucos, aut nullum, nisi pueritiæ fuerit familiaris. Venæ enim sanguine refertæ sunt, & cerebrum compactum est & rigidum, ita ut non defluat in venas. Quod si defluerit, sanguinem copiosum & calidum minimè superat. In quo verò vna à puero increuit & adoleuit, is per ventorum mutationes id pati consuevit, & plerunque hoc morbo corripitur, præcipueque australi temporis conditione difficilis eius liberatio contingit. Cerebrum enim humidius quam pro natura existit, & pituita exundat, ita ut crebriores defluxiones contingant;

T

neque amplius fieri possit ut pituita excernatur, neque ut re-
 breum resicceretur, sed irriguum & humidum esse necesse
 est. Id ipsum autem præcipue ex omnibus hoc morbo corre-
 ptis quis cognoscere queat, ac præsertim capitis, quæ fre-
 quentissime hoc morboprehenduntur. Harum si caput
 secueris, cerebrum humidum, & sudore redundans, &
 malè olens deprehendes. Ex quo certè cognosces mor-
 bum, non Deum, corpus infestare. Sic etiam in homi-
 ne se res habet. Cum enim inueterauerit morbus, amplius
 curari non potest. Cerebrum enim à pituita eroditur &
 colliquescit. Quod colliquatum est, in aquam vertitur,
 foris cerebrum ambit & circumcirca alluit. Ideoque fre-
 quentiùs & faciliùs hoc morbo corripuntur. Diuturnus
 verò ob id morbus est, quoniam quod affluit præ copia
 tenue est, & statim à sanguine superatur & incalescit.
 Quibus verò morbus iam in consuetudinem venit, ii se
 correpturos iri præsentiant, & hominum conspectum
 fugiunt, domumque, si propè sit, se conferunt, sin mi-
 nus, in solitudinem, quò quàm paucissimi eos cadentes
 videant, statimque se contegunt. Quod faciunt propter
 affectionis verecundiam, non (ut plerique existimant) propter
 numinis metum. At verò pueri primùm quidem propter
 insuetam nouitatem, quocunque loco fors obigerit,
 concidunt. Cum autem sæpiùsprehendatur, ubi præsen-
 rint, ad matres, aut alium quemuis maximè sibi notum,
 propter affectionis timorè ac metum confugiunt. Neque
 enim, cum pueri sint, verecundiam adhuc sentiunt. In ven-
 torum autem mutationibus has ob causas morbo corrip-
 censeo, ac præcipue austrinis tempestatibus, deinde etiam
 borealibus, postea verò reliquis etiam flantibus ventis, ex
 hisque qui sunt valentissimi, & inter se, tum sicut, tum viri-
 bus maximè aduersi. Aquilo siquidem aëra cogit, turbulen-
 tum ac nubilosum secer nit, limpidum & lucidum reddit. Ad
 eundem verò modum reliqui etiam omnes venti ex mari &
 aliis aquis venientes. Ex omnibus enim atque ex ipsis ho-
 minibus humiditatem & caliginem expurgant. Ideoque
 ventorum saluberrimus est aquilo. Huic autem contraria
 auster efficit. Primum siquidem concretum aëra liquare &
 diffundere incipit, ex quo etiam non confestim veliemens
 est,

est, sed primo leuiter spirat, cum aërem prius densum & co-
 actum statim superare non possit, quem tamen temporis
 spacio dissoluit. Idem etiam ipsum per terram efficit, per
 mare, per flumina, per fontes & puteos, & ea quæ ex terra
 nascuntur, ac in quibus humidam inest. Id autem quauis
 in re, modò plus, modò minus inest. Hæc verò omnia istius
 venti vim sentiunt, & ex lucidis caliginosa, ex frigidis cali-
 da, & ex siccis humida redduntur. Quæque in domibus va-
 sa fictilia in terra sita sunt, vino aut alio quouis liquore
 plena, ea omnia austrum sentiunt, formamque aliam in
 speciem transmutant. Solem autem & lunam, & sydera,
 longè quàm sint natura hebetiora facit. Cum igitur in hæc
 tam magna & valida tantum possit, corpusque sensu affic-
 iat, & in horum ventorum permutationibus transmutet,
 ab austris quidem cerebrum dissolui & humescere, venas-
 que magis elaxari necesse est, ab aquilonibus autem, quod
 in cerebro maximè sanum est cogi, quòd verò maximè
 morbosum est & humidum secerni, & foris circumcirca al-
 luere, eaq; ratione defluxiones in horum ventorum muta-
 tionibus contingere. Sic morbus hic oritur & pullulat, tum
 ab his quæ adsunt, tum ab his quæ decedunt, nihiloq; eius
 curatio aut cognitio reliquis est difficilior, neque magis
 quàm cæteri diuinus est. Ac nosse homines conuenit, non
 aliundè nobis voluptates, lætities, risus, & iocos, quàm hinc
 contingere, itemq; dolores, molestias, tristities, & eiulatus.
 Hæcque parte præcipuè sapimus & intelligimus, & videmus,
 & audimus & turpia & honesta cognoscimus, malaq; & bo-
 na, itemq; quæ iucunda sunt & iniucunda, partim quidem
 consuetudine discernimus, partim verò vtilitate percipi-
 mus. Hæc etiam parte voluptates & molestias temporibus
 dignoscimus, neque eadem nobis placent. Eademque ipsa par-
 te & insanimus & deliramus, terroresq; & metus, partim
 quidem noctu, partim etiam interdum nos circumstant, inso-
 mniaq; & errores intempestiui, & curæ non conuenientes,
 indeq; rerum presentium ignoratio, desuetudo & imperitia
 nobis prouenit. Atque hæc omnia ex cerebro nobis conti-
 nentur, cum minimè sanum, sed natura calidius exiterit, aut
 frigidius, aut humidius, aut siccus, aut aliam quandam
 præter naturam & consuetudinem affectionem senserit.

Ac infantia quidem nobis ab humiditate contingit. Cum enim natura humidius fuerit, agitari necesse est, atque ubi mouetur affectio, neque visionem, neque auditionem conquiescere, sed aliud interdum cernere & audire necesse est, linguamque eadem quæ singulis momentis videt & audit effari. Quoque tempore cerebrum conquiescit, eo etiam homo sapit. At cerebri corruptio ex pituita & bile oritur, utrunque autem hoc modo dignoscet. Qui ex pituita quidem insaniunt, quieti sunt, neque vociferantur, neque tumultuantur, qui vero ex bile, clamosi & maligni, & minime quieti, semper aliquid intempestiuum faciunt. Ex his igitur causis continuo insaniunt. Quod si terrores & metus adsunt, ex cerebri transmutatione contingit, quod fit, dum à bile cerebrum incalcescit, ubi per venas sanguinem deferentes in cerebrum ex corpore impetu delata fuerit. Metus autem circumstat, donec rursus in venas & corpus redierit, deinde sedatur. Intempestiuè autem tristatur & angitur, dum cerebrum perfrigescit, & præter consuetudinem cogitur. Id vero & ex pituita contingit, ex eaque affectione obliuiois euadit. At ubi cerebrum de repente percalescit, nocte clamat & vociferatur (idque biliolis contingit, minime vero pituitosis, cum hi non percalescant) postquam copiosus sanguis cerebrum inuasit, in eoque ebullierit. Is autem motus subit per venas prædictas. Cum fortè contingit ut quæ horrendum insomnium videat, & in metu sit, non secus ceterè ac si vigilarer, tunc magis facies exardescit cum rubore, & oculi rubescunt, cum timuerit, mensque aliquod malum petrare cogitat, sicque ei etiam per somnum contingit. Ac ubi experrectus fuerit & ad se redierit, sanguisque rursus in venas commemoratas dispersus fuerit, cessat. In hæc ipsa plurimam vim hominis cerebrum habere existimo. Hoc enim si sanum esse contigerit, nobis quæ ab aëre sunt indicat. Prudentiam verò ei aër subministrat. Oculi autem, aures, lingua, manus & pedes, ea quæ cerebrum cognoscit administrant. Quantum enim aër communicat, taurum vniuerso corpori prudentiæ accedit. Intelligentiæ autem cerebrum internuncius est. Cum enim quis ad se spiritum attulerit, primò in cerebrum defertur, itaque in reliquum corpus aër dispargitur, in cerebro suum relinquens vigorem, & quid

quid habuit prudentiæ & mentis. Quod si primum ad corpus deveniret, posteaq; ad cerebrum, relicto in carnibus & venis indicio, in cerebrum calidus adhuc, minimè sincerus, sed carniū & sanguinis humori permixtus subiret, proindeq; neque amplius exactè purus esset. Quocirca cerebrum intelligentiæ indicem & nuncium esse censeo. At septum transversum (*Ἰσθμὸς* Græcis dictum) temerè ac fortuito fortium nomen videtur, & ex instituto, non re vera, neque à natura. Neque sanè video quàmnam vim ad prudentiam & intelligentiam septum transversum habeat, præter quàm si quis ex insperato nimio gaudio aut tristitia affectus fuerit, salit & anxietatem præ tenuitate exhibet, & quod in corpore vehementer distenditur, neque ventriculum habet in quem bonum vel malum illapsum suscipiat, sed ab eorum utroque propter natiūam imbecillitatem perturbatur. Si quidem nihilo peius quàm cætera quæ in corpore insunt, sentit, sed frustra hoc nomen & causam habet, non secus ac quæ cordi annexæ sunt aures appellatæ, cum nihil ad auditionem conferant. Quidam autem nos corde sapere dicunt, quodque ipsum tristitiam & curam sentit. Verum non ita res habet, sed contrahitur quidem velut septum transversum, atq; etiam magis easdem ob causas. Ex toto enim corpore ad ipsum venæ tendunt, illicque clauduntur, ut sentiat cum quis dolore aut molesto aliquo sensu contrahitur. Cum enim molestiam sentit corpus inhorrescere & distendi necesse est, idemque contingere si quis summo gaudio afficiatur. Quamobrem cor præcipuè & septum transversum sentiunt, neutrum tamen prudentiæ ius habet, sed horum omnium cerebrum author est. Quemadmodum igitur ex omnibus quæ in corpore insunt, cerebrum primum intelligentiam & aerem percipit, ita si quæ vehementior mutatio per anni tempora in aere contingat, ipsum etiam in aere sibi dissentit. Hanc enim ob causam primum sentit cerebrum, quia in ipsum (ut censeo) gravissimi, maximi, præcipueque lethales morbi incidunt, quiq; apud inexpertos difficillimum habenti iudicium. Hic verò morbus qui sacer appellatur, ex iisdem causis ex quibus etiam reliqui originem trahit, ex his nempe quæ accedunt & decedunt, velut frigore, sole, ventis, & mutationibus nunquam conquiesce-

tibus. Atque hæc diuina sunt, vt nihil opus sit existimare hunc morbum reliquis diuinitate præstare, sed omnes diuini, omnesque humani reputandi. Naturam autem & vim in se quisque habet, & nullus est qui remedium aut auxilium respuat, & plærque ab iisdem, à quibus oriuntur, sanantur. Alterum enim alteri alimentum est, alteri verò perniciēs. Hoc igitur Medicum, cuiusque captata temporis occasione, nosse conuenit, quodque huic quidem per alimentum incrementum dabit, illum verò detrahet & imminuet. Oportet autem tum in hoc, tum in reliquis omnibus morbis, non augere morbos, sed prosperanter profligare, id quod cuique morbo est maximè aduersum, non amicum aut familiare exhibendo. Ab eo enim quod est consuetum viget & augetur, ab eo verò quod est inimicum, extenuatur & retunditur. Quisquis autem huiusmodi mutationem in hominibus adhibere nouerit, & per victus rationem hominem humidum & siccum, calidum item & frigidum reddere poterit, is sanè hunc morbum citra expiationes & magicas artes, citraque omnem sordidam huiusmodi & illiberalem professionem, si eorum quæ conferant opportunitatem dignoscat, curare poterit.

HIPPOCRATIS

LIBER, DE SALVBRI VI-

CTVS RATIONE.

Sectio IIII.



HAC victus ratione priuati homines vt debent, vt hyeme quidem quàm plurimum edant, bibant quàm minimum. Potus sit vinum quàm meracissimum; cibus panis; opsonia, assa omnia. Oleribus autem quàm paucissimis hac tempestate vtendum. Hac siquidem ratione potissimum corpus tum calidum, tum siccum fuerit. At verò cum

voe

ver instat, tunc copiosius & dilutius, paulatimque vinum bibendum, cibisque mollioribus & paucioribus vtendum. panis subtrahendus, & maza offerenda, eademque ratione opsonia detrahenda, & assa omnia cum elixis commutanda. Oleribus etiam paucis vere vtendum, donec ad ætatem homo deueniat, tum molliores omnes cibos, tum opsonia cocta sumendo, & olera cocta & cruda, similiterque potus plurimos & quam dilutissimos, idque sentim, vt ne magna mutatio de repente vtendi contingat. Æstate autem tum molli maza, tum potu copioso & diluto, opsoniisque omnibus elixis nutrirī oportet, iisque ita vtendum dum ætas fuerit, quò corpus molle sit & frigidum. Si quidem hæc tempestas calida est & sicca, & corpora æstiosa & squalida reddit. Hac igitur instituta victus ratione iis succurrendum est. Eadem verò ratione, quemadmodum ex hyeme ad ver, sic etiam ex vere ad ætatem deueniendum, cibos quidem demendo, potum verò augendo, ad eumque modum contraria adhibendo ex ætate ad hyemem perueniendum. In autumno contrà, cibi quidem maiore copia & sicciores exhibendi, & opsonia ad eundem modum, potus etiam pauciores & meraciores, vt homo commodam degat hyemem, & potibus vtatur meracioribus & paucis, cibisque quamplurimis & siccissimis. Ita enim cum vel maximè valebit, tum minimè frigus sentiet, cum hæc anni tempestas admodum sit frigida & humida. At corporis habitus carnosos, molles & rubros, maiorem anni partem sicciorē victus ratione vti conuenit, quòd eorum natura sit humida. Duri verò, graciles, fului & nigri, humidiorē victus ratione toto ferè tempore re vti debent, cum eorum corpora sicca existant. Iunioribus corporibus mollior & humidior victus ratio vilis est. Hæc enim ætas sicca est, & eorum compacta sunt corpora. Senes verò sicciorē victus modo plurimam temporis partem degere oportet, quod ea ætate corpora sint humida, mollia & frigida. Quare pro ætate, anni tempore, consuetudine, regione, loco, corporum habitu, victus ratio sic est ineunda, vt instatibus & caloribus & frigoribus nos opponamus. Nam ita demum optima valetudo cōsequetur. Quin etiam per hyemem quidem celeriter, & per ætatem leuiter

iter faciendum, nisi per solis ardorem via sit facienda. Corpulentos autem celerius, graciles verò leuius iter facere conuenit. Balneis etiam multis per æstatem, at per hyemem paucis vtendum. Duris verò quàm corpulentis lauati magis expedit. Et hyeme quidem vestes puras inducere conuenit, æstate verò oleo imbutas. At crassi, quique tenues fieri cupiunt, ieiuni omnes exercitationes subire, & adhuc ex labore anhelantes, necdum refrigerati, cibos aggredi debent, priusque vinum bibere dilutum, non admodum frigidum. Opsonia quoque ex sesamidis, aut viridibus & siccis condimentis, aliisque id genus apparata assumere. Sint etiam pingua, quæ admouentur opsonia, ita enim quàm paucissimis impleantur. Quin & semel cibus capiendus, & balneo abstinentum, duriter cubandum, & nuda deambulatione, quoad eius fieri possit, vtendum. Qui verò attenuato cum sint corpore, crassiores effici volunt, tum his contraria facere, tum ieiuni nullam exercitationem subire debent. Vomitionibus autem & infusis aluum eluentibus vtendum hunc in modum. Sex hybernis mensibus vomitus ciendus, quod tempus hoc æstiuo plus pituitæ gignat, & morbi circum caput & regionem eam, quæ est supra septum transversum excitantur. At ubi æstas viguerit, infusis vtendum. Hæc enim anni tempestas æstiuola est, & corpus bile magis abundat, grauitates etiam lumbos & gœna infestant, calores obortuntur, & venter torminibus torquetur. Corpus igitur refrigerandum, & quæ sursum attolluntur, deorsum ex istis locis deducenda. At corpulentis & humidioribus, infusa quidem salsa magis ac tenuia, siccioribus verò, gracilibus & imbecillioribus, pinguiora & crassiora conueniunt. Sunt autem infusa pingua & crassa, quæ ex lacte parantur, & cicerum decoctum, cæteraque id genus. Tenuia verò & salsa, muria, aqua marina, & quæ sunt eiusmodi. Vomitiones autem hunc in modum faciendæ. Obesi ac minimè tenues, ieiuni vomant à cursu, aut celeri deambulatione circa meridiem, Hyslopi hemina dimidia in aqua congio contriti potu exhibeatur, affuso aceto & addito sale, quod fiat iucundissima. Ac primum quidem sensim, deinde verò celerius ebibatur. Graciliores autem & imbecilliores à cibis vomitum ciant hunc in modum. Post balneum calidum præbiant vini meri heminam,

hemina, mox cibos cuiusvis generis assumant, neque inter cibos aut post eos bibant, sed se contineant quanto tempore quis quatuor stadia percurrat. Deinde triplex illis vinum in potum permiscebis, austerum, dulce & acidum, primum quidem meracius, sensim & ex magno intervallo, deinde verò dilutius, celerius & affatim. At verò qui singulis mensibus bis vomere consuevit, hunc præstat duobus ex ordine diebus vomitum ciere, quàm decimoquinto die. Sed alij contrarium planè faciunt. Qui autem ad cibos vomitione reiiciendos minimè sunt accommodati, quibusque alui non facile pròdeunt, iis omnibus crebrò die cibum sumere & omnis generis cibariis vti conducit, ac opsoniis variè apparatis, vinumque duorum aut trium generum bibere. Qui verò cibos vomitione reiiciunt, & aluos habent humidas, iis omnibus ex usu est vt huic contrariam incant vitæ rationem. At pueri infantes per multum tempus aqua calida lauandi sunt, vinumque iis aquosum in potu exhibendum, nec prorsus frigidum, idque offerendum quod minimè ventrem attollat & flatum creet. Quæ facièda sunt, quò minus conuulsionibus tententur, magisque adolescant, & coloratiore euadant. Mulieres autem sic victus ratione sicciorè victitare oportet. Nam & sicciores cibi ad muliebrem molliem magis sunt accommodati, & meraciores potus ad vteros & sætus nutritionem magis valent. Qui excruciantur, per hyemem eos currere & luctari conuenit, & æstate parum quidem luctari, currere verò minimè, sed multum in frigore deambulare. Qui cursibus defatigantur, ij luctari debent, qui verò lucta defatigantur, iis currendum est. Ita enim qui laborat, corporis parte defatigationi obnoxia calefiat, componatur, & maximè quiescat. Qui, cum excruciantur, alui profluuiis corripuntur, & alui excrementa cibos referentia & incocta demittunt, ij de exercitationibus tertiam partem vt minimùm, & de cibis dimidium subtrahant. Constat enim sanè ventriculum ciborum copiam vt concoquat concalefacere non posse. Cibus esto panis quàm maximè tostus in vino intritus, & potus quàm paucissimi & meracissimi, neque deambulationibus à cibo vtantur. Sub hoc verò tempus semel duntaxat cibum sumere eos conuenit. Sic enim vel maximè concalefiat ventriculus, & inge-

stos cibos superauerit. Hoc autem alui profluuij genus corporum habitus densiore carne præditos potissimum exercet, quando ita naturâ comparatum est, ut quis ad carniû esum compellatur. Venæ siquidem condensatæ cibos ingestos non recipiunt. Et hæc quidem natura est lubrica, & ad utraq; partem vertitur, & in eiusmodi naturis paruo tempore viget bona corporis habitudo. At rariores, & hirsuti magis corporis habitus, carniû esum admittunt, laboresq; magis sustinent, diutiusq; in bona corporis habitudine perseverant. Qui postmodum cibos eructant, & quibus præcordia, nimirum cibus non concoctis, attolluntur, iis longior somnus confert. Qui etiam ad alios corporis labores cogi debent, vinumq; meracius & copiosius bibere, & sub id tempus paucioribus uti cibariis. Constat enim sanè ventriculû, præ imbecillitate & frigiditate, ciborum multitudinem concoquere non posse. At quos fitis occupat, iis cibi & labores subtrahendi, & vinum tum aquosum, tum quàm maximè frigidum propinandum. Quibus verò viscerum dolores, aut ab exercitatione, aut ex alio aliquo itinere suboriuntur, his quiescere & cibis abstinere confert. Potu autem utantur, qui quàm paucissima copia plurimam urinam ducat, ut ne venæ, naturâ visceribus insitæ, copia distendantur. Ex his etenim casibus tubercula & febres contingunt. Quibus morbi ex cerebro oriuntur, eos primùm capitis stupor detinet, & frequentem urinam reddunt, eademq; quæ in urinæ stillicidio accidunt, istaq; ad dies novem perseverant. Et si quidem per nares aut aures aqua vel mucus erumpat, morbo liberantur, & sedatur urinæ stillicidium. Urinam autem copiosam citra dolorem & albam reddunt, ad viginti usque diem. dum capitis dolor hominem deserit, sed huic oculorum aciem intendenti splendor clam subducitur. Qui verò intelligentia valet, is bene subducta ratione secum reputare debet, quàm plurimùm æstimanda sit sanitas, & ex utilitate sui consilij fructum in morbis rectè percipere.

Hippocratis de victus ratione, liber I.

SI quis ex his, qui antea de hominis victus ratione, quæ ad sanitatem spectat, scripserunt, omnia in totum rectè cognovisse, & quantum humanus animus complecti potest

test, scriptis comprehendisse mihi videtur, satis esse puta-
 rem, si aliorum labores, quos rectè susceptos esse existima-
 re, ad eorum cuiusque vtilitatem accommodarem. At verò
 cum multi iam ea de re scripserint, nullus tamen quid scri-
 bendum fuerit rectè mihi nouisse videtur. Alij quidem aliud
 attigerunt, totum verò ne vnus quidem adhuc ex his, qui
 ante exiiterunt. Neq; tamen eorū quisquam reprehenden-
 dus, quòd inuenire non potuerint, quin potius laudandi om-
 nes, quòd quadam inuestigatione aggressi sunt. Neque
 20 ergo quæ rectè dicta non sunt, arguere decreui, sed his quæ
 abundè sunt cognita assentiri in animo habeo. Quæ igitur
 ab iis, qui ante nos fuerunt, rectè dicta sunt, de his fieri non
 potest, si aliter scribatur, vt rectè scribam. Quæ verò non re-
 ctè dixerunt, si ea quidem quòd ita non habeant redargue-
 ro, nihil profecero. At eorū quodq; quomodo rectè habere
 videatur, exponere & declarare est animus. Hanc autem o-
 rationem ideo præponendam duxi, quòd plerique vbi ali-
 quem prius de re aliqua differentem audierint, eum qui pos-
 terius his de rebus disceptat, non approbant, nescientes
 30 eiusdem mentis esse de his, quæ rectè dicta sunt, cognosce-
 re. His ergo quæ rectè dicta sunt, velut dixi, assentior, quæ-
 nam vero sint, quæ non rectè fuerint cognita, aperiam.
 Quin etiam quæ eorum nullus, qui ante me fuerunt, expli-
 care aggressus est, qualia fuerint, demonstrabo. Qui de ho-
 minis victus ratione rectè scripturus est, eum meo quidem
 iudicio, primum totius hominis naturam nosse ac digno-
 scere oportet. Ac nosse quidem, ex quibus ab initio constet,
 dignoscere verò quænam in eo partes superent. Nisi enim
 primum constitutionem nouerit, quodque in corpore su-
 peret, ea, quæ homini conducant, minimè offerre poterit.
 30 Hæc igitur, qui scripturus est, cognoscere debet, deinde ve-
 rò ciborum omnium ac potionum, ex quibus victus ratio
 constat, quam singula facultatem, tum ex natura, tum ex
 necessitate & arte humana obtineant. Scire nanque con-
 uenit, quam ratione ex valentibus naturâ vis detra-
 hatur, & quomodo imbecillis, vt cuiusque occasio se ob-
 tulerit, vim ex arte adhibere oporteat. Neque commemo-
 ratorum cognitio ad hominis curationem satis esse vide-
 tur, quando quidem qui comedit, nisi etiâ laboribus utatur,

sanus esse non potest. Cibi enim & labores aduersas inter se
 facultates, mutuò tamen ad sanitatem conferentes, obti-
 nent. Labores nanque ea, quæ ad sunt, consumere solent, ci-
 bi verò & potiones, quæ vacuata sunt, explent. Laborum
 autem quantum par est, facultas, tum eorum qui à naturà,
 tum eorum, qui per vim contingunt, dignoscenda est, &
 quinam ex ipsis carnes ad incrementum, & qui ad defectum
 præparent. Neque ista tantum, verum etiam conueniens la-
 borum modus, qui à nobis adhibetur, pro ciborum copia,
 hominis natura & corporum ætate, pro anni temporibus,
 & ventorum mutationibus, pro locorum situ, in quibus vi-
 tam agunt, & pro anni constitutione. Quinetiam syderum
 ortus & occasus noscendi sunt, ut mutationes & ciborum ac
 potionum redundantias, ventorumque & totius mundi, ex
 quibus sanè morbi hominibus proueniunt, obseruare sciat.
 Neque tamen cum hæc omnia cognouerit, satis inuenisse
 existimandus est. Nam si præter hæc inuentus fuerit, cuius-
 que naturæ conueniens cibi modus, & laborum numerus,
 qui neque supra, neque infra modum excedat, sanitas sanè
 hominibus exactè inuenta fuerit. At nunc prædicta quidem
 omnia quænam sint, inuenta sunt, hoc verò inueniri nò po-
 test. Si igitur quis præsens adsit, & inspiciat hominem exu-
 entem se & in gymnasiis exercentem, is utique nouerit,
 hæc quidem detrahendo, illa verò adiiciendo, ut sanum ser-
 uare oporteat. Qui verò minimè præsens adfuerit, is exactè
 cibos & labores præscribere non poterit, cum quatum qui-
 dem quis inuenire possit, à me iam relatum sit. Nam etsi
 cæteris non multum deficiunt, temporis tamen spatio cor-
 pus ab excessu superari, & in morbum incidere necesse est.
 Ab aliis igitur, ut huc usque inuestigatione prouenirent, ten-
 tatum est, neque verò hæc dicta sunt. A me autem inuenta
 est morbi prænotio, antequam quis ab excessu ægrotet, v-
 tramvis in partem fiat. Neque enim morbi de repente ho-
 minibus contingunt, sed paulatim collecti acervatim se
 produunt. Prius ergo quam quod sanum est à morbooso supere-
 tur, à quibus homines afficiantur, & quomodo sanitati re-
 stitui debeant, à me inuenta sunt. Quod ubi ad ea, quæ scri-
 psimus, accesserit, ad exitum perductum est, quod cogita-
 tione aggressi sumus. Omnia igitur tum animantia, tum
 homo

homo ipse, ex duobus facultate quidem diuersis, vſu verò consentientibus, constant, igne inquam & aqua. Quæ duo simul iuncta, tum aliis omnibus, tum sibi inuicem satis sunt: vtrumque verò seorsim, neque sibi ipsi, neque cuiquam alteri satis esse potest. Horum igitur vtrumque hanc obtinet facultatem. Ignis siquidem omnia semper mouere, aqua verò omnia semper nutrire potest. At secundū partes vtrumque superat & superatur, si ad summum ac minimum, quoad eius fieri potest, consideretur. Neutrum enim hanc ob causam prorsus superare potest. Ignis siquidem in extremā aquam irruens alimento deficitur, auertitur igitur vnde alibi debuerat. Aqua verò in extremum ignem irrumpens, motu deficitur, qui in ea sistitur, & cum constiterit, nō amplius superior existit, sed sanē ab irruente igne in alimentum consumitur, easq; ob causas neutrum penitus superare potest. Quod si alterutrum aliquando etiam superaretur, nihil eorum, quæ nunc existunt, velut nunc se habet, permaneret. Cum autem ita semper se habeant, eadem erunt & neutra, neque simul deficient. Ignis igitur & aqua quemadmodū à medicis est, in summo ac minimo similiter considerata, omnibus in vniuersum satis sunt. Horum autem vtriq; hæc adiacent, igni quidem calidū & siccū, aquæ verò frigidū & humidum. Habent autē à se inuicem, ignis quidem ab aqua humiditatem, inest enim ab aqua humiditas, aqua verò ab igne siccitatē. Inest enim in aqua ab igne siccitas. Quib⁹ sic se habentib; multas cuiusuis generis tū seminum, tū animalium formas, nihil inter se, neq; visu, neq; facultate similes, à se inuicem secernūt. Cum enim nunquam eodem statu permaneant, sed perpetuò permutantur, temporis tandem successu, quæ etiam ab his prodeunt, dissimilia oriri necesse est. Nihil quidem omnino perit, neque oritur quod prius non erat, verū inuicem commixta & discreta alterātur. At homines existimant, id quidem quod ex orco in lucem augetur, oriri, quòd verò ex luce ad orcum imminuitur, perire magisque oculis quàm rationi fidem esse adhibendā. Ego verò ista ratione exponam. Animantia nanque sunt, & illa & ista, neque animal interire potest, quin omnia intereant, neque quod non est, generari, cum non sit vnde generetur. Verū augentur omnia & imminuuntur, ad summum, &

ad minimum, quoad eius fieri potest. Quid autem generari & interire vocem, multorum gratia explicandum videtur, eaquæ commisceri, & discerni, significare declaro. Habet autem se res ad hunc modum. Generari & interire, idem, commisceri & discerni, idem. Generari idem quod commisceri. Interire, imminui, idem quod discerni. Vnumquodque ad omnia, & omnia ad vnumquodque idem sunt. Lex enim naturæ in his aduersatur, seorsim verò omnia & diuina & humana sursum & deorsum vicissim rependens. Dies & nox ad summum & minimum considerantur, velut lunæ summum ac minimum accedit. Ignis suus est imperius, & aquæ item suus. Sol ad longissimum & breuissimum accedit. Rursus hæc, & non hæc. Lux Ioui, tenebræ orco. Lux orco, tenebræ Ioui. Commeant & transmoventur illa huc, & hæc illuc, & omni quidem tempore, illa horum, hæc verò illorum res peragunt, & quæ quidem faciunt, nesciunt, quæ verò faciunt, scire videntur, & quæ quidem vident non cognoscunt. Et tamen his omnia necessitate diuina contingunt, & quæ volunt, & quæ nolunt. Illis autem huc, his verò illuc commeantibus, & inuicem commixtis, fatalem suam sortem quodque complet, & ad maius, & ad minus. Interitus autem est omnibus mutus, & maiori à minore & minori à maiore. Quinetiam maius à minore augetur, tum reliqua omnia, tum hominis animus, & corpus velut animus certo ordine describitur. Irrepunt autem in hominem partes partium, tota totorum, quæ ignis & aquæ cōmixtionem habent, & partim quidem accipiunt, partim etiam exhibent. Et quæ quidem accipiunt, plus faciunt, quæ verò exhibent, minus. Lignum homines serra secant, & hic quidem trahit, alter verò trudit, idem tamen faciunt, & minus facientes, plus faciunt. Idem & hominis naturā, partim quidem propellit, partim verò trahit, partim dat, partim etiam accipit, & alij quidem dat, ab alio verò accipit, & alij quidem tantò plus dat, hic verò tantò minus accipit. Locum autem suum quodque tuetur, & quæ quidem ad minus tendunt, in minorem locum secedunt, quæ verò ad maius proficiscuntur, commixta in maiorem classē transeunt. Externa verò neque eiusdem generis, ex aliena regione pelluntur. In vnoquoque autem animus maiora & minora habens, suas ipsius partes

partes circummeat, quæ nec appositione, nec detractiōe indigent, cum tamen eorum, quæ ad sunt accretione & imminutione opus habeat. Locum verò singula efficiunt, in quem ingrediantur, & ea, quæ incidunt, suscipiant. Neque enim potest quod non est eiusdem generis, in loco minimè sibi conueniente permanere. Vagantur siquidem nō agnita, inuicem verò permixta simul cognoscuntur. Conueniēs enim cum conueniente cohaeret, quod autem minimè cōuenit, dissidet & pugnat, & à se inuicem discrepat. Quam ob causam hominis animus in homine, neque in vllō alio incrementum accipit, eodemque modo de magnis animalibus. Quæ verò aliter habent, ea per vim ab aliis fecernuntur. Ac ut reliqua animantia præteream, de homine tamen disseram. Arreptus autem in hominem animus, ignis & aquæ temperationem sortitus, corporis humani portione m. Hæc autē feminea & mascula, multa & cuiusvis generis nutriuntur. Victus autem ratione qua homo vititur, nutriuntur, & incrementum accipiunt. Quæ verò ingrediuntur, ea omnia partes habere necesse est. Nam cuiuscunq; pars non inrit à principio, nullo vnquam modo augeri poterit, neque copioso, neque pauco accedente alimento, cum non habeat, quod incrementum accipiat. Augetur autem quodque in suo loco, quod omnia habet. Superueniente verò alimento, ab aqua sicco, ab igne verò humido, alia quidem intrò, alia verò foras vi adiguntur. Non secus ac fabri lignarij, cum lignum ferrā secant, & alter quidem trahit, alter verò trudit, idem sanè facientes, & qui deorsum vrget, cum qui supra est, trahit, neque enim aliàs deorsum descenderet, sin per vim agant, penitus aberrabunt. Tale quid circa hominis alimentum contingit, aliud quidem trahit, aliud verò trudit, intrò verò vi actum, foras repit. Quòd si alieno tempore per vim abigatur, prorsus successu frustrabitur. Eodem autem ordine singula tanto tempore procedunt, quoad locus non ampliùs suscipiat, neque satis alimenti ad summas aquas habeant. Postea ad externam regionem transeunt, tū feminea, tum mascula, eodē modo vi & necessitate coacta. Quæcunq; verò fatalem sortem impleuerint, hæc primū fecernuntur, & simul commiscuntur. Vnumquodque siquidem fecernitur, hæc autem omnia commiscuntur. Quæ

vbi regionem permutauerint, & concentum tres consonantias rectè habentem nacta fuerint, denique per omnia penetrans, iisdem quibus etiam antea viuit, & incrementum accipit. Quod si prima consonantia concentum non assequatur, & grauius acutis minimè consona fuerint, & si secunda generatio adfuerit, quod per totum est, vno decedente, totus tenor vanus est. Neque enim consonantiam habent, sed à maiore ad minus, ante destinatam sortem transitio fit, eò quod nesciunt quid faciunt. At verò cur vtrique, tum masculus, tum fœmella generentur, procedente oratione ostendam. Horum autem quodcunque concentum sortiti, cum humidum existat, ab igne mouetur: motum verò viuiscit, & alimentum ad se ab iis, quæ in mulierem ingreditur, cibo & spiritu attrahit, imprimis quidem vndiquaque æqualiter, cum primum ratum est, motu verò & igne siccificat & solidificat, & solidum redditum circumquaque densatur. Ignisque inclusus non ampliùs sufficiens alimentum attrahere valet, neque spiritum propter ambientis corporis densitatem expellit. Absumit enim quicquid intus humoris inest. Quæ igitur naturæ solida sunt, in compacto & siccato, non absumentur ab igne in alimentum, sed valida redduntur, & humore deficiente compinguntur, quæ quidem ossa & nerui nominantur. Ignis autem ex cōmixto humore commoto, corpus secundum naturam propter hanc necessitatem componit. Neque enim per solidum & siccum diutiùs permeare potest, cum alimentum non habeat. At per humida & mollia potest, quod hæc ipsius sint alimentum. In his autem etiam siccitas ab igne non consumta inest. Hæc verò mutuò inter se consistunt: Ignis igitur penitissimè conclusus, & plurimus est, & maximum exitum fecit, cum plurimus hoc in loco humor inesset, qui venter appellatur, indeque excidit, cum alimentum non habeat, forasque exitum sibi parauit, quod plurimus illic humor inesset, ad alimentum conuehendum & concoquendum. Qui verò ad reliquum corpus exclusus est ignis, triplices circuitus fecit. Quod erat in igne humidissimum, in iis locis remansit, quæ venæ cauæ appellantur. In medio verò harum quod reliquum est aquæ densatum constitit, & carnes vocantur. Ad summam, ignis omnia quæ sunt in corpore suo modo,

modo, a
goa cur
ci & h
inibus
lia in co
est aqua
tus frigi
in eam
tenuis, &
rentis à
gula pro
plices ign
dentes, &
te, alios
constite
foras te
tinentes
turam n
animus
tio, per
bernāt,
nes ex
non no
ræ hum
opera i
quæ in
stunt, &
loquen
rum mo
Lex eni
in cōf
bi ipfis
rant. Na
Quæ ign
do se ha
tuerunt
in tantu
festas, &
se dem

modo, ad vniuersi imitationem, parua cum magnis, & magna cum paruis disposuit. Ventrem quidem maximum, siccum & humidi promtuarium, qui omnibus daret, & ab omnibus acciperet, maris habens facultatem, quod animalia in eo nutrita fouet, aliena verò perimit. Circum hunc est aqua frigida & humida coagmentatio, transitus spiritus frigidi & calidi, ad terræ imitationem, quæ omnia, quæ in eam illabuntur, alterat. Consumens verò & augens aquæ tenuis, & ignis dispersionem fecit, ad non obscuri & apparentis à compacto secretionem, in quo delata omnia singula pro fatali sorte in apertum veniunt. In hoc autem triplices ignis circuitus fecit, in se inuicem intrò ac foras tendentes, alios quidem ad humorum cavitates, lunæ facultate, alios verò ad exteriorem superficiem, ad ambientem consistentiam, syderum facultate, medios autem intrò & foras tendentes, calidissimum & validissimum ignem continentes; qui cunctis dominatur, omniaque secundum naturam moderatur, sine strepitu, tum visu, tum tactu. In quo animus, mens, prudentia, incrementum, motus imminutio, permuratio, somnus, vigilia. Hic omnia in totum gubernat, & hæc & illa, neque vnquā quiescit. At verò homines ex manifestis obscura in considerationem adhibere non nouerunt. Ignorant enim quòd artibus utantur naturæ humanæ similibus: Diuina nanque mens edocuit sua opera imitari, cognoscentes, quæ faciunt, & ignorantes, quæ imitantur. Omnia enim similia, quæ dissimilia existunt, & conuenientia, quæ sunt differentia, loquentia, non loquentia, rationem habentia, ratione carentia: Singulorum modus, qui in confesso est aliquantulum aduersatur.

Lex enim & natura, quibus omnia consciuntur, de his quæ in confesso sunt, non consentiunt. Legem siquidem ipsi sibi ipsis homines statuerunt, ignorantes de quibus statuerant. Naturam verò Dij omnes cæco ordine constituerunt. Quæ igitur homines statuerunt, ea nunquam eodem modo se habent, siue recta, siue non recta sint. Quæ verò dij statuerunt, ea semper rectè habent. Atque recta & non recta, in tantum inter se differre videntur. At hominis artes manifestas, affectionibus tum manifestis, cum obscuris similes esse demonstrabo. Diuinationis hoc munus est, ut ex manifestis

stis obscura quidem cognoscat, ex obscuris manifesta, & ex præsentibus, quæ futura sunt, ex mortuis viuentia. Ea quoque, quæ intelligentia carent, intelligunt, semper quidem recte, qui doctus est, indoctus verò, aliàs aliter. Hominis naturam hæc quoad fieri potest, imitantur. Viri cum muliere congressus facit, vt ex re manifesta obscura cognoscatur, quod sic puer futurus est. Mens humana obscura, manifesta cognoscens, ex puero in virum transit, ex præsentibus quod futurum est cognoscit. Non est simile mortuum viuenti, ex mortuo animal nouit. Venter cum intelligentia careat, ex eo intelligimus, quod sitit aut esurit. Quæ artis diuinandi, & humanæ naturæ affectiones, his quidem, qui agnoscunt semper rectè, ignorantibus verò aliàs aliter se habent. Artis ferrariæ instrumenta ferrum colliquefaciunt, dum fabri igne vi flatus impulsæ, alimentum, quod adest, detrahunt, cumque rarefecerint, ferunt & cogunt, aquæ autem alterius alimento roboratur. Eadem homini à prædorribus contingunt, dum alimentum quod adest, igne detrahitur, & vi spiritus impellitur, rarefactus verò tunditur, fricatur, extenuatur, aquis autem aliunde inductis robustus euadit. Fullones quoque idem efficiunt, pedibus calcant, feriunt, inficiendo tundunt, trahunt, detrahendo robustiora reddunt, quæ supereminet deradendo, & aduicendo pulchriora efficiunt. Eadem etiam homini contingunt. Sutores totis in partes diuisis, secando & pungendo, lacera integra reddunt. Idem etiam in homine contingit, tota in partes diuiduntur, & partium appositione tota fiunt, pungendo & secando. Marcida à Medicis ad vitam sanitati restituntur. Ars Medica ab eo, quod molestum est, liberat, & id, ex quo quis ægrotat auferendo, sanitatem reddit. Idem & natura per se facere nouit. Qui sedet, exurgere conatur, & qui mouetur, quiescere, multa quæ eiuscemodi quæ sunt artis Medicæ, natura sibi vendicat. Fabri lignarij dum ferra secant, hic quidem trudit, alter verò trahit, & vt idem efficiant vterque intendit. Dum terebrant, vnus quidem trahit, alter verò impellit. Premendo alterum sursum repit, alterum deorsum, & quantum in se est minuentes, plura faciunt, humanamque naturam imitantur. Spiritus hic quidem trahit, ille verò pellit, & vt idem efficiat, vterque intendit.

Cibi

Eibi partim quidem deorsum vrgentur, partim verò sursum repunt. Ab vno animo in partes secto, plures, maiores, minores, & pauciores fiunt. Qui domos construunt ex rebus differentibus vnā conuenientem efficiētes, sicca quidem humectant, humida verò siccant, & tota quidem in partes secant, secta verò coniungunt. Nisi enim ita contingeret, nihil vnquam priuatum constitui posset. In quo victus rationis, quæ homini debetur, quædam imitatio est, dum sicca quidem humectant, humida verò siccant, tota in partes secant, secta verò coniungunt. Hæc omnia cum differentia existant, natura conueniunt. In Musica primū organum subsistere oportet, in quo concentus, quæ vult, declarat. Compositiones ex iisdem non eadem, ex acuto, ex graui, nomine quidem similibus, sono verò non similibus. Quæ plurimū differunt, maximè conueniunt, quæ minimū differunt, minimè conueniunt. Quod si quis omnia similia faciat, nulla aderit delectatio. Plurimæ & variæ mutationes maximè delectant. Coqui opsonia hominibus dum apparant, cuiusvis generis differentia, non eadem ex iisdem ad hominum cibum ac potum conferunt. Quod si omnia similia faciant, nullam habeant delectationem, neque si eodem omnia connectant, ea vtrique recte se habeant. Pulsatis instrumentis musicis tum supernè, tum infernè, soni quidam eduntur. Lingua Musicam imitatur, & ex his, quæ illabuntur, quod dulce est & acidum dignoscit, & quæ sunt dissonantia. Pulsat autem sonos supra & infra, neque quæ supra, si infra pulsantur, neque quæ infra, si supra, recte habent. Quod si lingua probè composita fuerit, concentus delectat, sin verò inconcinna fuerit, molestia afficit. Qui pelles subigant, radunt, terunt, pectunt, lauant, Eadem est, quæ circa pueros adhibetur cura. Qui nechtunt aut texunt, sita in orbem ducendo plicant, à principio in principium desinunt. Quod est circuitus in corpore, vt vnde incipit, eodem desinat. Qui aurum ad opus adhibent, tundunt, lauant, blando igne liquant (neque enim vehementi coit) quod ubi elaborauerunt, ad omnia videntur. Triticum homo tundit, lauat, molit, eoque igne subacto vritur, neque vehementi quidem igne in corpore conficitur, sed leni. Statuarij cor

potis imitationem sectantur, animo excepto (neque enim mentem habentia fingunt) ex aqua & terra, dum quæ sunt humida, siccant, & quæ superant, demunt, & ad ea, quæ deficiunt, adiiciunt, ex minimo ad maximum incrementum perueniendo. Eadem homini contingunt, ex minimo ad maximum incrementum deducitur, dum quæ superant, detrahit, & quæ deficiunt, apponit, sicca humectando, & humida siccando. Qui figlinam exercent, rotam versant, quæ neque retrorsum, neque antrosum procedit, sed vtrunque in partem simul vniuersi imitatione in orbem fertur. In ea autem cuiusvis generis opera, neque inter se similia, circumagendo efficiunt. Ex iisdem eadem hominibus eueniunt, reliquaque animantia in eodem circumactu omnia operantur, ex iisdem nihil simile, iisdem instrumentis ex humidis sicca, & ex siccis humida efficiendo. In Grammatica tale quid inest, figurarum compositio, quæ sunt humanæ vocis notæ, facultas, quæ præterierunt in memoriam reuocandi, & quæ facienda sunt demonstrandi. Per septem figuras cognitio habetur. Hæc omnia homo tum literarum gnarus, tum earum rudis conficit. Per septem figuras sensatio homini contingit, auditione soni percipiuntur, visione manifesta cernuntur, nasus odores, lingua suaui & insuaui discernit, os sermonem format, corpore calidi & frigidi tactus percipitur. Spiritus intrò & foras permeat. Et per hæc hominibus cognitio contingit. Ars palestrica, & qui puerorum curam habent, tale quid docent, ex instituto leges violare, iure iniuriam inferre, decipere, furari, rapere, vim pulcherrimis ac turpissimis inferre. Quæ, qui non facit, malus est, qui verò facit, bonus, hoc vulgi imprudentiam arguit, hæc spectant, & vnum præ omnibus probant, reliquos verò vituperant. Multi admirantur, pauci cognitionem habent. Eadem homines in foro perpetrant, dum vendendo & emendo decipiunt. Qui plurimum decepit, eum admirantur. Qui ex potu intantur, eadem peragunt, currunt, luctantur, pugnant, furantur, decipiunt, vnus omnibus præfertur. Histriones & deceptores coram spectatoribus alia dicunt, alia sentiunt. Iidem prorepunt & irrepunt minimè iidem. Homini verò licet alia quidem dicere, alia facere, eundemque non esse eundem, & interdum quidem aliam habere

habere
dum an
bent.
ctum e
tem ho
irrepi
nioren
in ique
stecirc
10 tialis
absum
que fan
tur. Q
nutrir
& vt qu
let. lis
etiam
rimas
cedent
20 gressu
crescit
simul
tero p
minor
Neque
scribu
& alin
ac qua
quatu
30 quida
nono
ne, qu
modo
aqua
tum p
mares
quaqu
mus, v
rò ma

habere mentem, interdum verò aliam. Ad hunc sanè modum artes omnes cum natura humana communione habent. At verò hominis animus (velut à me etiam antea dictum est) ignis & aquæ temperationem sortitus, partes autem hominis, in omne animal quod respirationem habet, irrepit, & in omnem sanè hominem, tum iuniorem, tum seniore, in omnibus autem non similiter increfcit. Verùm in iuuenibus quidem corporibus, quòd cum nimirum velox sit circuitus, & corpus ad incrementum aptum, velut apta-
 10 tis alise volantes & attenuatæ, in corporis incrementum absumuntur. At in senioribus, cum tarda sit motio, corpus-
 que sanè frigidum, in hominis imminutionem consumuntur. Quæ verò corpora ætate sunt florente & fecunda, ea nutrire & augere possunt. Potestate autem homines valent, & ut quisque plurimos homines alere potest, ita viribus valet. his verò, quos alit, deficientibus, imbecillior est. Eodem etiam ferè modo circa singula corpora se habet. Quæ plurimas animas alere possunt, ea sunt robustiora, his verò discedentibus, imbecilliora. Quod igitur in aliud corpus ingressum fuerit, non increfcit, quod verò in feminam, increfcit, si quæ conueniunt, nactum fuerit. Membra autem simul omnia discernuntur & augentur, neque alterum altero prius, neque posterius. Quæ tamè natura maiora sunt, minoribus priora conspiciuntur, cum nihilo priora existant. Neque verò equali temporis spatio omnia certo ordine describuntur, verùm alia citius, alia tardius, prout quæque igne & alimentum sortita fuerint. Quidam igitur foetustibus ac quadraginta diebus confirmationem habent, quidam quatuor mensibus. Eodem etiam modo vitales nascuntur,
 30 quidam citius, septimo mense perfectè; quidam tardius, nono mense perfectè in lucem prodeunt, ea coagmentatione, quam semper habituri sunt. Mares igitur & feminæ hoc modo, quoad eius fieri potest, nascuntur. Feminæ verò ab aqua magis, & ex frigidis, humidis, ac mollioribus, tum cibis, tum potibus, & vitæ institutis, incrementum accipiunt. At mares ab igne magis, ex siccis scilicet & calidis cibis reliquaque vitæ ratione. Si igitur feminam procreare est animus, victus ratione ad aquam tendente est utendum. Si verò matrem, victus ratio, quæ ad ignem spectet instituenda

est. Ac neque solum hoc viro, sed etiam mulieri peragen-
 dum. Neque enim solum quod à viro excernitur, ad incre-
 mentum aptum est, sed etiam quod à muliere, istam sanè
 ob causam. Neutrum quidem per se sufficiens habet mo-
 tionem, ut affluentem humoris copiam absumat, sed ex ignis
 imbecillitate concrescit. Cum verò in vnum ambo conue-
 nerint, in sese mutuo incidunt, ignis ad ignem, & aqua eodè
 modo. Si quidem igitur in sicco loco circumagitur, simul il-
 lapsam aquam superat, ab eaque ignis incrementum acci-
 pit, ut non ab illabente vnda extinguatur, sed & id, quod ir-
 ruit, excipiat, & quod existit, cogat. Sin in humidum incide-
 rit, statim ab initio ab illabente vnda extinguatur, & in mi-
 norem ordinem dissolvitur. Vno verò cuiusque mensis die,
 ea, quæ irruunt, cogere & superare valet, idque si contige-
 rit, ut quæ ab utrisque immittuntur in eundem locum simul
 conveniant. Coire autem inter se possunt, & mas & femi-
 na, quandoquidem animus in omnibus animatis idem est,
 cuiusque verò corpus differt. Semper igitur animus tum in
 maiore, tum in minore similis est. Neque enim natura, neque
 necessitate immutatur. Corpus verò nunquam in villo, neque
 natura, neque necessitate, idem est, cum partim in omnia
 secernatur, partim per omnia commisceatur. Si igitur con-
 tigerit, ut ab utrisque mascula corpora secernantur, prope
 præsentem inrescunt, procreanturque viri animo clari, & cor-
 pore validi, nisi à subsequente victus ratione vitium con-
 trahant. Quod si à viro quidem masculum semen secerna-
 tur, à muliere verò femineum, & masculum superaverit, eo
 quidem casu ad validiorem aut imbecilliolem genituram
 commiscetur, cum nihil ex his, quæ adsunt, habeat ad quod
 se conferat, & cum quo melius nutriatur. Parua enim ma-
 iorem, & maior minorem suscipit, in commune tamen in
 ea, quæ existunt imperium, exercent. Et maris quidem cor-
 pus increscit, feminae verò minuitur, & ad aliam sortem se-
 ponitur. Atque hi quidem prioribus minus clari sunt, sed
 quoniam masculum à viro excretum dominatum obtinuit,
 viriles procreantur, & hoc nomen merito retinent. At si à
 muliere masculum quidem secretum fuerit, & à viro foe-
 mineum, masculumque dominatum obtineat, eodem modo
 quo prius incrementum accipit, hoc verò minuitur, Andro-
 gyni,

gyni, hoc est, semiuiri procreantur, hocque nomine rectè nuncupantur. Atque tres hæc quidem hominum generationes, plus aut minus inter se differunt, ob partium aquæ temperationem, alimenta, educationes & consuetudines, de quibus etiam procedente oratione est agendum. Fœmina verò eodem modo procreatur, siquidem ab vtrisque fœmineum secretum fuerit, maximè ad molliciem à natura comparata nascuntur. Quòd si mulieris quidem semen fœmineum, viri verò masculum fuerit, obtinuerit autem fœmineum, eodem modo increfcit, & prioribus audaciores quidem sunt, venustæ tamen & ipsæ. At si viri semen fœmineum fuerit, mulieris verò masculum, præualueritque fœmineum, eodem modo incrementum accipit, & prioribus longè audaciores nascuntur, viraginesque nominantur. Si quis autem animum animo commisceri minime sibi persuadeat, is ratione caret. Quòd si carbonēs ardentes ad arduos, validos ad debiles adiciat, & ipsis alimentum exhibeat, eandem omnes corporis speciem præbebunt, neque alter ab altero dignoscetur, sed quocunque in corpore ignem suscitauerint, idem in omnibus erit. Vbi verò præsens alimentum consumserint, in id, quod obscurum est, sedcunt. Idem quoque humano animo contingit. At verò gemellorum procreationem hæc oratio aperiet. Quorum fere quidem natura vteri muliebris in causa est. Si enim vtraque ex parte iuxta osculum æqualiter à natura comparati fuerint, & æqualiter hauerint, & à purgatione siccantur, alere possunt, si viri semen conceperint, ita ut statim diuidatur. Sic enim in vtrunque vterum æqualiter spargi necesse est. Si igitur copiosum ab vtrisque & validum semen excretum fuerit, in vtrisque locis increfcere potest, cum accedens alimentum superet. Quòd si aliter contingat, gemini non nascuntur. Cum itaque ab vtrisque masculum excretum fuerit, in vtrisque masculos generari necesse est. Cum verò fœmineum ab vtrisque, fœminæ procreantur. Quod si hoc quidem fœmineum, illud verò masculum fuerit, quodeunque alterum superauerit, id ipsum incrementum accipiet. Similes verò inter se gemelli hanc ob causam existunt. Imprimis quidem quòd æqualia sunt loca, in quibus increfcunt, deinde quòd ex eodem semine.

sati sunt, postea quod iisdem alimentis augescunt, vira le-
 que in lucem producuntur. Fœtus autem succidanei hunc
 in modum gignuntur. Vbi vteri natura calidi & sicc
 fuerint, & mulier eiusmodi, semenq; calidum & siccum in-
 ciderit, nulla amplius in vteris existit humiditas, quæ super-
 illapsum semen superet. Quam ob causam initio coalescit,
 ac viuit, permanere autem non potest, quin etiam quod pri-
 inest insuper corrumpit, quod non eadem vtrisque con-
 cant. At corpus humanum vbi temperationem ex tenuissi-
 ma aqua & rarissimo igne adeptum fuerit, saluberrimum
 habitum ideo efficit, quod neque in maximis anni tempe-
 statum mutationibus, neq; in æratum transmutationibus,
 neq; in ciborum ac potuum victus ratione, aqua densissima
 existit in aquæ accessionibus, neque ignis in ignis incur-
 bus. Possunt enim amborum generationem, tum repletio-
 nem copiosam suscipere. Æs tum molliissimum, tum rari-
 ssimum, plurimum temperamentum recipit, & optimum
 redditur. Eadem ratione etiam quod in aqua est tenuissi-
 mum, & quod in igne est rarissimum, inter se temperata. Qui
 igitur hac natura sunt præditi, sani omni tempore vsque ad
 quadagesimum annum perseverant, quidam verò etiã vsq;
 ad extremam senectutem. Qui verò supra quadagesimũ
 annum morbo aliquo correpti fuerint, vix vnquam euadũt.
 At verò corpora, quæ ignis validissimi & aquæ densissimæ
 temperationem sumserint, valida quidem & robusta eua-
 dunt, verũ multa cura indigent. Magnas enim vtrunque
 in partem mutationes habet, & in aquæ & ignis accessionib.
 eodem modo in morbos incurruunt. Huic igitur victus ra-
 tione anni temporib. contraria vti confert. Aquæ quidem
 accessione contingente, iis, quæ aquæ aduersantur vtendũ,
 sensim quidem pro anni temporum ratione transmutatio-
 ne facta. At vbi aquæ crassissimæ & ignis tenuissimi in cor-
 pore temperatio facta fuerit, talia contingunt, ex quib; fri-
 gidam & humidam naturam dignoscere conuenit. Ex cor-
 pora hyeme quàm æstate, & vere quàm autumno, morbo-
 siora existunt. Inter hos, quo ad ætates attinet, pueri maxi-
 mè sani sunt, secundo loco adolescentes, morbis verò ma-
 ximè obnoxij senes, & qui proximè ad eos accedunt, ex quæ
 naturæ citò senescunt. His in victus ratione conferunt quæ-
 cunq;

20 omque calefaciunt & siccant, tum in laboribus, tum in cibis, & ad exteriores corporis partes labores adhibere magis, quàm ad interiores conuenit. Si verò quod in igne est humidissimum, & in aqua densissimum, temperaturam in corpore acceperit, ex his humidam & calidam naturam dignoscere licet. Hi quidem vere maximè morbis tentantur, autumno verò minimè, quandoquidem vere humiditatis excessus est, autumno verò siccitatis commoderatio. Ex ætatibus maximè morbis obnoxia, quæ iuniores. Corpora
 25 verò celeriter increscunt, iiq; destillationibus obnoxii euadunt. Victus autem ratio confert, quæ siccet & refrigeret, tum in cibo, tum in potu, ac laboribus. His quoque partes corporis internas laboribus exercere maximè conducit. At si quod in igne est validissimum, & in aqua tenuissimum, temperaturam adeptum fuerit, sicca & calida ea est natura, iiq; in ignis accessionibus morbo corripitur, in aquæ verò accessionibus, sanitate fruuntur. Ætatibus florentibus, quo ad pleniorum corporis habitum comparandum, morboisissimi sunt, senes verò, & ad utrosque proximè accedentes,
 30 admodum sani. Victus ratio, quæ refrigeret & humectet, & labores minimè calefacientes & colliquant, plurimam refrigerationem exhibebunt. Eiusmodi naturæ longissimæ sunt vitæ, & maxima sanitate fruuntur. Quod si ignis rarissimi & aquæ siccissimi temperationem acceperit, sicca & frigida eiusmodi est natura, autumno quidem morbis obnoxia. Vere autem & proximis temporibus sana. Eodem modo cum quadraginta annorum ætatem attigerint, morboisæ, pueri maximè sani, & cum ad utrasque ætates accedunt. Victus ratio conueniens, quæ calefaciendo humectet,
 35 & labores, qui sensim adhibiti leniter calefaciunt, neque multum ex his, quæ adsunt, tollunt. Quod igitur ad naturæ cognitionem attinet, ea sic ex prima corporis constitutione dignoscenda est. Ætates autem per se consideratæ, hoc se habent modo. Puer quidem ex humidis & calidis temperationem habet, quandoquidem ex his constat, & in his incrementum acceperit. Quæ igitur ortui sunt proxima humidissima & calidissima, & quàm plurimum increscunt, eodemque modo quæ ad hæc accedunt. At adolescens calidus quidem, quoniam ignis accessio aquam superat, siccus

verò, quia puerile humidum iam consumtum est, partim quidem in corporis incrementum, partim verò in ignis motionem, partim etiam à laboribus. Vir cum corpus confiterit, siccus & frigidus, quoniam calidi quidem accessio non amplius superat, sed sistitur incrementum in corpore quiescens, & perfrigeratur. Verum ex iuuenili ætate siccitas adest, neq; ab accedente ætate, neq; aquæ accessione humiditatem habet, ideoq; à siccis & frigidis superatur. Senes autem frigidi & humidi, quoniam ignis quidē decessio, aquæ autem accessio adest, & siccitatis quidem summotio, humidorum verò cōstitutio. At verò inter omnes mares quidem calidiores sunt & sicciores, fœminæ verò humidiores & frigidiore eam ob causam, quòd utriq; per exordia in talibus nati sunt, & ex talibus increuerunt. Quinetiam in lucē producti masculi, laboriosiore victus genere vtuntur, quo incalescunt ac reficantur, fœminæ verò humido magis ac otioso, & singulis mensibus calidi purgationem ex corpore habent. At de ea quæ dicitur animi prudentia vel imprudentia, sic se res habet. Si quod in igne est maximè humidum, & in aqua maximè siccum, in corpore temperata fuerint, prudentissima efficiuntur, quoniam ignis quidem ab aqua humiditatem, aqua verò ab igne siccitatem habet. Vtrumq; autem hoc modo sibi maximè satis esse videtur. Neq; ignis alimentum inopia longè proficiscitur, neq; aqua motionis penuria admodum subleuatur. Vtrumq; igitur tum hoc modo sibi satis est, tum inter se temperata. Quod enim vicinis minimè indiget, id maximè præsentia amplectitur, ignis qui minimè neq; necessitate mouetur, & aqua quæ maximè, non per vim. Ex his autem ubi contemperationem animus habuerit, prudentia & memoria maximè valet. Quòd si aliquo superinducto vsus fuerit, & horum quodcunq; increuerit aut contabuerit, imprudentissimus euadit, quòd cū sic se habeant, ipsa sibi maximè satis esse videntur. Quòd si ignis & aquæ purissimæ temperationem acceperit, & ignis aqua paulò inferior fuerit, ii quidem etiam prudentes sunt, plus tamen illis quàm in priore temperatione deest, quoniam ignis ab aqua superatur, tardamq; motionem efficiens, segenius in sensus illabitur. Eiusmodi autem animi ferè stabiles sunt, quamcunq; ad rem se applicuerint. Quòd si recta adhibea-

adhibeatur victus ratio, prudentiores & acutiores præter naturam euadant. His autem conducit, vt victus ratione, quæ ad ignem magis accedat, vtantur, & neq; cibis, neq; potionibus expleantur. Cursibus itaque celeribus vtendum, quò & corpus humore vacuetur, & humor celerius sistatur. Lucta autem, frictionibus, & similibus exercitationibus vti non conuenit, vt ne cauiore redditi meatus expleantur. Ab his enim animi motu grauari necesse est. Deambulationibus etiam tom à cœna, tum matutinis, itemq; post cursus, vtendum est. A cœna quidem, quò siccius alimentum ab iis, quæ ingeruntur, animus accipiat. Mane verò, vt viæ humore vacuentur, & animi meatus minimè obstruantur. Ab exercitiis autem, ne quod à cursu excretum est, in corpore remaneat, & animo commixtum, vias obstruat, & alimentum conturbet. Confert etiam, vt vomitionibus vtantur, quò corpus repurgetur, si quid negligentius labores effecerint. A vomitione autem sensim adiuciendo, cibus offerendus, per quatuor, vt minimùm, dies. Vngi verò quàm lauari magis conuenit. Rebus autem venereis in aquæ accessionibus magis vtendum, minùs verò, in ignis incurfionibus. At si in aliquò inferiorem quàm aquæ potentiam ignis sortitus sit, tardiorum eum esse necesse est, appellanturq; eiusmodi stolidi. Nimirum enim cum tardus sit ambitus, paulatim sensationes allabuntur, & quæ acutæ existunt, sensim etià commiscuntur, propter ambitus tarditatem. Acutæ enim sunt animi sensationes, quæ visione & auditione percipiuntur, quæ verò tactu, tardiores & faciliùs sentiuntur. Has igitur nò minùs ii sentiunt, quàm quæ sunt frigida & calida, & eius generis. Quæ verò visione & auditione percipienda sunt, quæ non antè sciunt, percipere nequeunt. Nisi enim ab igne illabente commotus animus fuerit, id quaecunq; sit, non percipiat. Id igitur huiusmodi animis ob celeritatem non contingit. Quòd si recta victus ratione vtatur, is etiam melior euadere queat. Eadem igitur, quæ priori victus ratio confert, verùm cibis tum siccioribus, tum paucioribus, laboribus autem pluribus & vehementioribus vtendum. Confert etiam vt fomentis, & ab iis vomitionibus vtatur, & post vomitus ex longo intervallo cibos exhibeat, si minor vomitus contigerit. Quæ si fecerit, magis valebit, &

prudenter euadet. Quòd si magis ab aqua ignis superetur, hos iam alii dementes, alii attonitos appellant. Eorum autem infania tardior existit. Hi plorant cum à nemine vexentur aut verberentur, minimè metuenda metuunt, molestia afficiuntur vbi minimè conuenit, & sentiunt, quæ prudentes non deceant. His itaque fomenta conducunt, & à fomentis purgationes ex veratro, & victus ratio quam antea dixi, isque pulmonis extenuatione & siccitate opus habet. At si aqua inferiorem quàm ignis facultatem adepta sit, cum siaceram contemperationem habeant, sanitate corporis & prudentia valent. Eiusmodi animus citò, quæ ingruunt, percipit, neque frequenter ad alia se transfert. Huius igitur animi natura bona est, melior tamen efficiatur, si recta victus ratione utatur, ut deterior, si praua. Huic verò victus ratio conducit, quæ ad aquam magis spectet, & neque in cibis, neque in potionibus, neque laboribus modum excedat. Cursum flexis & circensibus, luctis, & reliquis exercitationibus utantur, dum in nullo modum superent. Si enim corpus bene valuerit, nullaque re alia perturbetur, hæc animi contemperatio prudens est. Quòd si adhuc magis aquæ vis ab igne superetur, eò acutiorem quidem animum esse necesse est, quò citius mouetur, & ad sensationes celerius incurrere, verum priore minùs stabilem, quoniam, quæ ad sunt, secundant, & in pulmonem celeri impetu feruntur. Huic conducit, ut ea victus ratione utatur, quæ magis ad aquam spectat quàm prior, & maza potius quàm pane, piscibus quàm carnibus, potione etiam dilutiore, & venere rariore, & laboribus, qui secundum naturam maximè obeunt, & quàm plurimis, his verò, qui per vim suscipiuntur, non nisi coactus. Vomitionibus autem post ipsas repletiones paucis utatur, quò corpus quidem euacuetur, quàm minimè verò incalcat. His etiam ad prudentiam confert, ut minimè carnosus euadant. Ad optimum enim corporis habitum, ardoris inflammationem accedere necesse est. Quod cum acciderit, eiusmodi animus aqua superata in furorem agitur & adducitur. His verò confert, ut negotia cibo sumto potius quàm ieiuni obeant. Commode enim alimento ammixto, stabilior longè animus euadit, quàm alimenti indigens. Quòd si adhuc magis aqua ab igne superetur, eiusmodi animus val-

de acu-

de acutus est, eosque somniis agitari necesse est. Hos autem subfuriosos vocant. Hoc enim infantiæ proximum est, cum vel à leui & contemnenda inflammatione insaniant, & in vini potionibus, & carnis bona habitudine, & à carnium esu. Sed & hunc ab his quidem omnibus abstinere oportet, & omni alia repletione, & exercitationibus, quæ per vim ebeuntur. In victus autem ratione, maza non subacta vten-
 dum, & oleribus coctis, præter quàm purgantibus, & pisci-
 culis ex muria. Quinetiam aquam bibere optimum, si fieri
 10 possit, sin minùs, quod ad hanc proximè accedit, vinum
 molle & album. Deambulationibus quoque matutinis mul-
 tis vtatur, à cœna verò exurgat, vt ne cibi quidem à deam-
 bulationibus post cœnam resiccentur, corpus autem à ma-
 tutinis euacuetur. Aqua tepida autem circumaffusa potiùs
 persundatur, quam vngatur. Confert etiam æstate interdum
 somno vt breuiore quàm multo, vt ne corpus ab anni tem-
 pore resiccet. Commodum etiam est vere, foribus antea
 præparatos, potionibus ex veratro purgare, deinde sensim
 ad victus rationem adducere, neque hunc ieiunum negotia
 10 obire oportet. Et hac sanè cura eiusmodi animus prudentis-
 simus euaserit. Prudentis igitur & imprudentis animi, hæc
 contemperatio causa est, velut à me scriptum est, victus ta-
 men ratione melior & deterior fieri potest. Ignis autem in-
 cursibus superantibus, fortè aquæ aliquid addi non potest,
 vt neque aqua in contemperatione superante, ignis augeri.
 Ex his verò prudentiores & imprudentiores animi efficiun-
 tur. At verò istorum nulla ampliùs contemperatio, cuius-
 modi est ad iracundiam præceps, lenus, dolosus, simplex,
 insensus, beneuolus. Horum omnium meatuum natura,
 30 per quos animus fertur, causa est. Cuiusmodi enim sunt va-
 sa per quæ secedit, & ad quæ occurrit, & quibuscunq; com-
 miscetur, eiusmodi homines sentiunt. Ideoque ista victus
 ratione transmutari possunt, cum fieri non possit, vt natu-
 ram occultam vlla ratione transformes. Eadem verò ratio-
 ne, & vocis, quæcunque tandem fuerit, spiritus meatus cau-
 sa sunt. Per quos enim aer mouetur, & ad quoscunq; incur-
 rit, talem esse vocem necesse est. Et hæc quidem deteriora &
 meliora effici possunt, quod læuiore & asperiores spiritus
 meatus reddere liceat, illud verò victus ratione permutare
 non possis.

Hippocratis de victus ratione, lib. II.

AT verò singularum regionum situm & naturam dignoscas. In vniuersum quidem res ita se habet. Quæ ad meridiem sita, ea quæ ad septentriones spectat calidior & siccior, quòd ad solem magis accedat. In his autem regionibus, homines & quæ è terra producuntur, sicciora, calidiora, & validiora esse necesse est, quàm quæ in contrariis, velut Libyca gens si cum Pontica conferatur, & quæ vtriusque vicina sunt. Per se autem si regiones spectes, ad hunc habent se modum. Alta loca & squalentia, quæque ad meridiem spectant, campestribus æqualiter sitis sunt sicciora, quòd pauciores humiditates contineant. Illa siquidem aquam pluuiam non retinent, hæc contrà. Lacustria verò & palustria humectant & calefaciunt. Calefaciunt quidem, quoniam caua sunt, vndique circumdata, & ventis minimè perflata. Humectant verò, quòd è terra producuntur, & quibus homines aluntur, humidiora sunt, & spiritus, quem attrahimus, propter aquam non moram crassior est. Caua verò & minimè aquosa, siccant & calefaciunt. Calefaciunt quidem quòd caua sint & vndique circumdata. Siccant verò, cum propter alimenti siccitatem, tum quòd spiritus quem attrahimus, cum siccus existat, attracto ad sui nutritionem è corpore humido, non habet humorem, quo suo occursum nutriatur. At quibus in locis montes ad austrum vergunt, in his austri squalidi & morbofi spirant. Quibus verò ad aquilones montes vergunt, in his aquilones perturbatio- nes & morbos pariunt. Vbi autem ab aquilone caua loca vrbibus adhærent, ab æstiuis ventis calidus & morbosus hic locus est, quoniam neque spirans boreas purum spiritum inuehit, neque ab æstiuis ventis perfrigeratur. Quæ autem insulæ continenti sunt vicinæ, eæ rigidiores habent hyemes, marinæ verò, tepidiores, propterea quòd niues & glacies in continenti perdurant, & ventos frigidos ad vicinas insulas mittunt. In his verò quæ in alto sitæ sunt, per hyemem non perdurant. At verò ventorum quam quisque naturam aut facultatem habeat, ad hunc modum dignoscas. Omnes quidem venti, tum animalium corpora, tum ea, quæ è terra producuntur, suapte natura ideo humectant & refrigerant, quòd ventos omnes à niue, à glacie, à vehemēti-

mentis
perfrige
à maior
& debili
tibus s
minor,
adeft. V
meftan
regione
calidior
res existi
cognos
quia ab
non per
ad terra
regioni
colis fr
fter à lo
australi
prodea
qualis n
onem a
meridi
tus ran
necessa
calida
bya fa
nes lat
nio hu
humid
rarus e
xit, in
esse ne
eunde
tates s
venti
obuen
glacie
tam a

menti gelu, à fluminibus & stagnis, & terra humecta & per-
 perfrigerata spirare necesse est, & validiores quidem ventos
 à maioribus & validioribus, debiliores verò à minoribus
 & debilioribus. Non secus enim ac in omnibus animan-
 tibus spiritus inest, ita in cæteris omnibus, quibusdam
 minor, quibusdam verò maior pro eorum magnitudine
 adest. Venti igitur omnes natura quidem refrigerant & hu-
 mectant. Verùm ex regionum & locorum situ, per quæ ad
 20 regiones quasq; obveniunt, inter se differunt, & frigidiores,
 calidiores, humidiores, sicciores, morbosiores & salubrio-
 res existunt. Quorum singulorum causa ad hunc modum
 cognoscenda est. Boreas quidem frigidus & humidus spirat,
 quia ab eiusmodi locis fertur, & ad loca permeat, ad quæ sol
 non pervadit, neq; aëre exiccato humorem ebibit. Ideoque
 ad terram habitaram sua facultate pollens pervenit, ubi ex
 regionis situ non corrumpitur, & hic proximis quidem in-
 colis frigidissimus est, remotissimis verò minimè. At au-
 ster à locis natura aquiloni similis spirat. Cùm enim ab
 australi axe spirat, & à niue multa, glacieque & gelu valido
 20 prodeat, his quidem, qui illic prope habitant, talis spiret,
 qualis nobis boreas necesse est. Neq; tamen ad totam regi-
 onem adhuc similis accedit. Nam cùm per solis accessus in
 meridiem spirat, exhausta à sole eius humiditate, resicca-
 tus rarefcit, ideoque calidum & siccum ad nos pervenire
 necesse est. Proindeque vicinis regionibus eandem vim
 calidam & siccam ex necessitate impertit. Quod & in Li-
 bya facit, cùm quæ è terra nascuntur, exarescant, & homi-
 nes latenter exiccet. Nam cum neque è mari, neque è flu-
 mino humorem accipere queat, ex animantibus & plantis
 30 humidum exugit. At ubi mare transierit, cùm calidus &
 rarus existat, multa humiditate regionem ad quam occur-
 rit, implet, atque adeò austrum calidum & humidum
 esse necesse est, nisi regionum situs in causa extiterit. Ad
 eundem verò modum reliquorum etiam ventorum facul-
 tates se habent. Ad singulas autem regiones hoc modo
 venti se habent. Qui quidem venti ex maris regionibus
 obveniunt, ii sicciores ferè existunt. Qui verò è niue, aut
 glacie, aut stagnis, aut fluminibus, ii omnes, tum lata,
 tum animantia humectant & refrigerant, & corporibus

sanitem præstant, qui frigore modum non excedunt. Hi enim quod magnas in corporibus caloris & frigoris mutationes faciunt, noxii sunt. Quod sanè iis contingit, qui loca palustria & calida, iuxta magna flumina incolunt. Arreli qui venti, qui ex prædictis spirant, vtilis sunt, tum quod ærem purum & sincerum præbent, tum etiam animi calori humiditatem suggerunt. Qui autem venti è terra obveniunt, eos cum à sole & terra reliccentur, sicciores esse necessè est. Nam cum non habeant unde alimentum trahant, à viventibus humorem exugunt, satàq; & animantia omnia lædunt. Et qui quidem relictis montibus ad vrbes perueniunt, non solum siccant, verum etiam spiritum quem aterrahimus, turbant, & humana corpora morbis obnoxia reddunt. Horum igitur cuiusque natura & facultas ad hunc modum cognoscenda est. Quanam autem ratione ad singula se accommodare oporteat, procedente oratione aperiam. At verò cibi & potionis cuiusque vim, tum eam quam habet à natura, tum eam, quæ ab arte proficiscitur, ita cognoscere oportet. Qui igitur in vniuersum, vel de dulcium, vel pinguium, vel salforum, vel alterius cuiusdam eiusmodi facultate dicere conati sunt, ii non rectè sentiunt. Neque enim eandem vim habent, nec dulcia inter se, neque amara, neque aliorum eiusmodi quicquam. Horum enim multa & aluum deliciunt, & sistunt, & siccant, & humectant. Eodem modo in reliquis omnibus, quædam adstringunt, & per aluum secedunt, & vrinas mouent. Sunt quæ horum neutrum faciunt. Ad hunc modum & ex calefacientibus, ac reliquis omnibus, alia aliam habent facultatem. Cum igitur omnia qualiãnam sint, declarari non possunt, quam quæque vim habeant, aperiam. Hordeum natura quidem frigidum & siccum. Inest & quiddam quod purget, ex palearum succo. Cuius rei hoc est indicium, quod si hordeum cortice detracto minimè purgatum coquere velis, vehementer purgatis succus. Quod si corticem detraxeris, refrigerabit magis, aluumq; sistet. Vbi vero tostum fuerit, humor qui purgat igne decedit, frigiditas autem & siccitas remanet. Quod si refrigeratione & siccitate opus sit, id ipsum in pollinem redactam efficiet. Maza cuiusvis generis sic vimur, eamque hæc habet facultatem. Farina confusa-

acz

neque minus quidem nutriunt, magis autem aluum deliciunt. Puræ verò plus nutriunt, minus autem per aluum secedunt. Maza iam pridem subacta, conspersa, minimè intrita; levis est; aluum mouet, & refrigerat. Refrigerat quidem, quia frigida madefacta est, aluum verò mouet, quia citò coquitur. Levis est, quòd multum alimenti cum flatu foras excernitur. Cum enim alimenti viæ angustiores sint, aliud quod superadditur, non recipiunt, & pars quidem cum spiritu attenuata foras excernitur, pars verò, quæ intus remanet, flatum inducit, partimque per superiora eructatur, partim etiam per inferiora demittitur. Multum itaque alimentum è corpore expirat. Quòd si mazam statim vt subacta est, exhibere velis, ea siccandi vim habet, quòd nimirum farina cum sicca existat, atque ita aqua irrigata; in ventriculo calida incadat, humorem ex ipso trahit. Calidum siquidem frigidum, & frigidum calidum trahere solet. Ventriculi autem humore consumto, vt resiccetur necesse est. Aqua verò quæ simul mazam subiit, inducta, refrigerat. Quæ igitur in alui profluuij, aut alterius eiusmodi caliditatis profusione, siccare aut refrigerare oportet, hæc maza efficiet. Ac sicca, intrita, exiccat quidem, non æquè tamen; propterea quod vehementer condensata est, alimentum verò plurimum corpori impertit, cum nimirum sensim eliquata alimentum viæ excipiant. Per aluum igitur tardè demittitur, flatum tamen minimè excitat, neque ructus adfert. Quæ autem iam pridem subacta & intrita est, nutrit quidem minùs, sed aluum magis mouet & inflat. Cyceon solus aqua temperatus, refrigerat & nutrit, cum vino autem calefacit & sistit. Cum melle, minùs quidem calefacit & nutrit, magis verò aluum subducit, si mel sincerum non fuerit, alioqui aluum non ciet, sed sistit. Cum lacte autem, omnes bene quidem nutriunt, veruntamen ouillum aluum sistit; caprinum verò magis aluum subducit, bubulum minùs, equinum & asininum per aluum magis demittitur. Tricicum hordeo quidem est valentius & magis nutrit, minùs autem aluum subducit, tum ipsum, tum succus. Panis ex farina integra nec excussa, siccat & aluum subducit. Purus verò, plus quidem nutrit, minùs verò aluum delicit. Ex panibus autem, fermentatus quidem levis est, & per aluum secedit.

Ac levis quidem est, quoniam fermenti acore humidum consumptum est, quod in alimentum transit. Sece-
dit autem, quia citò coquitur. At non fermentatus, minus quidem al-
uum deicit, plus verò nutrit. Ex succo autem subactus, le-
uior est, abunde nutrit, & per aluum demittitur. Nutrit quide-
m, quia purus. Levis verò est, quòd leuissimo subactus sit
& ab eodem fermentatus & tostus. Per aluum autem sece-
dit, quòd dulci & aluum subducere tritici parti commixtu
sit. Ex panibus item maximi plurimum habent alimenti,
quòd humidum ab igne minimè exuratur. Et furnacei panes
magis nutriunt, quàm qui in foco aut vern assati sunt, quòd
minùs ab igne exurantur. Testuacei verò & subcinerici,
siccissimi, hi quidem propter cinerem, illi verò propter res-
tum, humido exucto. Similaginei autem horum omnium
validissimi sunt, multoq; magis qui ex alica parantur, & ad-
modum nutriunt, verum non eque subducunt. Farina pura
ex aqua pota refrigerat, & lotura farinæ aqua macerata &
subacta igne cocta. Furfurum succus coctus, levis, aluum
subducit. At farinæ ex lacte exhibitæ, propter serum magis
per aluum secedunt, quàm quæ ex aqua, præcipueq; si cum
aluum deicientibus misceantur. Quæ verò cum melle aut
oleo incoquantur aut assantur, omnes estum & ructum ex-
citant. Ructum quidem, quòd cum multum alimentum ex-
hibeant, per aluum minimè secedunt. Æstum verò, quòd
cum pingues & dulces existant, & inter se conveniant, neq;
eiusdem cocturæ indigeant, in eodem sunt. Similago & ali-
ca cocta, validum & multum alimentum exhibent, non ta-
men per aluum secedunt. Tragus siue olyra, tritico leuior,
& quæ ex ea conficiuntur, his similiter quæ ex tritico para-
tur, magis tamen per aluum secedunt. Avena in cibo & for-
bitione sumta, humectat & refrigerat. Recentes farinæ
crassiores & tenuiores, vetustis sicciores, quòd igni & ope-
rationi viciniore existunt. Quæ ubi vetustæ sunt, calor ex-
pirat, frigiditas verò inducitur. Panes calidi quidem siccant,
frigidi verò minùs, gracilitatem tamè quandam inferunt.
Fabæ alimentum quoddam aluum sistens & flatuosum ex-
hibent. Flatuosum quidem, quoniam meatus aliud super-
ingestum alimentum non excipiunt. Aluum autem sistens,
quoniam totam alimenti fecem continet. Pisæ minùs qui-
dem

dem in
secoli his
triant. C
trit quid
falsugin
siccant,
loribus
tamen p
neq; alu
10 validum
concilia
quantul
men effi
men leu
Irio hun
magis q
quidem
plet & in
autem &
20 & oleos
præstat
nutrit. I
mouet. I
quibus
quibus
ore, ac b
bum ve
& aluum
quoniam
30 ore sum
rum aut
quoque
uiore si
magis c
ea quòd
hoc anis
sunt leu
humida
dem ter

dem inflant, magis autem aluum deiiciunt. Erulia & phae-
 scoli his magis aluum deiiciunt, minus inflant, & probe nu-
 triunt. Cicer album aluum & urinam mouet, & nutrit. Nu-
 trit quidem quod carnosum est, dulce per urinam redditur,
 falfuginosum per aluum demittitur. Milij grana & farinae
 siccant, & aluum sistunt, & cum ficibus vehementibus do-
 loribus succurrunt. Milium autem coctum nutrit, minimè
 tamen per aluum secedit. Lentescit & stuosae sunt & turbant, &
 neq; aluum deiiciunt, neq; sistunt. Eruium aluum sistit &
 10 validum est, incrassat, explet, & bonum colorem homini
 conciliat. Lini semen in cibo sumtum, aluum sistit & ali-
 quantulum refrigerat. Hormini semen eadem, quae lini se-
 men efficit. Lupini natura validi & calidi, praeparatione ta-
 men leuiiores & frigidiores euadunt, & per aluum secedunt.
 Irio humectat & aluum deiicit. Cucumeris semen, urinam
 magis quam aluum mouet, implet autem & incrassat. Aluo
 quidem secedit propter exterius putamen, carne verò im-
 plet & incrassat. Lotum verò aluum minus deiicit, incrassat
 autem & explet magis, humectat verò & vrit, quia pingue
 20 & oleosum. Cnicus aluum deiicit. Papauer sistit, idq; nigrum
 praestat magis, quod etiam album facit, potenter autem
 nutrit. Horum omnium succus magis, quam caro aluum
 mouet. Haec igitur in praeparatione adhibenda cautio, ut in
 quibus siccare velis, in iis succo detracto carne utaris, in
 quibus verò aluum mouere, succo plurimo, & carne pauci-
 ore, ac bene succulenta. De animalibus autem, quae in ci-
 bum veniunt, sic sentiendum. Carnes bubulae validae sunt,
 & aluum sistunt, nec facile in ventriculis concoquuntur,
 quoniam crassi & multi sanguinis est hoc animal. Et carnes
 30 ore sumtae graues sunt, eademque, & sanguis & lac. Quo-
 rum autem animalium lac tenue est, & sanguis similiter, eorū
 quoque carnes consimiles existunt. Caprinae carnes his le-
 uiores sunt, & magis aluum deiiciunt. Suillae, his quidem
 magis corpus roborant, & abunde aluum deiiciunt, propter
 ea quod tenues, paucumq; sanguinem continentes venas
 hoc animal habet, multam verò carnem. Agninae ouillis
 sunt leuiiores, & haecinae caprinis, quia exangues magis &
 humidae. Sicca enim & valida natura animantia, cum qui-
 dem tenera sunt, per aluum secedunt, cum verò adoleuerint,

non item. Vitulinae carnes ad bubulas eodem se habent modo. At porcellorum carnes suillis sunt grauiores. Hoc enim animal natura carnosum & xanguie, quamdiu tenellum est superabundantem habet humiditatem. Cum ergo superingestum alimentum meatui non suscipiant, id quod remanet, ventrem calefacit & turbat. Carnes asininae per aluum secedunt, sed pullorum praesertim, & equinae sunt leuiiores. Caninae calefaciunt & siccant, roburque inferunt, non tamen per aluum secedunt. Catulinae vero humectant, & aluum deiciunt. Syluestris suis caro siccatur, robur affert, & aluum deiecit. Cerui siccatur, & minus aluum deiecit, magis autem urinam prouocat. Leporina sicca est, & aluum moratur. Urinam tamen quodammodo ciet. Vulpina humidior est. Erinaciorum terrestrium carnes urinam prouocant, & humidiores sunt. At vero de volucribus sic se res habet. Omnia ferè volucrium genera quadrupedibus sicciora existunt. Nam quae vesicam non habent, neque urinam reddunt, neque saluam fundunt, proculs sicca sunt. Ventris enim caliditate, corporis humiditas in caloris alimentum absumitur, atque iccirco neque urinam reddunt, neque saluam fundunt. Cui autem eiusmodi humiditates desunt, id ipsum siccare necesse est. Palumbis igitur caro siccissima, deinde columbae, tertio loco, perdices & galli, ac turtur, anseris vero, maximè humida. Quae autem semina legunt, prioribus sicciores sunt. Anatis vero carnes, & reliquarum auium quae in paludibus aut aquis degunt, omnes humidiores existunt. Ex piscibus siccissimi quidem scorpius, draco, callionymus, cuculus, glaucus, perca, thrissa. Leues vero, saxatiles ferè omnes, velut turdus, phycis, elephitis, gobio. Hi omnes & praedicti, erronibus leuiiores sunt. Cum enim quiescant, raram & leuem carnem habent. Errones autem & vndas verberantes, laboribus attriti, solidiorem carnem obtinent. Torpedines & squatinae, ac rhombi, & eiuscemodi, leuiiores sunt. Qui vero pisces caenosis & aquosis locis cibum capiunt, velut capitones, mugiles, anguillae, & reliqui id genus, grauiores existunt, quod ab aqua & luto, & his quae illic producuntur, nutriuntur, ex quibus etiam spiritus haustus hominem laedit & aggrauat. Fluuiatiles autem & lacustres, his etiam grauiores sunt. Polypi vero & sepiæ, atque

que eiusmodi
deiciunt, aut
men ius ab
puræ, patet
autem suum
magis per
generis, non
rum oua,
sertim fluui
10 prouocant
leniter alu
ni, deinde
conditos
Ex cicura
suntur, i
rando à S
untur. Fe
ra, quæq
edunt, m
20 vtuntur, i
nimè fruct
multum
paucum
sunt conf
cula, & n
strata, ni
contrari
validissim
abundant
30 minimè
malis par
rebrum &
musculi,
periores,
propter
dum qui
quonia
rò, quod
tem, qui

que eiusmodi, neque leues sunt, vt videntur, neque aluum
 deiciunt, iccircoq; si edantur, oculos grauant, illorum ta-
 men ius aluum mouet. Conchylia verò, velut pinnæ, pur-
 puræ, patellæ, buccinæ, ostrea, ea quidem secca sunt, horum
 autem succi aluum mouent. Myruli, pectines & telinæ, his
 magis per aluum secedunt. Vrticæ & qui cartilaginei sunt
 generis, maximè humectant & aluum deiciunt. Erinacio-
 rum oua, & locustarum humor, musculi, vrſi, cancri, præ-
 fertim fluuiatiles, sed & marini, aluum mouent, & vrinam
 10 prouocant. Sale conditi siccant & attenuant, pleriq; etiam
 leniter aluum deiciunt. Ex salitis siccissimi quidam mari-
 ni, deinde fluuiatiles, palustres, maximè humidi. Inter sale
 conditos pisces, qui percæ nominantur, potenter siccant.
 Ex cicuracis autem animalibus, quæ in syluis & agris pas-
 cuntur, iis quæ domi nutriuntur, sunt sicciora, quia labo-
 rando à Sole & frigore resiccantur, & siccior spiritus nutri-
 untur. Fera etiam animalia mansueris sicciora, & crudio-
 ra, quæque sylvarum materia pascuntur, & quæ parum
 edunt, multum edentibus sicciora, quæq; scæno ad pastum
 20 vtuntur, iis quæ herbis, item quæ fructus edant, iis quæ mi-
 nimè fructibus victitant, quæque parum bibunt, iis quæ
 multum, & quæ multo sanguine abundant, exanguibus &
 paucum sanguinem habentibus, & quæ in ætatis vigore
 sunt constituta, potius quàm admodum vetusta, & iuuen-
 cula, & mascula quàm fœminea, & castrata quàm non ca-
 strata, nigra quàm alba, & hirsuta quàm nuda. His verò
 contraria, humidiora. Animalium autem ipsorum carnes
 validissimæ quidem, quæ optimè laborant, & sanguine
 abundat, & supra quas recumbunt. Leuissimæ verò, quæ
 30 minimè laborant, & in vmbram latent, & in intus ani-
 malis partibus sitæ sunt. Exanguium autem validissimæ, ce-
 rebrum & medulla. Leuissimæ quæ sunt in ventre inferiore,
 musculi, pectines, pedes. Piscium siccissimæ sunt partes su-
 periores, leuissimæ ventris inferioris, & capita humidiora,
 propter pinguedinem & cerebrum. Volucrum oua vali-
 dum quid, & nutriendum, & insans habent. Validum quidem,
 quoniam animalis generationem continent. Nutriendum ve-
 rò, quòd hoc in pullo lactis rationem habeat. Insans au-
 tem, quia ex parua mole in multam diffundantur. Caseus

validus est, æstuosus est, & alit. Validus quidem, quòd generationi sit proximus. Alit vero, quia lactis carnosæ pars in eo remanet. Æstuosus est, quia pinguis. Aluum autē sistit, quia ex succo & coagulo constat. Aqua refrigerat. Vinū calidum & siccum, habet & purgans quiddam à materia. Vina nigra & austera, sicciora sunt, neq; per aluum secedunt, neq; vrinam aut sputum mouent, sed corporis humiditatem absorbendo siccant, & caliditatem inferunt. Mollia, nigra, humidiora sunt, & flatu excitant, aluumq; magis deiciunt. Dulcia nigra, humidiora sunt, calefaciunt autem & inflant, cum humiditatem inducunt. Alba verò & austera calefaciunt, magis autem vrinam mouent, quàm aluum deiciant. Vina recentia aluum magis mouent, quòd musto sint propiora, & nutriunt, item odora magis quàm inodora eiusdem ætatis, quia facilius concoquuntur, & crassa quàm tenuia. Attenuia dulcia vrinā magis & aluum mouent, corpusq; humectant, & sanguinem imbecillum reddunt, cum aduersarium corpori sanguinem augeant. Mustum flatum mouet, & subducit, turbationeq; in ventre suo feruore excitat, aluumq; deiciit. Flatum quidem mouet, quòd calefaciat, è corpore autē subducit, quia purgat, cum verò in ventriculo ferueat, turbationem excitat, & aluo secedit. Vina acida refrigerant, extenuant, & humectant. Refrigerant quidē & humectant, quòd humidum è corpore educat. humectant autem, quòd aqua vnā cum vino ingrediatur. Acetum refrigerat, quòd corporis humidum colliquando absumat, magis autem aluum sistit, quàm deiciat, quia minimè alit & acre est. Sapa calefacit, humectat & subducit. Calefacit quidem, quia vinosa. humectat verò, quòd nutriat. subducit autē, quia dulcis. Feces vinaceę humectant, subducunt, & flatum excitant. quòd etiam mustum idem efficiat. Mel calidum & siccum est, sincerum; ex aqua verò humectat, & biliosis aluum deiciit, pituitosis verò sistit. At verò vinū dulce, pituitosis magis per aluum secedit. De oleribus autem sic se res habet. Allium calidum, vrinā & aluum mouet, oculis minimè bonum. Cum enim multam corporis purgationem faciat, acie hebetat, aluum autem & vrinam ciēt, propter vim purgantem. coctum crudo imbecillius, flatum autem parit propter spiritus vehementiā. Cepa oculorum quidem aciei commo-

da, corpori verò noxia, quòd calida & æstuosa sit, & per aluū
secedat. Nullum enim alimentum corpori, neq; vtilitatem
præbet, calefaciendo autem exiccat, propter succū. Porrum
minus quidem calefacit, urinam verò & aluum mouet, ha-
betq; vim quandam purgantē, humectat autem, & ructum
acidū sedat, ipsumq; post reliquos cibos comedere præstat.
Raphanus humectat, pituitam sua acrimonia diffundendo,
folia verò minus, nisi in articularibus morbis. Radix vitiosa
est, quod per summa fluitet, & ægrè concoquatur. Nasturti-
um calidum est, & carnem liquefacit, pituitam albam sistit,
proindeq; stranguriam infert. Sinapi calidum est, & aluum
deiciit, sed & hoc urinæ difficultatem parit. Quin & eadem
eruca facit. Coriandrum calidum, aluum sistit, & ructū aci-
dum sedat, somnum conciliat, si postremo loco edatur. La-
ctuca frigidissima est prius quàm succum habeat, imbecilli-
tatem autem quandam corpori infert. Anethum calidū, &
aluum sistit, odoratumq; sternutamentū sedat. Apium uri-
nam magis quā aluum mouet: radices etiam magis quàm
ipsum aluum mouent: Ocimum siccū est, & calidū & aluum
sistit. Ruta urinā magis quàm aluum mouet. Quandā etiam
cogendi vim habet, & præputia aduersus venena valet. Aspa-
ragus siccus est, & aluū sistit. Salvia sicca est, & aluū sistit. So-
lanum refrigerat, & in somnis veneris ludibria prohibet.
Portulaca fluuiatilis refrigerat, & sale condita calefacit, &
purgat. Calamintha calefacit & purgat. Mentha calefacit, &
urinā ciēt, vomitionemq; sistit, ac si quis eam sæpe comedat,
eius genitale semen ita colliquefacit, vt effluat, & arrigere
prohibet, corpusq; imbecillum reddit. Rumex calefaciendo
aluum mouet. Atriplex humida est, neq; tamen aluum deii-
cit. Blitum calidum, neq; aluum mouet. Brassica calefacit,
per aluum secedit, & biliosa educit. Betæ succus quidem
aluum deiciit, olus autem ipsum cibo sumtum sistit, radices
verò aluum magis mouent. Cucurbita refrigerat & hume-
ctat, aluoq; secedit. Rapum æstuosum est, humectat autem
& corpus conturbat, non tamen per aluum secedit, verū
urinæ difficultatem adfert. Pulegiū calefacit & aluum mo-
uet. Origanum calefacit, biliosa tamen subducit. Thymbra
eadem quæ origanum efficit. Thymum calidum, aluum
& urinam mouet, & pituitosa educit. Hyssopum calidum &

pituitam ducit. Ex agrestibus autem oleribus, quæ os calefaciunt & odorata sunt, ea calefaciunt, & urinam potius quam aluum mouent. Quæ verò humida sunt natura & frigida, acinsipida, odoreque graui, per aluum magis secedunt quam per urinam. Quæ acerbæ & austere, aluum sistunt. Quæ acriæ & odoratæ, urinam prouocant. Quæ acriæ & sicca sunt in ore, ea omnia siccant, quæ acida, refrigerant. Hi succi urinam mouent, crethmi, apij, alij cremor, cytisi, fœniculi, porri, adianthi, solani, qui & refrigerant. Scolopendrium, mentha, seseli, caucalides, hypericum, vrticæ, aluum mouent & purgant. Cicer, lens, hordeum, beta, brassica, mercurialis, sambucus, cnicus, hæc omnia aluum potius quam urinam mouent. At verò defructibus autumnalibus, habet se res ad hunc modum. Qui semen quidem inclusum habent, ij aluum magis mouent. Virides item magis quam sicci. Horum autem facultas dicta est. Mora calefaciunt & humectant, per aluumq; secedunt. Pira matura, calefaciunt & humectant, aluumq; deiciunt, dura verò sistunt. Pira syluestria hyberna matura, aluum deiciunt eamq; purgāt, cruda verò sistunt. Mala dulcia ægrè concoquunt, acida autem & matura, minus. Cydonia adstringunt, neq; aluum deiciunt. Malorum autem succus vomitiones sistit & urinam promouet, quod & odorante vomitionem præstat. Mala syluestria, aluum sistunt, cocta verò cibo sumta, magis aluum deiciunt. Ad eam autem spirandi difficultatem, cum non nisi erecta ceruice spiritus trahitur, tum eorum succus, tum ipsa quoq; epota iuuant. Sorba, mespila, corna, alijque id genus fructus, aluum sistunt, & acerbisunt. Mali punici dulcis succus, aluum deicit, verum æstuosum quiddam habet. Mala punica quæ vinoso sunt succo, minus æstuosa sunt. Acida verò, magis refrigerant. At omnium nucleis aluum sistunt. Cucumeres crudi, frigidi, ægreq; concoquuntur. Maturi verò, urinam & aluum deiciunt, verum status excitant. Vuarum racemi, calidi & humidi, aluum deiciunt, præcipue quidem albi. Dulces igitur potenter calefaciunt, quod multum iam calidi obtineant. Immaturi verò, minus calefaciunt, potu autem magis purgant. Ficus & vuarum passæ æstuosæ sunt, aluum tamen deiciunt. Ficus viridis humectat, aluum deicit, & calefacit.

Hume-

Humed
propter
Primæ
stremæ
gdalæ
dem, qu
rotund
& alu
rum ve
10 & fagi
Carne
condit
nutriu
faciunt
triu
sale sp
delici
here
ctatu
20 scant
rum
traq
torre
cera
ctia,
Ac d
sta a
igne
trici
30 & v
pro
min
cior
quo
rem
dis
dic
ni
op

Humectat quidem, quod succo prægnans sit, calefacit verò, propter lac, sed aluum deiicit, propter eiusdem dulcedinem. Primæ ficus vitiosissimæ, quia lacte plenissimæ, optimæ postremæ. Ficus aridæ æstuosæ, aluum tamen deiiciunt Amygdalæ æstuosæ sunt & nutriunt his de causis. Æstuosæ quidem, quia pingues, nutriunt autem, quia carnosæ. Et nuces rotundæ his similiter se habent. Latæ verò maturæ, nutriunt & aluum deiiciunt. Purgatæ autem etiam flatus pariunt, earum verò tunicæ aluum sistunt. Glandes ilignæ, quercinæ, 10 & fagineæ, crudæ & tostæ aluum sistunt, coctæ verò minüs. Carnes pingues æstuosæ, sed aluum deiiciunt. Carnes vino conditæ, siccant & nutriunt. Siccant quidem, propter vinũ, nutriunt verò propter carnem. Aceto autem conditæ, calefaciunt certè, propter acetum tamè, minüs, sed abundè nutriunt. At sale conditæ, minüs quidem nutriunt, humido à sale spoliatæ, extenuant tamen & siccant, abundeque aluum deiiciunt. Singulorum autem vires ad hunc modum detrahere & adicere convenit. Cùm ex igne & aqua constent cuncta animantia, tum è terra nascentia, & ex his concre- 20 scant, ac in eadem resoluuntur, valentium quidem cibarium vim coquendo & refrigerando, sæpe detrahere, contraque adicere ad hunc modum oportet. Humidis quidem, torrendo & assando humiditatem detrahit, sicca verò macerato & irrigato. Salsa macerato & coquito. Amara & acrida, dulcium, acerba verò pinguium mixtura temperato. Ac de reliquis omnibus ex prædictis æstimare oportet. Tosta aut assata, crudis magis aluum sistunt, quod humidum igneum & pingue ab igne detractum sit. Cùm igitur in ventericulus ingesta fuerint, humidum ad se è ventre trahunt, 30 & venarum oscula exiccando & calefaciendo occludunt. proindeque humoris transitus coarctant. Quæ verò locis minimè aquosis siccis & æstuosis proveniunt, ea omnia sicciora & calidiora sunt, & robur plurimum corpori exhibet, quod pati mole & copia grauiora sunt ac densiora, vberiorumque sætum ferunt, quàm quæ humidis, riguis & frigidis locis nascuntur. Ea autem humidiora, leuiora & frigidiora existunt. Neque igitur solum ipsius cibi & potus, & animantium ipsarum, sed & patriæ ex qua oriuntur, vim nosse oportet. Cùm ergo ex iisdem etiam cibis validum alimen-

tum corpori offerre voles, his quæ ex locis minimè aquosè
 prodeunt vtendum; tum cibis, tum potionibus, tum ani-
 mantibus. Cùm verò leuius atque humidius, his quæ ex ri-
 guis locis nascuntur vtendum. Dulcia, acria, salsa, amara, au-
 stera, & carnosà calefacere solent, tum quæ sicca sunt, tum
 quæ humida. Quæ igitur plus siccì in se habent, ea siccant
 quidem & calefaciunt. Quæ verò plus humidi, hæc omnia
 calefaciendo humectant, & magis quàm sicca per aluum
 secedunt. Nam cùm plus corpus nutriant, in ventriculum
 attrahunt, & humectando aluum deiciunt. Quæ verò ca-
 lefaciendo siccant, tum cibi, tum potus, neque spiritum, ne-
 que vrinam, neque aluum cient, & hanc ob causam corpus
 siccant. Incalescens corpus humido vacuatur, partimque ab
 ipsis cibis, partim etiam à calore animi in alimentum ab-
 sumitur, partim verò calefactum & attenuatum, per cu-
 tım foras propellitur. Dulcia, pingua, & oleosa iccir-
 co implent, quia ex modica mole multum diffundunt. Ca-
 lefacta verò & diffusa, calore corpus replent, & tranquillum
 reddunt. Acida autem, acria, austera, acerbà, & ex toto col-
 lata, & sicca, non implent, ideo quòd venarum ora tum ape-
 riunt, tum expurgant, & partim quidem siccando, partim
 verò incidendo & adstringendo horrorem inferunt, & car-
 nis humidum in paruam molem contrahunt, atque ita va-
 cuum multum in corpore oritur. Cùm igitur paucis imple-
 re, vel multis vacuare voles, hisce vtitor. Recentia omnia
 plus cæteris roborant, propterea quòd vitæ sunt propin-
 quiora. At vetustate marcida, quòd ad putredinem magis
 accedant, recentibus aluum magis deiciunt. Cruda verò
 alimentum præbent & rictus excitant, quòd quæ igne co-
 qui oporteat, ea ventriculus, his, quæ ingeruntur, cùm de-
 bilior existat, conficere cogatur. At verò opsonia ex intritis
 præparata ideo sunt æstuosa & humida, quòd pingua,
 ignea & calida, & inæquales inter se vires sortita, in eodem
 resident. Quæ verò muria condiuntur, meliora, & minimè
 æstuosa. Balnea autem ad hunc se habent modum. Aqua
 potabilis humectat & refrigerat, cùm corpori humidita-
 tem exhibeat. Salsum verò balneum, calefacit & siccit. Na-
 turâ enim calidum, humiditatem è corpore trahit. At bal-
 nea calida, ieiunum quidem extenuant & refrigerant. Ca-
 liditate

liditate e
 cuato, co
 & hume
 rem mo
 quidem
 post cib
 tate, sic
 ra humi
 verò vn
 10 ignis h
 corpori
 tē hum
 mnes e
 destitu
 Calefa
 attenu
 id quo
 Vomi
 neque
 20 tur, se
 tioner
 à calo
 ciat, si
 æquo
 siccant
 deuo
 hatu
 tius v
 rari c
 30 que,
 no q
 quæ
 cien
 reso
 lefa
 Son
 Vig
 nat
 hu

liditate enim humidum è corpore tollunt, eoquè è carne vacuato, corpus refrigeratur. Post cibum autem calefaciunt & humectant, cum ea, quæ in corpore supersunt, in maiorem molem diffundunt. Frigida verò balnea contrà. Vacuo quidem corpori frigidum calorem quendam impertit, at post cibum humiditatem præsentem tollit, & sua frigiditate, siccum quod adest, auger. Balnei abstinencia, consumpta humiditate siccatur, eodem sanè modo neglecta vntio. At verò vntio calefacit, humectat, & emollit. Sol autem & 10 ignis has ob causas siccant, quòd calida cum sint & sicca, corporis humiditatem trahunt. Umbra & frigus, moderatè humectant, plus enim dant, quàm accipiunt. Sudores omnes exeuntes siccant & attenuant, cum corpus humore destituatur. Veneris vsus extenuat, humectat, & calefacit. Calefacit quidem ob laborem & frigiditatis excretionem, attenuat autem ob vacationem, humectat verò propter id quod ex colliquatione à labore in corpore relictum est. Vomitiones extenuant, propter alimenti euacuationem, neque tamen siccant, si quis postridie recta curatione utatur, sed propter repletionem & carnis ex labore colliquationem humectant. At si quis hæc postridie in alimentum à calore consumi sinat, sensumque ad victus rationem adiciat, siccant. Aluum autem coactam vomitio soluit, & plus æquo fluidam sistit, illam quidem humectando, hanc verò siccando. Cum igitur quis aluum celerrimè sistere velit, deuoratum cibum prius quàm humescat & deorsum detrahatur, euomere oportet, & acerbis ac austeris cibariis potius vitior. Vbi autem aluum soluere velit, diutius immorari cibis confert, & acerbis ac salis, & pinguibus, dulcibus- 30 que, tum cibariis, tum potionibus vtendum. Somni in ieiuno quidem extenuant & refrigerant, non nimis longi, eam, quæ adest humiditatem vacuando. Longiores verò, calefaciendo carnem colliquefaciunt, corpusque diffundendo resoluunt, & imbecillum reddunt. Post cibum autem calefacientes humectant, alimentum in corpus diffundendo. Somnus post matutinas deambulationes, maximè siccatur. Vigilia post cibos noxia cum cibum colliquefcere non sinat, ieiunos autem extenuat quidem, at minùs lædit. Ociù humectat & corpus imbecillum reddit. Quiescens enim

animus corporis humidum minimè absumit. Labor siccat corpusq; validum efficit. Semel die sumtus cibus, extenuat, & siccat, aluumq; sistit, quoniam animi calore ventris & carnis humidum absumitur. Prandium verò contraria efficit. Aquæ potus calidus extenuat, eodemq; modo etiam frigidus. At verò plus equo frigidus tum spiritus, tum cibus, & potus, humidum in corpore congelant, & congelatione ac frigore aluos cogunt, cum animi humiditatem superet. Contraque etiam caloris excessus in tantum cogit, ut diffundi nequeat. Quæ verò corpus calefaciunt, neque alimē-¹⁴ tum exhibent, carnem humore vacuant, & cum nihil excedant, frigiditatem homini præbent. Humiditate enim, quæ adest, agitata, quod ab ipso spiritu repletur, refrigeratur. At verò de laboribus quæ habeant facultatem enarrabo. Sunt enim quidam à natura, quidam violenti. Ex his, qui sunt à natura, visionis labor, auditionis, vocis, curæ. Ac visionis quidem hæc est facultas. Cum animus in id quod videtur intentus est, mouetur & incalescit. Calefactus verò, humido vacuato, exiccatur. Per auditionem autem irrupente sono, animus concutitur, & laborat, laborans verò incalescit & resiccatur. Ex his, quæ cum cura hominibus contin-²⁰ gunt, animus incalescit & exiccatur, humidoque absumto laborat & carnes attenuat, hominemque vacuat. Vocis autem labores, velut sermo, lectio, cantus, ij omnes animum mouent, motus verò exiccatur & incalescit, humidumque corporis absumit. At deambulationes ipsæ etiam maximè præ reliquis à natura fiunt, habent tamen quid violentum. Earum hæc est facultas. A cœna deambulatio, aluum, corpus, & ventrem exiccat, ipsumq; hanc ob causam amarum euadere non sinit. Cum homo mouetur, corpus & cibi in-³⁰ calefcunt. Humiditatem igitur caro attrahit, neq; ventrem amarum euadere sinit. Impletur igitur corpus, venter verò extenuatur. Has autem ob causas exiccatur, quod agitato & incalescente corpore, alimenti pars tenuissima, partim ab insito calore consumitur, partim cum spiritu foras excernitur, partim etiam per vrinam emittitur, quod verò in cibus est siccissimū, remanet; ita ut cum ventre simul etiā caro resiccetur. Deambulationes matutinæ extenuant, & quæ circa caput sunt, leuia, agilia & prompta efficiunt, aluumq; soluit.

Exte-

Extenuant quidem, quòd agitatam corpus incalescat, & humidum partim quidem à spiritu attenuetur & purgetur, partim verò emungatur & exscreetur, partim etiam ab animi calore in alimentum absumatur. Aluum autem soluunt, quòd cum calida existat, spiritu frigido ex superioribus partibus irruente, frigido calidum cedit. Quæ verò circa caput sunt ideo leuant, quòd euacuata aluus & calida existens, è reliquo corpore & capite humidum ad se attrahit. Vacuato autem capite, repurgatur visio & auditio, & agiles homines

10 redduntur. At deambulationes, quæ post exercitationes ob-
euntur, corpora pura reddunt & emaciant, neque carnis
colliquationem, quæ ex labore prouenit, colligunt, sed eam
repurgant. Ex cursibus autem hæc contingunt. Longi qui-
dem & æ-xi, sensim facti, carnem calefaciendo concoque-
re ac diffundere queunt, & ciborum vim in carne conco-
quunt, tardiora tamen & crassiora corpora efficiunt, quàm
qui in orbem fiunt. His autem, qui multum comedunt, cō-
modiores sunt, idque hyeme magis quàm æstate. At qui in
veste obeuntur, eadem facultate valent, sed magis calefa-
ciunt, humidioraque corpora & decoloratiora reddunt,

20 quia purus extrinsecus irruens spiritus ea non repurgat, sed
in eodem spiritu exercentur. Siccis igitur & multum car-
nolis conferunt, cum quis carnem detrahare voler & senio-
ribus propter corporis frigiditatem. Cursus autem rursus
ad carceres redeunt, & indefiniti equestres, carnem qui-
dem minùs diffundunt, sed magis extenuant, quia cum ex-
ternis animi partibus hi labores obeantur, humidum ex car-
ne retrahunt, corpusque attenuant & exiccant. Qui verò
in orbem fiunt, carnem quidem minimè diffundunt, sed ex-
tenuant, carnemque & ventrem maximè deducunt, quòd

30 cum citissimo spiritu vtantur, humidum ad se promptissimè
attrahunt. Concussiones autem de repente quidem siccant,
neque tamen accommodæ, neque vtilis sunt. Conuulsio-
nes enim ideo intus adferunt, quòd calefactum corpus cu-
tem vehementer tenuat, carnem verò minùs cognit, quàm
cursus, qui in orbem obeuntur, eandemque humore vacuât.
Commotiones & in sublime eleuationes, carnem quidem
minimè excalefaciunt, sed corpus & animum commouet,
& spiritu vacuant. Lucta & frictio, exterioribus corporis

partibus laborem magis præbent, carnem autem calefaciunt, firmant, ideoque augent, quòd quæ natura solida sunt, dum fricantur, in se coguntur, caua verò augescunt. Quod ergo in carne densum est, si confricatur, in se cogitur, caua verò augescunt, & quæcunque venas habent. Ex calefactæ enim & exiccatæ carnes, alimentum ad se per venas trahunt, deinde increfcunt. Volutatio in pulvere eadem, quæ lucta, facit, sed propter pulverem magis exiccat, carnemque minùs gignit. Lucta, quæ fit consertis summis manibus, extenuat, carnesque ad superiora trahit. At corycum decerratio, & manuum gesticulatio, eadem efficiunt. Spiritus retentio meatus per vim cogere, cutem tenuare, & humiditatem ad cutem propellere valet. Quæ in pulvere & oleo exercitationes obeuntur, hoc differunt, quòd pulvis quidem frigidus, oleum verò est calidum. Oleum per hyemem ad corporis incrementum magis est accommodatum, quoniam quid de corpore detrahente frigus non finit. Per æstatem verò caloris exuperantia carnem colliquat, cum etiam ab anni tempore, & oleo, & labore incalcescat. Pulvis autem per æstatem ad corporis incrementum magis est accommodatus. Cum enim refrigeret, vitra modum incallescere non finit, per hyemem verò, frigus & algorem adfert. Post exercitationes, parua in pulvere per æstatem mora, ad refrigerationem quidem iuvat, multa verò supra modum exiccat, & corpora dura ac lignosa reddit. Friccio ex oleo & aqua emollit, neque vehementer incallescere finit. At de lassitudinibus, quæ circa corpora contingunt, ad hunc se res habet modum. Qui quidem non exercentur, ab omni labore lassitudinem contrahunt. Nulla enim corporis pars ad vllum aliquem laborem suscipiendum est accommodata. Quæ verò exercentur corpora, à minimè consuetis laboribus lassantur. Quædam etiam à consuetis exercitationibus in lassitudines incidunt, si his supra modum vtantur. Etea quidem sunt lassitudinum genera. Earum verò facultas sic habet. Qui non exercentur, cum humidam carnem habeant, vbi lobrauerint, concalefacto corpore multam colliquationem dimittunt. Quod igitur cum sudore emissum, aut cum corpore repurgatum fuerit, non ampliùs vexat corporis partem præter consuetudinem

rudinem vacuatam. Quod verò post secretionem intus remanet, huic molestiam exhibet, & ei parti, quæ humiditatem suscepit, cum corpori minimè sit commodum, sed infensum. Neque sanè in corporum carnes æquabiliter coit, sed in carnosas partes, ita vt his quidem, donec exeat, molestiam exhibeat. Nempe cum ambitum non habeat & quiescat, tum ipsum, tum ea, quæ irumpunt, incalescunt. Cum igitur copiosum fuerit quod secretum est, id quidem, quod sanum est, superat, ita vt totum corpus concalescat, & vehementem febrem inferat. Sanguine enim calefacto & attracto, ea, quæ in corpore insunt, celerem ambitum faciunt, & tum reliquum corpus à spiritu purgatur, tum quod coaluit, calefactum attenuatur, simulque ex carne in cutem foras propellitur, idque sudor calidus vocatur. Quo sanè excreto, tum sanguis ad naturalem constitutionem redit, tum febris remittit, & lassitudo sedatur, tertio præsertim die. Hanc autem lassitudinem hunc in modum curare oportet, fomentis & balneis calidis id quod coaluit dissolueno, & violentis deambulationibus expurgando, ciborumque paucitate & extenuatione carnis vacuationem cogendo, ac oleo leniter, ne vehementer recalescat, confricando. Vnguentis etiam tum sudorem elicientibus, tum emollientibus inungere ac emollire confert. His verò qui exercentur, à minimè consuetis laboribus se non exercuerit, ea parte qua laborare non consuevit, carnem humidam esse necesse est, velut ad singulas exercitationes. Carnem igitur colliquefieri & secerni, ac in se coigi, velut in priore necesse est. Hæc autem curatio confert. Exercitationibus quidem alluetis vtendum, vt quod coit calefactum tenuetur ac detrahatur, reliquumque corpus minimè humectetur, neque sine exercitationibus esse contingat. Huic autem conducit, vt balneis calidis ac frictione, non secus ac prior, vtatur. Fomentis autem nihil opus est, cum labores calefaciendo, ad id quod coactum est tenuandum & detrahendum satis esse possint. At verò ex vilitatis exercitationibus labores hoc modo contingunt. Ex moderato quidem labore nulla oritur lassitudo. Cum verò maior quam par sit fuerit, carnem supra modum exiccat, eaque hu-

more vacuata, incallescit, dolet, horrore concutitur, ac nisi quis rectam curationem adhibeat, ad diuturnam febrem deuenit. Imprimis quidem balneo neque admodum multo, neque nimis calido vtendum, deinde à balneo epoto molli vino, in cœna quamplurima & cuiuscunque generis edulia offerenda, & potu aquoso, vino autem molli ac copioso vtendum. Postea diutius confricandum, dum venæ oppletæ turgescant. Mox vomendum, & post modicam stationem, molliter dormiendum. Postea per dies sex sensim ad cibos & poriones consuetas redeundum, & in his ad consuetum tum cibum, tum potum deueniendum. Quæ curatio hæc habet facultatem, vt supra modum resiccatum corpus, citra excessum humectare queat. Quòd si quis laboris exuperantia mentis intelligentia comprehensa, huic quantacunque foret cibi commoderatione mederi posset, id bene haberet. Nunc verò vt illud fieri nequit, ita hoc facile. Resiccatum nanque corpus, à cuiusvis generis ingestis, sibi quod confert assumit, & vnaquæque corporis pars de singulis cibis, repletum verò & humectatum, vacuato per vomitionem ventriculo, rursus id quod exundat dimittit. Ventriculus autem cum vacuus existat, vicissim attrahit. Exuperantem igitur humiditatem caro effundit, commoderatam verò, non nisi per vim, aut labores, aut medicamenta, aut aliud quoddam reuulsionis genus dimittit. Qui verò cibi paulatim adiectione vtetur, is corpori leniter pristinam victus rationem restituet.

Hippocratis de victus ratione, lib. III.

AT de victus humani ratione, ita vt ad ciborum copiam laborum commoderatio adhibeatur, exactè quis scribere non potest, quemadmodum etiam antea à me dictum est. Multa enim sunt quæ prohibent. Primum quidem differentes inter se hominum naturæ. Nam & quæ siccæ sunt, ipsæ inter se inuicem, & cum cæteris collatæ, magis & minus siccæ sunt. & humidæ, ad eundemque modum dereliquis omnibus dicendum. Deinde etiam ætates, quæ iidem minimè indigent. Ad hæc verò & regionum positiones, ventorūque mutationes, & tempestatum transmutationes, anni que conditiones. Quin & inter cibos ipsos magna est dif-

differentia. Triticum enim à tritico, & vinum à vino differt,
 reliquaque omnia ex quibus victum trahimus, cum diuer-
 sa existant, impediunt quò minus quis ea de re exactè scri-
 bere possit. Sed enim inuentæ à me sunt eorum quæ in cor-
 pore superant prænotiones, siue labores cibos, siue cibi la-
 bores superent, & quanà ratione singulis mederi oporteat,
 tum etiam sanis prospicere, uti ne in morbos incidunt. ni-
 si quis valde multum ac sæpe delinquat. Quæ sane ipsa me-
 dicamentis iam indigent, etsi sunt quædam quæ neq; me-
 dicamentis sanari possunt. Quoad igitur fieri potuit, in-
 uenta sunt à nobis quæ quàm maximè ad rem facerent, ex-
 actè verò à nemine. Primum quidem igitur plerisque vul-
 go scribam, ex quibus maximam vtilitatem capiant, qui ci-
 bos quibuslibet & laboribus necessariis, coactisque profe-
 ctionibus vtuntur, tum qui maritimis negotiationibus ad
 victum parandum repertis distinentur, si plus iusto incale-
 scant, & magis quàm expediat refrigerentur, reliquaque
 victus ratione instabili vtantur. His sanè præsens victus ra-
 tio conducit. Annum quidem plerique in quatuor partes
 omnibus fere notas diuidunt, hyemem, ver, æstatem, & au-
 tumnum. Ac hyemem quidem à Vergiliarum occasu, ad
 Equinoctium vernum. Ver autem ab Equinoctio, ad Ver-
 giliarum exortum. Æstatem à Vergiliarum ortu, ad Ar-
 cturi exortum. Autumnum verò ab Arcturo ad Vergiliarum
 occasum. Per hyemem igitur, ut anni tempori frigido &
 constricto te opponas, hæc victus ratione uti conuenit. Plu-
 rimùm quidem semel tantùm cibus sumendus, nisi quis al-
 uum valde siccam habeat. Sin minus, parum prandendum.
 Cibus autem vtendum siccis, austeris, calefacientibus, ex to-
 to collatis & meracis. Pane quoque magis, & obsoniis assis
 potius quam elixis vtendum. Potionibus item nigris, me-
 racioribus, ac paucioribus. Oleribus autem quàm mini-
 mùm, præter quàm calefacientibus & siccis. Succis etiam
 ac sorbitionibus quàm minimùm. Laboribus autem pluri-
 mis omnibus, cursibusque flexis, sensim accessione facta,
 & lucta cum oleo, à leuioribus adurgendo. Et deambula-
 tionibus quidem post exercitationes celeribus, à cœna ve-
 rò tardis, in loco tepido. Matutinis etiam multis, ex leui ini-
 tio, vehementer progrediendo, & leniter desinendo. Duro

etiam cubili, & nocturnis itineribus uti, tum etiam per puluerem ingredi accurrere confert. Hæc enim omnia extenuant & calefaciunt, iisque plurimis vtendum. Cum verò quis lauari velit, si quidem in palæstra laborauerit, frigida lauetur. Quod si alio quopiam labore vsus fuerit, calida magis confert. Vomitionibus autem post cibos cuiusvis generis, humidiores ter in mense vtantur, sicciore verò bis. A vomitionibus sensim per tres dies ad consuetum cibum deducendum, & sub id tempus leuioribus & paucioribus laboribus vtendum. A bubula & porcina carne aut à quibusvis aliis, quis supra modum repletus vomat. Quinetiam et caseorum, & dulcium, & pinguium minimè consuetorū repletionem vomere confert. Post ebrietatem quoq; & ciborum mutationem, locorumque transmutationem vomendum. Purum autē se frigori exponere oportet, præterquam post cibos & exercitationes. Sed in deambulationibus matutinis, cum corpus incallescere cœperit, & in cursibus, reliquoque quouis tempore, exuperantia vitanda est. Hæc enim tempestate corpori frigus sentire, quam exerceri magis confert. Neq; enim arbores quæ hoc tempore frigora non senserunt, fructum ferre aut satis valere possunt. Hæc quoq; tempestate laboribus etiam multis vtendū, dum lassitudines minimè contingant, Cuius rei istud dabo plebeiū argumentum, curq; hæc ita se habeant aperiam. Cum hoc anni tempus frigidum & constrictum existat, similia etiam animalibus contingere solent. Corpora igitur lentè ex labore incallescere, & humidi quod inest parua quandam portionem excerni necesse est. Deinde labori quidem temporis parum cōcessum est, quieti verò multum, cum dies quidem brevis sit, nox autem longa. Ideoq; neq; tempus, neq; labor modū excedūt. Eam igitur ob causam hoc anni tempore, ista victus ratio instituenda est, à Vergiliarum occasu ad Solstitium vsque diebus quadraginta quatuor. At circa solstitium, quam maxima fieri potest custodia vtendum, & a solstitio, aliis rotidem diebus, eadem victus ratio vsurpanda. Vbi autem tempestas fauonium reduxerit, & mollior extiterit, victus rationem tempestate accommodare conuenit, diebus quindecim, ad Arcturū exortum, & hirundinis aduentum. Quod verò sequitur tempus, variè magis transi-

gerit

gere oportet, ad *Æquinoctium* vsq; diebus duobus & tri-
 ginta. *Victus* igitur ratione ad anni temporis varietatem
 accommodata, molliore & leuiore vtendum, in cibis, poti-
 bus, & laboribus, sensim ad ver adducendo. Cum autem *Æ-*
quinoctium iam mollius euaserit, diesq; longiores, & no-
 ctes breuiiores, anniq; tempus ad calidum & liccum perue-
 nerit, præsens etiam victus probè nutriens ac meracus est.
 Quemadmodum igitur arbores, cum ratione careant, hac
 tempestate sibi comparant ad æstatis commoditatem, tum
 incrementum, tum umbram; ita homo, cum mente sit præ-
 dius, carnis incrementum salubre sibi comparare debet.
 Ne igitur vict^{us} ratio de repẽdẽ immutetur, tẽpus in sex par-
 tes per octo dies diuidendum. In prima itaq; parte de labo-
 ribus detrahendum, reliquisq; acutioribus vtendum. Cibi
 quoque molliores exhibendi, & portiones aquosiores ac
 calidiores, & lucta cum oleo in sole vtendum. In singulis au-
 tem anni tẽporibus, vnaquæq; victus ratio paulatim trans-
 mutanda, & deambulationes à cœna plures detrahendæ,
 matutine verò pauciores. Maza quoq; panis loco apponen-
 da, & olera cocta exhibenda, opsoniaq; elixa assis adquan-
 da. Balneis etiam vtendum, paruo prandio, & rebus vene-
 reis paucis. Vomitiones quoque primùm quidem duobus in-
 terpositis diebus, deinde longiore interiecto tempore, fa-
 ciendæ, quò & corpus ad puram carnem reducas, & victus
 rationem hoc tempore mollem instituas, ad Vergiliarum
 exortum. Tunc iam adest æstas, ad quam victus rationem
 accommodare oportet. Vbi ergo Vergiliæ iam exortæ sunt,
 cibis mollioribus & paucioribus vtendum, deinde plus ma-
 za, quam panis, eaq; prius subacta, & minimè irrita. Potib^{us}
 autem mollibus, albis, aquosis, prandio modico, & somnis
 à prandio breuibus, & ciborum ac potuum replitioni-
 bus quàm minimis. In cibo potu quantum satis est vten-
 dum. Interdiu verò quàm minimùm bibendum nisi neces-
 saria aliqua siccitate corpus detineatur. Oleribus coctis vt-
 endum, æstuosis & siccantibus exceptis. Crudis quoq; vtẽ-
 dum, calefacientibus & siccantibus exceptis. Ac vomitio-
 nibus, nisi si qua repletio insit, minimè vtendum, rebusque
 veneris, omnium minimè. Balneis verò tepidis vti licet.
 Poma verò cum natura humana velẽtiora sint, ab his ab-
 gere

tinere præstat. Quòd si quis cum cibus utatur, minimè deliquerit. Laboribus etiam & cursibus exerceri conuenit, iusque ad carceres redeuntibus modicis, multo tempore, & deambulationibus in umbra. Lucta verò in puluere, quò minimè incaleseat. Nam voluratio in puluere cursibus præstat, qui corpus humidum vacuando desiccant. A cœna minimè deambulandum, sed tantum standum. Mane verò deambulationibus utendum. Soles vitandi & frigora tum matutina, tum vespertina, quæcunq; à fluminibus, aut stagnis, aut niuib; spirant. In hac autem victus ratione ad solstitium æstiuum vsq; perseuerandum, vti hoc tempore sicca omnia & calida, ac nigra, & metaca, ac panes detrahas, nisi si paulum quid voluptatis gratia exhibeas. Tempore verò quod postea sequitur, cibus utatur mollibus & humidis, refrigerantibus & albis, ad Arcturi exortum & Equinoctium, diebus nonaginta tribus. Post Equinoctium autem hoc modo victus rationem instituere oportet, per autumnū ad hyemem accedendo, ita vt frigorū ac teporis mutationes vestitu crasso deuites. Hoc verò tempore prius in veste motu utendum, frictioneque & lucta cum oleo, sensim adiciendo, & loco tepido deambulandum, calidæque lauandum, & somni diurni detrahendi. Cibi etiam assumendi calidiores, minùs humidi, & puri, potus verò nigriores, mollioramen & non aquosi, olera autem minùs. Reliquaq; omni victus ratione ita progrediendum, vt ab æstiuis demas, hybernis vtaris, non ad summum, quo quàm proximè ad hybernā victus rationem deuenias, per dies duodequinquaginta, ad Vergiliarum occasum ab Equinoctio. Atq; ista quidē plerisque hominibus suadeo, quibus temerè vitam degere necesse est, neque licet reliquis posthabitis suæ ipsorum sanitatis curam habere. Qui verò ita sunt comparati, sibi que in animum induxerunt, neque pecuniarum, neque corporis, neque vllius rei vtilitatem. citra sanitatem æstimandam esse iis à me inuenta est victus ratio, quæ quoad eius fieri potest maximè ad veritatem accedit, quam procedente oratione demonstrabo. Atque ista inuētio mihi quidem inuentori pulchra est, vtilis verò iis qui discunt, à nullo adhuc antea tentata, & quā ad alia omnia plurimi æstimo. Est autem & præcognitio ante quā ægrotent, & affectus corporum

porum cognitio, vtrum cibi labores, an cibos labores superent, an moderatè inter se habeant. Quodcunque enim superetur, ex eo morbi contingunt, ex mutua verò inter se æquabilitate, sanitas adest. Ad has sanè species aggrediar, & aperiam quænam iis contingant, qui sibi bene valere videntur & cibis ac laboribus iucundè fruuntur, tum corporis tum coloris habent abundè. Nares à cœna citra causam manifestam implentur, & plenæ esse videntur, nihil tamen emungunt. Cum verò mane deambulare & exerceri cœperint, tum mucum & sputum reiiciunt, procedentèque tempore palpebras etiam graues habent, frontem pruritus occupat, cibis abstinent, potumque minus appetunt, habitus color deperditur, & aut destillationes, aut febres cum horrore excitantur, quocumque tempore repletionem commoueri contigerit. Eo autem tempore quicquid forte fecerit, in id culpam reiicit, cum minimè in causa sit. In hoc enim sensim collecta repletio morbum inuexit, quod cibi labores superant. Verùm non est eò usque differendum, sed cum primùm signa videris, nosse oportet, quod cum cibi labores superant, paulatim collecta repletio existit. Mucus enim & saliuæ repletionem arguunt, quiescentèque sanè corpore, spiritus meatus opplent, cum multa insit repletio, quod verò labore incalescit, extenuatum excernitur. Huic curationem istam adhibere oportet, vt postquam se consuetis exercitationibus citra defatigationem exercuerit, calidamque lauerit, cibos omnis generis offerat. & vomitionem cieat. Post vomitionem verò os & fauces vino austero colluat, vt venarum oscula constringantur, nihilque conuellatur, velut ex vomitionibus contingere solet. Deinde vbi surrexerit, loco tepido modicè deambulet. Postridie verò deambulationibus quidem vtendum, exercitationibus tamen paucioribus & leuioribus quàm antea, & si æstas fuerit, minimè prandeat, sin minus, parum comedat, & de cœna consueta dimidium detrahat. Tertia autem die ad labores quidem consuetos omnes & deambulationes redeat, sed cibos sensim augeret, vti quinto die post vomitionem consuetus cibus allumatur. Quod si inde satis erit, de cætero paucioribus quidè cibis, laboribus verò pluribus curetur. Si verò plenitudinis signa minimè quicuerint, duobus post cibis

receptos intermissis diebus, rursus vomat, & ad eosdem sensum deducatur. Sin minus, etiam tertio idem repetere, quoad plenitudine liberetur. At verò quibusdam, ubi labores à cibis superantur, ista contingunt. Cum plenitudo quidem incipit, somni longi & suaves ipsis obveniunt, & interdum enī dormiunt. Fit autem somnus humectata carne, & funditur sanguis, spiritus diffusus tranquillitatem habet. Cum verò corpus plenitudinem amplius capere non potest, ambitus vis secretionem in rō iam remittit, quæ alimēto à cibis prouenienti obuiam facta, animum perturbat. Tunc non amplius suaves sunt somni, sed hominē perturbari necesse est, sibiq; pugnas committere videtur. Quæ enim corpori contingunt, eadem animus cernit, oculis clausis. Cum igitur eo quis deuenierit, prope iam ægrotat. Affuturum autē morbum admodum est manifestum. Qualis enim secretio ad partem venerit, & quæcunque superauerit, eam morbo efficiet. Verū hoc imprudenter minimē est contemnendum, sed cum primum signa cognoueris, curationi insistendum. Et hic sanē veluti prior curandus est, longioris autem temporis etiam inedia opus habet. Sunt autem etiam ista plenitudinis signa. Quibusdam quidem totum corpus dolet, quibusdam verò corporis pars quædam, quæcunque ea fuerit. Dolor verò est vi lassitudo, & lassitudine teneri videntur, desidiaque & repletionem curationem adhibent, quoad in febrem incidunt. Neque tamen adhuc hoc cognoscunt, sed balneis & cibis adhibitis, morbum ad pulmonis inflammationem deducunt, & in extremum periculum incidunt. Verū antequam in hos morbos incidunt, consilio prospiciendum, & ad hunc modum curandum, præcipuē quidem mollibus fomentis hominem fouendo, sin minus, multa calida lauando, & corpus quā maxime dissoluendo, & post exhibitos cibos, primum quidem acres ac plurimos, deinde salios, probè vomitum eiendo. Postea exurgendum, modicoque tempore loco tepido deambulandum, deinde dormiendum. Manē verò deambulationibus paulatim adiectione facta vtendum, exercitationibusque leuioribus, & ciborum oblationibus, velut antea. Hoc enim exenuatione plurima & deambulationibus indiget. Quod si nulla adhibita prouidentia, in febrem incidas, per dies

tres præter aquam nil offerendum. Interea igitur si sedetur bene habet, sin minus ptisanæ succo curatio instituenda, & vel quarto, vel septimo die decedet, si sudauerit. Prodest vero sub iudicationis tempus illitionibus sudorem mouentibus, uti, cum ad sudorem prouocent. At quibusdam etiam ex plenitudine hæc contingunt. Caput dolore tentatur & grauatur, palpebræque ipsis à cæna concidunt, & inter dormiendum turbantur, calorque inesse videtur, & alius interdum sistitur. Ex rerum venerearum yfuleuior statim sibi videtur, at postea grauior. In his caput plenitudinem ad se attrahens, tum aluum suppressit, tum ipsum grauatur. Periculum autem imminet, ne quâcunq; in partem plenitudo erumpat, eam ipsam corrumpat. Sed hac ratione prouidendum. Si celerem curationem esse voles, veratro purgandum. Si celerem curationem esse voles, veratro purgandum, deinde cibi leues & molles, ad dies decem offerendi, iisque aluum deicientes, quò alius inferior, deorsum reuellendo caput superet. Cursib⁹ tardis & matutinis, ac deambulationibus, quæ satis esse possint, vtendum, luctaque ex oleo, & prandio, somnoque, non longè à prandio, à cæna verò tantum exurgere satis est. Et partim quidè balnea, partim verò inunctiones adhibendæ, balnea autem tepida, à coitu autè abstinendum. Hæc quidem expeditior est curatio. Quòd si medicamentorum poriones sumere nolit, post copiosum balneum, à cibis dulcibus & salis vomat, à vomitu verò exurgat tantum. Matutinæ autem deambulationes, & exercitationes præscriptæ, ad dies sex, sensim augendæ. Die verò septimo addita repletionem, ex similibus cibis vomitus mouendus est, & ad eundem modum sensim adiectio facienda. His autem ad quatuor hebdomadas vtendum. Tanto enim
 30 ferè tempore restituitur. Deinde cibus sensim adhibendus quò corpus sese reficiat, & consueta victus ratio paulatim reducenda. Hæc quoque ex plenitudine contingunt, quibus ventriculus cibum quidem concoquit, carnes verò minimè recipiunt. Alimentum intus manens flatum infert, post prandium verò, subsidet. Leuius enim à valentiore expellitur, & cibi liberari videntur, sed postridie multò copiosius adest. Cum autem in dies increfcedo vires acquisierit, id quod adest quæ superingeruntur superat, corpusque calefacit & perturbat, & alui profluuium infert. Hoc

enim nomine donatur, quoad alimentum solum comp-
trefcens per aluum secedit. At ubi calefacto corpore acris
purgantur, & intestinum raditur ac exulceratur, cruenta-
que per aluum demittuntur, hoc dysenteria, hoc est, intesti-
norum difficultas appellatur, tum grauis, tum periculosus
morbus. Verum consilio prospiciendum est, prandiumq;
detrahendum, & cenæ tertia pars, cursibus autem pluri-
bus & luctis vtendum, & deambulationibus ab exercita-
tionibus matutinis. Cum verò dies decem præterierint,
cibi detracti dimidium apponendum, & vomitus cien-
10 dus, atque quatuor diebus cibus sensim offerendus. Vbi
verò alij decem dies aduenerint, tum reliquus cibus ad-
ciendus, tum vomitus faciendus. Et sensim ad cibum ad-
ducendo, intra hoc tempus sanitati restitues. Laboribus
autem hic audacter vrgendus est. Eiusmodi autem etiam
plenitudo contingit. Postridie cibum crudum, citra ru-
ctum acidum eructat. Quòd si venter deiicit, minus qui-
dem quam pro ciborum ratione, satis multa tamen, dolo-
verò nullus adest. His cum ventriculus frigidus existat, ci-
bos per noctem concoquere nequit. Motione igitur acco-
10 dente, cibum crudum eructat. In hoc itaque, tum victus ra-
tione, tum laboribus, ventriculo calorem conciliare ope-
ret. Ac primùm quidem pane confusaneo fermentato, in
vino nigro, aut suillæ carnis iusculo intrito vtendum, pisci-
bus verò in acri muria decoctis. Carnosis etiam vtendum,
velut trunculis suillis percoctis pluribus, & carnibus suillis
coctis, porcinis verò non multum, neque catulorum, nec
hædorum carnibus. Oleribus autem, porro & allio cocto
& crudo, blitoq; cocto & cucurbita, tum portionibus mera-
cioribus, tum somnis longis, citra prandium primis diebus.
30 tum etiam somnis post exercitationes. Cursibus etiam fle-
xis paulatim incrementibus. Lucta item mollis ex oleo sen-
sim adificienda. Balneis quoq; paucis, inunctionibus pluri-
bus, deambulationibus etiam matutinis pluribus, à cenâ
verò modicis vtendum. Prodest etiam ficus cum cibus sum-
ta, & superbibitum merum. Ex hac quidem curatione, hi
quidem citius, illi verò tardius ad sanitatem reducuntur.
Sunt autem qui ista contingant. Faciem pallor occu-
pat, & paulò post cibum acida eructant, & odor acidus sur-
sum

sum nates petit. His corpora impura sunt, cum plus ex carne à labore colliquetur, quàm ex ambitu repurgetur. Quod sanè intus remanens, alimento aduersum est, eique vim adfert, & acidum reddit. Alimentum igitur eructatur, ipsum verò sub cutem propellitur, hominique pallorem adfert, morbosque aquam inter cutem referentes parit. Verùm hac ratione prospicere oportet. Celerior igitur curatio est, post epotum veratrum ad cibos deducere, quemadmodum à me scriptum est. Tutior verò per victus rationem ad hunc modum. Primum quidem à balneo calido, vomitus ciendus, deinde septem à vomitu diebus, consuetus cibus admouendus. Decimo verò post vomitum die, rursum vomitum moueat, & eodem modo cibos assumat, idque tertio similiter faciat. Et cursibus vtatur circularibus quidem paucis accitatis, & in motionibus, & frictione, ac in exercitatione mora longa, & volutatione in puluere. Deambulationibus quoque multis post exercitationes, quincidiam post cenam, matutinis autem plurimis in puluere. Cum autem lauare volet, calida lauet, & totum hoc tempus sine prandio transigat. Et si quidem vno mense sanitati restituitur, de cætero conuenientem curationem adhibeat. Quòd si quid reliquum fuerit, priore curatione vtatur. Nonnullis autem post die ructus acidi contingunt, quibus per noctem secretio fit ex plenitudine. Cum igitur ex somno corpus motum fuerit, & crebriore spiritu vium fuerit, vna cum spiritu calidum & acidum foras propellit, indeque, nisi quis prouidentiam adhibeat, morbi contingunt. His autem confert, velut superiori curationem adhibere, sed pluribus laboribus vti debent. Nonnullis etiam ista contingunt. In corporis habitu denso, cum cibi concalefiant & diffundantur, tum à primo somno, tum à cibis carne calefacta, per somnum ex carne multa humiditas secernitur, deinde caro cum densa existat, alimentum non suscipit. Quòd verò à carne secernitur, alimento occurrens, & foras vi propulsum, hominem suffocat & calefacit, quoad vomitu eiectum fuerit, ex quo leuior euadit. Dolor autem nullus manifestus in corpore inest, sed pallidum redditur. Procedente verò tempore, & dolores, & morbi contingunt. Iis autem qui tum non sint exercitationibus assueti, de repente labora-

uerunt, & violentam multamque carnis colliquationem passi sunt, similia contingūt. His hæc adhibenda curatio est. Cibi pars tertia detrahenda. Utendum cibis aeribus, siccis, austeris, odoratis, & urinam ducentibus. Curibus verò, flexis quidem plurimis in veste. Exutis autem vestibus, ad metatam recurrentibus ac circularibus. Frictione item & lucta modica. Lucta etiam utendum quæ sit summis tantum manibus inter se confertis, præter quàm quòd ad corycum decertatio commodior est. Deambulationibus quoque multis post exercitationes utendum, iisque matutinis. Post cenam vero, vocis exercitatio admodum utilis est. Cum enim humidi vacuationem faciat, carnem rarefacit. Confert quoque sine prandio vitam traducere. Cibis utendum per dies decem, deinde dimidium subtracti cibi adiciendum per dies sex, & vomitus procurandus. Post singulas vomitiones, ad quatuor dies, cibis paulatim adiciendus. Diebus verò decem à vomitu præteritis, totum subtractum cibum recipiat. & ad labores ac deambulationes animum conuertat, & sanus euadet. Eiusmodi autem natura copiosiore labore quàm cibo indiget. Altera plenitudo. Quibusdam etiam ista contingunt, cibis per aluum ipsi secedit liquidus, incoctus, qualis in intestinorum læuitate, nullumque dolorē affert. Hæc autem præcipuè sentiunt alui humidæ & frigida, quæ propter frigiditatem quidem minimè concoquunt, ac propter humiditatem deliciunt. Corpus igitur consumitur, cum alimentum conueniens non assumat, aluique corrumpuntur, & in morbos incidunt. Verum consilio prospiciendum est. Huic quidem confert ciborum tertiam partem subtrahere. Sint autem cibi, panes non fermentati, ex farina non excussa, elibano cocti, aut subcinericii, calidi, vino austero intincti, & piscium partes quæ ad dorsum & caudam spectant. Quæ verò caput & ventrem inferiorem respiciunt, tanquam humidiores sinendæ. Ex cocti quidem pisces cum muria edendi, assati verò cum aceto. Carnibus etiam sale & aceto arefactis utendum, & catulinis assatis, palumbis autè ac reliquarum huiusmodi volucrum, assatis & elixis, oleribus etiam quàm minimum. Vino quoque nigro & deambulationibus post cenam, ac matutinis, & à deambulatione dormiendum. Curibus autem inflexis utatur, sensum accessione facta. Frictione

ctione etiam multa, & lucta tarda, tum in oleo, tum in pul-
 uere, vti concalescens caro resiccat, & ex ventriculo hu-
 miditatem retrahat. Inunctio magis quàm balneum con-
 ducit, & sine prandio transigat. Vbi autem dies septem
 præterierint, dimidium cibi adiciendum, & ad dies qua-
 tuor cibis sensim adhibendus. Præteritis verò aliis septem
 diebus, totum cibum recipiat, & vomitione rursus facta,
 ad eadem sensim reducatur. Aliis autem quibusdam hæc
 contingunt, alii recrementum incoctum per aluum sece-
 dit, corpusque consumitur, cum cibis minimè fruatur. Hi
 verò procedente tempore in morbos delabuntur. His ven-
 tres frigidi & sicci existunt. Proinde cum neque conue-
 nientibus cibis, neque exercitationibus vtantur, iis talia
 contingunt. Sic autem affecto panibus puris, furno coctis
 vti conducit, & piscibus coctis cum inritis, carnibusque
 suillis coctis, & animalium extremitatibus percoctis, plu-
 rimisque assis, & ex acris ac salis, his quæ humectat, &
 salsuginosis. Vinis quoque nigris & mollibus, & vuis ac fi-
 cubus inter reliquos cibos abundè vti confert. Modicum
 verò prandere oportet, & pluribus exercitationibus vti,
 cursibusque inflexis, sensim accessione facta, circularibus
 autem postremis, & post cursum, lucta ex oleo, deambula-
 tionibus verò post exercitationes non multis, à cœna verò
 tantum exurgere. Matutinis autem deambulationibus plu-
 rimis vtendum. Calida lauet, laboribusque & inunctionibus
 vtatur, somno longiori indulgeat, & molli ter cubet. Rebus
 autem venereis aliquantulum vtendum, & cibi quarta pars
 subrahenda, diebusque decem ad cibos paulatim reducendus.
 Sunt verò nonnulli, quibus alui recrementum liquidum &
 concoctum per aluum secedit, iisque cum aliis exerceantur,
 res nullam molestiam exhibet. Quibus verò conuenientia
 desunt, procedente tempore ventrob caliditatem carnes
 attrahit, sanæque dolorem exhibet, cibos fastidiunt, venter
 exulceratur, ipsumque iam sistere molestum est. Verum
 consilio malis imminuentibus occurrendum est, vbi cogno-
 ueris ventrem plus quàm expediat calidum & humidum, la-
 boribusque minimè conuenientium exuperantiam facta esse.
 Victus igitur ratione refrigerare & siccare oportet, & pri-
 mum quidem exercitationes dimidia ex parte detrachere,

ciborumq; tertiam partem. Maza antè subacta, intritavatur, & piscibus siccissimis, & neque pinguibus, neque salis. Carnibus verò volucrum vratur assis, palumbi quidem & columbæ elixis, perdicum verò & gallorum assatis, sine condimento. Leporinis autem in aqua coctis, & ferinis omnibus. Oleribus verò quæ refrigerant, velut beta cocta, aceto condita. Vino etiam nigro, austero. Exerceatur quoque cursibus circularibus, celeribus. Sed neque multa frictio adhibeatur, sed modica, neque etiam lucta. Concertatio quæ sic summis manibus inter se confertis, & manuum ad rythmum agitatio, & ad corycum decertatio, ac volutatio in pulvere, non multa tamen, utilis est. Deambulationibus post exercitationes vratur, pro laborum ratione accommodatis, & à cœna, ad ciborum rationem, pluribus, & matutinis, pro habitus ratione, moderatis. Lauet autem tepida, & quietem agat. Hac victus ratione per decem dies adhibita, cibi dimidium, & laboris tertia pars adiciatur, & post cibos siccos & acerbos assumptos, vomitus cieatur, neque cibo immoretur, sed quàm citissimè vomat. Post vomitum verò, ad quatuor dies cibis & labor partitus sensim exhibeatur. Cum autem dies decem præterierint, reliquis cibis adiciatur & vini potio consueta, sed labores parciores. Vomitione facta, paulatim ad consuetam victus rationem, velut scriptum est, deducito. Semel verò tantum cibum capere per hoc tempus confert, quoad malum conquieuerit. Aliis autem quibusdam siccum quodammodo & exustum est alui recrementum, osque siccum & progressu temporis amarum euadit, aluus vrinaque suppressitur. Cum enim intestinum humiditatem non habeat, stercus ambiens intumescit, viasque obstruit, & dolorem parit, calorprehendit, & quicquid biberit aut comederit, euomit, tandem etiam stercus vomitione reiecit. Quò cum peruenierit, minimè hic viuere potest. Verùm consilio malis imminetibus antè prospiciendum, vbi cognoueris quòd siccitas & caliditas in homine dominantur. Hanc igitur victus rationem huic instituere oportet, ex maza prius subacta, respersa, & pane ex tritico sitanio, fursurum succo fermentato. Oleribus quoque coctis vii, præter quàm acris & siccis, piscibus etiam leuissimis coctis, pisciumq;

& lo-

& locustarum capitibus, mitulis, erinaceis, & cancris, &
 conchyliorum succis, iisque liquidissimis. Carnibus verò
 suillis, & animalium trunculis anterioribus coctis, hœdo-
 rum etiam & agnorum ac catulorum elixis. Piscibus sanè
 fluuiatibus & in stagnis degentibus, coctis. Vino molli,
 aquoso. Laboribus verò non multis, neque celeribus, sed
 quietis. Deambulationibus autem matutinis vtatur, quæ
 pro corporis habitu satis sint, & post exercitii labores mo-
 deratis; à cœna verò minimè deambulet. Balneis quoque
 10 vtatur & somnis mollibus, & prandio, somnoque à prandio
 non longo, fructibus etiam humectantibus cum cibis vtatur,
 & cicere viridi siccoque aqua macerato. De prioribus,
 autem laboribus dimidium à principio subtrahatur, & post
 dulces, pingues, falsos, multosque cibos vomitum faciat,
 plurimoque tempore in cibis immoretur, quoad vomat.
 Deinde per tres dies paulatim cibus assumatur, neque im-
 pransus maneat. Cum verò dies decem præterierint, labo-
 res plures sensim adiiciat, & si quidem plenitudo ac ventri-
 culi à cibo offensus adsit, vomat, sin minus, reliquo tem-
 20 pore in ista curatione perseueret. Contingunt autem etiam
 ista. Horrores à matutinis deambulationibus proueniunt,
 & caput grauatur. Huic deambulationes modum excedant.
 Corpus enim & caput humore vacuatum, horrore &
 gravitate vexatur, procedente verò tempore, in febrem
 cum horroris sensu incidit. Verum ad hoc deueniendum
 non est, sed hac curatione occurrendum. Cum primùm si-
 gna aliqua se prodiderint, post inunctionem ac frictionem
 modicam, plus solito prandendum, & vinum molle abun-
 dè bibendum, deinde à prandio quod satis sit dormien-
 30 dum. Sub vesperam verò, post leues exercitationes, & cali-
 dæ balneum, more solito cœnandum. A cœna deambula-
 tionibus non vtendum, sed aliquanto tempore immoran-
 dum. Postridie verò aqua foueatur, & in mollibus somnis
 vitam traducat. Et per dies quinque sensim ad consueta de-
 ducatur. Nonnulli autem post exercitationes in horrorem
 incidunt, & vbi quis exiit, donec prælium conserat, cum
 verò refrigeratur, rursus inhorrescit, & dentium fremitus
 corpus occupat, somnoque grauatur, cumque expergisci-
 tur, sæpius oscitat. A cœna verò ei palpebræ ingrauescunt,

progressuq; temporis malignæ febres succedunt. Cautione igitur vtendum, nec huc vique res negligenda est, sed ad hunc modum curatione occurrendum. Imprimis quidem exercitationum omnium dimidium detrahatur. Cibis verò omnibus humidioribus & frigidioribus vtatur, potibusq; mollioribus & dilutioribus. Vbi autem dies quinque præterierint, d. tractatum laborum tertia pars adiciatur, cibis verò in idem vtatur. Post alios autem quinque dies reliquorum laborum dimidium adiciatur. Rursusq; alio quinto post die, labores omnes sed leuiiores paucioresq; restituito, vt ne iterum exuperantia contingat. His enim qui signis huiusmodi conflantur, labores cibos excedunt. Equales igitur reddere oportet. Ac quibusdam hæc non contingunt, sed partim quædam, partim verò minimè. In omnibus autem istis signis, labores cibos superant, curatioq; eadem est. His autem calidæ balneum, & molle cubile conducit, semelq; atque iterum inebriari, sed non supra modum. Quòd si post hæc rerum venerearum vsus accesserit, à laboribus quiescendum, à deambulationibus verò in totum abstinendum.

Hippocratis de insomniis, liber.

Qui de his quæ per somnos contingunt rectè conieciuerit, is ea per omnia magnam habere vim compertiet. Animus enim vigilat, & cum quidem corpori subministrat, in multas partes diuisus, sui tantum rationem non habet, sed singulis corporis partibus, partem quandam distribuit, sensibus nimirum, ad audiendum, videndum, tangendum, ambulandum, agendum, denique ad omne corporis obsequium, adeoque ipsa mens sui solum rationem non habet. Cum verò corpus quiescit, animus mouetur, & in corporis partes subrepens, domum suam regit. omnesq; corporis actiones obit. Neque enim corpus dum dormit sentit, ipse verò vigilans cognoscit, quæ sub visionem & auditionem cadunt, videt & audit. vadit, tangit, tristitia afficitur, secum cogitat, ac (vt semel dicam) quæcunque corporis aut animi officia, ea omnia per somnum animus peragit. Quisquis igitur rectè ista diiudicat, is non minus

mam sapientiæ partem assequitur. Quæ igitur somnia à
 Diis immittuntur, & quædam bona vel mala, aut urbibus,
 aut privato populo, nulla sua culpa euentura denunciant,
 quidam de his exquisito artificio diiudicant. Quas verò
 corporis affectiones animus antè denunciat, quæ scilicet
 ex repletionè, vel inanitione, per rerum à natura infra-
 rum exuperantiam, vel consuetarum mutationem contin-
 gunt, de his quidem iudicant, & partim assequuntur, par-
 tim aberrant, neque viriusque causam agnoscunt, neque
 10 cur assequantur, neque cur aberrant. Cumque præcauen-
 dum esse, ne quid detrimenti contingat, adhortantur, ne-
 que tamen quomodo cautio adhibenda sic docent, sed Diis
 vo a concipere iubent. Quod quidem etsi decorum est &
 optimam, oportet tamen & manus admoventem Deorum
 opem aduocare. De quibus se res habet ad hunc modum.
 Quæ insomnia de diurnis actionibus mens humana ves-
 pere sub noctem in somnis offert, & eodem modo reddit,
 quo per diem in re iusta, gesta aut consulta sunt, ea bona &
 sanitatem portendere existimanda sunt, propterea quòd
 20 animus neque plenitudine vlla, neque euacuatione, neque
 alia re quauis extrinsecus irruente superatus, in diurnis
 consiliis perseverat. At insomnia quæ diurnis actionibus
 aduersantur, neque de his inter se conuenit, cum id contige-
 rit, perturbationem in corpore denunciant. Et vehemens
 quidem, malum vehemens, leuis verò debilius indicat. De
 actione igitur vtrum reuocanda sit necne, nihil statuo, cor-
 pus verò vti curetur consulo. Vbi enim plenitudo inciderit,
 secretio quædam excitatur, quæ animum perturbat. Ac si
 quidem quod aduersum est vehemens fuerit, vomitum
 30 ciere conducit, & cibos leues sensim adhibere ad dies quin-
 que. Deambulationibus quoque multis ac concitatis, sen-
 sim adiectione facta vti, & exercitationes pro ciborum ad-
 iectione moderatas adhibere. Quòd si quod aduersum est
 debilius fuerit, demta vomitione, cibi tertiam partem de-
 trahito, eamque sensim rursus ad dies quinque adiecitò, &
 deambulationes vrgeto. Sed & vocis exercitationes adhi-
 beat, & Diis supplicationes decernat, & conuirescet per-
 turbatio. Sol, Luna, cælum & stellæ, pura quæque &
 suo motu agitata, in somnis visa, bona sunt. Sanitatem

enim corporis, omniumq; eius partium significat. Atque hunc habitum presenti victus ratione conseruare oportet. Quòd si quid contrà contingat, aliquem corporis morbum portendit, à vehementibus quidem vehementiorem, à debilioribus verò leuiorem. Et astris quidem exterior corporis ambitus respondet, Soli medius, Lunæ verò qui ad cauitates spectat. Si quod igitur istorum siderum exstingui, aut lædi, aut euanescere, aut cursum sustinere videatur, in illa ipsa parte morbum euenturum indicat, & leuiorem quidem si ab aëre aut nube huiusmodi sideribus quid contingere videat, si verò ab aqua aut grandine, grauiorem. Secretionem enim humidam & pituitosam in corpore factam, & in externum ambitum incidisse indicat. Huic igitur conducit, vt vestibus indutus cursibus vtatur multis sensim incrementibus, vti quàm maximè sudet, & deambulationibus post exercitationem multis, etiam absque prandio, subtractaque tertia ciborum parte, paulatim ad dies quinque adicere. Quod si vehemens morbus videatur, etiam fomentis vtendum. Nam cum in externo corporis ambitu offensio existat, purgationem per cutim facere confert. Cibis verò vtendum siccis, acribus, austeris, meracis, & laboribus maximè exiecantibus. At si ex his aliquid Lunæ contingat, ad interna reuulsionem facere vtile est, post acres, saluginosos & molles cibos, vomitione vtendo, cursibus verò circularibus citatis, ac deambulationibus celeribus. Vocis etiam exercitatione vtendum, & prandij abstinencia, cibi que subtractione, & vicissim sensim adiectione facta. Ad interiora verò ideo reuellendum, quoniam in corporis cauitatibus offensio conspicitur. Si autem quid tale Soli contingat, vehementius vti que malum est, & difficilius expellitur. Vtramque verò in partem reuulsiones faciendæ, & cursibus, tum flexis, tum circularibus vtendum, & deambulationibus, aliisque omnis generis laboribus. Ciborum etiam subtractione, & sensim facta adiectione eodem modo. Deinde vomitu facto, rursus ad dies quinque paulatim cibos adhibere. Quòd si sereno cælo sidera premantur, & imbecilla esse videantur, ambitusq; siccitate detineri, imminentis morbi periculum denunciat. Sed labores subtrahendi, & victus ratione humi-
dior

diores & molli utendum, & balneis, ocioque copiosiore, & somno multo, quoad malum conquiescat. Si verò igneum & calidum esse videatur, quod eis aduersatur, bilis secretionem arguit. Quòd si etiam euicta dispareant, imminens ex morbo mortis periculum est. Si verò terga vertisse, & in presenti in fugam à persequentibus verti, ac celeriter fugere videantur, insaniam periculum, nisi curetur, imminet. His verò omnibus post veratri purgationem, optimè instituta victus ratio conducit. Alioqui ut victus ratione ad aquam tendente utantur expedit, neque vinum bibant, nisi album, tenue, molle, & dilutum. Acribus, siccantibus, calefacientibus, saluginosis abstineant, laboribus secundum naturam plurimis utantur, & cursibus in veste plurimis. Frictio verò ne adsit, neque lucta, neque volutatio in puluere. Per somnos molliter recubet, & in ocio degat, laboribus secundum naturam exceptis, & à cœna obambulet. Prodest etiam fomentis uti, & à fomento vomere. Per triginta dies minimè repleatur, ubi verò repletus fuerit, cibariis sumtis dulcibus, aquosis & lenibus, bis in mense vomat. Quæ verò ex his nulla necessitate coacta huc vel illuc oberrant, animi perturbationem quandam ex solitudine indicant. Huic autem confert, ut cum animi relaxationem adhibeat, tum animum ad iucunda maximeque risum mouentia spectacula conuertat. Sin minus, per bidduum aut triduum ea spectet ex quibus maximam voluptatem capret, & malum conquiescat, alioqui periculum est ne in morbum incidat. Quæ autem sidera pura & splendida suo ambitu excidere videntur, si prorsum ferantur, sanitatem denunciant. Quod enim in corpore purum est, cum secundum naturam suo ambitu excernitur, à vespera ad auroram fertur, & bene habet. Quæ enim in ventriculo secernuntur, & in carnem reieciuntur, ea omnia suo ambitu excidunt. Quod verò horum nigrum & obscurum, ad vesperam ferri videtur, si mare, aut terram, aut sursum petat, hæc magis morbos portendunt. Et quæ quidem sursum feruntur, capitis fluxionem denotant, quæ verò in mare, ventris morbos. Quæ autem in terram, tubercula potissimum in carnem eruptura significant. His vtile est tertiam cibi partem detrahere, & post vomitum, sensim ad dies quinque adicere. In aliis autem quinque

diebus totum cibum reponere, & vomitu facto, rursus eodem modo sensim adiuciendo exhibere. Ex his verò quodcunque purum & humidum cœlo insidere tibi videbitur, sanitatem denunciat, quoniam ex æthere in hominem venit, tale verò quale ingressum est, animus etiam cernit. Quod autem nigrum, impurum, minimè perspicuum fuerit, morbum portendit, non ob plenitudinem aut euacuationem, sed ex eo quod extrinsecus inductum est. Huic confertur cursibus circularibus concitatis utatur, quò quàm minimi corporis colliquatio contingat & ubi spiritu quàm creberrimo usus fuerit, id quod aduenit excernat. Post cursus autem deambulationibus concitatis utatur. Victus autem ratio ad dies quatuor, mollis & levis adhibeatur. Quicquid verò purum à Deo sumere sibi quis videtur, id bonum est sanitatis augurium. Ea enim quæ in corpus ingesta sunt, pura esse indicat. At verò quicquid huic contrarium videre quis putat, bonum non est. Morbum enim corpori aduenisse significat. Huic igitur, velut priori, eadem curatio adhibenda est. Si quis clementi cœlo, molli pluvia complui, & neque vehementer, neque cum graui tempestate demissa madefieri videatur, bonum est. Commodatum enim & purum spiritum ex aëre ingressum esse significat. Quod si his contraria contingant, ut quis vehemèter complui aqua impura, & cum tempestate ac procella videatur, morbum à spiritu inducto. Verùm huic quoque eadem victus ratio obseruanda est, iisque omnibus modicus cibus exhibendus. Ac de signis quidem siderum cœlestibus, sic statuere, & consilio providere, ad idque victus rationem dirigere oportet, & Diis supplicationes decernere. Ad res quidem prosperas, Soli, Ioui cœlesti, Ioui Cresio. Minervæ Cresia, Mercurio, Apollini. Ad aduersas verò, Diis auerruncatoribus, & Terræ, & Heroibus, ut grauia omnia auertant & auerruncent. At verò hæc quoque sanitatem portendunt, ea quæ in terra fiunt acutè cernere & audire, firmiter ite iter facere, & securè ac sine metu currere, terrā planā ac bene cultā videre, arbores item pullulantes, fructibus onustas & satiuas. Flumina etiam cursu solito labentia, & aqua limpida, neque copiosiore, neque pauciore quàm cōueniat, fontesque & puteos eodem modo. Hæc omnia visa sanitatem homini denunciant, corpusque

Pusq; & ambitus omnes, ciborumq; exhibitiones, & excre-
 tiones recte habere. Quod si quid his quodammodo aduer-
 sum videatur, noxiā aliquā in corpore significat. Visū quidē
 & auditu laeso, capitis morbo indicatur. Matutinis igitur de-
 ambulationib⁹, & post cenā pluribus utendū, adiecta prio-
 re victus ratione. Cruribus verò lassis, vomitib⁹ reuellendū,
 & frequentiore lucta utendū, seruata etiam priore victus
 ratione. Terra verò aspera, carnem minimē puram indicat.
 Plurimæ igitur deambulationes post exercitationes ob-
 eundæ. Arborum autem sterilitas, seminis humani corrup-
 telam significat. Si igitur ab arboribus folia decidant, ab
 humidis & frigidis offensionem denotant. Sin verò fron-
 dosæ fuerint arbores, at fructu careant, à calidis & siccis.
 Hæc igitur per victus rationem refrigerare atque humec-
 tare oportet, illa verò siccare & calefacere, flumina non
 pro more existentia, sanguinis ambitum denotant, & plus
 iusto quidem fluentia, exuperantiam, minus verò defe-
 ctum. Hunc autem per victus rationem augere, illum ve-
 rò imminuere oportet. Cum verò impura desluunt, per-
 turbationem indicant, quæ à cursibus circularibus ac de-
 ambulationibus, per densi spiritus agitationem expurga-
 tur. Fontes & putei si videantur, status circa vesicam signi-
 fican, qui medicamentis vrinam promouentibus sunt ex-
 purgandi. Mare perturbatum, ventris morbum significat,
 sed aliū deicientibus, & leuibus, & mollibus expurgare
 oportet. Terra aut domus si moueri videatur, sano qui-
 dem imbecillitatem, ægro verò sanitatem, præsentisq; sta-
 tus immutationem portendit. Sano igitur victus rationem
 transmutare conuenit. Imprimis vomat, ac rursus paula-
 tim cibum assumat nimirum quod corpus ex præsentī vi-
 ctus ratione totum moueatur. At ægro eadem victus ratio
 confert, cum nimirū corpus ex præsentī statu transmutetur.
 Terra ab aquæ aut maris diluuiū inundari si videatur, mor-
 bum ob multam humiditatem in corpore existentem de-
 nunciat. Sed vomitibus, prandii abstinentia, laboribus, &
 victus ratione sicca utendum, deinde ex paruis interuallis
 modicus cibus adiiciendus. Sed neq; nigram, neq; exustam
 terram videre bonum censeretur, contra verò ne vehemens
 ac lethalis morbus consequatur periculum est. Siccitatis

enim in carne exuperantiam significat. Sed labores & cibos tum siccos, tum calidos & acres, vrinamq; cientes detrahere oportet, & in victus ratione ptisanæ succum decoctum, omniaq; mollia & leuia, sed pauca exhibere. Potu vtendum diluto, albo, copioso, balneis calidis, multis, verum ne ieiunus lauet, molliter cubet ac dormiat, in ocio conquiescat, frigus Solemq; vitet. Terræ autem, Mercurio & Heroibus vora faciat. Quod si in stagno, aut mari, aut fluminibus quis natare videatur, bonum non est, cum humiditatis exuperantiam indicet. Huic autem victus ratio sicca & labores conferunt. Ac febricitanti bonum est, quoniam calor ab humoribus exinguitur. Quod autem quis modo consueto & ad naturam suam accommodato circum se fieri videt, neque maius, neq; minus, bonæ valetudinis indicium est. Vestes etiam alba, & calciamento pulcherrimo indutum esse, bonum. Quicquid verò horum iusto maius fuerit, minimè bonum, sed neque quodcunq; tandem minus fuerit. Et hoc quidem per victus rationem augere, illud verò imminuere oportet. Nigra autem morbosiora sunt & periculo proxima, verum emollire & humectare oportet. Noua quoque transmutationem significant. Mortuos nitidos & candidatos videre bonum est, bonum quoque quid purum ab ipsis sumere. Corporum enim & eorum quæ ingeruntur salubritatem indicat, cum à mortuis alimenta & incrementa & semina proueniunt. Quæ si pura in corpus ingrediuntur, sanitatem denunciant. Quod si contrà quis nudos, aut attritos, aut sordidatos, aut aliquid accipientes, vel ædibus exportantes videat, minimè est accommodatum. Morbum enim indicat, quod quæ in corpus ingerantur noxia sint. Verù cursibus circularibus & deambulationibus repurgari oportet, & vomitu facto alimentū molle & lene sensim adhibere. Quæ verò corpora in somnis formam monstruosam ostendunt, & hominem perterritant, ciborum minimè assuetorum repletionem, & secretionem, viliosorumq; per vomitum & secessum effusionem, ac periculosum morbum indicant. Verum vomitus procurandus, & ad dies quinque; cibi quàm leuissimi, non multi neq; acres, neq; sicci, neq; calidi sensim adhibendi, & laboribus maxime ad naturam accommodatis, vtendum, præter quàm deambulationibus à cœ-

na. Bal.

na. Balneis etiam & calidis lauacris vtendum, & in ocio de-
gendum, sol & frigus vitanda. Per somnum verò si quis soli-
tos cibos aut potus sibi edere videatur, alimenti inopiam,
animiq; abiectionem indicat. Carnes autem validissimæ,
maximæ exuperantiæ indices sunt, debilissimæ verò, mino-
ris. Quemadmodum enim id quod editur bonum est, ita &
quod cernitur. Cibos igitur subtrahere conuenit, cum ali-
menti exundātis id sit indicium. Quinetiam panes ex caseo
& melle confecti, per somnum comesti, eadem indicant. A-
10 quam puram per somnum bibere, bono est indicio, reliqua
verò omnia nocent. Quæcunq; ex consuetis per quietem
quis sibi cernere videtur, ea animi desiderium significant.
Quæ verò perterritus fugit, sanguinis repressionem præ sic-
citate indicant. Corpus autem refrigerare & humectare cō-
ducit. Quod si quis aut pugnare, aut pungi, aut ab aliis vin-
ciri sibi videtur, secretionem ambitui contrariam in corpo-
re factam significat. Vomere igitur confert & attenuare, ac
deambulare, cibisq; leuibus vtī, & à vomitu per dies quinq;
eos sensim adhibere. Quin & errores & ascensus in somnis
20 apparentes, grauiam quædam denunciant. Fluuiorum trans-
itus, hostes armati, monstra difformia, morbum aut furo-
rem præfagiunt. His igitur conducit qui talibus insomniis
detinentur, vt cibis paucis, leuibus ac mollibus vtantur, &
vomitus factis, ad dies quinq; leniter cibos adhibeār. La-
boribus quoque multis naturæ accommodatis vtendum,
præterquam à cœna. Balnea calida, ocium, frigus & sol vi-
tanda. Qui his velut conscripta sunt vtetur, integram vale-
tudinem sibi tota vita comparabit. Atque hæc victus ratio,
quantum humano ingenio consequi licuit, Diis bene iu-
30 uantibus, à me est inuenta.

Hippocratis de alimento, liber.

Alimentum & alimenti species, vnum & multæ. Vnum
quidem, quatenus genus vnum, species verò humidi-
tate & siccitate circumscribitur, in hisq; formæ & quanti-
tas inest, & ad quædam, & ad tanta referuntur. Auget autem
& robur infert, carnem gignit, similitudinem & dissimilitu-
dinem in singulis pro cuiusq; natura inducit, & ea facultate
quam habet ab initio. At similitudinem pro viribus inducit,

cum quæ superuenit superat, quæ verò prius adest principium obinet. Euanesceit autem interdum quidem prius, tempore dimissum aut superappositum, interdum verò posterius, tempore dimissum & superappositum. Extrinsecus verò continuò in corpus subiens, vtrumque temporis spacio, & post illud tempus abolet, & longo tempore membris omnibus firmiter adnexum, propriam quidem formam producit, priorem autem, interdum etiam priorer delet. Alimenti verò vis ad os & omnes illius partes, per ringit, & ad neruum, ad venam, ad arteriam, ad musculum, ad membranam, ad carnem, pinguedinem, sanguinem, pituitam, medullam, cerebrum, medullam spinalem, & interanea, omnesq; illorum partes, quineciam ad caliditatem, ad spiritum, & ad humiditatem. In alimenterū genere id quod alit alimentum est, & quod alimenter est proximum, & quod alimentum futurum est. Omnium autem vnum est principium, vnusque omnium finis, idemque finis & principium. Quæq; in singulas partes proba & vitiosa alimenti sit dispensatio, proba quidem vt prædictum est, vitiosa verò, his contrarium habet ordinem. Succi coloribus & viribus variant, & qui noceant, & qui iuuent, & qui neque noceant, neq; iuuent, & copia, & exuperantia, & defectu, & horum quidem commixtione, horum verò non & omnium. Caliditate lædunt & iuuant, frigore lædunt & iuuant, facultate lædunt & iuuant. Facultatis autem variæ sunt naturæ. Succi & totum, & partem corrumpentes, & extrinsecus, & intrinsecus, spontanei & minimè spontanei. Quò ad nos quidem spontanei, quo ad causam autem minimè spontanei. Causæ rursum aliæ quidem manifestæ, aliæ obscuræ, & aliæ quidem quæ sciri possunt, aliæ non possunt. Natura omnia omnibus sufficit. Adeâ extrinsecus quidæ accedunt, cataplasma, illitus, vinctio, nuditas & tegumentū totius & partis, calor & frigus ad eandē rationē, & constrictio & vlceratio, morsus, & quod pinguefacit. Intrinsecus autē, & ex prædictis quædam, & adhæc causæ occultæ, & toti & parti, & cuidā etiā, cuidam verò minimè. Excretiones secundū naturā ventris, vrinarū, sudoris, sputi, muci, vteri per ora venarū quæ sunt in ano (hemorrhoidas vocant) thymū, lepram, tuberculum in cutē sponte erumpens (quæ dicitur) carcinoma, ex naribus, e pulmōnibus

mibus, ex ventre, ex ano, ex cole, secundum naturam, & prae-
 ter naturam horum distinctiones, aliis iuxta aliam ratio-
 nem, interdum etiam alio modo. Vna horum omnium est
 natura, & non vna. Multae horum omnium natura, & non
 vna. Medicamentum purgans sursum & deorsum, & neque
 sursum, neque deorsum. In alimento medicamentum pur-
 gans, optimum, in alimento medicamentum purgans,
 malum. Malum & optimum ad aliud referuntur. Vlcus,
 crusta, sanguis, pus, sanies, lepra, furfur, vlcera capitis ma-
 10 nantia, impetigo, vitiligo, lentigo, interdum quidem lae-
 dit, interdum vero iuuat, est ubi neque laedit, neque iuuat.
 Alimentum, minimè alimentum. Nisi alere queat, nomi-
 ne est alimentum, non re. Re alimentum, nomine non
 item. Alimentum in pilos, in vagues, & in extimam super-
 ficiem ab internis partibus peruenit. Ab externis partibus
 alimentum, ab externa superficie, ad intima peruenit. Con-
 fluxio vna, conspiratio vna, consentientia omnia. Ad vni-
 uersam quidem totius naturam, omnia, ad particularem
 verò, partis cuiusque particulæ ad opus. Principium ma-
 20 gnum ad extremam partem peruenit, ex parte extrema ad
 magnum principium peruenit. Vna natura, esse & non
 esse. Morborum differentiae in alimento, in spiritu, in ca-
 lore, in sanguine, in pituita, in bile, in humoribus, in carne,
 in pinguedine, in vena, in arteria, in neruo, musculo, mem-
 brana, osse, cerebro, spinali medulla, ore, lingua, gula, ven-
 triculo, intestinis, septo transuerso, abdomine, iecore, liene,
 renibus, vesica, utero, cute, haec omnia tum sigillatim,
 tum per partes. Magnitudo ipsorum magna & non ma-
 gna. Indicia, titillatio, dolor, ruptio, mens, sudor, vrina-
 30 rum sedimentum, quies, iactatio, visus, imaginationes,
 morbus regius, singultus, morbus comitialis, sanguis inte-
 ger, somnus. Et ex his, & ex aliis quæ insunt à natura, &
 quaecunque eiusmodi ad noxam & vtilitatem tendunt. La-
 bores totius & partis, & magnitudinis signa, alterius qui-
 dem ad maius, alterius verò ad minus, & ex vtrisque ad
 maius, & ex vtrisque ad minus. Dulce non dulce. Dulce
 facultate, velut aqua, dulce gustu, velut mel. vtrorumque
 signa, vlcera, oculi, & gustus, & in his magis & minus.
 Dulce ad aspectum, & in coloribus, & in aliis mixturis,

dulce magis & minus. Corporis raritas ad perspirationem, quibus amplius aufertur, salubrior. Corporis densitas ad perspirationē, quibus minus aufertur, insalubrior. Quibus corpus probè perspirat, ii imbecilliores & salubriores existunt, pròteq; restituntur. Quibus malè perspirat, ii prius quam aegrotent, robustiores sunt, cum verò in morbum inciderunt, aegrius restituntur. Hæc autem & toti & parti attribuntur. Pulmo contrarium corpori alimentum trahit, & reliqua omnia idem. Alimenti spiritus principium nares, os, guttur, pulmo, reliquaq; perspiratio. Alimenti tū humidum siccū principium, os, gula, ventriculus. At antiquius alimentum per abdomen, vmbilicus. Venarum origo tanquam radix, hepar est; & arteriarum, cor. Ex his per omnia sanguis & spiritus peruagatur, calorq; per hæc permeat. Facultas vna & non vna, ex qua hæc omnia, & ab his diuersa administrantur. Alia quidem ad totius & partis vitam, alia verò ad sensum totius & partis. Lac, alimentum, quibusdam pro natura lac alimentum est, aliis verò minimè. Sunt quibus vinum alimentum est, sunt quibus non est. Et carnes multaq; alia alimentum forme, & pro regione, & pro consuetudine. Aluntur hæc quidem ad incrementum, & vt subsistant, hæc verò tantum vt subsistant, veluti senes, alia insuper ad robur. Affectio athletica non est à natura, præstatur omnibus habitus salubris. Quantitatem aptè ad vires accommodatam recta coniectura consequi, ardua res est. Lac & sanguis, alimenti redundantia. Circuitus ad multa consentiunt, ad fœtum, & ad illius alimentū. Rursus autē sursum repit, in lac & in alimentum, & ad infantem. Vitam habent non animantia, vitam habent animantia, & animantium partes. Omnium natura à nullo edoctæ sunt. Sanguis alienus vtilis, sanguis proprius vtilis, sanguis alienus noxius, sanguis proprius noxius. Humores proprii noxii, humores alieni noxii. Humores alieni conferentes, humores proprii conferentes. Consentiens, minimè consentiens. Dissentiens minimè dissentiens. Lac alienum probum, lac proprium noxium. Lac alienum noxium, lac proprium vtile. Cibus iuuenibus leniter coctus, senibus extremè immutatus, in ætatis vigore constitutis minimè immutatus. Ad cōformationem, Soles triginta quinque, ad motionem, septuaginta;

ginta; ad perfectionem ducenti & decem. Alii tradunt, ad formam, quadraginta quinque; ad motionem, sex & septuaginta; ad exitum ducentos & decem. Aliis ad speciem, quinquaginta; ad primum saltum, centum; ad perfectionem, trecenti. Ad distinctionem, quadraginta; ad transitionem, octoginta; ad elapsum, ducenti quadraginta. Non est, & est. In his autem temporibus, & ex toto, & ex parte, plures & pauciores nascuntur, neque verò multò plures quam pauciores. At pauciores tot, & quæcunque alia his similia. Osium alimentum ex fractura. Naso bis quinque dies debentur: maxillæ & claviculæ, & costis, bis totidem: cubito, triplices: tibix & brachio, quadruplices: femori, quintuplices, & si quod in his plus aut minus potest. Sanguis humidus, & sanguis solidus. Sanguis humidus, probus, sanguis solidus, vitiosus. Proba omnia & vitiosa ad aliquid referri debent. Via sursum deorsum vna. Alimenti facultas mole præstantior, alimenti moles facultate præstantior, & in humidis, & in siccis. Detrahatur, & apponitur idem, huic quidem detrahatur, illi verò apponitur idem. Venarum pulsationes & spiritus respiratio, pro ætate consentiunt & dissentiunt, & morbi & sanitatis sunt indicia, magisque sanitatis quàm morbi, & morbi magis quàm sanitatis. Spiritus enim etiam alimentum est. Humidius alimentum facilius quàm siccum immutatur. Siccum alimentum facilius quàm humidum immutatur. Quòd ægrè immutatur, ægrè consumitur. Quòd faciliè apponitur, faciliè consumitur. Qui celeri appositione indigebat, iis humidum medicamentum ad resumendas vires optimum. Qui verò adhuc celeriore, per odoratum. At qui tardiore appositione opus habent, iis solidus cibus exhibendus. Musculi solidiores ægrius reliquis colliquefcunt, excepto osse & nervo. Quæ exercitata sunt ægrè immutantur, ipsa quæ in suo genere seipsis, quàm pro natura, valentiora sunt, ideo ipsa inter se ægrius colliquefcunt. Pus ex carne, purulentum ex sanguine, & ex reliquo humore. Pus vlceris alimentum, pus venæ & arteriæ alimentum. Medulla ossis alimentum, ideo callo firmatur. Facultas omnia augget, & alit, ac propagat. Humiditas alimentum vehiculum præbet.

Hippocratis de ratione victus in morbis
acutis, liber.

QVI Cnidas appellatas sententias scriptis tradiderunt, ij sanè quæ in singulis morbis ægri patiuntur, & quomodo eorū nonnulla ipsis eueniant, rectè conscripserunt, & huc vsq; quidem quæ quiuis etiā Medicinæ ignarus, rectè scribere potuerit, si probè ex vnoquoq; ægro quæ patiat̃ intellexerit. At quæcumque Medicum non referente ægro prædixisse oportuit, ea magna ex parte prætermissa sunt, quædam in quibusdam, nonnullaq; ad coniecturalem cognitionem valde accommodata. Cum verò ad coniecturalem cognitionem referatur, quomodo singula curare oporteat, in his multò aliter quàm illi disseruerint sentio. Ac neq; solū ob id non laudo, sed quòd paucis etiā numero remediis vsi sunt. Nam & plurima ab ipsis relata sunt (præterquàm in morbis acutis) medicamenta deorsum purgantia exhibenda, & serum & lac tempestiuè propinandū. Hæc igitur si bona essent, & morbis quibus exhibenda monent conuenientia, longè maiore laude digna essent; quòd pauca sufficerent. Nunc verò res aliter se habet. Qui tamè postea recognouerunt, ij medicè magis, quæ singulis exhibenda sunt, percurrerunt. Sed neq; de victus ratione quicquā effatu dignum veteres scriptis tradiderunt, eamq; quā multis magna res sit, omiserunt. Varia tamen morborū singulorum genera, multiplicemq; eorum diuisionem non ignorarunt quidam. At numeros morborum singulorum planè declarare studentes, non rectè scripserunt. Neq; enim quis facillè numeret, si quis ex eo ægrotantium morbum æstimet, quòd ab altero re quadam differat, neq; eundem esse morbū reputet, nisi eodem nomine nūcupetur. Mihi autem placet ut ad omnem artem animū attendamus. Nam quæ rectè procedunt opera, ea rectè singula facere oportet; quæ item celeritate opus habent, celeriter, quæ etiā munditiem desiderant, mundè, & quæ citra dolorē tractari postulant, ea quàm maximè fieri possit sine dolore facere, cæteraq; omnia id gen^o multò aliter quàm proximi meliorē in formam commutare cōuenit. Sed maximè cum Medicum probauerim, qui in morbis acutis, quorū vi plerunq; homines intereunt, longè

longè meliùs cæteris se gerat. Sunt autè hi, quantum nominibus veteres cõplexi sunt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, febris ardēs, & quicunq; alij morbi ad hos consequuntur, quorum febres omninò continuæ interficiunt. Cùm enim nullum pestilentis morbi commune genus populariter grassatum fuerit, sed dispersi morbi & non similes fuerint, ab his plures quàm ab aliis omnibus moriuntur. Populares igitur non satis discernunt eos, qui in his longè proximis excellunt, aliarũq; curationum potiùs aut
 40 laudatores, aut vituperatores existunt. Deinde id magno est argumento, quòd populares huiusmodi morborũ nullam prorsus habeant intelligentiam, cùm ad eam non nisi studio petueniri possit. Nam & qui Medicinæ non profitentur scientiam, Medici maximè in eiusmodi morbis esse videntur. facile est enim nomina, quæ circa huiusmodi ægrotates proferri solent, ediscere. Nempe si quis pisanæ cremorem nominauerit, hocq; vel illud vinum, aut etiam mulsam, eadem omnia videntur plebeiis dicere Medici tum meliores, tum deteriores. At nõ ita se res habet, verùm in his sanè vel
 50 maximè alij alijs præstāt. Videntur autem mihi dignissima esse quæ scribantur, quæcunq; Medicis ignorantur, quamuis scitu commoda existant, quæque magnas utilitates, aut magnas noxias inferunt. Quæ igitur ignorantur hæc sunt. Quanam de causa in morbis acutis quidam Medici toto vitæ tempore in pisanâ non colata exhibenda perseuerent, & rectè se curare existiment. Quidam etiam omni ratione contendunt, ne vlllo modo hordeum eger deuoret, quòd inde magnum secururũ detrimentum existiment. Verùm per lintheum excolantes, eius succum porrigunt. Horum etiam
 30 nonnulli neq; pisanam crassam, neq; succum exhibeant. Et hi quidem dum septimum diem æger attrigerit, alij verò dum in totum morbus iudicatus fuerit. Huiusmodi itaque quæstiones non admodũ proponere Medici consueuerunt, ac neque fortè si proponant, inueniuntur. At verò ars tota magnam quidem apud vulgum calumniam sustinet, adeo vt nullam omninò Medicinam esse existiment. Si quidem in acutis morbis in tantum inter se dissentiant artifices, vt quæ alter exhibet veluti optima reputās, ea iam mala alter existimet, fereque ob id ars ipsa diuinationi similis esse vi-

deatur. Quoniam augures eundem alitem, si quidem sinister appareat bonum esse existimant, si verò dexter, malum. Et in Aruspicina huiusmodi quoque alia videntur in aliis. Sed & vaticinantium nonnulli contraria his sentiunt. Hanc autem speculationem tum pulcherrimam, tum quamplurimis in arte maximè commodis cognatam esse censeo. Etenim omnibus ægris ad sanitatem magnum quidpiam facit, sanisque ad sanitatem tuendam, & iis qui sese exercent, ad bonum habitum comparandum, tum etiam ad id quod quisque voluerit obtinendum. Pisana igitur rectè videtur omnibus frumentaceis eduliis præferri in his morbis acutis, eosque qui eam prætulerunt laudo. Nam & lentorem habet læuem, continuum, & suauem ac lubricum, mediocriter humescētem, sitim minimè inferentem, & si quid elui indiget, probè abluentem, neque adstringit, nec malam turbationem adfert, neque in ventre intumescit. Nempe inter coquendum, quoad maximè fieri potuit, intumuit. Qui ergo pisana in huiusmodi morbis vtuntur, ne vna quidem die vasorum inanitionem (vt ita dicam) fieri permittant, sed citra intermissionem ea vtantur, nisi vel propter medicamentum, vel clysterem intermittere expediat. Et his quidē qui bis die cibum sumere consueuerunt, bis danda est, his verò qui semel cibum capere consueuerunt, his primo die semel danda, paulatim autem progrediendo, si fieri possit, iis etiam bis danda, si quid adiiciendum videatur. Verum inter initia neque multa copia, neque valde crassa exhibenda, sed vt consuetudinis causa aliquid ingeratur, & ne multa vasorum inanitio fiat. Quòd autem ad sorbitionis adiiciendæ quātitatem attinet, si quidem siccior quàm quis existimet morbus fuerit, non magna copia exhibenda, sed ante sorbitionem vel mulsæ, vel vinum, vel quodcunq; magis conueniet, propinandum. In singulis verò generibus quodnam sit accommodatissimum dicetur. Quòd si os humefcat, & quæ expulsiōe efferuntur conuenientia fuerint, in summa, sorbitionis quantitatem adicere conuenit. Quæ nanque celerius magisque madescunt, iudicationis celeritatem denunciant, quæ verò tardius & minus, tardiorē iudicationem significant. Atque hæc quidem prorsus hoc modo se habent. Sed & multa quoque alia peropportuna præter-

prætermittuntur, ex quibus significationem capere conuenit, quæ deinceps referentur. Quoquæ copiosior purgatio fuerit, eò maior quantitas ad iudicationem vsq; adiicienda, præcipuè verò duobus ab iudicatione diebus, quibus quidem, aut quinto, aut septimo, aut nono iudicatio fieri videatur, vt etiam dierum paritatis & imparitatis ratio habeatur. Post hoc autem mane quidem sorbitione vtendum, vespere verò ad cibos transeundum. Magna autem ex parte hæciis conferunt, qui statim prisana integra vtuntur. Nam
 10 & pleuriticorum dolores statim sponte desinunt, vbi quid effatu dignum spueri & expurgari cœperint, purgationesque longè perfectiores sunt, & minùs purulenti euadunt, quàm si aliam quis victus rationem instituat, præterea iudicationes simpliciores fiunt, meliusque iudicantur, & minùs reuertuntur. At prisanam ex hordeo quàm optimo confici & optime coctam esse oportet, idque præsertim si non solo cremore vti debeas. Ad reliquas enim virtutes istud etiam accedit, quòd prisana lubricitas efficit vt hordeum deuoratum minimè lædat, cum nusquam adhærescat, neque secundum thoracis rectitudinem immoretur. Est autem maximè lubrica, sitimque minimè infert, & facillimè coquitur, estque infirmissima, si optimè cocta fuerit, quibus omnibus opus habet. Nisi igitur quis quantum deest contulerit, vt idoneus eiusmodi prisanae sorbendæ modus efficiatur, sæpius lædetur. Iam primùm enim quibus cibi recrementum interclusum est, si quis eo nō vacuato sorbitionem dederit, dolorem si adest grauiorem reddet, si non adest, statim induxerit, & spiratio crebrior euadet. Quod certè prauū est, cum pulmonem exiccet, & præcordia, tum imum ventrem, tum septum transuersum dolore fatiget. Quinetiam
 30 si lateris dolore adhuc continuo, neque ad calida fomenta remittente, sputoque minimè prodeunte, verum citra concoctionem extremè glutinoso reddito, nisi quis dolorem, vel ventre emollito, vel secta vena soluerit, aut vtrum horū conducere videbitur exhibuerit, prisanam autem ita affectis dederit, præcipientes eos in mortem adducet. Has igitur ob causas aliasque etiam huiusmodi, qui tota vtuntur prisana, septimo die, ac citius moriuntur, partim quidem mente læsi, partim verò erectæ ceruicis spiratione (orthopnoea)

dicimus) & stertore suffocari. Quos sanè veteres syderatos vel ob id maximè existimarunt, neque etiam minùs, quòd ipsis mortuis latus liuidum plagæ non absimile deprehenditur. Cuius rei hæc causa est, quòd priùs quàm dolor soluatur moriuntur. Breui siquidem anhelatores euadunt. Ex multa autem & crebra respiratione (vt iam dictum est) sputum summè glutinosum citra coctionem redditum, egressum fieri prohibet. Quinetiam cartilaginosis asperæ arteriæ corporibus (pulmonis bronchiis dictis) adhærescens, stertorem inducit, cumque ad hoc deuenerit, tum plærumque mortem infort. Etenim ipsum sputum intrò retentum, spiritum quidem intrò ferri prohibet, celeriter autem extra ferri cogit, adeò vt ad perniciem mutuas inter se operas conferant. Sputum nanque adhærescens, crebrum spiritum facit, hicque creber effectus, sputum magis glutinosum reddit, & lubricum fieri prohibet. Neque verò solùm istaprehendunt si prisana intempestiue vtantur, verùm & multo magis, si quid quòd prisana minùs conueniat aut ederrint, aut biberint. Magna igitur ex parte ferè similia sunt auxilia, tum iis qui tota vruntur prisana, tum his qui ipsius cremore. At his qui neutro horum, aut solo potu vtùtur, interdum quoque aliter auxiliari oportet. Hunc autem in modum omninò facere oportet. Si quem à recèti cibo, aluo necdum subducta, febris siue cum dolore, siue sine doloreprehenderit, à sorbitione exhibenda tantisper temperandum, dum cibum ad infernam intestini partem secessisse conieciris. Quòd si dolor affuerit, aceto mulso in potu vtendum, hyeme quidem calido, æstate verò frigido. Et si multa sitis aderit, mulla & aqua exhibenda. Ac deinceps quidem si dolor aliquis adsit, aut periculum aliquod impendeat, sorbitione neque multa, neque crassa exhibenda, verùm post septimum aut nonum diem, si validus æger fuerit. Ac si recenter sumto cibo, verustus non subierit, si quidem validus fuerit, & ætate vigerit, infusum per clysterem exhibendum: sin debiliior extiterit, glande vtendum, nisi sponte probè prodierit. Exhibendæ autem sorbitionis tempus per initia & per totum morbum istud præcipuè obseruari debet, vt cum frigidi pedes fuerint, tum à sorbitione exhibenda, tum vel maximè à potu abstineamus. Cum verò calor ad pedes descendit,

scenderit, tunc dare conuenit, reputareq; cum in omnibus morbis, tum præcipuè in acutis, potissimumq; in quibus vehementior febris ac maximum periculum subest, tempus hoc magnam habere facultatem. Ac primum succo maxime vtendum. deinde præsana, ad præscripta signa diligenti adhibita attentione. Lateris autem dolorem, siue per exordia, siue postea incidat, fomenis calidis tentare dissoluere absurdum quidem non est. Quorum quidè optimū est aqua calida in vtre, vel vesica, vase æneo aut testaceo adhibita. verum molle quippiā lateri, quò lenior fortis fiat, supponere oportet. Vtiliter etiā admouetur spongia mollis & magna ex aqua calida expressa, fomentumq; linteo inuoluendum vt longiore tempore sufficiat & perduret, simulq; ne vapor ad laborantis spiritum efferatur, nisi fortè & id ad aliquid conuenire videatur, quod & interdum vsu venit. Ad hæc autem & hordeum & eruum in aceto ita temperato, vt paulò acidius sit quàm quis bibere queat, macerata & feruetacta sacculis consuta apponere oportet, fursuresq; eodem modo. Ad siccum autem fomentum, sales & milium torrefactum in sacculis laneis maxime accommodantur. Lene enim & blandum est milium. Sed & mollia huiusmodi fomenta dolores etiā ad iugulum pertingentes soluant. Arvenæ sectio non æquè dolorem soluit, nisi dolor ad iugulum pertingat. Quòd si ad calida fomēta dolor non remittat, non multo tēpore calcfacere conuenit, quòd id pulmonem excitet, & pus intra thoracem colligat. Sed si quidem dolor ad iugulum de se significationem præbeat, ad brachium verò, vel circa mammam, vel supra septum transversum grauitatis sensus insit, internam in cubiti flexu venam scicare, & quàm citissimè copiosum sanguinem detrahare conuenit, eo vsq; dum multò rubicundior, aut pro puro & rubro liuidus effluat. vtrumq; enim vsuuenit. Si verò eas quæ sunt sub septo transuerso partes dolor affligat, nullāq; ad iugulum de se significationem præbeat, aluum veratro nigro aut peplio emollire oportet, ea ratione, vt veratro quidem daucum, aut seseli, aut cuminum, aut anisum, aut aliud quippiam bene olens admisceat, peplio verò laseris succum. Quamquam etiam si inter se misceantur, vnius sunt generis, neque dissimiliter aguat. Sed veratrum nigrum

CARM

tum melius quàm peplium ventrem soluit, tum etiam ad iudicationem magis valet. Peplium verò flatus magis erumpere facit. Dolorem autem hæc duo sedant. Sedant etiam & alia multa quæ aluum subducunt medicamenta. Sed ex his quæ noui hæc sunt optima. Quandoquidem & quæ in sorbitionibus exhibentur aluum subducentia medicamenta, iuuant, quæcunque vel propter amaritudinem, vel aliam quãdam insuauitatem, aut copiam, aut colorem, aut aliam quãpiam suspicionem non admodum ingrata existunt. Ptsanam quidẽ, vbi epotum est medicamentum, in super sorbendam statim dare oportet, neque admodum minorem quàm consuetum est quantitate. Quandoquidem rationi consentaneum est, media in purgatione sorbitionem non exhibere. At vbi deserit purgatio, tunc minorem quàm consueuerit quantitate absumatur, deinde verò paulò maiorem semper adducatur copia, si & dolor sedatus fuerit, nihilquẽ aliud aduersetur. Idem etiam mihi dicendum vbi ptsanæ cremore vti opus fuerit. Si quidem melius esse assero statim omninò sorbere incipere potius, quàm antea exinanitis vasis, aut tercio, aut quarto, aut quinto, aut sexto, aut septimo die à sorbitione inchoare, nisi quidem intra hoc tẽpus motibus prius iudicatus fuerit. In hisquẽ consimiles præparationes, quales dictæ sunt, faciendæ. De sorbitione igitur exhibenda sic sentio. Quin & de potu, qualemcumque tandem ex his qui describentur, quis sumpturus sit, eadem omninò est ratio. At verò noui Medicos, qui contrà omninò quàm oporteat faciunt. Etenim volunt omnes vbi sub initia motorum homines inedia præmacerarint, aut duos, aut tres aut plures etiam dies, ita sorbitiones & potiones exhibere, idquẽ fortassis, quòd magnæ corporis mutationi, magnam etiam quandam mutationem contrà obicere æquum ipsis videatur. Atqui mutatio quidẽ non parum bene habet, rectẽ tamen ipsa sanè transferenda venit. Quin & ciborum exhibitio mutationis rationem etiam magis obrinet. Plurimum igitur lædentur, nisi rectẽ mutatio fiat, qui tota ptsana vtentur. Lædentur etiam qui solo succo vtentur, & qui solo potu, quamquam ij minimè. Oportet autem & ex hominum adhuc sanorum victus ratione, quænam conferant addiscere. Etenim si sanè in beneualentibus cibi inter se plurimum

rimum
mutat
tissim
tu, tu
tution
ration
eos qu
runt, r
& qui
stim
efficiu
quibus
præter
super f
coquen
mire si
hyeme
si dorm
cuius
noxia
ls præ
cibum
sunt qu
sueti si
uerunt
uis opi
suspens
dam v
que os
trema
nare ne
difficil
igitur
consue
neque
suetud
vasis p
præfusi
fuit, mu

rimum differre videntur, cum in aliis quibusdam, tum in mutationibus, an non in morbis multum, maximeque in acutissimis differet? Atqui quod vitiosa victus ratio, tum in potu, tum in cibo, sui semper similis, ad sanitatem omnino sit tutior, quam si quis subito ad aliam meliorem magnam mutationem faciat, cognitu sane est facile. Quandoquidem tum eos qui bis die, tum eos qui semel cibum sumere consueverunt, repentinæ mutationes lædunt, & imbecillos reddunt, & qui quidem prandere non consueti, si prandeant, confestim ægrè habent, & toto corpore graues, debiles, & pigri efficiuntur, quod si præterea cœnauerint, acidum eructant, quibusdam etiam alius liquida contingit, nempe quod præter consuetudinem pondere grauetur ventriculus, insuper siccari assuetus, non bis intumescere, neque bis cibos coquere. Iis igitur conuenit mutationem rependere. Dormire siquidem oportet, tanquam noctem à cœna agentes, hyeme certè sine frigore, æstate verò citra calorem. Quod si dormire nequeant, ubi multos lenta deambulatione circuitus confecerint, neque stent, nihilque, aut pauca & innoxia cœnent, prætereaque minus, neque aquosum bibant. Iis præterea etiam magis afficietur, si ter die ad sacietatem cibum capiat, ac multo magis si sæpius. Quanquam multi sunt qui ter die copiosum cibum facile ferunt, quod ita assueti sint. Quin etiam qui bis die cibum sumere consueuerunt, nisi præsi fuerint, debiles & infirmi sunt, & ad quoduis opus timidi & oris ventriculi dolore vexantur. Iis enim suspensa esse viscera videntur, calidam & cum virore pallidam urinam reddunt, & stercus exurit, nonnullis quoque os amarescit, oculi grauantur, tempora pulsant, & extrema perfrigerantur. Ac plurimi quidem non pransi, cœnare nequeunt, qui si cœnauerint, ventriculum grauant, & difficilius multo decumbunt, quam si pransi fuissent. Cum igitur talia sanis contingant ob dimidiatæ diei victus à consuetudine mutationem, neque apponere quicquam, neque detrahare utile esse videtur. Qui ergo præter consuetudinem semel cibum capiens, ubi tota die exinanitis vasis pro consuetudine cœnauerit, hunc par est, si cum impransus fuit doluit & debilis fuit, & cum cœnauit, grauis fuit, multo magis grauari. Quod si longiore tempore exi-

nanitis vasis repente cœnauerit, adhuc utique magis grata-
 bitur. Qui igitur præter consuetudinem exinanitus fuerit,
 cum hunc diem sic rependere conuenit ut in primis viterfri-
 gus, calorem & laborem, cum hæc omnia grauiter ferat, &
 cœnam longè solito minorem capiat, eamq; non siccā, sed
 quodammodo humentiorē. Deinde minimè aquosum
 bibat, neque minùs quàm pro cibi ratione, posteroque die
 parā prandeat, quò sensim accessione facta ad consue-
 dinem redeat. Ista tamen eorum quidam molestius ferunt,
 nempe qui supernis partibus copiosam amarā bilem co-
 ceruant. Non consuetam autem cibi abstinentiam, facilius
 in totum ferunt, qui partibus superioribus pituitosi sunt.
 Quò fit, ut si semel tantum cibum præter consuetudinem
 capiant, facilius eam ferre possint. Istud igitur euidentius
 argumento, quòd eorum quæ circa naturam atq; habitum
 nostrum contingunt, maximæ mutationes, morbos potis-
 simum pariunt. Neq; intempestiuas, neque vehementissi-
 mas valorum inanitiones moliri fas est. neque cum morbi
 vigent & in inflammatione consistunt, cibum offerre, neq;
 repente quicquam, in hanc vel illam partem, in toto nego-
 tio immutare. Multa verò eorum quæ circa ventrem cœne-
 gūt, itemq; alia his cognata referre quis possit. veluti quòd
 cibos quidem leuiter ferunt quibus assueuerunt, etiam
 natura boni non sint, eodemque modo potiones. Molesti-
 aurē ferunt cibos quibus minimè sunt assueti, quamuis bo-
 ni sint, similiter & potus. Et quæcunq; quidem multus præ-
 ter consuetudinem carnis esus facit, vel allium, vel laser, aut
 eius succus, aut caulis aliaque id genus peculiaribus qui-
 busdam insignibus viribus prædita, minùs utique quis im-
 retur, si quæ sunt huiusmodi, dolores ventriculis magis quàm
 alia adducant. Verum [minùs fortasse miraberis] si notue-
 ris quantam maza turbationem, & tumorem, & flatum, &
 tormina præter consuetudinem ingesta ventriculo exhi-
 beat ei qui ea vesci minimè cōsuevit. Vel qualem panis ipse
 calidus ingestus sitim inducat & repentinam repletionem,
 tum quòd exiceat, tum etiam quòd tardè descendat. Et
 quàm varia inter se efficiant panes purissimi & confusantē,
 in cibo præter consuetudinem assumti. Itemque maza præ-
 ter morem sicca, aut humida, aut lenta, & quale quid effi-
 ciant

ciant polentæ recentes in non assuetis, aliæque iis qui recentibus sunt assueti. Itemque vini & aquæ potus præter consuetudinem inuicem de repente permutatus, & aquosum vinum & merum præter morem subito epotum. Illud nanque in superiore ventre redundantem humiditatem, & inferiore flatum inducet, hoc verò venarum palpitacionem, capitis grauitatem & sitim. Tum etiam vinum album & nigrum si quis præter consuetudinem immutet, etiam si ambo vinosa fuerint, multa tamen in corpore alterarint, vt minus quis esse mirum dixerit, dulce & vinosum vinum vbi repente permutata fuerint, non idem posse. At contrariò sermone quadam ex parte fauendum est, nempe cum his victus ratio facta sit, corpore neque ad robur, vt cibos adiuicere, neque ad debilitatem, vt cibos demere oporteat, immutato. Insuper in singulis & robur, & morbi genus coniectandum est, tum etiam hominis natura, tum ægræ victus consuetudo, neque in cibis solum, verum etiam in potionibus. Ad ciborum autem adiectionem multò minùs attendendum est. Nam & subtrahere omninò sæpenumero expedit, dum ægro sufficere posse videatur, donec morbi vigor ad maturitatem perducatur. Quod in quibus faciendum sit, paulò post scribetur. Multa verò etiam alia his quæ dicta sunt similia quis scribere possit. Istud certè efficacius est testimonium. Neque enim rei quæ plurimum in quæstione versatur cognatum existit, sed res ipsa valdè idoneum præbet documentum. Nam & per acutorum morborum exordia, quandoque quidem eodem quo laborare cœperunt die cibos comederunt, quidam etiam postredie, nonnulli quoque quiduis, alij etiam quendam potionis cinnum (cyceona dictum) sorbendo sumserunt. Hæc autem omnia deteriora quidem sunt, quàm si quis aliã victus rationem instituat. Multò tamen minùs ledunt quæ hoc tempore peccata committuntur, quàm si primis duobus vel tribus diebus, vasa quis omninò exinanierit, mox quarto vel quinto die talem cibum exhibeat. Quinetiam multò deterius est, si quis totis his diebus vasis antea exinanitis, posterioribus deinceps diebus ita victum instituat prius quàm morbus maturus euadat. Hac enim ratione plurimis liquidò mortem inferet, nisi mitis omninò morbus extiterit. Quæ verò

per initia errata committuntur, his non similiter incurabilia existunt, sed multò faciliùs sanantur. Hoc sanè maximo argumento esse arbitror, nulla sorbitione, primis diebus abstinendum in quibus paulò pòst futurum est vt his auxiliis sorbitionibus vti debeant. Prorsus igitur ignorant qui hordeacea vtuntur pisanà, quòd ab ea malè habent, vti duobus vel tribus, vel etiam pluribus diebus antea exinanitis vasìs sorbere cœperint. Neq; rursus qui cremore vtuntur, quòd sorbentes lædantur intelligunt, vbi non rectè sorbitionem inchoauerint. Hoc tamen cauent & agnoscunt magnam adferre læsionem, si antequam morbus ad maturitatem peruenerit, æger hordeaceam pisanam sorbeat, cremore vti assuetus. Hæc igitur omnia magno sunt indicio, quòd Medici non rectè ægrotantes ad cibos adducunt, sed in quibus morbis vasà exinaniri non expedit, & in quibus sorbitione vtendum sit, in iis vasà exinaniant, & in quibus ex vasorum inanitione ad sorbitiones transeundum nō sit, in his transeant, idq; plerunq; exquisire. Interdum vero eo tempore ex vasorum inanitione in sorbitiones committant, quo plerunq; ex sorbitionibus ad vasorum inanitionem accedere expedit, si ita morbus ingrauescens ruit. Interdum etiam cruda à capite attrahuntur, & à thoracis regione biliosa, vigilæ quæ iis accedunt, ob quas non coquitur morbus, valde quæ tristes & amarulenti euadunt, delirio tentantur, & iis oculi vibranti splendore coruscant, aures sono implentur, extrema perfrigescunt, vrina in coctæ, spumata tenuia fiunt, salsa, & colore sincero tinctæ, & pauca, sudores circa ceruicem contingunt, & anxietates, spiritus in ea quæ sursum sit latione offensans, creber & magnus valde, supercilia quodammodo amplificantur, prauæ animi dejectiones, vestium à pectore reiectiones, & manus tremulæ, atq; interdum labij inferioris concussio. Quæ si initiis compareant, grauis delirij significationem exhibent, & plerunq; moriuntur. Qui verò euadunt, ij cum abscessu, vel sanguinis ex naribus profluuiò, vel puris crassi excreantur, neq; aliter euadunt. Neq; certè horum ita peritos Medicos video, vt virium infirmiores in morbis dignoscant, quæ vel ex vasorum inanitione perficiuntur, & quæ vel ob aliud quoddam irritamentum, quæq; ob dolorem & morbi vehementiam,

mentiam
nostra &
autigno
malum
tato qui
hibeat, c
corum a
nitione a
primat.
10 multo ta
su digni
ferit, & q
quem al
attulisse
nes infan
tanquam
signa, ex
Sed tam
consumi
20 rum qui
ex diuici
stum qu
gulis co
quiddan
vbi long
uerterio
corporis
consuetu
ter solitu
30 indurar.
Siquis e
gni, neq
modum
beat, sta
quaqua
multoq
ambula
re adhuc
tunc aff

mentiam, quasq; omnis generis affectuum species natura nostra & habitus in singulis pariat, quamuis hæc cognita aut ignorata salutem aut mortem afferunt. Maius siquidẽ malum est, si ob dolorem aut morbi vehementiam debilitato quis potum aut sorbitionem copiosiore aut cibũ exhibeat, ob vasorum inanitionem debilem esse ratus. Indecorum autem est probroq; vertitur, si quis ex vasorum inanitione ægrẽ habentem non agnoscat, & victus ratione opprimat. Periculum siquidem quoddam affert hoc erratum, multo tamen minũs quàm alterum, illoq; longẽ maiore risu dignius est. Nam si quis alius Medicus aut plebeius accesserit, & quæ contigerunt cognouerit, cibumq; & potum quem alter prohibuerit exhibuerit, is proculdubio auxiliũ attulisse videatur. Atque ista præcipuẽ artifices apud homines infamant. Hic enim superueniẽs Medicus vel plebeius, tanquam mortuum suscitasse videtur. Horum igitur etiam signa, ex quibus singula dignoscere oporteat, scribentur. Sed tamen & hæc sunt his quæ circa ventrem contingunt consimilia. Etenim si totum corpus præter solitum multam quieuerit, non confestim robustius euadit. Si verò sanẽ ex diutino otio repente se ad labores contulerit, manifestum quoddam vitium efficit. Eodem etiam modo de singularis corporis partibus existimandum. Nam & pedes tale quiddam efficient, & reliqui articuli laborare non assueti, ubi longo post intervallo de repente ad laborem se conuerterint. Eodemq; modo & dentes, & oculi, & quæuis alia corporis pars afficietur, quandoquidem & lectus præter consuetudinem mollis laborem facit, itemq; durus præter solitum. Quin & sub dio præter morem stratus corpus indurat. Sed & horum omnium exempla scribere confert. Siquis enim accepto in tibia ulcere neque admodum insigni, neque valdẽ contemnendo, isq; ad ulcera neque admodum difficulter, neque etiam admodum facildẽ se habeat, statim ab initio primo die decumbens curetur, & nequaquam erus attollat, hic quidẽ sine inflammatione erit, multoq; citius hoc modo sanus euadet, quàm si sensim obambulans curaretur. Si tamẽ quinto, vel sexto, vel superiore adhuc aliquo die surgens progredi voluerit, magis utiq; tunc affligetur, quam si statim ab initio sensum oberrans

curatus fuisset. Quòd si etiam multum de repente laborauerit, multò magis affligetur, quàm si illo modo curatus, illis diebus ita laborasset. Hæc igitur omnia inter se semper attestantur, quòd omnis subita supra modum in hæc vel illa magna mutatio lædit. Varia itaque in ventre est læsio, ubi ex multa vasorum inanitione plus iusto de repente cibus ingeritur. Quin & reliquum corpus si ex longa quiesce subito ad maiorem laborem se vertèrit, multò magis lædatur, quàm si ex multo cibo ad vasorum inanitionem commutetur. His sanè toto corpore quiescere conuenit, atque si ex multa defatigatione de repente ad ocium & ignauiam deciderit. His quoque ventrem à ciborum copia quiescere oportet. Alioquin corpori dolorem afferet, & totum corpus grauitate afficiet. Plurimus sanè mihi sermo habitus est de victus rationis in hac vel illam partem immutatione, nempe quòd ista nouisse valde sit vtile, cum ad omnia, tum etiam ad id de quo instituta erat oratio, quòd in morbis a curis et vasorum inanitione, ad sorbitiones mutationem faciunt. Mutatio namque velut ego iam iubeo facienda est. Deinde sorbitionibus prius quàm morbus ad maturitatem peruenit, minimè est vtendum, aut signum aliquod aliud circa intestina vacuatorium aut proritatorium appareat, vel circa præcordia qualia paulò post scribentur. Vehemens vigilia potus cibosque tum crudos, tum incoctiores reddit. Ac rursus quæ in contraria sit mutatio, corpus dissoluit, & excoctionem ac capitis grauitatem inducit. At vinum dulce & vinosum, & album, & nigrum, & aquam multam, & aquam, & acetum multum, his notis in morbis acutis distinguere oportet. Dulce quidem vinoso minùs caput grauat, & minùs mentem tentat, magisque sanè quàm alterum intestinorum deiectiones mouet, viscerum tamè tumores, hepatis nempe & lienis auget. Neque igitur his qui amaram colligunt bilem conuenit, nepe quòd his sitim facit. Quia etiam in superiore intestino flatum excitat, neque tamen inferiori intestino pro flatu ratione est aduersum, & si sanè non valdè penetrat à dulci vino flatu, sed circa præcordia immoratur. Et certè hoc minùs vrinas prorsus mouet quàm vinosum album. Sputum tamen potentiùs altero educit quod dulce est. Et quibus quidem epotum sitim facit, iis minùs quàm

quàm a
est, alio
mum &
est, in v
gis pen
multum
altero t
purgat
te de vi
viti poss
culio,
na inh
fiores
facere
insupe
mnes
racius
multa
bilem
minùs
quàm
tum r
terge
reddi
viscer
cit, in
cera p
biliol
tiùs c
& pul
quàm
magi
grau
dore
nent
exulc
tur m
potio

quàm aliud vinū educit. Quibus verò minimè siticulosum est, alio magis educit. At verò vinū album vinosum plurimum & maxima ex parte laudatū quidem & vituperatum est, in vini dulcis enarratione. Ad vesicā autem altero magis penetrat, & cum vrinā prouocet, & semper perumpat, multum in his morbis contulerit. Quamuis enim ad alia altero sit minùs idoneum, quæ tamen ab ipso sit per vesicā purgatio, liberat, si vti debet impellatur. Non hæ sunt notæ de vini vitilitate & noxa, quæ senioribus incognitæ fuerunt. Fuluo vino verò & nigro austero in his morbis ad hæc vti possis, si vtiq; capitis grauitas non insit, neq; mentis percussio, neq; sputum solum ferri prohibeatur, neq; etiā vrina inhibeatur, sed alui egestionis humentiores & rametiosiores fuerint. In his sanè vel maximè ex albo mutationem facere conuenit, & quæcunq; iis similia existunt. Istud autè insuper nosse oportet, si dilutius fuerit vinum superiores omnes partes & quæ circa vesicam sunt, minùs lædere, meracius verò iis quæ circa intestina magis prodesse. At aqua mulsa per totum morbum in acutis epota, iis prorsus qui bilem amaram coaceruant, & quibus viscera intumescunt, minùs quàm non talibus est idonea. Sitim tamen minùs quàm dulce vinum infert. Pulmonem enim emollit, & sputum mediocriter educit, tussimq; sedat. Habet namque detergens quiddam, quod plus quàm par est viscidum sputū reddit. Mulsa quoque vrinas abundè prouocat, nisi quid ex visceribus prohibeat. Quin & vitiosa magis per aluum deiecit, interdum laudabilia quidem, interdum etiam bile sincera plus quàm par est colorata & magis spumantia, idque biliosis & visceris alicuius inflammatione laborantibus potius contingit. Mulsa igitur dilutior sputum magis educit & pulmonem emollit. At spumantes alui egestionis & plus quàm conuenit sincera bile exaturatas calidioresq; sincera magis quam aquosa demittit. Talis autem deiectio & alias graues quidem habet noxias. Neq; enim præcordiorū ardorem extinguit, sed concitat, implaciditatemq; & incontinentē membrorum iactationem efficit, intestinaq; & sedè exulcerat, quorum medelæ scribentur. In huiusmodi igitur morbis, relictis sorbitionibus, si aqua mulsa alterius potionis loco vtaris, vt multa feliciter consequeris, ita non

multum successu frustraberis. Quib⁹ ergo danda sit, & quibus aut quas ob causas minimè exhibenda, maxima ex parte dictum est. Damnata est autem ab hominibus aqua mulsa, quod epota ad extremam imbecillitatem deducat, ideoque breui mortem afferre existimata est. Quod quidem propter eos qui vita per inediam discedunt dictum est. Sunt enim qui ea solà in potu utantur, tanquam cervè talis existat. Verum non prorsus ita se res habet, sed sola epota aqua longè valentior existit, nisi aluum conturbarit. Sed & vino albo, tenui, paucifero & inodoro, quodammodo est validior, quodammodo etiam debilior. Atqui vini & mellis meracitas, si utriusque vires conseras, insigne habet discrimen. Nam etsi vini meri bis tantundem ad id mellis quod delingit, quis biberit, is longè certè validior à solo melle, ubi vèrem non turbauerit reddetur. Multis enim partibus plus stercoreis ipsi prodibit. Si tamen post ptisanæ sorbitionem quis aquam mulsam superbibat, valdè replet & inflat, præcordiorumq; visceribus est inutilis. Neque quidem si ante sorbitionem bibatur lædit, ut postea epota, verum etià quodammodo iuuat. Cocta autem aqua mulsa, aspectu quidem quàm cruda longè est pulchrior. Splendida siquidem & tenuis, alba & pellucida existit. Neque tamen aliquam ei virtutem quæ crudam antecellat, attribuere possum. Non enim cruda est suavior, si mel probum esse contigerit, cruda tamen est imbecillior, & minùs habet stercoreis. Quorù neutro utiuvare possit, aqua mulsa indiget. Præcipuè verò eiusmodi cocta utendum, si mel prauum fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris. Cocturà namq; huius prauitatis virtutem magna ex parte aufertur. Acetum autè mulsum (oxymeli vocatù) epotum, multiplicè quidem in his morbis utilitatem habere comperies. Nam & sputum sursum educit, & facilem reddit spirationem. Has verò habet utendi opportunitates. Quod quidem valdè acre est, nihil moderatè effecerit ad sputa quæ non faciliè exeunt. Nam si ea educeret quæ stridulam in faucibus asperitatem faciunt, & lubricitatem induceret, ac veluti si guttur dilataret, pulmonem utiq; leniret, cum ipsum emolliat: Quæ siquidem contingerent magnam utilitatem præstarent. Interdum verò quod valdè acre est, sputum minimè educit, sed magis glutinosum reddit,

dit, noxiamq; facit. Maximeq; ita affecti sunt, qui cum alio-
 qui perniciosè habent, neque tussire, neque ea quæ intus
 continentur excreare possunt. Ad hoc igitur ægrotantis ro-
 bur conuicere oportet, & si de eo spem conceperis, exhibe-
 re. Et cum dare volueris perquam tepidum, paulatimque
 huiusmodi, neque affatim exhibebis. Quod autem parum
 acre est, os quidem & fauces humectat, sputum educit & si-
 tim sedat, præcordiis & visceribus ibi contentis est beneuo-
 lum. Nam & mellis noxias inhihet, cum quod in eo bilio-
 20 sum est corrigat, flatus etiam perrumpere facit, & vrinas
 promouet, intestini tamen inferiorem partem plus æquo
 humentem reddit, & ramenta inducit. Interdum quoq; &
 in acutis morbis hoc prauum est, maximè quidem quod
 flatum penetrare vetat, quinetiam sursum recurrere facit,
 præter hæc autem aliàs debilitat, & extrema refrigerat. At-
 que hæc sola est ex aceto mulso noxa scriptione ceriè digna.
 Exiguum autem eiusmodi potum nocte quidem & ieiuno
 ante sorbitionem propinare conuenit, quanquam & longo
 post sorbitionem interuallo nihil vetat bibere. Qui verò
 30 solo potu citra sorbitiones in victus ratione viuunt, iis hoc
 uti semper & perpetuò ob id non conuenit, & maximè qui-
 dem propter intestini abrasionem vel exasperationem.
 Nam cum stercore sit vacuum citius hæc fient, idque acce-
 dente vasorum exinanitione. Postea autem & aqua multa
 vires suas amiserit. Si tamen multum huius potus vsum ad
 totum morbum conferre posse speraueris, paulum aceti, ut
 tantum agnosci possit, affundere oportet. Ita enim & quæ
 lædere solet minimè lædet, & proderit quibus prodesse
 opus est. Ut autem in summa dicatur, aceti aciditas biliosis
 30 naturis magis confert quàm melancholicis. Amara enim
 dissoluntur & in pituitam transeunt, dum ab ipso in sub-
 lime attolluntur. Nigra verò fermentantur, in sublime at-
 tolluntur, & multis paribus augentur. Acetum namque ni-
 gra sursum educit. Mulieribus autem quàm viris acetum
 longè magis est aduersum, nempe cum veterum dolore affi-
 ciat. Ad aquam autem præter quam quòd in morbis acutis
 bibitur, nullum quidem aliud munus habeo quod confe-
 ram. Neque enim tussim lenit in pulmonum inflammatio-
 nibus, neque sputum educit, imò cæteris minùs, si quis per-

petuò aquæ potione vtatur. Verùm si inter acetum mulfum & aquam mulfam exigua aqua sorbeatur, sputum educit, propter potuum qualitatís transmutationem. Quandam enim intus inundationem facit. Alioqui neque sitim sedat, sed irritat, siquidem biliofæ naturæ biliofa est, & præcordiis mala, seipsamque malitia superat, biliofissimaque est, viresque maximè labefactat, vbi in vacuitatem venerit. Lienem etiam & hepar, vbi succensum fuerit, auget, intus fluctuat & innatat. Nempè quòd frigida sit & non cocta, tardè permeat, & neque deiectiones neque vrinas mouet. Nonnihil etiam in super ob id lædit, quòd natura stercoris expers sit. Quòd si pedibus etiam dum frigentibus aliquando ebibatur, multò maiores has noxas faciet, ad quancunq; tandem inclinauerit. In eiusmodi tamen morbis, vbi vehementem capitis grauitatem vel mentis læsionem asferre suspicauis fueris, vino omninò est abstinèdum, tuncq; aqua vtendum, aut vinum aquosum & album, & penitus inodorum profus dandū, & post illius potionem aquæ exiguum superbibendum. Hac enim ratione vini robur caput mentemque minùs feriet. In quibus autem maximè aquæ potione vtendum, & quando liberaliter, & quando moderatè, & quando frigida, & quando calida, partim quidem ante dictum est, partim etiam suo dicetur tempore. At de reliquis potibus qualis est hordeaceus, & qui ex virente herba, & vua passa, & vinaceis, & tritico, & cnico, & myrti baccis, & malo punico, atque ex alijs parantur, tum quando horum aliquo vti tempestiuum fuerit, scribetur in ipso morbo, non secus ac de alijs etiam compositis medicamentis. Balneum verò in plerisque morbis ad vsum contulerit, partim quidem assiduè, partim verò minimè. Interdumq; eo minùs vtendum, cum ad id homines sint imparati. In paucis enim domibus quæ sunt ad agendum necessaria aut accommodata præparata reperiuntur, neq; ministri quales decet. At nisi quis perbellè lauetur, non mediocrem incurret noxam. Nam & tecto fumo carente opus est, & aqua liberali, & frequenti balneo, sed non admodum largè affuso, nisi res ita postularit. Et de deterfione quidem potius minimè vtendum. Quòd si deterfione opus sit, calido ipso & multò copiosiore quàm fieri soleat deterfitorio medicamento vtendum, & non pauca aqua

aqua affundenda, & celeriter diffundenda. Via ad solium sit breuis, & ad facilem tum ingressum, tum exitum. Qui lauatur moderatè se componat & taceat, nihilque ipse faciat, sed alios perfundere & detergere permittat. Multa etiam medii temperamenti mixtio paranda, & celeres fieri perfusiones debent, spongiisq; strigilis loco vtendum, neq; valdè siccum corpus inungendum. Caput tamen spongia deter- sum, quoad eius maximè fieri poterit resiccati oportet, neq; extrema corporis partes, neq; caput, neq; reliquum corpus refrigerari debet. Et neque post recentem sorbitionem, ne- que post potum lauandum, neque statim à balneo sorben- dum aut bibendum. Magni tamen referre existimandum est, si æger dum valebat balnei valdè cupidus fuerit, & laua- ri assuetus. Tales enim appetunt magis, & loti vtilitatem sentiunt, & læduntur non loti. In totum autem pulmonum inflammationibus magis quàm febribus ardentibus con- uenit. Nam lateris, pectoris & dorsi dolorem balneum mi- tigat, sputum maturat, educit, & facilem spirationem red- dit, & lassitudines tollit, cum articulos & extimam cutim
20 emolliat, vrinas prouocat, capitis grauitatem soluit, & na- res humectat. Atq; huiusmodi bona balneo adsunt, quibus omnibus est opus. Sin verò apparatus penuria in vno vel pluribus deficiat, verendum est ne magis lædat quàm con- ferat. Eorum namq; singula non conuenienter à ministris præparata, magnam offensionem afferunt. At quibus alius est in morbis plus æquo humida, iis balneum minimè op- portunum est, neq; iis quibus plus iusto sistitur, neq; prius soluta est. Sed neq; eos qui virib⁹ sunt exolutis lauare opor- tet, neq; stomachi fastidio laborantes, neq; vomituri-
30 neq; biliosum eructantes, neque quibus sanguis ex naribus profluit, nisi parci⁹ quā occasio postulet effluat. Occasiones autè nosti. Sin verò parcius quàm expedit profluxit, lauare cōuenit, siue corpus vniuersum in reliquis, siue caput dum- taxat vtilitatē sentiat. Si igitur apparatus conuenientes fue- rint, egerq; non grauati balneum ferre posse videatur, quo- tidie lauare expedit. Lauandi autè cupidos, si bis die laueris, nihil peccabis. Cæterum qui tota pitiana vtuntur, multo tutius assumere balnea possunt, quàm qui solo succo, quan- quam & ii interdum vti possunt, minimè verò qui solo potu,

quibus tamen partim quoque licet. Ex his autem quæ antea scripta sunt, coniiciendum est quibus in singulis victus rationis modis profuturum sit balneum, & quibus minimè. Quibus namque eorum aliquid maximè deest quæ balneum bonum reddere & iuuare possunt, eos lauare minimè expedit. Quos autem nihil horum deficit, & quibus præsentia sunt signa in quibus lauari conducit, hos lauare oportet. Fit autem febris ardens cum resiccatæ venulæ tempore æstiuo acres & biliosos tenues humores ad se attraxerint, & febris multa detinet, corpusq; ossatia lassitudine vexatum laborat ac dolet. Fit quoque magna ex parte ex longo itinere & longa siti, ubi arefactæ venulæ acres calidasque fluxiones ad se attraxerint. Fit etiam lingua aspera & sicca, valdeque nigra, & ob ventris morsum dolor est, alui egestiones tum valde liquidæ, tum pallidæ fiunt, sitis adest vehemens & vigilæ, interdumque mentis alienationes. Huic aquæ & mulsæ coctæ & aquosæ quantum volet potui exhibeto, & si os amarum fuerit, vomere conducit & aluum subluere. Quod si ad hæc non soluat, lacte asinino cocto purgato. Salsum autem nihil neque acre exhibeto, neque enim feret æger. Sorbitionem verò, nisi iudicationis dies excesserit, non dabis. Et si ex naribus sanguis profluxerit, soluitur affectio, atque si sudores iudicatorii legitimi obuenierint, cum urinis albis & crassis, & læuibus sedimentis, & si abscessus aliquis fiat. Sin verò citra hæc soluat, reuertetur morbus, vel coxæ, vel crurum dolor contingeret, & si euasurus sit, crassa expuet. Febris ardētis aliud genus est, in quo aluus subit, sitis est intensa, lingua aspera, sicca, salsa, urinz intercipiuntur, vigilæ torquent, & refrigerantur extrema. Huic iudicatio minimè contingeret, nisi sanguis ex naribus profluxerit, aut abscessus circa collum, aut crurum dolor oboriatur, & sputa crassa expuat (quæ aluo suppressa contingunt) aut coxæ dolor, aut pudendi liuor obueniat. Testiculi quoque contentio iudicationis significationem facit. Sorbitiones attractorias exhibeto. At in morbis acutis sanguinem detrahes, si vehemens fuerit morbus, & qui ægrotant ætate florenti fuerint, & virium robore valuerint. Si igitur angina, aut aliquis alius lateris morbus ægrum vexarit, medicamentis quæ delinguntur repurgato. Si ve-

rò

rò det
sum al
in tuto
more
uerfi c
uicis f
ex spin
rò iec
aliæ i
sum d
10 quis e
Verū
per al
fuerit
dum.
ration
boru
tenta
hil de
20 quæ
debil
pus f
voco
ne v
caus
dext
hab
rem
imm
30 res,
gera
acce
unt.
adm
tion
guir
peru
tate
muli

rò detracto copioso sanguine æger debiliior videatur infu-
 sum alui per clysterem tertio quoque die exhibebis, donec
 in tuto æger fuerit, & fame opus habeat. Præcordia in tu-
 morem sublata, nō ex spirituum interceptione, septi trans-
 uersi contentiones, protensa spirationes, eum erectæ cer-
 uicis spiratione sicca, quibus pus minimè subest, sed quibus
 ex spirituum interceptione ista cōtingunt. Potissimum ve-
 rò iecoris vehementissimi dolores, & lienis grauitates, atq;
 aliæ inflammationes, & grauissimi supra septum transuer-
 sum dolores, & morborum collectiones solui nequeunt, si
 10 quis eas primū medicamento purgante aggressus fuerit.
 Verū in his venæ sectio præferenda est. Deinde ad infusa
 per aluum veniendum, nisi magnus & vehemens morbus
 fuerit, alioqui etiam postea medicamento purgante uten-
 dum. Quod & post venæ sectionem, securitate & mode-
 ratione indiget. Quicumque autem statim per initia mor-
 borum inflammationes medicamento purgante soluere
 tentant, ii de contenta quidem atque inflammata parte ni-
 hil detrahunt, cū nihil cedat quæ adhuc cruda est affectio,
 20 quæ verò morbo resistunt & sana sunt contabesciunt. At
 debili reddito corpore morbus superior euadit, qui vbi cor-
 pus superarit, curationem non admittit. Cū quis repente
 voce defecerit, venarum interceptiones affligunt, vbi id be-
 ne valenti citra manifestam occasionem aut validam aliam
 causam contigerit. Venam igitur incidere oportet brachii
 dextri internam, & sanguinem detrahere, habita secundum
 habitum & ætatem plurius aut minoris ratione. Horum au-
 tem quamplurimis ista accedunt, faciei rubores, oculorum
 immobilitates, & manuum distentiones, dentium strido-
 30 res, pulsationes, maxillarum adductio, extremorum refri-
 geratio, & spirituum in venis interceptiones. Cū dolores
 accesserint, bilis atræ acriumque humorum affluxiones fi-
 unt. Demorsæ autem partes internæ dolent, demorsæque &
 admodū arefactæ venæ, tum intenduntur, tum inflamma-
 tione tentatæ ea quæ affluunt attrahūt. Et quo corrupto san-
 guine, & spiritibus vias quæ in ipso secundū naturam habet
 peruadere nequeuntibus, perfrigerationes fiunt ob stabili-
 tatem, vertigines, vocis defectio, capitis grauitas, & con-
 uulsiones, si iam ad cor aut hepar, aut ad venam peruen-

rint. Hinc morbi comitiales aut partium resolutiones fiunt, si in loca quæ eas partes ambiunt fluxiones inciderint, & spiritibus exire nequeuntibus exaruerint. His sanè prius adhibitis fomentis statim per initia venam secare conuenit, cum adhuc sublatis sunt qui affligunt, tum spiritus, tum humores. Facilius enim remedia adhibentur. Et recreatis viribus & ad iudicationes adhibita consideratione, si non leuetur, ventrem superiorem medicamento purgare oportet, ad inferiorem verò aluum, nisi per infusum subducatur, lac asinum coctum exhibeto, nec minus quam duodecim heminas bibat, & si virium robur adfuerit, plus quam sedecim. Angina fit cum sub hyemem aut vernum tempus, multa & lenta fluxio ex capite ad iugulares venas defluerit, eaque propter amplitudinem, copiosiore fluxione attraxerint. Frigida autem & viscida existens, obstruit, & spiritus sanguinisq; vias occludens, proximū quemq; sanguinem condensat, eumque immobilem & stabilem reddit, cum natura sit frigidus & obstruere natus. Ob id suffocantur, lingua liuente & rotunda reddita ac reflexa, propter eas venas quæ lingue sub sunt. Secta namque vna, quam quidam columellam appellat, vtraque ex parte vena crassa apparet. Plenæ igitur ipsæ existentes, in linguam quæ propter siccitatem rata est & spongiosa, innixæ sunt. Ea verò præ violentia humorem ex venis recipiens, ex lata, rotunda efficitur, ex bene colorata, liuida, ex molli, dura, ex bene flexibili, flecti contumax. Ex quo citò suffocari contingit, nisi quis breui succurrat, venis in brachiis & sub lingua sectis, & medicamentis, ad delin-gendum exhibitis, & calidis oris collutionibus. Capite etiam abrafo, ceratum tum collo, tum capiti apponi debet, & obuolutis lanis molli spongia ex aqua calida expressa fots 30 adhiberi. Aqua autem & mulsæ minimè frigida potui exhibeatur, & pulsanæ cremorem sumat, vbi iam ex iudicatione in tuto versabitur. Cum æstate vel autūno ex capite calida, & nitrosa fluxio defluerit, utpote tempore acris & calida reddita cum eiusmodi fuerit, mordet, exulcerat, & spiritu implet, erectæ ceruicis spiratio cum siccitate multa accedit, & quæ in ore conspiciuntur gracilia apparent, & ceruicis tendones posteriores intenduntur, videnturq; velut nervorum distensione corripī, vox est abrupta & spiratio parua, & spiritus

spiritus retractio crebra est & violenta. His arteria exulce-
 ratur, pulmo incenditur, neque externum aërem admittete
 queunt. Quibus nisi sponte ad exteriores ceruicis partes
 deferatur, grauior & ineuitabilior fit affectio, tum ob anni
 tempus, tum quòd à calidis & acribus fit humoribus. Si fe-
 bris corripuerit veteri stercore non subeunte, vel recenti
 cibo accepto, siue cum lateris dolore, siue non, is quieti per-
 mittendus, dum primùm ad inferiorem aluum cibi recre-
 menta descenderint. Potu verò aceto mulso vtendū. At cū
 10 grauitas ad lumbos deuenerit, inferiorem aluū infuso sub-
 luere, aut medicamento purgante vti oportet. Post purga-
 tionem, primùm ex sorbitione victum instituere & aquæ
 mulsæ potum, deinde cibos & pisces coctos, & vinum aquo-
 sum ad noctem exiguum, interdiu verò mulsam aquosam.
 Quòd si status graueolentes fuerint, vel glans, vel alui infu-
 sum proderit. Alioqui in aceti mulsi potu continere oport-
 20 ter, donec cibi ad inferiorem aluum descenderint, tuncque
 per infusum aluum subducere. At si liquidam aluum habenti
 febris ardens oboriatur, si tibi medicamentum purgans
 idoneum videatur, id tribus primis diebus non exhiben-
 dum, sed vel quarto. Post medicamenti purgantis exhibi-
 tionem, sorbitionibus vteris, obseruatis februm accessio-
 nibus, vt neque cū iam præsentis sunt, neq; cū mox ad-
 futurae sunt, vnquam exhibeantur, sed cū vel cessant, vel
 quieuerunt, & quā longissimè à principio recesserunt.
 Frigentibus autem adhuc pedibus, neque potum, neq; sor-
 bitionem, neque aliud quippiam eiusmodi exhibebis. Ve-
 rum maximi ponderis esse existimato, si expectes dum val-
 30 de incaluerint, tumq; quod vtile est exhibeas. Siquidem vt
 plurimùm accessionis febrilis signum est, pedum frigiditas.
 Quo tempore si quid exhibueris, maximè per omnia pec-
 caueris. Morbum namq; non parum auxeris. At vbi febris
 desinit, pedes vicè versa reliquo corpore calidiores euad-
 unt. Vbi enim pedes refrigerat, augetur, & ex thorace ac-
 censa, flammam ad caput remittit. Toto autem calore con-
 fertim sursum concurrente, & ad caput exhalante, non im-
 merito pedes, cū natura excarnes sint & neruosi, refrige-
 rantur. Præterea etiam à calidis locis multū distantes re-
 frigerantur, sese colligente ad thoracem calore. Rursusque

eadem ratione cum febris soluitur, & in minutas partes dissipatur, ad pedes calor descendit. Quo tempore cum caput ipsorum & thorax refrigeretur, ea de causa cibus exhibendus. Cum namque frigidi pedes fuerint, ventrem calore & multo fastidio redundare necesse est, præcordiaque intendi, & corpus variè iactari propter internam turbationem mentis ab alienationem & dolores, æger vellicatur, vomere affectat, & cum praua vomuerit, dolet. At descendente calore ad pedes, vrinaque exeunte, quamuis minimè sudor erumpat, sedantur omnia, eoque tempore sorbitionem exhibere conuenit, alioqui perniciofa est. Quibus per febres aluus perpetuò est liquida, vbi pedes eximè calefeceris, ceratis contexeris, fasciisque obuolueris, attendere animum oportet, vt ne sint reliquo corpore frigidiore. Quod si caleant, nihil calidi adhibendum, sed videndum vt ne refrigerentur. Potus sit quàm minimus, aqua frigida, aut mulla. At quibus per febres aluus est liquida, & mens perturbata. & ex his multi floccos vellunt, nares fodiunt, & parum quidem ad interrogata respondent, per se verò nihil compositum dicunt, iis sanè talia melancholica esse arbitror. His ita se habentibus si aluus liquida fuerit & colliquefcens, sorbitiones frigidiore & crassiores exhibendæ mihi videntur, & poriones quæ aluum sistant, vinosiores potius quàm adstringentes. Quibus autem per febres ab initio vertigines & capitis pulsationes adsunt, & vrina tenuis, in his expectandum vt ad iudicationes febris ingrauescat, neque mirandum si delirent. Quibus per initia vrinæ nebulosæ sunt, aut etiam crassæ existunt, hos, si alia quoque conferant, purgare oportet. Quod si inter initia vrinæ tenues fuerint, eos minimè purgabis, sed si visum fuerit, per infusum aluum subluēs. Hos ita curare conducit, vt æger corpore quiescat, tum inungatur, tum æqualiter contegatur. Potu vratur mulla aquosa, & ptisanæ succo in sorbitione ad vesperam. Aluum ab initio per infusa subducito, medicamenta autem purgantia minimè exhibeto. Si quid enim circa ventrem commoueris, vrina non coquitur, sed citra sudorem & iudicationem febris diutius perseuerabit. Sorbitiones autem ne dederis cum propè iudicationes fuerint, & perturbatio adfuerit, verum vbi remiserit, & res in melius process-

DE R
processu
uanda,
verò feb
& ceru
Quod f
Fluit na
quos fe
tention
bus per
10 diam re
acetum
feras, d
bere au
lissimis
ferre,
eos pra
ne ca o
exactè
quid fu
10 lidiore
si nunt
cant, r
æquali
constit
conue
secund
multa
nifesta
coactio
30 re ne
nemp
parte
diem
tium
matu
etiam
puta
in se
lore

processerit. Omnium verò febrium iudicationes obseruandæ, atque eo tempore sorbitiones detrahendæ. Hæ verò febres protrahi solent, & abscessus habere circa aures & ceruicem, si quidem infernæ partes frigidæ fuerint. Quod si minimæ frigidæ fuerint, alias habent mutationes. Fluit namq; sanguis ex naribus, & iis alui conturbantur. At quos febres detinent cum anxietudine & præcordiorum contentione, ii iacentes stare loco nesciunt, & extremis omnibus perfrigerantur, magnamque tum curam, tum custodiam requirunt. Hos sic transigere oportet, vt nihil præter acetum mulsum dilutum exhibeas, neque sorbitionem offeras, donec febris desierit, & vrina concocta fuerit. Recumbere autem debent in domo obscura, & stratis quam molliissimis reclinati, longo tempore eundem decubitus perferre, & quam minimè incontinenter se iactare. Id enim eos præcipuè iuuat. Ad præcordia lini semen illitum impone ea obseruatione vt ne inhorrescat is cui apponitur, sique exactè tepidum ex aqua & oleo coctum. Ex vrinis verò quid futurum sit coniiciendum. Crassiores namque & pal-
10 lidiores, meliores; tenuiores, & nigriores, deteriores. Quod si mutationem habeant, temporis longinquitatem indicant, morbusq; necessariò tum ad peius, tum ad melius inæqualitatem commutat. Inconstantes autem febres, donec consistant, finire oportet, atque vbi constiterint, victu & conueniente curatione occurrendum, adhibita eorum quæ secundum naturam sunt ratione. Ægrotantium verò facies multæ sunt, ideoq; Medico aduertendum est, vt ne cum manifesta aliqua causa lateat, tum earum quæ rationatione considerantur, tum earum quas die pari aut impari appare-
30 re necesse est. Imprimis igitur dies impares verendi sunt, nempe quod hi dies magnam ægrorum in hanc vel illam partem inclinationem efficiant. Obseruare itaque primum diem oportet, quo æger debilis esse, & vnde & quando initium morbi cœpit, quod certè præcipuum cognitu existimatur. Postquam autem ipsum interrogaueris, omniaque etiam in considerationem adhibueris, primum quidem caput quonam se habeat modo, num dolore vacet & nullam in se grauitatem sentiat, deinde præcordia & latera num dolore careant. Circa præcordia siquidem spectandum, num

dolorem sentiant, aut in tumorem attollantur, vel obliquitatem, vel satietatem habeant, vel lateris dolor affuerit, simulq; cum dolore aut tussicula, aut tormina, aut ventris dolor affligant. Vbi namque horum quicquam in præcordiis adfuerit, præcipuè aluum per infusa soluere convenit. In potu verò aqua mulsa calida decocta vratur. Considerandum etiam si cum exurgit animo linquatur, aut faciliè spiritum trahat. Inspicienda quoq; alui egestio num vehementer colore nigro tincta fuerit, vel pura, quales sunt sanorum deiectiones, vel etiam num febris tertio die ingrauescat. Vbi autem huiusmodi tertianus circuitus in his morbis probè admodum inspexeris, præterea etiam alia consideranda sunt, & si quartus dies similiter in his ipsis quodammodo se habeat, æger in periculo versatur. Quod verò ad signa attinet, nigra alui deiectio mortem significat, quæ autem sani egestionis similis est, si per omnes dies appareat, salutaris. At si glande subdita aluus non cesserit, & facilis spiratio adfuerit, si vbi ad desidendum exurrexerit, aut in ipso lecto animo deficiat, hæc si vel ægro vel ægræ inter initia affuerint, delirium affore existima. Attendendum quoq; ad manus, quæ si tremulæ fuerint, huic sperandum est sanguinem è naribus profluxurum. Nares quoq; inspiciendæ, num ex vtriusq; equaliter spiritus ducatur, & si multus ex naribus feratur, conuulsio fieri assolet. Quæ si contingat, mors huic expectanda est, eamque prædicere pulchrum fuerit. At si in febre hyberna lingua aspera fuerit, & animi deliquia incidat, huic etsi febris remissio contingere consuevit, eum tamen in perfecta inedia continere, & aquæ ac mulsæ potione pisanæque cremore conservare oportet, neq; febris remissioni fidendum est, quod eiusmodi signa ægrum de vita periclitari testentur. Quæ vbi cognoveris, optimeq; contemplatus fueris, ita si lubet prædicere poteris. Cum verò in febribus quinto die quid formidolosum contigerit, aut alui liquida repente deiecerit, aut animi deliquium incidit, vel vocis defectio prehenderit, vel conuulsio, vel singultus, ex quibus anxietate æger premi consuevit, sudoresq; sub naso & circa frontem ac cervicem posteriore capitis parte suboriri. Qui casibus conflitantur huiusmodi, suspiriosi non multò post moriuntur. Quibus autem per febres tubercula

in cru-

in cruribus
febre, ne
nullo tur
quantur,
consuevit
nem por
xerit, eò
ma fuerit
dem atti
tio circu
res peru
lum, hu
ctis, si m
uulsio &
pustulas
repullul
intumes
dies deli
ximè co
rem. V
succedu
volueris
muraue
muraue
exhibito
curation
quò me
cta deci
cium
solutio,
quitas i
bus inci
loquitur
Sed ex
morbis
nis still
rem sig
tate v
moso &

in cruribus oriuntur, tractuq; temporis perseverante etiam febre, non maturantur, & circa fauces suffocatio incidit, nullo tumore in faucibus existente, neq; tubercula conquantur, sed extincta fuerint, iis sanguis ex naribus effluere consuevit. Qui si multus quidem fluxerit, morbi solutionem portendit; sin minus longitudinem; quoq; minus fluxerit, eò deteriorem & longiorem. Quòd si reliqua facilima fuerint, huic dolores ad pedes expectandi sunt, qui si pedem attingerint, diuturnoq; dolore affecerint, & inflammatio circum oborta paulatim non leuetur, ad cervicem dolores peruenient, & ad iugulum, humerum, pectus & articulum, huncq; tuberculolum fieri necesse est. His verò extinctis, si manus contrahantur, vel tremulæ euadant, cum conuulsio & desipientiaprehendit. Quinetiam in superciliis pustulas & rubores habet, & vna ex palpebris iuxta alteram repullulat, dura inflammatio detinet, oculus vehementer intumescit, & deliriū valde increfcit. At noctes magis quam dies delirii significationē præbent. Multa autem signa maxime contingunt ad numerum imparē potiùs quam parē. Vtrouis tamen numero contingant, lethales morbi succedunt. Hos si quidem ab initio medicamentis purgare volueris, id ante quintum diem faciendum, si venter murmurauerit, alioqui à medicamentis abstinēdi. Quòd si murmurauerit, aluique egestionē biliosæ fuerint, scammonio exhibito moderatè purgandum. Quod autem ad reliquam curationem attinet, quam parcissimi potus & sorbitiones, quò meliùs se res habeat, exhibendæ donec remissione facta decimumquartum exegerint diem. Febricitanti sub decimumquartum diem si vox defecerit, huic neq; cita morbi solutio, neq; liberatio venire assolet, sed temporis longinquitas indicatur. Cùm verò hoc die apparuerit, longior morbus incidit. Febricitanti vbi quarto die lingua perturbatè loquitur, & aluus biliosa liquida deiicit, is delirare assuevit. Sed ex euentis quid consequatur obseruandum. In acutis morbis æstiuæ & autumnali tempestate, repentina sanguinis stillatio, contentionem & multum circa venas feruorem significat, & postero die vrinas tenues futuras. Ac si ætate viguerit æger, fueritq; corpore exercitato, bene carioso & melancholico, aut ex potatione manus tremulæ

fuerint, delirium aut conuulsionem rectè prædixeris. Et si quidem paribus diebus accesserint, melius, iudicatoriis vero diebus perniciosum, nisi multus irruens sanguis viam redundantia per nares aperuerit, aut per sedē fecerit, aut abscessus, aut humorum transpositus, aut præcordiorum dolores, aut ad testes, aut ad crura attulerit. Quibus concoctis viæ sunt sputis, & vrinæ excernuntur crassæ, læues, albæ. In febris singultuosa laferis succum, acetum mulsum, daucum tritum potui exhibeto, & galbanum ex melle cum cumino delingendum, posteaque psilanae cremorem forbendum dato. Neque is euadere potest, nisi iudicatorii sudores & somni æquales accesserint, vrinæque crassæ & acres percurrerint, aut ad abscessum morbus se conuerterit. Nux pinea cum myrrha in ecligmate detur. His verò acetum mulsum quàm minimum potui exhibeatur, sed si admodum siticulosi fuerint, aqua hordei. Circa pulmonum & laterum inflammationes istud considerandum, num febris adsit acuta, & dolores alterius lateris aut vtriusque affligant, & num laboret dum spiritus sursum fertur, tussis adint, & sputa educantur ruffa aut liuida, vel etiam tenuia & spumosa, & florida, atque si quid discrepet ab iis quæ illis contingere consueverunt. His hæc instituenda curatio. Si quidem dolor sursum ad iugulum tendat, vel ad mammam & brachium, internam brachii venam secare oportet, ea parte qua dolor affligit, & sanguinem detrahare pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore, plusque & cum maiore fiducia si dolor acutus fuerit, ad animi vsque deliquium ducere, postea alui infusum per clysterem exhibere. Quod si sub thorace dolor valde vrgeat, lateris morbo affecto aluum medicamento purgabis. At medio purgationis tempore nihil dandum, post purgationem autem acetum mulsum exhibendum. Quarto die medicamentum purgans propinato, tribusque primis diebus aluum per infusum subluo, atque si sic non leuetur, aliquantulum purgato. Custodia deinde opus est, dum æger febris sit expers & ad septimum diem peruenerit. Deinde si in tuto versari videatur, sic primum tenuem modicumque succum ex melle exhibeto. Quod si facile sputum educatur, bene spiret, & circa latera dolore careat, paulò crassiore & copiosiore, bisque die dato.

Si

DE

Si ver
forbin
meliu
tione
quã
to pur
nuior
vafor
iudica
10 quati
pugn
lia ex
milia
mata
calide
rem l
Pulm
tur, r
tér (p
20 cem &
focati
conti
spura
nerit,
tione
num
rattu
inter
nacer
30 tum l
ctis.
les, e
aquo
tas si
nisi i
ues a
crura
mor
febr

Si verò non facilè liberetur, minorem portionem & paucam sorbitionem, cremorem tenuem & semel exhibeto, eo quomeliùs degit tempore, quod ex vrinis deprehendes. Sorbitionem autem his in morbis non priùs offerre oportet, quàm vrinas & sputa concocta videris. At si ex medicamentopurgante frequenter deiecerit, minorem quidem & tenuiorem exhibere necesse est. Neque enim dormire ob vasorum inanitionem, neque concoquere similiter: neque iudicationes sustinere poterit. Verùm vbi crudorum colliquationes extiterint, & quæ renituntur reiecerit, nihil repugnabit. Cōcocta autem sputa quidem sunt, vbi puri similia extiterint, vrinæ verò, vbi sedimenta habuerint eruo similia. At ad cæteros laterum dolores tepefactoria & ceromata apponere nihil prohibet, crura etiam & lumbos oleo calido inungere, & pinguedine illinere. Ad præcordia autem lini semen cataplasmate ad mammas vsque imponere. Pulmonis inflammatio vbi statum attigerit, nisi repurgetur, remedium non admittit, praua quæ est si æger difficulter spirat, vrinæ tenues sint & acres, sudores quæ circa ceruicem & caput oborti sint. Hi enim sudores mali sunt ex suffocatione, impetu, & violentia vbi superior morbus euadit contingentes, nisi vrinæ multæ & crassæ proruperint, & sputa cocta prodierint. Quicquid autem ex his sponte euenierit, morbi solutionem adferet. Ad pulmonis inflammationem medicamentum in ecligmate, nux pinea & galbanum ex melle Attico. Abrotanum in aceto mulso, piper, veratrum nigrum vbi decoxeris, lateris dolore affecto etiam inter initia, vbi dolor vrget, exhibeto. Confer etiam panacem ex aceto mulso deceptum & percolatum propinare, tum hepaticis, tum septi transversis dolore plurimum affectis. Et quæcunque per aluum aut per vrinas deducere voles, ex melle & vino exhibeto. Verùm quæ per aluum, cum aquosa multa copiosiore propinato. Intestinorum difficultas si cessauit, vel abscessum, vel tumorem aliquem pariet, nisi in febres vel sudores vertatur & vrinæ crassæ, albæ & laues apparuerint, vel in tertianas, vel varicem, vel testem, vel crura, vel in coxendices dolor obfirmetur. In biliosa febre, morbus regius, ante diem septimum cum rigore succedens, febrem soluit, citra rigorem verò intempestiuè obortus.

lethalis. Nerviurum distentio circa lumbos & ex atrabilis
 riis humoribus per venas spirituum interceptiones si adfue-
 rint, venæ sectione soluuntur. Cum autem per tendones
 vehementer anteriore parte reuellantur, sudoresque circa
 ceruicem & faciem oboriuntur, præ dolore vellicatis & re-
 siccatis iis qui ad ossis sacri extremum pertinent tendoni-
 bus, qui crassissimi spinam continent, qua parte maxima
 exoriuntur ligamenta & ad pedes vsque definuat. Huic nisi
 febris & somnus accesserit, & quæ consequuntur vrinæ con-
 coctæ, sudoresque indicatorii prodierint, vinum Creticum
 vinosum bibendum, & farinam coctam edendam exhibe-
 to. Cerato quoque inungere atque illinere conuenit, crura-
 que in pelui calida madefacta ad pedes vsque velamentis
 inuoluere, & brachia & digitos vsque contegere, lumbosque
 à collo ad coxas molli pelle pinguedine & cera illita, ita ut
 anteriora etiam contineat, circumdare. Ex intervallis etiam
 fomentis per vtriculos vtitur, calidaque affusa, & obuoluto
 linteo, ipsum in conclauis decumbere iubeto. Aluum verò ne
 nimium, nisi glande soluito, si ex longo tempore non deie-
 cerit, & si quid in melius tibi processerit, bene se res habet.
 Alioqui modi radicem ex vino odorato tritam, & daucum
 mane ieiuno ante perfusionem propinato, & post hæc citò
 farinam coctam tepidam quam plurimam edat, vinumque
 bene temperatum, cum volet, superbibit. Et si quidem tibi
 in melius processerit, bene res habet, alioqui prædictione
 vtendum. At morbi omnes soluuntur aut per os, aut per
 aluum, aut per vesicam, aut alium quendam eiusmodi arti-
 culum. Sudor verò omnibus communis est. Veratrum au-
 tem exhibendum quibus à capite fluxio fertur. At iis qui
 ex abscessibus, aut ex venæ ruptione, aut ob intemperan-
 tiam, aut aliam validam quandam ob causam suppurati fi-
 unt, veratrum minimè dandum, cum nihil iuuat, & si quid
 æger patiat, veratrum in causa esse videatur. Si verò ex-
 oluto fuerit corpore, vel caput doluerit, aut aures, aut nares
 oppleantur, aut sputatio, aut genuum grauitas malè vexet,
 aut corpus præter consuetudinem intumescat, quicquid ho-
 rum contigerit, exhibebis, dum neque ex potibus, neque ex
 rebus venereis, neque ex mœnore, aut curis, neque ex vigiliis
 ista contingant. Et si quidem horum aliquid in causa fuerit,
 ad id

ad id cur-
 si, lumbe-
 que inter-
 ciunt. Plu-
 bos & co-
 sibus vri-
 tio causa
 ex victu
 tem vni-
 20 forma
 dere mi-
 adest, &
 rint, al-
 somno
 si quid-
 sed me-
 pus ole-
 quoso
 quiesce-
 30 grauac-
 aquosi
 circum-
 Quib-
 ter con-
 ratem
 scat, d-
 ciores
 in cap-
 dorm-
 30 forbe-
 malu-
 cilli e-
 diner-
 uis o-
 nam
 quan-
 dion-
 mal-
 tum

ad id curationem instituere oportet. Dolores laterum, dor-
 si, lumborum, coxarum, ex innere contingunt, & quacun-
 que inter respirandum ex occasione manifesta dolorem fa-
 ciunt. Plærūq; nanq; ex crapulis cibisq; flatulentis ad lum-
 bos & coxas dolores venire consueverunt. Atque ex his ca-
 sibus vrinz difficultas accedit. Horum verò ex via defatiga-
 tio causa est, itemq; grauedinis & raucedinis. Quæ autem
 ex victus ratione contingunt, horum quidem magnam par-
 tem vnusquisq; pro mutata præter consuetudinem victus
 10 forma præcipue significationem præbet. Qui enim pran-
 dere minimè soliti pransi sunt, his magnus ventris tumor
 adest, & dormitatio, & plenitudo. Si verò insuper cœnaue-
 rint, alius exturbatur. His à balneo dormire confert, & à
 somnolenta deambulatione multos conficere circuitus, &
 si quidem venter emollitus fuerit, cœnare, & paucum vinū,
 sed meracius bibere. Quod si alium non exonerarint cor-
 pus oleo calido inungere, & si sitis adfuerit, epoto vino a-
 quoso albo dulci quiescere, & si non dormierint, ampliùs
 quiescere. In reliquis similis is victus ratio qualis crapula
 20 grauatis institui debet. Ex portionibus autem quæ quidem
 aquosiores sunt, tardiùs permeant, & velut in orbem actæ
 circum præcordia fluitant, neq; ad mictionem decurrunt.
 Quibus si quis repletus fuerit, is nullum opus ex his celeri-
 ter conficiet, quæ corporis contentionem, robur, aut celeri-
 tatem ad laborem requirunt. Quàm plurimum autē quie-
 scat, donec vnà cum cibus concoctæ fuerint. At verò mera-
 ciores & austeriores potiones, in corpore palpitationem, &
 in capite pulsationem efficiunt. Hi bene habent si insuper
 dormiant, & calidū aliquid ex his quæ ipsis sunt suauissima
 30 sorbeant. Ieiunium autem ad capitis dolorem quæ quidem
 malum est. Qui semel tantum die cibum capiūt, ii & imbe-
 cilli euadunt, & calidam vrinam reddunt præter consuetu-
 dinem vasis exinanitis, os salsum & amarū redditur, in quo-
 uis opere sunt tremuli, tempora ipsis distenduntur, neq; cœ-
 nam perinde coquere possunt ac si pransi essent. Hos minùs
 quàm pro consuetudine bibere conuenit, mazamque liqui-
 diorem panis loco assumere, & inter olera lapathum, aut
 maluam, aut ptisanam & betas. In cibo vinum bibāt quan-
 tum videatur esse moderatum & dilutius, & à cœnaparum

deambulent, donec urinā decurrat, eamque reddiderint, piscibus coctis etiam utantur. Cibi autem de se maximè indicia præbent. Allium flatum & caliditatem circa thoracem facit, capitis grauitatem & anxietudinem parit, & si quis alius dolor fieri consueuerit, eum grauiorem reddit. Vrinam autem ciet, eaque dote est præditum. Optimè autem editur ei qui se ad comperationem comparare uolet, aut iam ebrius est. Caseus flatum & adstrictionem parit, cibos incendit, crudum & incoctum edulium existit, eiusque esus inter potandum repletis deterrimus. Legumina omnia flatuosa sunt, & cruda, & elixa, & frixa tum etiam macerata, tum viridia. Neque his nisi cum aliis cibis utendum. Sed horum vnumquodque sua habet vitia. Cicer flatum quidem tum crudum, tum frigidum, & dolorem parit. Lens adstringit & turbationem inducit, si cum cortice fuerit. Ex his lupinus minimùm horum malorum habet. Lasepitium tum caule, tum succo, quibusdam quidem maximè, in expertis verò per aluum minimè descendit, & choleram aridam nominatam parit, idque præcipuè si cum multo caseo, aut bubularum carniū esu misceatur. Nam & melancholicæ affectiones carniū bubularum esu ingrauescunt, quòd earum natura minimè superari queat, neque quilibet ventriculus eas concoquere possit. Quo periculo optimè desungentur, qui iis percoctis & perquam vetustis utentur. Caprinæ carnes omnia quæ bubulis insunt vitia habent, & cruditatem, flatusque & ructus magis mouent, & choleram gignunt. Sunt autem quæ odoratissimæ, solidæ & suauissimæ, eæque optimæ percoctæ & frigida. Quæ verò insuauissimæ graueolentes & duræ, eæ pessimæ quinetiam recentes. Optimæ etiam sunt ætate, autumnō verò pessimæ. Porcelli carnes prauæ sunt, cum crudiores aut perambustæ fuerint. Nempe tum choleram magis gignent, & turbationem facient. Suillæ autem carniū optimæ sunt, præstantissimæ verò, quæ neque vehementer pingues, neque contrā vehementer graciles, neque veteris victimæ ætatem assecuta, edendæque sine pelle & subfrigida. In cholera sicca venter inflatur, & strepitus insunt, & laterum ac lumborum dolor, nihilque infra deiecit aluus, sed adstringitur. Ita affectus ne vomat videto, verum ut aluus subducatur. Infulo igitur

igitur pe
simè vit
folio cel
calefact
etiam d
bibere.
ac solui
Quòd t
tus fuer
10 catur, t
optimu
vomer
hyposi
gredit
tam fo
tos lab
pe cū
viribu
tempu
20 sangui
calido
potu
aceto
ri pos
æqua
conti
albu
Sitan
nesq
30 ne fe
ti da
mal
si fel
dum
pliu
cea
gen
mil
igid

igitur per clysterem calido & perquam pingui quàm citissimè vitior, perunctumque in calidam quamplurimam, in folio collocatum, calida sensim affusa, demittito. Et si cum calefactus fuerit, aluus subducatur, morbus solutus est. Huic etiam dormire confert, & vinum tenue, vetus ac meracius bibere. Oleum quoque exhibeto, vt quiescat, & aluus subeat, ac soluitur morbus. A cibis atque omnibus aliis abstineat. Quod si dolor minimè remiserit, lac asininum donec purgatus fuerit propinato. At si aluus liquida fuerit, & bilis subducatur, torminaque vexent, vomitiones & suffocationes, iis optimum est quiescere, aquam mulsam bibere, ac minimè vomere. Hydropum cum duæ sint naturæ, hic quidem qui hypofarcidios (velut sub carne) dicitur, vbi hominem aggreditur evitari non potest. Alter verò cum flatibus, multam foelicitatem ad curationem requirit, præcipueque multos labores, fortum & temperantiam. Sicca edat & acria, nepe cum hac ratione plurimam vrinam reddat, & maximè viribus valeat. Quod si difficultate spirandi teneatur, anni tempus æstivum fuerit, ætas vigeat, & virium robur adsit, sanguinem ex brachio detrahete convenit. Deinde panes calidos vino nigro & oleo intinctos edat, quam paucissimo potu vtatur, quamplurimum laboret, suillaque carnosa ex aceto cocta vescatur, vt asperis obambulationibus reluctari possit. Qui ventres inferiores calidos habent, & acres inæqualesque deiectiones prodeunt, id iis ex colliquatione contingit. Quibus quidem si validæ vires fuerint, veratrum album ad reuulsionem exhibendum. Alioqui succus tritici Sitanij crassus & frigidus exhibendus, & lentis frustum, panesque subcinericei, ac pisces. febricitanti quidem elixir, si ne febre autem, assii. Vinum etiam nigrum non febricitanti dandum, alioqui aqua ex mespilis, aut myrti baccis, aut malis, aut sorbis, aut palmulis, aut vitium cenanthe. Quod si febris non detineat, adsintque tormina, lac asininum calidum, modicum primū, deinde sensim progressu facto amplius, & lini semen, ac triticeam polentam ammixa hordeacea, vel fabam Ægyptiam detracto cortice amaro inspergens potui exhibeto, aut oua edat semiconcreta assa, & similam, milium, & alicam ex lacte coctam. Eaque cocta frigida edenda, hisque similia tum potu, tum cibo assumenda.

In victus ratione maximum est operę pretium animadu-
 tere & obseruare tum febrium intensiões, tum remissi-
 ones, non modò in acutis morbis, verum etiam in longis,
 quò temporum occasiões caueas, quibus cibi minime of-
 ferri debent, & quando turò offerendi sunt cognoscas, atq;
 etiam quando plurimùm ab intēsiōe abfuerint. Animadu-
 uertere autem eos oportet quibus caput vel ob exercitati-
 ones, vel cursus, vel iter, vel venationem, vel alium aliquam
 intempestiuum laborem dolet, vel ex rebus venereis. De-
 colores etiam, raucedinosos, licnosos, sanguine defectos,
 spirituosos, sicca tussi laborantes, striculosos, flatuosos, &
 venarum interceptiones: intenta quoque habentes præcor-
 dia, latera & dorsum, ac stupore detentos, obscurè videntes,
 eosque quibus aures tinniunt, & qui vrinariam fistulam in-
 continentem habent, auriginosos & quorū alui cruda dei-
 ciunt, quiq; sanguinem copiosum ex naribus aut sede pro-
 fundunt, aut qui inflationibus detinentur, si eos vehemens
 dolor vexet, neq; superiores existant. Horum quidem nul-
 los medicamento purgante vacuaueris. Neq; enim res pe-
 riculo caret, nihilq; profeceris, tum etiam spontaneas libe-
 rationes & iudicationes auferes. At si cui sanguinem detra-
 here confert, aluum firmam reddere, atq; hoc modo detra-
 here oportet, & in ediam imperare, vinumq; ei demere. De-
 inde in reliquo conuenientem victus rationem instituire,
 & fomentis humidis curare. Quòd si condensata tibi alui
 videatur, molli infuso aluum subluēs. At si medicamentum
 purgans tibi exhibendum visum fuerit, per veratrum supra
 eum securitate purgabis, at deorsum eorum neminem. O-
 ptimū est autem si ad vrinās, sudores & deambulationes æ-
 grum adducas, & leui frictione vtaris, vt ne habitum deñ-
 rem efficias. Quòd si in lecto decumbat, eum alij perfricet.
 Ac si quidem in thorace supra septum transuersum affectus
 fuerit, eum vt plurimùm desidere conuenit, & quàm mini-
 mùm reclinari, dum vires valeant, sedentemq; longo tem-
 pore oleo multo calido perfricari. At si in inferiore alui sub
 septo transuerso dolores teneant, iacere conducit, nulloque
 modo corpus moueri, præter quàm frictione. Quæ verò ex
 inferiore alui per vrinās & sudores soluuntur, si mediocri-
 ter delabantur, sua sponte soluuntur quæ parua sunt, sed ve-
 hementia

hementia
 aut non f
 di aliquo
 borantia
 que capi
 contrita
 rarit, cal
 iunus bi
 fici succo
 lo intor
 digito a
 primas
 refrige
 famoid
 mulso
 tertia p
 bris en
 acui fo
 acumi
 ris, ali
 confus
 suffici
 dem f
 guinē
 quàm
 Secur
 dicant
 vnari
 ferit,
 de ex
 ctio
 præte
 ter in
 num
 tis d
 defe
 per
 cum
 adm

hementia praua existunt. Qui enim sic habent, aut intereū,
aut non sine aliis malis cōsanescunt, sed quæ sunt eiuscemo-
di aliquò firmari solent. Portionem aquæ subter cutem la-
boranti concinnabis, si cantharidum trium, ablato cuius-
que capite, pedibus & alis, corpora ex tribus aquæ cyathis
contrita exhibueris. Vbi verò ex epoto medicamēto labo-
rarit, calida perfundatur, ex oleo tamen prius inunctus, ie-
iunus bibat, edatq; panes calidos ex oleo. Sanguinem sistes
fici succo lana exceptio intrò ad venam appposito. Aut coagu-
lo intorto in nares immisso, vel si chalcitidē prius extensam
digito apprimas, & cartilagine vtraque ex parte foris com-
primas, aluumque lacte asinino cocto soluas, & capiti raso
refrigerantia adhibeas, si anni tempestas calida fuerit. Ses-
samoides sursum purgat, sesquidrachmæ pondere ex aceto
mulso tritum potu exhibitum. Admisceatur etiam verarris
tertia potionis parte, & ita minus suffocat. Pilos in palpe-
bris enascentes (trichosin vocant) curaueris, si subiectum
acui foramen filum habenti, in superiore palpebræ parte
acuminata & tensa perpunctione facta deorsum transmise-
ris, aliudque sub hoc interiore parte traieceris, fila extensa
conserueris & deligaris quoad decidant. Ac si hæc quidem
sufficiat, bene se res habet, aliòqui, si quid deficit, rursus ea-
dem faciendā. Eodē quoq; modo ora venarum in ano san-
guinē fundere solita (hæmorrhoidas vacant) intruso in acū
quàm crassissimo & maximo lanæ succidæ filo, deligabis.
Securior enim euadit hæc curatio. Deinde compressas me-
dicamento putrefacies, neque perfundes donec deciderint,
vnamq; perpetuò relinques. Post hæc etiā vbi vires resum-
serit, medicamentū purgans ex veratro propinabis. Dein-
de exercitatione vtatur, & exudet, pro exercitatione sit fri-
ctio multa matutina, cursu abstineat, ebrietate, & acris
preter quam origano. Vomat autē septimo quoq; die, aut
ter in mense. Hoc enim pacto corpus optimè habebit. Vi-
num bibat solum, austerum, aquosum & paucum. Purulē-
tis dissectos scillæ orbiculos ex aqua coquito, & vbi optimè
deferbuerit, diffundito, aliaque affusa coquito, dum tactui
percocti & molles appareant. Deinde vbi laxigatū triueris,
cuminū perfictū, alba sesama & amygdalas recentes tritas
admisce, eaque melle excepta in ecligmate, exhibeto, post-

eaque vinum dulce bibat. Sorbitiones sumat peplum albu tritum acetabuli parui mensura, aqua lotura: farina setanę maceratum & coctum, melleque affuso tepidum sorbeat, eoque modo diem transigat. Deinde adbibita consequentium ratione cœnam exhibeto. Ad intestinorum difficultatem, fabarum purarum quadrantem, & duodecim rubie surculos tritos admisceto & coquito, & ex pingui aliquo delingendum porrigito. Oculis medeberis si spodium lotum velut farinae massam probe subactum, non liquidum, lauter teras, acerbo vae immaturae & amaræ succo humectatum, ac in sole resiccatum, ita vt illini possit humectaueris. Vbi vero siccum extiterit, lauter tritum siccum oculis illine, eorumque angulis insperge. Humentibus iisdem medetur Ebeni drachmam, æris vlti obolos nouem in cotetrato, croci obolos tres. His tritis & lauigatis vini dulcis heminam Atticam affundito. Deinde soli exposito, & contexto, vbi concoctum fuerit, eo vtor. Ad vehementes eorum dolores. Chalcitidis drachmam, vae expressae partes duas, myrrham & crocum terito, musto admixto in sole excoquito, eoque intensos oculorum dolores illinito. Sit autem in vase æneo. Vteri strangulatum vt dignoscas, duobus digitis comprimito, & si sentit, vteri strangulatio est, aliôqui, conuulsio. Ad aqua inter cutem laborantes. Pepli rotundi (quod meconium dicitur) acetabulum paruum Atticum potui exhibeto. Squamæ æris quantum specilla lata tria capiunt, cum setanę farinae tenui polline agglutina. Hæc lauter trita in catapotia dato. Aquam deorsum purgant, & ex aluo stercus deturbant. In caricas singulas succi tithymalli guttas septem instilla. Deinde nouo vase repositum medicamentum & reconditum, prædicto ante cibos exhibeto. Peplum meconium dictum terito, aqua affusa excolato, & farina subactum in placentam coque, mel coctum insuadens, aqua inter cutem laborantibus edendum præbeto, & vinum dulce aquosum, aut mulsam aquosam superbibendam. At quod ab excrementis meconium collegeris, recondito, ac curato.

HIPPO-

NVllus sed videtur. nitur. Eac enim sicca solet, hunc sicca est, diffluit, & semper scit, cum ra alteri venter eadem n nibus ac si in eum tate co magna à capiti in capiti quiden fertur. tri mori incident reliqua ne opti faciūt: mē qu autem dem t itemq malo dem f pars e quicq fert, ptere aut v

Hippocratis de locis in homine, lib.

N Vllum mea quidem opinione corporis est principiū,
 sed omnes partes ex æquo & principium & finis esse
 videntur. Descripto nanque circulo, principium non inue-
 nitur. Eademque ratio morborum in toto corpore. Quod
 enim siccus est, morbis obnoxium esse, magisque dolere
 solet, humidum verò minùs. Morbus nanque qui in parte
 sicca est, fixus est, neque interquiescit. Qui verò in humida,
 diffuit, & aliàs aliam præcipuè corporis partem occupat,
 & semper commutando quietem facit, citiusque conquie-
 scit, cum fixus non sit. Vnaquæque verò corporis pars altera
 alteri, cū hinc vel illinc perruperit, statim morbum facit,
 venter capiti, & caput carnibus ac ventri, & reliquæ omnes
 eadem ratione, quemadmodum venter capiti, & caput car-
 nibus ac ventri. Nisi enim venter moderatè subducatur, &
 si in eum cibus immittatur, ingestorum ciborum humidi-
 tate corpus irrigat, ipsa verò humiditas à ventre intersepta,
 magna copia ad caput viam affectat. Quò cū peruenerit,
 à capitis vasis minimè contenta, quocunque datur effluit, &
 in capitis ambitum, & in cerebrum, per os tenue, & partim
 quidem os subit, partim verò circū cerebrum per os, tenuerit.
 Quò si ad ventrem rursus quidem peruenerit, ven-
 tri morbum inducit. Si verò in aliam quampiam partem
 inciderit, ei ipsi morbum facit. Ad eundem etiam modum
 reliquæ partes altera alteri morbum inducit. Hacq; ratio-
 ne optimum fuerit ægrotantes partes per eas, quæ morbos
 faciūt ad curationem accommodare. Sic enim quàm opti-
 mè quis eius quod ægrotat principium sanauerit. Corpus
 autem ipsum sibi ipsi idem est, & ex eisdem constat. Non eo-
 dem tamen modo se habent eius partes magnæ & paruæ,
 itemque infernæ & supernæ. Ac si vel minima corporis pars
 malo aliquo afficiatur, eam affectionem, qualiscunq; tan-
 dem fuerit, totum corpus sentiet, quòd minima corporis
 pars eadē omnia habeat, quæ & maxima. Ea q; minima pars
 quicquid tandē protulerit, ad cognationē & gentilitatē re-
 fert, quæque ad suam, siue bonū, siue malū id fuerit. Ac pro-
 pterea corpus ob minimæ partis cognationem dolorem
 aut voluptatem percipit, quòd in minima partes omnes in-

sunt, ex quæ ad ea quæ sui sunt generis singula referunt, & omnia denunciant. At verò corporis natura principium in artis Medicæ speculatione obtinet, eaq; primum quâ parte audim⁹ perforata est. Vacua enim circa aures loca, nil aliud præter strepitum & clamorem inaudiunt. Quicquid verò per membranam ad cerebrū peruenerit, id planè hac parte auditur, vbi vnicū foramen per membranam circumuoluentem penetrat. Ad nares autem foramen quidem nō tendit, sed laxum quiddam velut spongia, eamque ob causam per longius interuallum audit quàm olfacit. Longe enim ab olfactu odor dispergitur. Ad oculos etiam venulæ tenues ad visionem ex cerebro per ambientem membranam tendunt. Hæ venulæ humore purissimo de cerebro visionem alunt, in quo etiam rerum species in oculis apparēt. Eadem quoq; vbi resiccata fuerint, visionem extinguunt. Membranæ verò tres sunt oculos ipsos custodientes, superna quidem crassior, media verò tenuior, & tertia tenuis, quæ humorem conseruat. Ex his superior quidem & crassissima si læsa fuerit, morbum facit. Media verò, ipsa etiam periculi plena est, & vbi rupta fuerit, foras velut vesica prominet. 10 Tertia tenuissima, omninò periculosa, quæ humorem conseruat. Cerebri autem membranæ duæ sunt, superna quidem vna crassior, altera, quæ cerebrum contingit, tenuis, neque vbi vulnerata fuerit coalescit. Venæ autem ad verticem quidem per carnē permeant, & ossi cohærescūt. Ex vertice verò, duæ quidem rectæ per carnem ferūtur, quâ parte supercilia clauduntur, & ad oculorum angulos desinunt. Vna autem de vertice ad nares fertur, & in vtramque narium cartilaginem scinditur. Aliæ duæ venæ iuxta tempora feruntur, inter tempora & aures, quæ oculos premunt, 30 semperque pulsant. Ex venis enim hæ solæ sanguine minime rigantur, sed auertitur ab ipsis sanguis. Qui verò auertitur, ei qui insluit motum habet contrarium, & qui quidem auertitur, cum discedere cupiat: qui autem ex superioribus partibus affluit, infra procedere, hic mutuo inter se propulsa ac diffusa, & in orbem agitata, venulis pulsum præbent. Cum autem visio ex cerebro humore nutriatur, si quid humoris à venis acceperit, fluxione turbatur, neque in eo apparent rerum species, sed obseruari videntur interdum

dum quic
ut lentes
potest. A
venarum
venæ ex
quæ ad
quidem
runtur, a
meant, c
lotium r
dunt, &
vertice i
que in ca
caua vel
& gulan
& inter
parte se
biarum
etæ fuer
10 gnos di
num fin
lateris i
thorace
sum, &
ipsa que
num co
omnes
Aliæ si
venulas
30 te inter
tur, is l
humor
tura est
Nerui
hæresc
que ex
ter os
quidem
magis

dum quidem velut auicularum imagines, interdum verò
 vt lentes nigræ, nihilque de cætero exactè re vera cernere
 potest. Aliæ duæ venæ per medium aurium & reliquarum
 venarum, ad aures tendunt iisque incumbunt. Aliæ duæ
 venæ ex ossis coniunctione, ad aures feruntur. Ex his autem
 quæ ad inferiorem corporis partem conuertuntur, duæ
 quidem venæ iuxta cervicis tendines, & iuxta vertebrae fe-
 riuntur, ac in renes desinunt. eædemque etiam ad testes per-
 meant, cumque hæc malè affectæ fuerint, homo cruentum
 20 lorium reddit. Aliæ duæ venæ ex vertice ad humeros ten-
 dunt, & eæ sanè humerales appellantur. Aliæ duæ venæ ex
 vertice iuxta aures, per anteriorem cervicis partem, vtrin-
 que in cauam appellatam venam deferuntur. At verò vena
 caua velut gula quidem producitur, mediaque inter guttur
 & gulam existens, per septum transversum fertur, & per cor,
 & inter septum. Ad inguina autem & femora interiore
 parte scinditur, & disparationes in cruribus facit, & ad ti-
 biarum interiorem partem iuxta malleolos fertur. Eæ si se-
 ctæ fuerint, hominem infecundum reddunt, quæ & in ma-
 30 gnos digitos desinunt. Ex vena autem caua propago in ma-
 num sinistram deducitur, & subter lienem fertur, ad sinistri
 lateris inanitatem, vnde lien per omentum emergit, & ad
 thoracem desinit. Exoritur autem iuxta septum transuer-
 sum, & cum humerali committitur, infra cubiti articulum,
 ipsaque lienis gratia secatur. Alia etiam ad dextram ma-
 num eodem modo à caua propaginem emittit. Hæc autem
 omnes venæ inter se communicant & mutuò confluent.
 Aliæ siquidem sibi inuicem committuntur, aliæ verò per
 venulas, quæ à venis distendantur, & carnes nutriūt, ea par-
 30 te inter se confluent. Quicumque autem à venis morbus ori-
 tur, is leuior est, quàm qui à nervis. Diffuitem enim vnà cum
 humore in venis contento, neque quiescit, venarumque ea na-
 tura est, vt humorem contineant, & carnibus distribuant.
 Nervi verò cum sicci sunt, tum cavitatibus carent, & ossi ad-
 hærescunt, maximamque partem ab osse nutriūt, & si quo-
 que ex carnibus alimentum habent, coloremque & robur in-
 ter os & carnem medium naturam sortiti sunt, & humidiorē
 quidem carnosiorēque quàm os, sicciorē verò & ad os
 magis accedentem quàm carnes naturam obtinent. Qui-

cunq; autem morbus ad eos accesserit, eodem loco firmatur & consistit, nec nisi aggrè expellitur. Præcipuæ verò eos appetunt distentiones, aliq; morbi ex quibus tremor corpusprehendit, quique tremorem inducunt. Nerui autem articulos constringunt, per totum corpus distenti, potissimumque validi & semper maximè crassi sunt, in his corporis partibus, in quibus paucissimæ carnes sunt, totumque corpus neruorum plenum est. At circa faciem & caput non sunt nerui, sed fibræ neruorū non absimiles inter os & carnem tenuiores & solidiores, partim etiam nerui cavitatem habentes. Capita futuras habent, alia quidem tres, alia quatuor. Quæ quidem quatuor habent, his sunt iuxta aures vtraque ex parte, & vnā futura anteriore, altera posteriore capitis parte. Et sic quidem se habet caput quod quatuor futuras habet. Quod verò tres ad aures vtrinque, & anteriore parte. At velut in eo quod quatuor habet, hac parte (posteriore scilicet) nulla futura enascitur. Qui plures futuras habent, hi capite meliùs valent. Inter supercilia os intercedit & maxillarum coniunctio in medio mento, & superiore parte ad caput est. Vertebrae hi quidem plures, hi verò pauciores habent. Quibus pauciores, his sunt duodeuiginti, quarum alia quidem sursum ad caput, alia verò deorsum ad sedem ferūt. Costæ septem partim quidem posteriore corporis parte ad vertebrae, partim verò anteriore in pectore inter se committuntur. Clauiculae articulos habet, partim quidem in medio pectore iuxta guttur, eaque parte articulis connectuntur, partim verò ad humeros ad scapulas reclinatos, quæ humeris semper adherescunt. At scapulae ad membra articulis connectuntur, super os quod in membro est incumbentes. Ab hoc os appendices duæ protenduntur, vna quidem interiore parte, altera exteriore, quæ ad scapulas ossi coherescentes, inferiore ex parte articulis coniunguntur. Quæ verò sunt in cubiti flexu, infra quidem radio in articulum coniunguntur, iuxta os natura sua cauum, paulum autem supra radium in cubiti gibbum, tum os, tum radius in eundem locum committuntur, & articulationem in cubiti gibbo efficiunt. Ad vnā verò appendices protenduntur valde tenues quatuor, duæ quidem superiore parte, duæ verò inferiore, & ad cubiti qui-

ti quidem
te ex osse
articulu
verò infra
dium qui
rentes, int
que inter
latum eff
lum habe
10 duæ quid
ferior cur
multos h
ctuntur,
ticulos, t
vnguem
te etiam
manu ex
acetabul
mora du
10 tera foris
parte, sec
periore c
modo bi
inclinat,
acetabul
furculo p
te ad nat
tem fem
tio, os q
30 Supra id
lum dur
hibet. A
inferior
riore ve
autem c
malleo
iam in
pedum
ti quoq

ti quidem gibbum duarum appendices adnatæ, superiore parte ex osse exoriuntur. Hæ cum osse cohærescentes, ad ossis articulum, in cubiti gibbum articulo committuntur. Quæ verò infra fixæ sunt, & intrò reclinatæ, eæ utræque ad radium qui superiore parte ad membrum defertur, concurrentes, interiore membri parte articulo committuntur, eæque inter se interiore cubiti parte commissæ, radium appellatum efficiunt. Inferiore verò parte ad manum, os articulum habet. Cum autem hac parte appendices tenetæ existant, duarum quidem in articulum non tendunt, superior verò & inferior cum osse ad manum articulo committuntur. Manus multos habent articulos. Quæ enim ossa inter se connectuntur, omnia articulos faciunt. Digni multos habent articulos, tres unusquisque. Unum quidem sub ungue, inter unguem & tuberculum, alterum in ipso tuberculo, quâ parte etiam digitos inflectunt, tertium, quâ parte digitus ex manu emergit. In coxendicibus autem duo sunt articuli, acetabula appellata, & iis femora articulo connexa. Ad femora duarum appendices porriguntur, una quidem intus, altera foris, neutraque in articulum tendit, neque ex altera parte, sed ossi in ipso femore annexæ sunt, femur autem superiore quidem parte, quâ in acetabulum immittitur, hoc modo bifidum est. In ea quidem bicipitij parte, quæ intrò inclinatur, in summo adnatum est rotundum ac leue, quod in acetabulum ingreditur. Altera verò pars minor quæ in bifurculo protuberat, foras magis prominet, & inferiore parte ad nates apparet, coxendixque nominatur. Ad genu autem femoris os hoc modo bifidum est. Huic verò bicipitio, os quod tibia appellatur, velut in cardine adaptatur, supra id quod aptatum est mola incumbit, quæ ad articulum dum extenditur humiditatem à carne descendere prohibet. Ad tibiam autem pertingunt appendices duarum, quæ inferiore quidem parte ad pedis malleolos desinunt, superiore verò ad genu, non perueniunt ad articulum. Ad pedem autem tibia iuxta malleolos articulum habet. Iamque infra malleolos. In pedibus articuli multi quemadmodum etiam in manibus sunt. Quot enim ossa, tot sunt articuli, & in pedum digitis pari numero & eodem se habent modo. Multi quoque in corpore articuli parui sunt, non simili tamē mo-

do in omnibus, sed aliis alij, hi autem à nobis enumerati, in omnibus similiter se habent. Alię quinetiam sunt aliis venę, nec tamen effatu dignę. Mucus omnibus à natura inest, & cum purus fuerit, bene valent articuli, ideoq; facillè mouentur, cum sint inter se lubrici. Oboritur autem labor & dolor, vbi vexauerit quę à carne fluit humiditas. Imprimis quidē rigidus fit articulus. Neq; enim lubrica est quę ex carne affluit humiditas. Deinde sua copia valde dispersa, neque à carne irrigata, semper resiccatur, cumq; eam ob multitudinem articulus capere non possit, effluit, maleq; concresecēs, nervos quibus articulus connectitur, attollit, elaxat, & dissoluit. Eamq; ob causam vel magis, vel minùs claudi fiunt. At verò quę eduntur aut bibuntur in ventrē feruntur, & ex ventre fibrę in vesicam extenduntur, quā parte humorem transmittit. Fluxiones autē contingunt, & perfrigerata valde carne, & concalescēt, & supertumefacta. Propter frigus quidem fluxiones fiunt, cum capitis caro & venę distentę fuerint, exq; carne propter horrorem in angustum coacta & elidente, humorem exprimunt, simul etiam carnes ipsę in angustum contractę, vicissim exprimunt, & capilli velox²⁰ vndiq; simul vehementer compressi eriguntur. Hinc quod expressum fuerit, quocunq; fors tulerit, fluit. Quin & ob caliditatem fluit, cum carnes rarefactę transitus præbuerint, humorq; calefactus tenuior euaserit. Quicquid enim humidū concalescētū fuerit, tenuius euadit, & quicquid cedit, fluit. Potissimū autem vbi quid valde supertumefactum fuerit, hanc ob causam fluit. Carnes admodū repletę, cum copiam capere nequeant, humor qui contineri non potuit effluit, fluitq; quocunq; datum fuerit. Omnino autem fluidis factis fluxionibus, fluidus etiā fit locus in quem fertur, 30 quoad fluxionis vię præ gracilitate cōpressę fuerint, cum corpus resiccatum fuerit. Cum enim corpus sibi ipsi cōmunice, quancunq; in partem humor obtigerit, siccitatem in se suscipiat & deducit. Neq; verò ipsam deducere est difficile, cum corpus vacuum existat, minimeq; præ gracilitate intumescat. Cum autem inferiores partes sicę euaserint, superiores verò humidę (superiora enim vasa magis humida sunt, cum plures venę sint parte superiore quā inferiore, & capitis carnes minore indigeāt humiditate) tūm sanè sic-

ca cor-

ea corpora
quę duci
ipsi sicci
res natura
At verò fl
in nares,
bit. Atqu
spicue. V
fluit. Quo
cum min
xantur la
habitę n
molestia
fę. Quin
rati & tal
rit, taber
defluxer
licet, quō
& oculi.
20 quo corp
ne si mul
nem poss
riores pa
eamque
ad exteri
parte ma
bet angu
sibi ipsis
autem cu
30 fluxio ve
obiecta
& humi
ipsaq; u
te deflui
nutritę,
Quod si
articulo
uerit. N
rioribu

13 ea corporis pars humorē ex capite ducit, simulq; meatus ei
 quæ ducit magis patent, quàm ei à qua ducitur. Cum enim
 ipsi siccī existant, ex eo sibi quæstum parant, simulq; humo-
 res natura deorsum ferri solent, vel si vis modica contingat.
 At verò fluxiones ex capite septem sunt. Quædam si quidem
 in nares, quædam in aures, quædam etiam in oculos decū-
 bit. Atque hæ quidem ex capite fluxiones, oculis sunt con-
 spiciuæ. Vbi verò in thoracem ob frigus defluerit bilis exi-
 stit. Quod ideo ferè cōtingit, quòd ad guttur facillè defluat,
 20 cum minimè sit contactum. Eos verò qui à frigore bile ve-
 xantur lassitudo eam ob causam detinet, quòd carnes bene
 habitæ minimè quiescunt, sed concutiuntur, concussæ quæ
 molestia & lassitudine tentantur, non secus ac ex via cōcus-
 sæ. Quinetiam cum in thoracem fluxio decubuerit, suppu-
 rari & tabidi fiunt. Cum verò in medullam fluxio contige-
 rit, tabes cœca oritur. Quòd si retrò in vertebrae & carnes
 defluerit, aqua inter cutem suboritur. Inde verò dignoscas
 licet, quòd anteriores partes siccæ sunt, caput scilicet, nares
 & oculi. Quin & oculorum caligo ac credit, & vna cum reli-
 25 quo corpore ex virore pallefcunt, neq; quicquam expuitur,
 ne si multum quidem defluat. Fluxio enim per mediam car-
 nem posteriore parte delapsa, & ab anteriore euerfa, ante-
 riores partes siccas reddit, carnem quæ in posteriora irrigat,
 eam quæ magis quæ ad interiora est, ad ventrem, quàm quæ
 ad exteriora, ad nares. Eam quæ ob causam corpus exteriorē
 parte magis quàm interiorē solidū existit, & foramina ha-
 bet angustiora. Quæ cum tenuia sint, constipantur, ipsa quæ
 sibi ipsis medetur, nulla quæ hac parte fluxio ferri potest. Intra
 30 autem cum latiora sunt, tum intermedia tenuiora habent,
 fluxio verò cum ex altioribus delabatur, & tenuia contra se
 obiecta habeat defluit, & carnes humiditate replet. Quin
 & humiditas quæ ex cibis eodem defertur, corrumpitur
 ipsa quæ ex commixtione corrupta & quod cum ea ex capi-
 te defluit, corpus nutriunt. Plurimo verò humore carnes
 nutritæ, & morbofo turgidæ, aqua inter cutem replentur.
 Quòd si parum defluerit, coxarium morbum & diuturnos
 articularum affectus (videtur dicuntur) facit, si fluere cessa-
 uerit. Nā cum exigū sit quod affluit, & vndiquaq; à poten-
 tioribus partibus depulsum, ad articulos se recipit. Diutur-

ni quoque articulorum affectus, *in parte dicti*, & coxendicum morbi, iis qui ab eiusmodi morbis conualuerunt, contingunt, quando quod morbum facit, sanum euaserit, in carne verò quid remanserit, cui cum neque intrò denuò neque foras exitus pateat, sed in cute tuberculum creet, in ipso exitu cōfugit ad id quod cedere potest, articulos nimirum, & aut articulorum diuturnos affectus (*in parte vocant*) aut coxendicum morbum parit. Quòd si nares intumuerint, & pituita ea quæ concreta repleantur, ea ubi concreuerit, aut fomentis, aut medicamentis extenuanda, minimeque auertenda est. Etenim si auersa aliò feratur, omninò fluxio maiorem morbum efficiet. Cum verò ad aures fluxerit, primum dolorem exhibet, vi enim fertur. Dolorem autem exhibet, quoad fistula contracta fuerit. Vbi autem fluere consueuerit, non amplius infestat. At verò ei quem dolor detinet, medicamentum naturâ calidum tepesactum, & Metopio subactum infundendum, & retrò cucurbitula admouenda, ad dextram, si sinistra auris doluerit, ad sinistram verò, si dextra. Nec verò scalpello cutis pertundenda, sed ut trahat tantum. Quòd si per hæc dolor minimè sedetur, ea quæ naturâ refrigerant, frigida infundito, & medicamentum quòd infra deiectionem moueat propinato. supra autem minimè, cum vomitus nihil conferat, & in reliquis refrigerantibus vtendum. Semperque modus qui sanitatem non inducit permutandus est. Quòd si grauius quidem malum reddiderit, contrariam viam amplectitor. Sin verò ad sanitatem vergat, nihil omninò ex his quæ adhibentur auferendum, neque aliud quicquid adiungendum aut apponendum. At ubi iam contracta fistula fuerit, multaque sanies purulenta & graueolens effluerit, istud ita faciendum. Spongiam sicco quodam medicamento siccandi facultate praedito imbutam, quam penitissimè in aurem indito, & medicamentum purgans naribus admouet, ut quæ prius ad aures defluebat, in nares feratur, neque id cum morbosum existat, ad caput rursus redeat. At verò cum ad oculos fluxio decubuerit, oculi inflammatione & tumore vexantur. Sic affectus medicamento aut liquido, aut sicco asperso curandus est. Quòd si subito inflammationem concipiant, nihil omninò illinito, sed vel fortissimo aliquo medicamento quod aut maxime

xime infero
cito & attrito
Quòd si ve
rimam lac
ctum & tu
ac colluan
Cum aute
buerit, sic
que modic
10 medicame
quoque die
neris, quo
cat, idque
facultate
carit & ob
menta cap
pite deduc
nis naso p
stente, ex
20 gnoscet, q
mitur, ced
manetur. p
que oculo
dem fluxi
verum me
Caput me
cibus, tum
quò atten
mentum
30 nullum m
dem conu
bus, neque
bus, & cre
cera efflu
insistat. E
minùs ha
lus, ut ista
ab incum
acies ext

ximè infernas partes vrito, vel alio quopiam aluum subdu-
 cito & attenuato, cautione adhibita ne vomitum prouoces.
 Quòd si velut lapilli decurrant, medicamentum quod plu-
 rimam lachrymam cieat illinito, & reliquū corpus hume-
 ctum & tumidum reddito, quò oculi humidiores euadant,
 ac colluantur, vt concretam lachrymam decurrere facias.
 Cū autem paulatim in oculos fluxerit, pruritumq; exhi-
 buerit, sic affectū molli medicamento, quod siccare simul-
 10 que modicam lachrymam ciere possit, illinito, naribusque
 medicamentum admovento, aut singulis diebus, aut tertio
 quoq; die eodem vtens. Sic autem medicamentum eius ge-
 neris, quod non ampliùs quàm acetabulum per nares edu-
 cat, idque paulatim. Quod verò oculis admouetur, siccan-
 di facultate valeat, vt quod oculorum medicamentum resic-
 carit & obturarit, etiam per nares deducatur. At medica-
 menta caput purgantia, quæ quidem sunt valētia à toto ca-
 pite deducunt, quæ verò imbecillia, ab oculis, & inde à vici-
 nis nasò partibus. Quòd si muco inter os & carnem subsi-
 stente, ex carne & osse in oculos fluxio decumbat, ex eo co-
 20 gnosces, quòd his ex locis defluat. Quod in capite compri-
 mitur, cedit, & vlcera in capite erumpunt, oculiq; illachry-
 mantur, palpebræ non exulcerantur, neq; mordet fluxio, ne-
 que oculorum aciem hebetat, sed eger acutiùs cernit. Siqui-
 dem fluxio minimè salsa est, cū de cerebro non procedat,
 verum mucosa magis. Sic affectus hac ratione curandus est.
 Caput medicamento non valenti purgandum, & corpus tū-
 cibis, tum medicamentis infra subducentibus attenuandū,
 quò attenuato corpore fluxus resiccetur, aut per medica-
 mentum naribus admotum diuertatur. Ad oculos autem
 30 nullum medicamentum admouendum. Quod si ne sic qui-
 dem conualescat, caput ad os vsq; secandum, non sublimi-
 bus, neque transuersis secturis, sed ad os ipsum pertingenti-
 bus, & crebris quidem, quò collectus humor citiùs per vl-
 cera effluat, simulque crebræ suturæ efficiant. vt caro ad os
 insistat. Ea; curatio huiusmodi successum est habitura. Sin-
 minùs hæc cōmodè præparata fuerint, non est clotus ocu-
 lus, vt ista clotione acutiùs cernere possit, semperq; potiùs
 ab incumbente humore splen descens redditur, hominisq;
 acies extinguitur. Quòd si in ipsius visus humorem purum

eruentus aliquis humor inciderit, huic pupilla intus in oculo minimè esse rotunda ob eam causam apparet, quòd in quo eructum illud inest, visionem non recepit, huicq; quod cernitur desinit rotundum esse, & ante oculos ei quædam obuersari videntur, nihilq; quicquam, re vera ut est, cernit. Huic venas adurito, quæ videndi aciem premunt, quæque semper pulsant, & inter aurem & tēpora à naturâ sitæ sunt, easque vbi occluseris, medicamenta quæ humectant oculis adhibeto, lachrymamque quam plurimam educito, ut quod in oculis consistit & morbum facit, colluatur. Quòd si rumpatur oculus, mollibus & acerbis medicamentis vtendum, ut constrictum vlcus in angustum redigatur, cicatrixque tenuis fiat. Cùm verò albugo fuerit, lachrymæ oculo conferunt. At eum in thoracem fluxio decubuerit, bilisque fuerit, quod hinc manifestum est, dolor lateris mollitudinemprehendit, & clauiculam quæ ei è regione responderet, febris adest, linguaque superiore parte ex viridi pallefeit, & concreta excreantur. In hoc morbo periculum septimo aut nono die instat. Vbi vtraque latera doluerint, reliquaque inflammatio vt in priore se habuerint, hæc quidem pulmonis inflammatio est, illa verò pleuritis; eamque ob causam oriuntur. Cùm de capite per guttur & arterias asperas in pulmonem fluxio incubuerit, is nimirum sua naturâ rarus & ficans cum existat, quicquid humoris potest in se attrahit, & vbi influxerit maior redditur, & si quidem in totum fluxerit, fibræ maiores redditæ vtrunque latus attingunt, pulmonisque inflammationem faciunt; cùm verò alterum tantum, lateralis sit morbus, pleuritis dictus. Pulmonis inflammatio longè periculi plenior est, & dolores ad laterum mollitudinem & clauiculas multò vehementiores habet, linguaque longè est pallidior, fauces ex fluxione dolor occupat, vehemens lassitudo detinet & spirandi difficultas sexto aut septimo dieprehendit. Hunc nisi febris septimo die dimiserit, moritur aut suffocatur, aut vtrunque contingit. Quòd si nono die, duobus interpositis diebus corripiat, hic etiam ut plurimum aut moritur, aut suppuratus euadit. Si verò duodecimo die, suppuratus sit, si decimo quarto conualefcit. Et qui ex pulmonis inflammatione, aut morbo laterali pus intus colligunt, minimè moriuntur, sed conualefcunt.

ualefcunt.
eundem locum
bilis quide
sedatur, p
sedatur. Pu
quàm ad p
ligitur & c
thorace co
citatum fu
10 repurgatu
gis fluit, s
gis fluit &
a capite de
cedit, ad m
vlcere pur
extra pul
contulâ fu
si quis cor
quidem in
20 dem locum
asperas ar
tur coniu
duè, nec
enim refic
rum cùm
sim induc
quod infl
stiam spir
cit, vtea v
30 etiam in p
pruritus e
rit, prurit
sit quod in
di sunt, v
vbi siccus
dignosca
vbi verò
cùm tussi
di occupat

ualefcunt. Purulenti verò vt plurimum, fiunt, cum fluxio ad eundem locum, velut in bilis fluxionibus, decubuerit: fed in bilis quidem fluxionibus multum defluit, & vbi defluit, fedatur, purulenti verò, tum minus defluit, tum minimè fedatur. Purulenti quinetiam fiunt, cum minus excreant, quàm ad pulmonem defluat. Quod enim in pulmone colligitur & defluit, in pus vertitur. Pus autem in pulmone & thorace collectum, vlcera & putrefacit. Et vbi vlcus excitatum fuerit, ab vlcera parte, & ab eo quod per fputum repurgatur defluit. Ac fimul quidem caput concuffum magis fluit, fimulque ex vlcera thorace & pulmone magis fluit & vlcera motu ipfo refriquantur, vt etiam fi quod a capite defluit, ceflet, id tamen quod ab ipsis vlceribus procedit, ad morbum faciendum fatis elle poffit. Fit etiam ab vlcere purulentus, & lenior hic morbus eft. Fit verò etiam extra pulmonem, potiffimum quidem ex rupto, & vbi caro contufa fuerit, circa quam pus colligitur, collectum que, fi quis corpus concutiat, fluctuat, & ftrepitum facit. Et hæc quidem inufione curantur. At verò tabes fit, cum ad eundem locum, velut in purulento, fluxio fertur, per guttur & afperas arterias aortas appellatas, quæ pulmonem & guttur coniungunt. Defluit autem in pulmonem fenfim affidue, nec copiofam in pulmone humiditatem facit. Dum enim reficcatur quod defluit in gutture concrefcens, nimirum cum non eluitur, fed fenfim influit ac detinetur, tuffim inducit & in afperis arteriis (aortis dictis) detentum quod influit, cum hæ angufta foramina habeant, anguftiam fpiritus exhibet, eamque fpirandi difficultatem facit, vtea velut deficiente, femper refpirare defideret. Quinetiam in pulmone, cum non admodum humidus exiftat, pruritus exoritur. Cum verò multum ex capite defluerit, pruritus in pulmone non fit, cum fi quidem copiofum fit quod in ipfum defluit, & fuppurati ex tabidis huiusmodi fiunt, vbi humidius corpus redditum fuerit, contraque vbi ficcius, ex fuppuratis tabidi. Suppuratos hac ratione dignofcas. Lateris mollitudinem ab initio dolor detinet, vbi verò iam pus collectum eft, & dolor fimiliter vexat, cum tuffis fuboritur, tum pus exfcreatur & difficultas fpirandi occupat. Quod fi nondum pus eruperit, in lateris mol-

litudine concussum, velut in vtre strepitum edit. At si horū nihil adfuerit, suppuratio tamen adit, ex his signis coniecturam facias. Magna spirandi difficultas adest, subraucum loquitur, pedes & genua intumescunt, magis verò ex lateralibus mollitudine in qua pus inest, thorax incuruatur, & membrorum solutio oritur, sudore etiam totum corpus perfunditur, interdum quidem sibi calidus, interdum etiam frigidus videtur, vngues circumtenduntur, & venter incalescit. Atque ex his suppurati dignoscendi sunt. Cum verò posteriore ex parte fluxio in spinam decubuerit, huic tabes eiusmodi suboritur. Lumbos dolor occupat, & anteriores capitales partes ipsi vacuæ videntur. At verò bilis hoc modo periculi plena est, si in oculis regius morbus oboritur, in vnguibus liuores suborti fuerint, corpus vlcera habeat, partesq; circa vlcera liuidæ fuerint, cum sudor non toto corpore, sed aliqua tantum corporis parte erumpit, & cum febre remanente ex pallido virescens excreatur, aut si excreatio cesset, cum adhuc in pulmone remanet ex pallido virescens. Quod ipsum contingatur necne dignoscendum. Cum remanet, in faucibus respirantis strepitum edit, difficultas spirandi periculi plena adest, & singultus febrisque discedit excreatione adhuc in pulmone existente, & debili iam egro alius secedit. Ista sunt pulmonum inflammationis & lateralis morbi periculosa indicia. Lateralis morbi hæc instituenda curatio est. Febrem per septem dies ne sedato, portione verò aut aceto mulso, aut aceto & aqua vtendum, eaque quam plurima offerenda, vt quæ inde contingit madefacto, excreationem faciat. Dolor medicamentis calefacientibus sedandus, & sorbitione exhibendum quicquid excreationem mouere possit. Balneis etiam quarto die vtendum, quinto autem & sexto oleo illinendum. Septimo lauandum, nisi febris dimiserit, vt ex balneo sudor oboritur. Quinto insuper & sexto validissimis vtendum excreationem promouentibus medicamentis, quò quam facillime septimum transigat diem. Quòd si neque septimo die desierit, nono desinet, nisi aliud quiddam periculum cōtingat. At vbi febris dimiserit, sorbitiones quam debilissimæ offerantur. Si verò vacuatio oboritur, si quidem corpus adhuc iuuenile existat, potū subducito. Quòd si febris decessit.

deceſſerit, triticeis ſorbitiõibus vtitor. Eodemque modo pulmonis inflammationem curato. Suppuratis caput minimè validis medicamentis purgandum, ſed ſenſim ad nares auertendum, cibusque ventrem ſubducentibus vtendum. Et vbi morbi principium non ampliùs fuerit, ſed fluxus diuertitur, exſecratio promouenda. & tuſſis excitanda, & tum medicamentis quæ infunduntur, tum cibus vtendum. Cùm autem exſecratio mouenda eſt, pluribus etiam cibus, tum ſaliſ, tum pinguibus, vinoque auctero vtendum & cùm hoc modo habuerit, tuſſis excitanda. Tabidos quinetiam quoad reliqua curabis ad eundem modum, præter quàm quòd cibaria non multa ſimul exhibenda, neque opſonia plura quàm cibaria, & vino diluto inter cibos, ne calefaciat, vtendum, & in corpore debili calorem exhibeat, & vtraque ſimul eodem tempore calefaciant, & calore multam fluxionem inducant. Vbi per gulam in ventrem fluxio decubuerit, infra accumulatio interdumque ſupra fit. Huic quidem ſi dolor in ventre adfuerit, is primùm medicamento aut ſucco ſubducendus, deinde medicamento valentiore vtendum, 20 cibus verò aluum ſubducentibus, quamdiu dolor detinuerit. At vbi dolor ſedatus fuerit, cibus roborantibus vtendum. Ad eundem verò modum etiam vbi per multos dies accumulatio detinuerit curato. Quèd ſi imbecillus fuerit, & præ imbecillitate iſta offerri nequeant, primùm quidem priſanæ ſucco aluus per infuſum eluenda, deinde vbi per hunc purgaris, adſtringente aliquo vtendum. Cùm autem in carnem poſteriore parte iuxta vertebras illapſa fluxio aquam inter cutem excitari, hunc in modum curato. Cervicis carnem, quæ in medio eſt venarum, tribus cruſtis in- 30 urito, inuſtum conſtringito, & quàm tenuiſſimas cicatrices facito. Et vbi viam intercluſeris, medicamentum ad nares admouero, vt eò diuertatur. & imbecillum rurfus, donèc aliò auertatur, ac anteriores quidem capitis partes calefacito, poſteriores verò refrigerato. Et poſtquam partibus capitis anterioribus excalſaetus tibi videbitur, cibos edat qui corpus maxime tumefaciunt, & minimè ventrem ſubducunt, quò fluxionis meatus anteriore capitis parte quàm maximè dilatentur. Poſteaquam verò viam intercluſeris, & id quod affluit auerteris, ſi quid, priùs quàm fluxionem ad

curationem accommodaris, ad corpus peruenerit, hoc modo curare oportet. Si quidem ad cutem magis processerit, externis partibus fomentum adhibendo, si vero intrò ad ventrem, neque foris conspicuum sit, medicamentum propinando, sin vtramque in partem, vtrunque detrahèdo. Diligètia autem adhibenda est, vt quam proximum exitum facias, siue supra, siue infra, siue alia quauis corporis parte exitus detur. Cum coxendicum morbus ex fluxione oritur, cucurbitula admota foras attrahere oportet, neque cutem scalpello pertùdere, & calefacientia propinando intus calefacere, vt exitus pateat tum extra ad cutem per cucurbitulæ tractionem, tum intra ad ventrem, per caliditatem. Vbi nanque fluxioni via interclusa fuerit, neque habuerit, quò procedat, via ad articulos facta, in id quod cedit defluir, & coxendicum morbum inducit, aut posteriorum partium tabem. Sic affecto caput medicamento imbecillo purgandũ, donec aliò auertatur fluxio, & victus ratione, velut antea, vtendum. Medicamentum autem potui exhibeto deorsum purgans, & aluum inferiorem lacte infuso subluo, cætera fomentis curato. Cum lien ex febre tumidus extiterit, quod fit cum corpus extenuatur. Ex iisdem enim & lien augetur, & corpus contabescit. Cum autem corpus extenuatur, & lien turgescit, vnà etiam cum corpore omentum extenuatum fuerit, eius pinguedo colliquescit. Vbi verò partes istę pinguedine vacuę fuerint, & ex liene turgescente in omentum defluerit, quod cum nimirum valde vicinum existat, & vasa vacua habeat, id excipit, atque vbi semel in corpore morbus exortus fuerit, ad id quod morbosum est vertitur, nisi quis rectè tractet, vt etiam si bene tractetur, periculo non careat. Hunc sic curato. Medicamenta per quę aqua purgetur potui exhibenda, & cibi maximè tumefacientes offerendi. Quòd si ne sic quidem leuius habeat, quàm tenuissimis & leuissimis crustis, quò aquam emitte-re possis, in vmbilici ambitu inurito, & supra vmbilicum vnā, singulisque diebus emittito. Cumque morbus inter alios maximè periculi plenus sit, in his periclitari oportet. Nam si quidem successerit, sanum reddes, sin verò frustratus fueris, nihil grauius quàm quod euenturum erat perpetietur. At in puero aquam inter cutem sic

sic curato. Tumidas & aquæ plenas partes gladiolo aper-
 rito, crebroque ac parum, & à singulis corporis partibus
 educito, fomentisque vitior, & semper quod apertum
 est calefaciente medicamento illinito. Lateralis morbus
 sicus citra fluxionem oritur, cum ex vehementi siti pulmo
 admodum resiccatus fuerit. Pulmo enim cum sicus existeret,
 ubi amplius quam pro natura resiccatus fuerit, gracilis eva-
 dit, & impotens redditus, ad latus præ impotentia inclina-
 tur, ipsumque contingit, eoque contacto, cum humidum
 10 existat, ei adhærescit, & morbum lateralem facit. Tunc
 verò dolor ad latus & iugulum oboritur, & febris, & album
 excreat. Hic multis potionibus curandus est & laudandus,
 ei que medicamentum quod dolorem sedet exhibendum,
 aliaque quæ excreationem faciunt. Hic intra septimum diem
 conualescit, neque morbus periculosus est, neque cibos ex-
 hibere oportet. At verò febres hanc ob causam oriuntur.
 Cum corpore tumidiore reddito carnes intumuerint, pitui-
 ta bilisque conclusæ conquieverint, nihilque refrigeretur,
 neque exeat, neque moveatur, neque aliud quid subeat. Cum
 20 lassitudo febris & plenitudo detinuerit, multa aqua lauand-
 dum, & liquido illinendum, & quam maximè calefaciendū,
 quò calor aperto per sudorem corpore exeat, hæcque conse-
 quenter tribus aut quatuor diebus facienda. Quò si non
 sedetur, medicamentum quòd bilem educat propinato, &
 febrem perfrigerato, prius quàm ad quartanam deueniat.
 Neque tamen dum corpus turgescit medicamentum potui
 exhibendum. Non enim iudicationem nisi parvam sub-
 eunt, nimirum corpore intumesciente. Cum autem gracilis
 fuerit, propinandum, & expurgabitur. In febre cibis mini-
 30 mè offerendus, neque sorbitionibus aluus subducenda. In
 potu exhibenda calida, aqua mulsa, & acetum cum aqua,
 eaque quàm plurima propinanda. Potus enim minimè fri-
 gidus in corpus ingestus, cum calidus existat & maneat, ex
 ægro corpore detrahit, siue urinas deducat, siue sudorem
 eliciat. Vndique enim apertum corpus & respiras ac motum,
 quod conducit facit. Quòd si gracilem febris vrat, mani-
 festum quòd non ob corporis tumorem febris detinet, ac
 si non cesset, nutrire & tumidum reddere oportet. Quòd si
 sic sic quidem conducit, manifestum non oportuisse per

oblato cibos febrem inducere. Huic medicamentum propinandum quod educat qua parte magis febris detinet, siue superiore, siue inferiore. Et si superiore quidem, supra, si inferiore, infra. Nihilo verò minus etiam debilibus medicamenta valentia sunt propinanda, sed similiter, aut hoc modo tantum, robustis quidem ut valens, debilibus verò debile exhibeatur. Ardores autem potionibus & sorbitionibus, veluti febrem refrigerante medicamento exoluito cammaro, aut alio quopiam id genus. Ac vbi ex refrigerante ad nauseam deuenit, calefacientibus deinceps vitior. Quod si non cesset, refrigerantibus rursus vtendum. Morbum regium ad hunc modum curare oportet. Vbi in manus sumeris, nutrito, lauato, & pinguefacientibus, tum potibus, tum cibis, tribus aut quatuor diebus humectato. Vbi verò corpus humectatum fuerit, purgato, ipsumque exiccato, pinguiusque confestim submoueto, & vndique admoto medicamento si fieri possit humiditatem educito, ad caput imbecillo purgatorio vitior, & quæ vrinas ducant propinato, & ante cibos eo tempore quo turbatam humiditatem repurgaris, potui exhibeto, ne post hoc tempus corpus nutriatur. Cum verò extenuatum fuerit, balneis purgato, & cucumeris agrestis radicem contusam & in aquam coniectam, inde balneum parato. Medicamenta bilem educentia ne propinato, ne corpus ipsum magis conturbent. Vbi verò siccum fuerit quod conturbatum fuit, nutrito, nullo admixto aluum subducente, aut vrinas cientem medicamento, sed vino generoso, & his quæ rubicundiores reddant. Quod si colore sit ex viridi pallescente, rursus exhaurito, neque vlllo modo resiccato, ne color ille defixus inhærescat. Vlcus ferinum hanc ob causam corpus inuadit. Vbi caro circumcirca inflammationem conceperit, & vlcis labra intumuerint, vlcusque humidum & in vlcere sanies resiccata inerit, aut vlcus compactum fuerit, putris ab vlcere sanies defluens, à compacto vlcere foras ad carnem prodire prohibetur, caro autem suscipit, cum nimirum ex inflammatione sublimis existit, cumque eo peruenerit subterfluens sanies, putrefacit & attollit. Hunc medicamentis humectantes, vlcus ipsum illinere oportet, vti ex humectato vlcere foras fluxio neque subter carnem effluat. Et quæ ad vlcus

vlcus affluunt, refrigerantibus medicamentis illinenda, vti
 caro frigore condensata coeat, & minimè diffracta rursus
 fluxionem immittat. Quin & reliqua vlcera refrigeranti-
 bus medicamentis oblinenda sunt, iisque humectantia ad-
 hibenda. Angina à sanguine oritur, cum sanguis in venis
 quæ in collo sunt concreuit. Sic affectis à venis quæ in bra-
 chiis sunt sanguinem detrahito, simulque aluum subducito.
 vt id quod morbum exhibet, auellatur. Linguam quoque
 cum magna vlcera habuerit similiter tractato. Morbi qui-
 dem circa initia curandi sunt, & in his quidem qui à fluxio-
 nibus oriuntur, primùm fluxiones sedandæ. Qui verò alia
 ex causa, in his morbi principium sedandum & curandum.
 Deinde quod influxit, si quidem copiosum est, educendum,
 sin modicum, victus ratione compescendum. In capitis fra-
 cturis, si os quidem fractum sit & contritum, periculo va-
 cat, & medicamentis humectantibus curandum. Quod si
 fissum fuerit, & fissura intrò procedat, periculi plenum est.
 Huic serratam adhibere oportet, ne sanies per ossis fissuram
 affluens, membranam putrefaciat. Nam cum per angu-
 stum quidem subeat, nec ramen exeat, molestia afficit, ho-
 minemque ad insaniam adigit. Huic terebram adhibere
 oportet, vt latè terebrato osse, saniei exitus, neque solum
 ingressus pateat, & medicamentis quæ humorem ad se at-
 trahant vtendum ac lauandum. Febricitanti caput ne pur-
 gato, vt ne ad insaniam agatur. Caput si quidem medica-
 menta purgantia calefaciunt, sanæque ad febrilem calorem
 medicamenti calor accedens, insaniam excitat. Lethalium
 vulnere hæc signa sunt. Si quis quauis ex causa malè affe-
 ctus, bilem atram vomitione refuderit, moritur qui vulnus
 habet, qui que euacuatione detentus, imbecillus ac exte-
 nuatus, de repente siccus confidet, moritur. Vbi caliditate
 detento, vlcuscula in ambitu liuida, imbecillo existenti eru-
 perint, moritur. Cum quopiam morbo detento, imbecillo
 iam existenti, liuores eruperint, lethale. Cum quis ex me-
 dicamenti portione malè affectus fuerit, & infra supraque
 demittit, vinum primò quidem dilutum, deinde meracum
 frequenter sorbendum exhibero, & sedabitur. Medicamen-
 tum autem neque purgans, neque vomitum excitans dato.
 Si bilis sua sponte, aut infra, aut supra proruperit, difficilius

sedatur. Quæ enim sponte fertur, vi corpori illata propellitur. Quod si ex medicamento effluat, à nulla re cognata cogitur. Cum euacuatum & vomentē curandū susceperis, vomitū ne sedato. Vomitus siquidē euacuationē sedat, facilius autē postea vomitus sedabitur. Quod si ita affectus debilis fuerit, à vomitu medicamentū somnū concilians exhibeto. Sanguis quidem cum morbum facit, dolorē inducit, pituita verò, vt plurimum gravitatē. In morbis quos quis minimē cognoscit, medicamentum minimē vehemens potui exhibendum. Quod si inde leuior æger euadat, demonstrata via est, & extenuando curatio instituenda est. Sin verò minimē leuius, sed ægrius habeat, contraria facienda. Si extenuare minimē cōducit, tumidum reddere cōtulerit, crebroq; permutare, hoc consilio vsus. Quibus in morbis robusto ægro, quis permutatione vtetur, morbo verò debili, tunc quidem audacter valentiorē quàm morbus est medicamnto vtendū, vt quamuis quod sanum est vnà cum egroto educatur, nulla inde sit noxia. At vbi morbū valentiorē, ægrum verò debilē nactus fueris, debilibus medicamentis curatio instituenda est, quæ morbo superiora sint, ipsumq; abducant, ægrum autem nihilo debiliorem efficiant. Ars corporum exercitrix, quæ Gymnastica dicitur, & Medicina contrariæ inter se esse solent. Siquidem quæ exercitationibus præest, nullis eget permutationibus, velut Medicina. Sano namque præsentem statum permutare nihil prodest, sed ægroto. Morbi quicunque vlcerum genere continentur, & reliquo corpore supereminet, vnà cum medicamētis etiam fame curandi sunt. Fluxione ex capite manante vomitus confert. Morbi vetusti difficilius quàm recentes curantur, verūm vetustos morbos primum recentes facito. Vlcus callosum, vbi quod durum est medicamento putrefaciente expuleris, demūm constringito. Medicamenta quæ tumorem facere maximē solent, ea pura constringunt, quæ verò extenuant, ea purgant. Quod si quis quæ nondum matura sunt constringat, corpus morbosum nutrit quod vlcus habuerit. Et siquidem vlcus constringere ac implere opus sit, tumescere iuuat, vel si carnem in capite producere velis. Cibis enim connutrita caro, eam quæ à medicamento computruit, propellit, & debellat. Elatam verò in tumorem &

lzuent

leuem cibis extenuare oportet. Macrore confectis & malè
 habentibus, mortemque laqueo sibi consciscere volenti-
 bus, mandragoræ radicem mane propinato, minore ta-
 men pondere quam quod furorem excitet. Conuulsionem
 hoc modo curare oportet. Ex vtraque lecti parte ignem
 succendito, & mandragoræ radicem propinato, minore
 quàm quod insaniam excitet pondere, & ad posteriores
 tendones sacculos calidos admoueto. A conuulsione si fe-
 brisprehendit eodem die cessat, aut postero, aut etiam ter-
 tio. Exrupto febris non vltra tres aut quatuor dies prehen-
 dit. Quòd siprehendat, ratus quis exrupto ea detineri, alia
 quapiam ex causa corripuit, neque ea veluti exrupto tractan-
 da. Cùm homo distortis pedibus aut manibus fuerit, in-
 saniam sibi inducit. Venam autem sic inurere oportet, vt
 morbo quocunque quis ægrotarit, conueniat. Si inustus
 quis fuerit, fluat autem sanguis, vt ne ipsi periculum afferat,
 ambo hæc facere licet. Si inusseris qua parte dolor est, cuius
 gratia vrebatur, non coalescit, verùm ad fluxum contulit. Si
 enim perusta fuerit, minimè effluit. Tūc enim vtrunq; venæ
 extremum qua parte perustum est recurrit, simulque exic-
 catur. Quòd si quid relictum fuerit, ab ea parte quæ relictæ
 est profluente, humectatur. At si sanguis ex vena effluit, e-
 am obliquam perurito. Quòd si non cesset, ad hæc superio-
 re & inferiore parte vtrunque incidito, quò sanguinis fluxus
 auertatur. Interceptus enim facilius quam confertus, medi-
 camento sedatur. In capitis dolore sanguinem ex venis de-
 trahito. Quòd si non cesset, sed diuturnus sit, venas inurito,
 & conualescit. Si verò caput purgaueris, magis affliges. Ars
 Medica, vt citò addiscatur fieri nequit, propterea quòd in ea
 firma aliqua doctrina tradi non potest. Verbi gratia, qui
 vno modo quem docent pingere, didicit, omnia nouit, &
 qui sciunt omnes eodem modo ideò quòd idem est, & eo-
 dem modo fit, & nunc & non nunc, neque contrario modo
 fieri potest, sed semper meritò simile est; neque temporis
 occasione opus est. Ars verò Medica, & nunc, & paulò post,
 non idem facit, & sibi contraria facit; eaq; sibi ipsis contra-
 ria. Primum aluū subducentia non semper hoc faciunt, eaq;
 vtrunq; faciunt. Neq; forte sic se habent aluum subducen-
 tia, vt aluum sistentibus sint contraria. Aluo suppressa, ob

vehementem suppressionem corpus tumidum redditur, pituita ad ventrem perueniente, sic suppressio alui subductio, nem facit. Vbi enim pituita ad ventrem peruenit, euacuatio contingit. Hoc verò modo quæ natura aluum subducunt, aluum remorantur. Siquidem aluum minime subducentia reddideris, exoluatur autem id quod morbum facit & humectetur, postquam exolutum fuerit, sanus euadit. Eaque ratione quæ sistunt subducentibus aluum remorantur, vicissimque aluum subducentia sistuntibus. Eodem modo se res habet circa rubicundos & ex viridi pallescentes. Quæ tumorem corporis faciunt, ex viridi pallescentes & decolores reddunt, & quæ extenuant, bene coloratos. Vtriusque verò remedium est contrarium contrario adhibitum. Verbi gratia, cum intumuerit qui ex viridi pallescit, is exoluitur, nisi attenuans aliquod medicamentum adhibuitum fuerit, hicque intumescenti attenuans profuit. Ex his autem quod aliquando vtilitatem percepit, nunc ei qui profuit hic prodest, si quando ex attenuatione decolor, & ex viridi pallescens extiterit. Si quis enim tumorem inducens medicamentum adhibuerit, color ille ex viridi pallescens sedatur. Dolor etiam oritur ob frigus & ob calorem, & propter nimiam copiam, & propter paucitatem. Et in natura perfrigeratis ad cutem corporis partibus, ob nimium calorem dolor suboritur, & in calidis natura, ob frigus. Et in siccis quidem natura, dum humectantur, & in humidis natura, dum resiccantur. Cum enim cuiusque natura immutatur & corrumpitur, dolores fiunt, & sanantur contrariis, idque proprium est cuique morbo. Velut in natura calidis, ob ipsam frigiditatem malè habentibus, calefiunt dolores & curantur, reliquaque eadem ratione se habent. Alio modo, per similia morbus oritur, & per similia oblata ex morbis sanantur. Veluti stranguriam cum non adest, idem facit, & si adsit, sedat. Tussisque eodem modo ut vrinæ stillicidium, ab iisdem fit & sedatur. Alius hic modus est, febris ex tumefactione orta, interdum quidem ab iisdem fit & sedatur, interdum verò à contrariis. Etenim si quis interdum calida lauet, & copiosum potum exhibeat, sanus euadit, & propter tumefactionem exorta febris, oblati tumorem inducentibus sanescit. Ac si quis medicamentum aluum

alium subducens aut vomitum mouens propinare velit, ad
 eundem modum ab iis quæ excitant sedatur, & à sedanti-
 bus excitatur. Etenim si quis vomenti copiosam aquam
 porui exhibeat, vnâ cum vomitu eluentur ea quæ vomitus
 causa sunt. Huic quidem per vomitum vomitus sedatur, illi
 verò per ea quæ sedant, quoniam ipsi per inferiora demit-
 tunt quod intus vomitum facit. Sicque vtrisque contrariis
 modis homo conualefcit. Ac si quidem in omnibus hoc mo-
 do se habeat, constitutum quidem sic fuerit, hæc quidem
 10 contrariis curari, quæcunque sint, & quacunque ex causa
 fiant; illa verò similibus, quæcunque tandem sint, & à qua-
 cunque causa fiant. Cuius rei causa existit corporis debilitas.
 Corpus enim à cibis æqualibus æqualiter nutritur, à cor-
 pore verò cibi superantur. Vbi verò plus aut minus ingesse-
 rit, aut aliqui immutatus fuerit, superatur, & cibi superan-
 tur, cumq; superatur, vt corpus ab oblati vigore accipiat
 efficiunt, iiq; simul corpus superant, ac statim contraria ef-
 ficiunt. Calida lauari, dum quidem corpus calidam admodum
 superat, vigere corpus facit, sin superatū fuerit, gracile red-
 20 dit. Et comestatio idem quod balneum efficit. Hæc si qui-
 dem dum superantur, corporis vigorem faciunt, vbi verò
 superauerint, tum alui deiectiones, tum varia vitia adfe-
 runt. Quando verò id cui offertur immutatur, id quod of-
 fertur immutari necesse est. Immutatum enim corpus cum
 euctum sit parum est efficax, & ex quouis offensiones reno-
 uat. Hoc autem efficiunt quæ alium subducunt, & quæ vi-
 gorem inducunt, hæc corpus extenuatum reddunt, & reli-
 qua omnia quæ his contrario modo afficiuntur. At verò ars
 Medica breuem habet occasionem & qui hoc nouit, illud
 30 constitutum habet, & nouit quæ sint rerum species, vel non,
 ad quas cognoscendas occasio non est in arte Medica, nem-
 pe quòd alui subductiones per alium non secedunt, & reli-
 qua quòd contrario modo se habent, & quod maximè con-
 traria, non sunt maximè contraria. Hæc est autem ciborum
 offerendorum occasio, vt ea copia exhibeantur, quam cor-
 pus superare valeat. Quod si contingat cibum alium sub-
 ducentem oblatum alium subducere, & corpus tumefaci-
 entem tumefacere omnino necesse est. Si igitur cibos cor-
 pus superauerit, neq; morbus, neque ex his quæ offeruntur
 Dd

contrarietas oritur, eaque est occasio quam Medicus cognoscere tam habere debet. Vbi verò occasionem prætergressus fuerit, contrarium accidit, & antequam eo deueniant, se incallescere existimant. Quamdiu enim quod offertur corpus superauerit, id nutritur. Vbi verò hanc occasionem prætergressum fuerit, contrarium contingit, siquidem extenuatur. Quin & reliqua omnia, & quæ tumefaciunt, quoad corpus superauerit, prætereaque pro occasione oblata fuerint, etiam in singulis, suam naturam seruant, & tumor excitant. At ubi occasionem excesserint, contraria contingunt. Omnia medicamenta sunt, quæ præsentem statum dimouent, valentiora autem omnia immutant. Licet autem, si quidem velis, medicamento transmutare, sin minus, cibo. Egrotanti verò omnia è præsentis statu dimouere opem fert. Nisi enim quod morbum facit dimoueris, augetur. In morbis debilibus medicamenta naturæ valentia minimè sunt exhibenda, neque imbecillitas medicamenti paucitate metienda est. Sed in valentibus naturā, valentibus medicamentis vtendum, debilibus verò non valentia medicamenta danda. Neque medicamentum transmutandum est, sed singulis secundum suam naturam exhibendum, ita vt debilibus quidem, debilia naturæ medicamenta, valentibus verò morbis, valentia naturæ medicamenta exhibeantur. Morbi autem per eam partem cui maximè viciniores solent, educendi. Per eam autem partem qua singulis quam proximus est exitus, educi debent. Hæc aluum subducunt, quæcunque lubricant & incidunt, & quæcunque in calidis attenuantur. Venter enim calidus est, & reliqua quæ salsa sunt, & quæ ex his plurimum habent. Minimè autem aluum subducunt, sed sistunt, quæcunque statum exhibent. Humida enim resiccata statum pariunt, quæq; adstringunt, & quæ calore concresecunt, friabilia sunt & sicca. Quæcunque autem foris extenuant, ea omnia, intro assumpta tumefaciunt, eademque roborant & tumorem inducunt, quæq; aluum subducunt extenuant, eadem calefaciunt. Ad hæc verò etiam acida pituitosa sunt. Quæcunque autem ventrem refrigerant, eadem aluum subducunt, & quæ frigida sunt, & humida, cum verò aluum minimè subducunt, calefaciunt. Calida autem in ventrem assumpta, citò etiam refrigerant. Quæ verò aluum non mouent, in ventre calida existunt.

existunt. Ex his quæ plenitudinem inducunt, maximè tu-
 mesciunt. Quæ verò plurima ingesta plenitudinem non
 faciunt, ea alium deiciunt. Ars sanè Medica iam mihi tota
 inuenta esse videtur, quæ sic comparata est, vt singulas &
 consuetudines, & temporum occasiones doceat. Qui enim
 hoc pacto artis Medicæ cognitionem habet, is minimùm
 ex fortuna pendet, sed & citra fortunā, & cum fortuna, rectè
 eam administrabit. Firma enim est ars tota Medica, eiusq;
 præceptiones ex quibus constat pulcherrimæ, fortuna mi-
 nimùm indigere videntur. Sui enim iuris est fortuna, nulli
 imperio paret, neq; ad cuiusquam votum sequitur. Scientia
 verò imperio paret, neque felici successu caret, si quis ea in-
 structus vti volet. Deinde quānam in re Medicina fortunæ
 indiget? Si quidem explorata sunt morborum medicamen-
 ta, quemadmodum reor, ea vt morbis sanitatem adferant,
 minimè fortunam morantur, si quidem medicamenta sunt.
 Quòd si cum fortuna ea exhibere iuuat, non magis medi-
 camenta, quàm quæ talia non sunt, vna quidem cum for-
 tuna morbis oblata sapientem restituunt. At verò quisquis
 fortunam ex arte Medica, aut quouis alio negotio penitus
 eiicit, negatq; eos qui probè aliquid nouerunt, fortuna vti,
 is mihi contrā quā debet sentire videtur. Hi enim soli vel
 successu potiri, vel eo frustrari videntur, qui rectè quid vel
 malè facere nouerunt. Est enim prosperè succedere rectè fa-
 cere, quod faciunt, qui sciunt. At verò successu frustrari, est
 cum quis quod minimè sciat, id non rectè faciat. Ignaro
 enim quomodo prosperè succedere queat? Quod si quid et-
 iam ex animi sententia succedat, non magni certè faciendū
 successum habebit. Nam qui non rectè facit, huic ex animi
 sententia succedere non poterit, cum reliqua quæ sunt con-
 sentanea non faciat. Morborum omnium, qui muliebres
 vocantur, vteri in causa sunt. Hi enim quocunq; è sede natu-
 rali moti fuerint, morbos afferunt, siue foras processerint,
 siue intrò cesserint. Et quandoquidem vteri non demisso
 suo osculo, neque muliebris pudendi labra attingentes, fo-
 ras emoti fuerint, leuissimus est morbus. Vbi autem demis-
 so in pudendi labra osculo, in anteriora processerint, pri-
 mum quidem ipso contactu dolorem exhibet, deinde ob-
 surato vtero & obducto, ex eo quòd in pudendi labra se

immittit, profluuium menstruum non contingit, quod vbi collectum fuerit, tumorem & dolorem præbet. Ac si quidem inferiora perat, & auersus ad inguina incumbat, dolorem afferet. Quod si sursum se recipiens, auersus & oclusus fuerit, sic quoque propter raritatem morbum adfert, & vbi ex eo ægrotarit, ad coxendices & caput dolorem immittit. Cum vero repleti vteri in tumorem sublatis fuerint, nihil effluit, & pleni euadunt. Quod vbi cuenit, coxendices contingunt, & ad coxendices & inguina dolorem adferunt, actanquam pilæ in ventre discurrunt, caputq; dolore afficiunt, modò quidem altera parte, modò verò totum, qualis etiam morbus contingit. Hæc sanè hoc modo curanda sunt. Si quidem solum foras processerit, vt inungere liceat, quocunq; volens ex graueolentium genere vtor, aut cedro, aut pulmento ex alij aut cepæ intrito (quod *μύρεα* dicitur) aut alio quodam ex grauiter & malè olentibus, & suffito, minimeq; foueto, neq; cibum aut potum vrinam cientem hoc tempore exhibeto, neque calida lauato. Quod si retro cesserit minimeq; auersus fuerit, bene olentibus subditiis medicamentis, quæ vnà calefaciant, vtor, veluti myrrha, aut vnguento, aut alio quodam odorato simulq; calefaciente. His ad vuluam apposis vtor, subterq; ex vino fomentum adhibeto, & calida lauato, vrinamq; ducentia adhibeto. Inde autem constat si auersus non fuerit cum se sursum receperit, fluxus contingit. Quod si auersus fuerit, fluxus non fit mensruus appellatus. Hic morbus primùm huiusmodi fomento curandus. Immissis in vinum ficibus immaturis, ipsum calefacito, cucurbita ad os vasis in quo calefit, ad hunc modum apposita. Cucurbita media dissecta & repurgata, sumamq; eius parte parum rescissa, velut in vtriusculis fieri assolet, ipsum veluti cooperculo circumtegit, quò odor per angustum immissus, ad vterum pertingat, & calida perfundito medicamentisq; calidis subditiis vtor. Ex his autem quæ supra relata sunt, calefaciunt, quæ educunt, & quæ sunt huiusmodi, sterces bubulum, fel bubulum, myrrha, alumen, galbanum, & si quid aliud id genus. Harum quamplurimis aluum etiam medicamentis deorsum purgantibus subducito, debilibus quæ vomitum faciunt, vt ne ex immodica purgatione euacuatio contingat. Pellos autem

autem subdititios si valentes desideras, sic conficito. In mel semicoctum ex medicamentis apposititiis præscriptis immitte quæ educere possunt, & cum immiseris, glandulas ad earum instar quæ in sedem immittuntur efformato, easque longas & tennes fingito. Deinde mulieri supinæ, in lectulum à pedibus altius instratum reclinatæ, glandulas apponito, & panniculo illigatum aut alia re consimili calefacito, dum colliquescat. Quod si debiliorem glandulam apponere voles, in tenue linteum obligato. At si humore plenis uteris osculum intumescat, & mensium suppressionem præbeant, fluxum medicamentis subdititiis procurando curare oportet, & fomentis (ut dictum est) sic adhibitis, ut in prior fluxus suppressione. Quinetiam si anteriorem in partem progressus uterus auersus fuerit, fluxionem concitare, velut in superiore mensium suppressione oportet. Cum verò profluuium nimium fuerit, neque calida, neque alio quopiam calefacere oportet, neque vrinam mouentibus, neque aluum ducentibus cibis vtendum. Lectus à pedibus altior sternendus, ut ne declinatio profluuii faciliorem viam præbeat, simulque adstringentibus pessis subdititiis vitior. Profluuia verò, si quidem subito purgatio processerit, confestim subcruenta fiunt, si verò tardius prodierit, purulenta. Ex iunioribus ferè subcruenta prodeunt, seniores autem, mucosos magis appellatos menses habent.

Hippocratis de liquidorum vsu,
liber.

30 **A** Qua ad potum accommodata, falsa, mare. Potui quidem apta, ad officinam Medicam optima. Ad ferramenta enim & æramenta optima, & ad plurima inueterata medicamenta conuenientissima. At corpori admota, aut humectat, aut refrigerat, aut calefacit. Potu verò ad nullum alium usum utilis est aut noxia. Si potabili modica cum spongia utaris, ad oculos est optima. Calidæ aspersione ipsa summa cuticula exulceratur. Fetus corporis torius, aut partus. Curis duræ emollitio, intensæ relaxatio, nervorum, carnium, succorum effusio, sudoris discessus, prolutione humectare, velut nares, vesicam, flatum, carne implere, tene-

tum reddere, liquefacere, imminuere, colorem reuocare, colorem dissipare. Somnum conciliat capiti affusa & aliis partibus. Conuulsiones, distensiones lenit, auris, oculorum dolores obtundit, & quæ sunt eiusmodi. Frigida calefacere, velut pix, vlceribus, præterquæ ex quibus sanguis effluit, aut effluxurus videtur, fractis, luxatis, reliquis quibus per linthea Medicus medetur, capitis grauitati. In vnoquoque quod moderatum, ne vltra exploremus velut calidum corpori adhibitum, excessu in vtramq; partem vitato, vt vtraq; ex parte minimè aberrat, qui coniecturam ex eo quod nocet, aut non iuuat sumserit, velut in tepida. Iis enim quæ lædunt aut iuuant, & si sunt eiusmodi, eousque vt conuenit, quoad iuuare vel lædere videantur. Madefactio igitur debile quid est, refrigeratio verò & calefactio validum quid, velut ex Sole. At quæ calida est, frigida videtur, velut potabilis aqua ægrotanti. Verùm calida ne vltius procedat, vt vrat. De his autem ipsi ægroto iudicium permittendum, præter quàm in voce defectis, aut leuiter syderatis, aut stupore affectis, aut velut in vulnibus perfrigeratis, aut vehementi dolore cõsistatis. Iis verò hæc non sentiuntur. Neq; enim si aduras sentiunt, vt nec profundas ac magnas luxationes. Iam verò etiam quibusdã pedes perfrigerati deciderunt ex calidæ affusione. Verùm in his eius qui affundit cutis iudex esto, ac similiter in frigida. Harum vtraque modicè adhibita, debilis, copiosè verò, blanda est. Verùm sinere oportet, donec id contingat cuius gratia fiunt, prius tamen desinendum quàm extremum succedat. Harum autem vtraque noxiam adfert. Et calidæ copiosior vsus hæc parit incommoda, crurum effeminationem, neruorum impotentiam, mentis torporem, sanguinis profusiones, animi deliquia, ex quibus mors contingit. Frigida verò conuulsiones, distensiones, nigres, rigores febriles affert. Ac moderatus quidem horum vsus iuuat. Reliqua autem prædicta omnia lædere vel prodesse conspiciuntur, ex voluptate & tolerandi facilitate, ex dolore etiam & ferendi molestia, quæ singula pro cuiusq; confessione ad salubritatē consentire videntur. Corpus quidem tegi solitum, quicquid minimè est assuetum & longissimè à familiari calore abest, alieno verò frigori est proximum auctus, ideoq; calida delectatur & ferre potest.

test. Cerebrum quæque ex eo oriuntur, frigida quidem offenduntur, calida verò delectantur, etiam si natura sit frigidius & solidius. Eam ob causam ossibus, dētibus, nervis, frigida aduersa est, calida verò grata, quoniam conuulsiones, distensiones, rigores febriles, quos frigida creat, calida sedat. Propterea etiam calida voluprates & illecebras facit, frigida verò dolores & auersiones. Ob id lumbi, pectus, dorsum, præcordia, magis offenduntur frigida, calida verò gaudent, eamque perferunt. Eam sanè ob causam lumbi, dorsum, pectus, præcordia, contraria perpetiuntur, quòd sint contraria. Idcirco sanè anxietatem hac in parte à calida obortam, frigida sedat. Ideoq; etiam frigida potu gaudet, & cibariis calidis delectatur. Ideoq; sanè in animi defectionibus frigida summis partibus affusa prodest. Quæ autem dicta sunt, in causa sunt, cur partes posteriores calidam magis ferant quàm anteriores, quodq; etiam frigida rectè ferant. Extremæ etiam partes anteriores sunt, & frigori externo assuetæ, neq; tegi solitæ, vt internæ. Sciendum autè quòd vtrumq; in vtraq; corporis parte cutem externam superat, quæ cum sibi ipsi & neruo sanguineo sit continua, eo quòd extra proprium calorem in frigore externo versatur, ab vtriusque frequenter superatur, & vtrorumque frequenter indiget, frequentius tamen calido ad voluptatem. Tale quiddam etiam partibus extremis contingit, ideoq; citò multa sentiunt, tardè autem primum attolluntur. Ex venis etiam alias prius, alias posterius affici constat. Sic conspiciuntur omnia vbi tum refrigerantur extremæ partes, tum calefiunt, in vasorum euacuationibus, in animi defectionibus. Neq; citra rationem sanè venas sequuntur quæ ex illis dependent, eaque primum calida calefacit, velut internas manus. At verò vlcera calida delectari, quòd tegi sint solita, omnium opinione constat. Neque sanè iniuria ab altera molestia afficiuntur. Iure sanè ipsæ etiam venæ, quod sint in calido. Iure sanè ipse etiam thorax, ipseque ventriculus à frigida superatus vehementer ægre fert, & lethaliter afficitur, ob maximam insolentiam. Verum plurimum abest ab eo vt patiatur, cum ipsa indigentia huic sit maximè propinqua. Iure itaque frigida potu gaudet. Sicque omnia ista inter se consentiunt. Iam verò valde consentaneum est,

Dd 4

vt omnia in superficie desquamata & ambusta, non admodum tegi solita, frigidam ægerrimè ferant, cum citissimè superentur. Quæque valde in profundo sunt posita, si superentur, maxima utiq; molestia afficiuntur, idq; sanè si natura nervosa consent. Quod autem imus venter calida delectari videatur, considerandus locus est. Quinetiam partes extremæ, & vesicæ, & uterus, & aliæ partes genitales denudatæ, suapte natura frigidores sunt quam quis existimet. Sursum enim non deorsum caliditas prorumpit: Iccirco calida delectatur, quod post calidæ vsum corpus perfrigeratum magis frigescit, & post frigidæ vsum contractum magis recalescit. Velut aquam cum refrigerare volumus calfacere oportet, vt ei tenuitatem conciliemus, cum post calidi vsum magis indurescat ac rescicetur, non aliter quam oculi post frigidæ vsum. Illud enim aeri ambienti est simile, hoc verò minimè. Aqua marina his qui pruritum sentiunt, & ab acribus humoribus mordentur, tum lotione, tum fortu calida prodest, his quidem qui minimè assueti sunt, molestiam quandam exhibet. Vlcerebus autem ex ambustione & abrasione, & reliquis huiusmodi aduersatur. Puris verò est accommodata, & valet ad probè extenuandum, & ad piscatorum vlcera, vt quæ neq; suppurent, nisi attigeris, & ad prima fracturarum subligamina. Quinetiam depascencia vlcera sedat ac sistit, non secus ac sal, salugo, & nitrum. Hæc autem omnia parciore quidem vsum, adhibita, irritant, liberaliore verò, prosunt. Præstat autem ad plurima calida. Accutum cuti & articulis adnotum eandem habet cum aqua marina facultatem, potentioorem tamen perfusione & fotu obtinet. Valet etiam ad vlcera recens vulneratis, & ad sanguinis grumos, vbi nigredines sunt in pudendis, & aurium ac dentium ardor adest. Calidum autem hæc & alia præstat. Sed & ex anni tempore coniectura facienda est. Ex eliquatione salis, etiam ad alia quæcunq; impetiginibus, lepris, & vitiliginibus conducunt, & in sole calido inspissatum, præcipuè verò vnguiibus scabris confert, quos temporis progressu superat, verrucas formicarias attenuat, aurium sordibus ineditur, cutem etiam emollit. Multis quoq; aliis modis valeret, nisi odore, præcipuèq; mulieribus noceret. Valeret etiam ad pedum dolorem, nisi cutem vulderaret. Eadem
aceti

aceti fex præstat. Vinum dulce diuturnis vulneribus assiduo
 vsu idoneum, quinetiam ad medicamentorum purgantium
 poriones est accommodatum. At austerum vinum, tum al-
 bum, tum nigrum, frigidum ad vlcera adhibetur, frigidum
 propter caliditatem. Lanæ quæ refrigerationis quidem gra-
 tia, aut perfunduntur, aut induntur, aut imbuuntur, velus
 aqua frigidissima adhibendæ. Quæ verò adstrictionis gra-
 tia, ea vino nigro cum lanâ irrigato, velut etiam betarum
 folia, aut linteola, in plurimis quæ adstrictione valent, in-
 tincta adhibentur, qualia sunt hederæ albæ folia, aut si quæ
 sunt magis acerba ac friabilia, velut hederæ & rubus, rhus
 coriarius, saluia. Ad ea etiam quæ emollitione indigêt, qua-
 le quid farina cocta facit. Frigida pustulis rubicundis pro-
 deest, quales latiusculæ alia atque alia parte irrumpunt, ve-
 lut in iis qui lienes habent tumidos, exoriuntur. In opimo
 autem corporis habitu & molli carnē præditis, admodum
 rubræ existunt, in nigris verò, veluti rotundæ (αἰσθητὶς ὀλκὴς vo-
 cant) & quales in calidis lauacris excitatæ, oboriuntur, ac
 mulieribus ex menstruorum sub cutem recursum sunt, & ex
 cutis irritatione, aut insolita asperorum vestimentorum ge-
 statione, & ob sudoris exitum, aut cum quis ex frigore de
 repente ad ignem, aut calida lauacra accesserit. Quod si po-
 sterius hæc fecerit, neuti quā amplius erumpunt. Quando
 quidem quæ ex frigore oriuntur, aut ad instar milij exaspe-
 rantur, dein exulcerantur, iis quidem nocet frigida, calida
 verò prodest. Quibusdam autem utraq; prodest, velut sunt
 articulorum tumores, & pedum sine vlcere dolores, & con-
 uulsa plæraque. Hoc constat frigidam copiosam sudoribus
 affusam, extenuare, & dolorem stupefacere. Moderatus au-
 tem stupor, dolorem tollit. Calida autē attenuat & emol-
 lit. Pedum doloribus, resolutis, distentis, conuulsis hæc cō-
 ferunt. Distentiones, tremores, leues syderationes, eiusmo-
 dique affectiones remittunt, aut claudicationes, torpores,
 vocis defectiones, atq; alia eiusmodi, & inferiores suppres-
 siones. In frigidæ tamen vsu potius quàm calidæ, quatenus
 ea vtaris attendendum. At articulis induratis aut ob inflam-
 mationem quandoque obortam, aut ob contractionem,
 ante omnia mederi conuenit, calida in vtricumque infusa, &
 manu ad alligatum immissa. Oculorum lachrymas lenigsi

quis acrimoniam leni aliquo vnguento illinat, ne eas salus humor attingat. Fossulis quoque (quæ sunt corneæ profunda vlcera) ablutio confert, & repletio ad naturalem habitum adducens. Calida oculis prodest, doloribus, suppurationibus ex lachrymis mordacibus, & quibusuis aliis ex siccitate ortis. Frigida dolore carētibus, valde rubicundis humorum collectiones in venis facere solitis, qualia sunt acerosa circa thoracem & festucis similia, aliaque dura. Recto verò intestino & vteris non admodum confert, neque sanguinem in frigore cum vrina reddentibus. Vlceribus frigida quidē mordax est, cutem obdurat, tumorum dolentium suppurationem impedit, liuorem & nigredinem inducit, rigores febriles, conuulsiones item ac distentiones. Interdum quoque in distentione absque vlcere, ætate iuuenili, corporis habitu carnosio, ætate media, frigida larga profusio, calorem reuocat. Calore autem hæc soluitur. Calida, etsi non in omni vlcere suppurationem promouet, maximo tamen est securitatis indicio, cutem emollit, attenuat, dolorem tollit, rigores, conuulsiones, distentiones mitigat, ipsa quoque capitis grauitatem soluit. Plurimam autem ossium fracturis confert, præcipuè verò denudatis, ex hisque maximè capitis vulneribus, & iis quæ à frigore aut moriuntur, aut vlcerantur. Vlcerationibus itidem tum voluntariis, tum inuoluntariis, & quibus cutis abrasa est, herpetibus exedentibus, denigratis, siue in gingiuis, siue in aure, siue in ano, siue in vtero. His omnibus calida grata est, & ad iudicationem confert, frigida verò aduersa est, & interim, præterquam in quibus sanguinis profluuium metuimus. Atque ad hunc modum adhibendæ sunt liquidorum perfusiones, vnguentorum illitus, foliorum aut linteorum impositiones, & quæcunq; in cataplasmate adhibita refrigeratione & caliditate prodesse aut nocere posse videntur.

HIPPO-

HIPPOCRATIS

DE MORBIS, LIBER

PRIMVS.

Sectio V.



VI de morborum curatione tum scitè interrogare, tum ad quæ sita respondere volet, & commodè obiecta refutare, hæc secum reputare conuenit. Primum quidem ex quibus morbi omnibus hominibus oriuntur. Deinde verò, qui morbi cum necessarias causas habeant, aut longi sunt, aut breues, aut lethales, aut minimè lethales, num pars aliqua corporis mutila reddatur, necne. Et qui ubi exorti sunt, euera habent dubia, aut mala, aut bona, & ex quibus in quosnam transitiones fiant, quæque Medicis in ægrorum curatione prosperè succedunt, & quæ ægrotantibus in morbis mala aut bona contingunt, quæque intempestiue dicuntur aut fiunt à medico erga ægrum, aut ab ægro erga Medicum, quæ etiam in arte exactè fiunt aut dicuntur, & quæ in ea recta, vel quæ non recta, quodque eius principium, vel finis, vel medium, aut aliud quid ex his, quod in ea rectè se habere, vel non habere demonstratur, & quæ parua, quæ magna, quæque copiosa & pauca. Quodque totum in ea vnum est, & omnia quicquid vnum. Et quæ effici posse constat cum intelligere, tum dicere, & si opus est, neque nosse, neque dicere, neque facere. Et quicquid in ea promittitur habet, aut non habet, & quicquid opportunum, & inopportunum. Quibusque aliis artibus similis sit, & quibus nihil similis. Corpusque quodnam calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, & quodnam robustum aut debile, aut densum, aut rarum. Et quæ ex multis pauca fiunt, aut in peius, aut melius vertunt. Quodque honestè vel turpiter, vel tardè, vel citò, vel rectè, vel non rectè, & quodnam malum malo succedere necesse est. Quæ animo secum reputantem in oratione obseruare oportet, & in

quo quis aut dicēdo, aut vestigādo, aut respondēdo, ab his aberret, an quæ multa sunt, pauca, & quæ fieri non possunt, ea fieri posse asserat, & quicquid aliud dicendo peccarit, hoc modo obseruando, contraria orat one infectari. Morbi igitur omnes oriūtur partim quidem ex his quæ in corpore insunt, pituita & bile, partim verò ex his quæ extra obueniunt, laboribus & vulnerib⁹, quin & à calido supra modum calefaciente, & frigido supra modū refrigerāte, & sicco plus æquo resiccante, & humido etiā plus æquo humectante. Ac bilis quidem & pituita vnà oriuntur cum his quæ in nobis nascuntur, & in corpore modò plus, modò min⁹ insunt. Morbos autem exhibent, partim quidem ex cibis & potibus, partim verò ex calido supra modum calefaciente, & frigido supra modum refrigerante. Hæc autem cū sunt ex necessitate contingunt, in vulneribus quidem, si crassi nervi & musculorum capita, in femoribus præsertim, vulnus acceperint, necessaria est claudicatio. Moritur etiam si quis vulneratum habet cerebrum, aut spinalem medullam, aut iecur, aut septum transversum, aut vesicam, aut venam aliquam multum sanguinem effundentem, aut cor. Ex vulnere autē minimè mori contingit, si his partibus vulnus acceptum non fuerit, sed ab his quā longissimè ablit. At hi morbi ex necessitate cū adsunt mortem afferunt, tabes aqua subter cutem, mulierem vtero gerentem si pulmonis inflammatio, aut febris ardens, aut morbus lateralis, aut phrenitisprehendit, aut si erysipelas in vtero oriatur. Hi verò morbi dubium habent vitæ exitum, pulmonis inflammatio, febris ardens, phrenitis, lateris dolor, angina, vna, hepaticus & splenicus affectus, renum morbus, intestinorum difficultas, in muliere sanguinis fluor. Isti verò minimè lethales, nisi quid ipsis accedat, diurnæ in articulos fluxiones (*κρίσεις* dictæ) melancholia, podagra, coxendicū affectus, crebra & inanis desidendi voluntas, quartana, tertiana, stranguria, lippitudo, lepra, impetigo, morbus articularis. Multi autem plerumque ab his parte aliqua corporis mutilantur, manuum quidem & pedum resolutione tētantur, vocis impotentia tenentur, & ab atra bile leuiter resoluuntur, claudi ex coxendicum morbo euadunt, oculis & auditione priuantur, pituita illuc incumbente. Longos
autem

autem
tem, p
dictas
senibu
neum,
das vo
flamm
peruen
in febr
tionem
non fu
tur) in
difficu
tur. Ex
ter cur
morb
malis
igneus
vt min
20 rebrun
rit, eu
cesse el
tionem
fieri ac
Quod
fluxeri
(vt sen
bi, & a
dem su
30 aut qu
suffoca
berare
confer
Oppor
si quis
oppor
tunita
pore q
attulit

autem hos esse necesse est, tabem, intestinorum difficultatem, podagram, diurnas in articulos fluxiones (videtur dictas) pituitam albam, morbum coxarium, stranguriam: senibus verò renum dolorem, mulieribus fluorem sanguineum, venarum quæ in ano sunt profluvium (hæmorrhoidas vocant) fistulas. Febris ardens, phrenitis, pulmonum inflammatio, angina, vna, lateris dolor, citò ad iudicationem perueniunt. Hi autem in alios transeunt, morbus lateralis in febrem ardentem, & phrenitis in pulmonum inflammationem, ex pulmonis autem inflammatione febris ardens non fit. Crebra & inanis egerendi voluntas (τὴν εἰς οὐδὲν δίκτυον) in intestinorum difficultatem transit, & ad intestinorum difficultatem intestinorum læuitas siue lienteria consequitur. Ex intestinorum læuitate & pituita alba, in aquam inter cutem transitus fit, & ex pulmonis inflammatione & morbo laterali in thoracis suppurationem. Hæc verò mala malis superuenire necesse est. Si rigor corripuerit, calor igneus succedit, & nervus præcisus convulsionem facit, & ut minimè coalescit, ita vehementer inflammatur. Et si cerebrum tum concussum fuerit, tum alicui ex plaga doluerit, cum illico voce deficere, neque videre, neque audire necesse est. Sin verò vulneratum fuerit, febrem & bilis vomitionem succedere, corporis quæ partem aliquam resolutam fieri ac petire. Omētum si procidat, ut putrefiat necesse est. Quòd si sanguis ex vulnere aut vena in superiorē ventrem fluxerit, id in pus verti necesse est. Opportunitates autem (ut semel dicam) multæ sunt, in arte & variæ, velut & morbi, & affectiones, eorumque curationes. Ac celerissimæ quidem sunt, quibus aut animo deficientibus opitulari licet, aut qui neque urinam neque stercus reddere possunt, aut qui suffocantur, aut mulierem prægnantem aut vulneratam liberare, aut quæ sunt eiusmodi. Et hæc quidem celeres, neque confert paulò post, cum plerique paulò postea moriantur. Opportunitas tamen est, cum quid tale homini contingit, si quis antè quàm animam emitat iuuetur, id ubi tempore opportuno sumserit, succurrer. Est igitur hæc ferè opportunitas etiam in aliis morbis. Semper enim quocumque tempore quis auxilium attulerit, opportuno tempore auxiliū attulisse dicitur. Qui verò morbi aut vulnera minimè mor-

rem afferunt, sed periculo sunt obnoxia, & dolores habent; possunt tamen si quis rectè curauerit, sedari. His non conferunt adhibita à Medico remedia, vbi admouentur. Etenim etiam non præsente Medico cessare possunt. Sunt autem alij morbi, qui opportunè matutino diei tempore curantur, nihilq; refert, an summo mane, an paulò posteriùs. Alij verò morbi semel die opportunè curantur, neq; refert quando id fiat. Quidam etiam tertio quoq; aut quarto die, quidam etiam semel mense, & alij quidem tertio quoque mense, neq; refert an tertio ineunte aut desinente id fiat. Atque eiusmodi sunt temporum opportunitates, in quibus non aliam quàm istam exquisitam diligentiam inuenias. Temporis autem inopportunitatem habent, quæ quidem mane curanda sunt, si meridie curentur. Intempestiue autem hac ratione fiunt, quandoquidem ad peius inclinât, ob minimè opportunitatem curationem. Quæ verò celerem curationem postulant, siue meridie, siue vespèri, siue noctu curentur, intempestiue curantur, & si quæ Vere curari debeât, hyeme curentur, aut quæ hyeme, æstate curentur, aut si quod iam curari oporteat, id ipsum differatur, aut quod differtur oportuit, si iam curetur, hæc q; omnia intempestiuam curationem habent. In arte autem ista rectè vel non rectè fiunt. Non rectè quidem fit, si cùm alius morbus existat, alium apparere dicas, si cùm magnus sit, paruum, & si cùm paruus sit, magnum pronuncies, & eum qui superstes futurus est, superstitem futurum non affirmare, neque eum qui periturus est, periturum dicere, & eum qui suppuratus est non cognoscere, neq; nosse si magnus in corpore morbus increseat, & si quis medicamèto aut potione indigeat, vtro opus sit nescire, & quæ sanari possunt, minimè sanari posse, & quæ non possunt, sanari posse affirmare. Atq; hæc quidè non recto mentis consilio fiunt. Ista verò malam habent manuum tractationem, vlcèris aut tuberculi pus non cognoscere, ossa fracta, & vbi suis sedibus excesserunt, nō nosse, capitis os specillo admoto fractū ne sit non dignoscere, & fistulam in vesicam immisam demittere non posse, neque lapidem in vesica, neq; pus thorace collectū ex concussione nosse, & secando aut vrendo fundum aut longitudine non attingere, & vberè aut secare quæ non oportet. Et hæc quidem

dem non rectè fiunt, ista autem rectè, si quis morbos quinā
 sint & ex quibus oriantur cognoscat, & quinam ex his lon-
 gi, quinam breues, & qui lethales, & qui minimè lethales,
 qui in alios transeunt, qui crescunt, quinam emarcescunt,
 qui magni, qui parui, & inter curandum hos quidem cura-
 ri posse, hos verò non posse, & nosse quamobrem non pos-
 sint, & dum curantur, qui ita se habent, curatione quoad
 eius fieri potest prodesse. At quæ ægrotantibus offeruntur,
 ea sic obseruare oportet, rectène an non rectè fiant, si quis
 quæ siccari oportet humectet, aut si quæ in crassitate conue-
 nit, ea non exhibeat ex quibus in crassare oportet, aut quæ
 attenuanda, non attenuet, aut refrigeranda, non refrigeret,
 aut calefacienda, non calefaciat, aut putrefacienda non pu-
 trefaciat, & reliqua secundum rationem. Hæc autem in
 morbis tum bona tum mala sua sponte hominibus contin-
 gunt. Febricitanti quidem & bilioso, si bilis suo tēpore, ex-
 tra dispersa fuerit, bono est. Sub cutē verò effusa ac disper-
 sa, ægroto toleratu faciliior, & Medico curatu promptior. Ef-
 fusa autem ac dissipata, & in vñā aliquam corporis partē in-
 cumbēs, malo est. In morbo laterali aut pulmonis inflam-
 matione detento, aut suppuratum thoracem habenti, alius
 perturbata, malo est. Febricitanti verò aut accepto vulnere
 alius resiccata malū denunciat. Subaqueoso & lienoso, alba-
 que pituita detēto, alius vehementer perturbata, bono est.
 Si erysipelas foras diffusum intrò vertatur, malū, si verò in-
 tus effusum, foras vertatur, bonum. Vehementi alui proflu-
 uio detento, succedens vomitus bono est. Mulieri sanguinē
 vomenti, profluuium menstruum erumpere, bonum. Ei au-
 tem quæ fluore muliebri vrgetur, ad nares aut os fluorem
 transire, bono est. Mulieri ex partu conuulsione infestata, si
 febris succedat, bono est. Si distentio aut cūuulsio detineat,
 febrem superuenire bonum. Hæc enim eiusmodi ex nulla
 Medicorū inscitia, neq; scientia contingunt, sed cū spontē
 feliciter succedant, eadem ratione tum iuuant, tum nocēt.
 Hæc autem Medicis inter curandum benè feliciterq; suc-
 cedunt, si medicamento purgante exhibito, purgatio per
 superiora & inferiora rectè procedat. Et si mulieri exhibito
 medicamento, quod bilem aut pituitam deorsum educat,
 menses retardati erumpant. Et si cui lienem suppuratum

habenti medicamento exhibito quod bilem & pituitam deorsum educat, pus ex liene per inferiora expurgatur, & morbo liberatur. Si quæ calculum habenti exhibito medicamento purgante, calculum in meatum vrinarium medicamento vi protruserunt, ita ut cum yrina exeat. Et si ei qui pus in superiore ventre ex tuberculo collectum habet, id ipsum ignorantes, medicamentum quod pituitam sursum educat exhibuerint, isque pus vomitione reiecerit, sanusque euaserit. Et cum curando eum qui ex medicamento per superiora purgante supra modum purgatur, aluo sponte erumpente, à vomitu sanum reddunt. At mala hæc aduersa fortuna perpetrant Medici, si exhibito quod pituita sursum educat, venam in pectore præ vomitione ruperint, cum nulus antea ibi manifestus dolor existeret, & morbus contrahatur. Si mulieri vtero gerenti exhibito medicamento sursum purgante, aluus assatim deorsum erumpens, foetum abortione eiecit. Si suppuratum dum curatur aluus profluens perdit. Si quæ dum oculos curat & inungit, vehementiores dolores incidunt, ac fortè fortuna oculi rumpuntur & obscurantur, idque Medico crimini dant, qui oculos subleuerit. Et si puerperæ in ventris dolore quid Medicus exhibuerit, & malè habeat, aut etiam pereat, Medicus in culpa esse dicitur. Ac fere in morbis & vulneribus, ubi mala malis ex causis necessariis succedunt, cum ista contingunt, in Medicum causam cõferunt, neque talia ex necessitate fieri agnoscunt. Et si ad febricitantem aut vulneratum ingressus, & oblatum quàm primum remedium nõ iuuat, sed postmodum eger peius habeat, in Medicum culpam reiciunt. Quod si profit, id tamen non perinde laudant, cum id ei cõtingere oportere existimant. Ulcera verò inflàmantur in morbis, & in quibuslibet doloribus fieri oportet, neque aliter contingere potest. Nervus præcisus non coalescit, neque vesica, neque aliquod ex tenuibus intestinis, neque vena multum effundens sanguinem, neque tenuis genæ pars, neque præputium. Principium autem medicationis nullum est demonstratione quidem constans, quod vniuersæ artis rectè principium sit, nec secundum aliquod, nec medium, nec finis, sed quandoque in ea à verbis, quandoque ab opere initium sumimus, eodemque modo desinimus, & neque in oratione ipsa ex iisdem verbis

verbis initium sumimus, neq; si de iisdem verba faciamus,
 neque in eadem definimus. Ad eandem rationem in opere,
 neque ab iisdem operibus initium sumimus, neque in eadē
 definimus. Aptā verò manuum tractatio in his est, si quis
 secando aut vrendo, neq; venam, neq; neruum attingat, &
 in purulento vrendo, si ad pus deueniat, & in secando eadem
 ratione. Si fracturas recte componat, & corporis particu-
 lam quæ naturali loco exciderit, si recte in suum locū com-
 pellat. Quæ vehementer apprehendere oportet, & si appre-
 hendendo premat, & quæ leuiter apprehendenda sunt, ap-
 prehendendo non premat. Quæ recta sunt deligando, si mi-
 nimè detorqueat, neque premat quæ premenda non sunt.
 Et quicquid attigerit, in contactu si nullum superuacaneum
 dolorem exhibeat. Atque hæc quidem ad aptam manuum
 tractationem pertinent. At digitis decenter, aut probè, aut
 non probè, aut longis, aut breuib; aliquid apprehendere,
 aut probè deligare, & cuiusquemodi deligaturas facere, nō
 in arte ad promptam manuum tractationem pertinere iudi-
 candum, sed separatim tractandum. Qui pulmone, aut
 superiore, aut inferiore ventre pus colligunt, aut tuber-
 cula, siue superiore, siue inferiore ventre, aut pulmone ha-
 bent, aut vlcerebus interioribus laborant, aut sanguinem
 vomitione vel sputo reiciunt, aut dolore aliquo aut in pe-
 ctore, aut dorso conflictantur, hæc omnia illis contingunt,
 ex his quidem quæ in corpore insunt, à bile & pituita, ex his
 verò quæ corpus extra afficiunt, ab aëre insito calori com-
 mixto, qui neciam à laboribus & vulneribus. Atque ex his
 quidem causis pus in pulmone colligitur. Si pulmonis in-
 flammatione detentus, diebus qui talia decernere credun-
 tur non purgetur, sed sputum & pituita in pulmone rema-
 neat, suppuratus fit. Qui si confestim curetur, plerumque
 euadit, sin verò neglectus fuerit, pulmo ab eo quod inhæ-
 ret putrescente tum corrumpitur, tum vlceratur, & pus col-
 ligit, neque ampliùs intrò ad se effatu memorabile alimen-
 tum attrahit, neque ab eo quicquam per superiora repur-
 gatur, sed cum suffocatur, tum semper maiore spirandi di-
 ficultate premitur, & inter respirandum sterit, indeq; su-
 periore pectore respirat, tandē verò obruratis à sputo inca-
 libus, perit. Fit quoque suppuratus, si ipsi pituita ex capite in-

pulmonem defluerit, ac primum quidem ut plurimum latententer defluit, tenuemque tussim exhibet, sputumque paulo solito amarius existit, calorque tenuis adest. Progressu vero temporis, tum pulmo exasperatur, tum intus à picuita inhaeresciente & putrescente exulceratur, pondusque in pectore, & dolorem acutum antè & retro exhibet, corpus vehementer incallescit, pulmo à calore ad se pituitam ex toto corpore, præcipueque ex capite trahit. Caput verò calefactum ex corpore, eamque putrescentem subcrassam expuit. Quantò verò longius tempus processerit, tantò sincerum magis pus expuit, & febres acutiores fiunt, tussisque crebra & vehemens, inedia vexat, & ad extremum inferior aluus turbatur. Turbatur autem à pituita quæ ex capite descendit. Hic cum eò peruenierit, perit quemadmodum in superioribus dictum est, ubi pulmo purulentus & putridus exiterit, aut venter deorsum effluerit. Ex his quoque purulentus pulmo existit, cum quædam in eo parua vena rupta fuerit, quæ ex laboribus rumpitur. Et cum rupta fuerit, crassior quidem plus fundit sanguinis, tenuior verò minus, partimque confestim quidem sanguinem expuit, partim verò, nisi adstricta vena fuerit, in pulmonem effunditur, in eoque putrescit, cumque putruerit, pus facit. Procedente verò tempore, interdum pus sincerum, interdum subcruentum, quandoque etiam sanguinem, & si vena copia magna redundarit, ipsum copiosum sanguinem confestim à se vomitione reiicit, pusque crassum ab accedente pituita intus putrefacta expuitur. Hic si per morbi initia, antè quàm vena sanguinem effundere & vehementer laxari cœperit, curatione præoccupetur, & prius quàm extenuetur ac lecto decumbat, & prius quàm caput corrumpi reliquumque corpus tabescere incipiat, incolumis ab eiusmodi morbo euadit. Quòd si neglectus fuerit, istaque prehenderint, ira ut his omnibus aut plerisque affectus sit, perit. Hic autem perit ex iis quæ antè dixi, aut ex vomitu, copioso sanguine vomitione reiecto. At si vena quidem non omnino rupta fuerit, sed ea præcipue velut varix distenditur, quod etiam confestim quidem ubi factum fuerit, dolorem quandam tenuem & tussim siccam exhibet. Si verò diutius traxerit & neglecta fuerit, primum quidem paucum & subatrum sanguinem transmittit, mox etiam copio-

copiosiores & maximè sincerum, deinde pus, & patitur quæ in superioribus dicta sunt. His confert, si circa exordia curandos susceperis, ut manuum venæ relaxentur, & victus ratione vtatur ex qua siccissimus & maximè exanguis euadat. Adhunc verò eundem modum etiam venis in latere, quæ intus in summo innatant, accidit. Cum igitur ex labore varicum modo intus eleuatae fuerint, si quidem neglectæ fuerint, hæc perpetiuntur, & sponte sanguis erumpit ac expuitur, cumq; interdum vomitione reiciunt, & suppurationi fiunt, ac plerumq; pereunt. Quod si inter initia morbi curationem adhibeant, rursus venulæ suo loco ad latus subsidunt, & humiles fiunt. Et pulmo quidem ab his suppuratus redditur, & ab ipso talia perpetiuntur, sicque moriuntur. At verò multis modis superiore ventre pus colligunt. Nam cum pituita multa è capite confertim in superiorem ventrem confluxerit, putrescit & pus euadit. Putrescit autem maximè diebus vno & viginti. Pus igitur ad latera illabens, commouetur & intus fluctuat. Hic si antequam pus diutius permaneat, vratur aut secetur, plerumque sanus euadit. Ex morbo quoque laterali superiore ventre purulenti fiunt, cum vehemens fuerit, neque diebus iudicare solitis computruerit, neque persputum reiectus fuerit, sed adhærescente ad latus pituita & bile ipsum vlceratum fuerit, cumq; vlcus factum fuerit, ex se pus effundit, & de vicinis locis calore pituitam ad se adducit, quæ vbi computruit, pus expuitur. Interdum verò etiam ex venis sanguis se ad vlcus transfundit, qui putrefactus in pus vertitur. Hic si confertim curandus suscipiatur, plerumque sanus euadit, si verò negligatur, perit. Purulenti quoque etiam fiunt, si pituita è capite in latus defluat, illicq; adhærescens putrescat. Tum enim plerumq; latus ipsum incenditur, eadēq; perpetitur, quæ qui ex morbo laterali purulentus euadit. Fiunt etiā cum ex immoderato labore aut exercitatione, aut quauis alia ratione parte anteriore aut posteriore ruptio ita facta fuerit, ut non confestim sanguis expuatur, sed vulsum in carne contingit, quæ diuulsa paucam humiditatem attrahit, & subliuida euadit. Quod quidem qui ita affectus est præ robore aut bono corporis habitu non statim sentit, aut si sentit, pro nihilo reputat. Hic cum perceperit se sic febri⁹ detineri ut extenuetur

Ec 2

tur, aut ex portionibus, aut venere, aut quavis alia re, caro vulnerata, aliquantulum resiccatur & incalescit, & ex vicinis, tum venis, tum carnibus, humiditatem ad se trahit, cuius attraxerit intumescit & inflammatur, doloremque tenuem inducit, & cussim raram & siccam primum, deinde magis ad se adhuc attrahit, vehementioremque dolorem, & cussim crebriorem infert, & primum quidem aliquantum purulentum expuit, interdum verò subliuidum & suberuentum. Quoq; plus temporis intercesserit, eò magis ad se trahit & putrefacit, & quicquid in carne circa initia liuidum erat, in pus vertitur, doloremque excitat acutum & febrem, & cussim, tum multam, tum crebram, & pus sincerum per sputum reicit. Quòd si pus in ventre diu traxerit, ab eo totum corpus, præcipueque partes maximè vicinæ incalescunt, incalescente autem corpore, humidum maximè colliquefcit. Et partim quidem à superioribus partibus in superiorem ventrem præcipue confluit, & in pus vertitur, ad id quod iam intus est accedens. Partim verò ad inferiorem ventrem defluit, ab eoque interdum alius turbatur, & hominem perimit. Cibi enim ingesti per aluum secedunt, nullumq; corpori ab his alimentum accedit, neque sputi per superiores æquabilis sit expurgatio, cum nimirum incalescens alius deorsum omnia ad se deducat. Et à sputo quidem suffocatur, & non repurgatus sterit, ab aluo autem fluente debilis euadit, & plerumque perit. In huiusmodi autem morbis hanc fluxionem caput excitat, nimirum cum cauum existat, & superiore parte locatum. Cum enim ab aluo concalescens fuerit, tenuissimam pituitam è corpore ad se trahit, quam in se coaceruatam, rursus confertam & crassam velut dictum est reddit, partimque in superiorem ventrem, partim verò in inferiorem defluit. Vbi igitur caput fluere, corpusque reliquum non amplius æquabiliter colliquefcere cœperit, ne vltione quidem superstities euadunt. Ad pus enim influentia mala accedunt, quæ exuperant ea quæ defluunt, carnesque magis à malis colliquefcunt, quam ab ingestis cibis nutriantur. Qui morbis huiusmodi derinentur, ab his quidem intra breue tempus pereunt, quidam etiam diutius trahunt. Præstat enim corpus corpori, ætas ætati, & affectio affectioni, & anni tempestas tempestati, in qua egrotant. Quidam

enim

enim morbos facilius tolerant, quidam verò omnino tolerare nequeunt. Non igitur certum tempus in quo pereunt dari potest, neque si longum, neque si breue futurum sit. Neque enim certum tempus est, quod quidam prædicunt, cum plarumque neque hoc ipsum suppuret. Annus nanque inter se & anni tempora differunt. Verum qui vult rectè de his decernere ac prædicere, sic iudicabit, quouis anni tempore & perire & superesse, & quæ patiuntur euenire. At verò inferiore ventre suppurati euadunt, præcipuè quidem cum pituita & bilis inter carnem & cutim affatim collecta fuerit. fiunt etiam & ex conuulsionibus, cumque vena diuulsa rupta fuerit, & sanguis effusus putrescit, & pus intus gignit. Quòd si caro diuulsa aut contusa fuerit, sanguinem ex venis quæ sunt in eius ambitu attrahit, isque putrescit, & pus intus gignit. His siquidem de se foras significationem præbuerit, & pus exierit, sani euadunt, si verò spontè intus erumpat, pereunt. Effusum autem pus in inferiore ventre generari haudquaquam poterit, velut in superiore ventre fieri dictum est sed in tunicis & tuberculis innascitur, velut à me dictum est. Et si quidem internas de se notas præbuerit, non faciliè deprehenditur, cum nec concutiendo cognoscere liceat. Ex dolore tamen præcipuè ubi fuerit dignoscitur, & si argillam, aut aliud quid eiuscemodi illeueris, breui id resiccat. At verò erysipelas in pulmone gignitur, cum supra modum is resiccatus fuerit, quod vel ab ardore, vel febribus, vel nimio labore, vel intemperie contingit. Qui cum maximè resiccatus fuerit, plurimum sanguinem in se trahit, eumque præcipuè ex magis venis, quæ ei maximè vicinæ sunt, ipsique superincumbunt. Trahit autem etiam ex aliis vicinis maximè tenuem & debilem. Cum autè traxerit, febris acuta oritur, & tussis sicca, plenitudo in pectore, dolor vehemēs in anterioribus & posterioribus partibus, præcipuè verò ad spinam, cum nimirum magnæ venæ incalescant, & interdum quidem suberuentum, interdum verò liuidum vomunt, pituitam verò & bilè etiam vomunt, crebroque animo linquntur, quod ob repentinam sanguinis transmutationem contingit. Idque præcipuè abortum esse in pulmone erysipelas indicat, siquæ febris assidua prehenderit. Huic siquidè duobus, aut tribus, aut quatuor ad sum-

num diebus diffusum fuerit, & quod intus est foras transierit, plerumq; sanus euadit. Si verò neq; diffusum, neq; transmutatum fuerit, intus putrescit & suppuratus euadit, ac breui perit, cum nimirum totus pulmo purulentus ac putridus existat. Quòd si extra diffusum intrò vertatur, pulmonemque prehecat, hunc superesse posse nulla spes est. Cum enim antea resiccatus pulmo ad sese traxerit, non amplius transmittit, sed confestim præ ardore ac siccitate neq; quicquam amplius suscipit aut sursum distribuit, sed corrumpit. Pulmonis verò tuberculū ad hunc modum oritur. Cum pituita aut bilis collecta fuerit, putrescit, & quandiu quidem adhuc crudum fuerit, tum dolorem tenuem, tum tussim siccam exhibet. Vbi verò maturuerit, anteriore & posteriore parte grauis dolor oritur, calores inuadunt & tussis vehemens. Et si quidem pus quàm citissimè maturuerit, eruperit, sursum vergat & totum expuatur, venterque in quo pus erat condensat ac resiccet, prorsus sanus euadit. Si verò quàm citissimè ruptum fuerit, maturuerit, ac repurgatum fuerit, neq; tamen penitus resiccare possit, sed ipsum tuberculū ex se pus effundat, perniciosum id est, & ex capite reliquoq; corpore pituita ad tuberculū defluens, putrescit, in pus vertitur ac expuitur, ex quo corruptus perit. Perit autem ex ventris profluuiio ex his quæ antea dicta sunt, ipsoque confabulante & omnia æquè vt prius intelligente resiccat ac refrigeratur, omnesq; corporis venæ contrahuntur, cum nimirum ipsarum sanguis à febre exustus sit, interdum verò tum ex tēporis longitudine, & morbi magnitudine, tum etiam ex instantibus ac superuenientibus malis. Quòd si neq; spontè, neq; à medicamentis multo tempore rumpi non possit, dolorum vehementia, inedia, tussis, ac febribus qui laborat consumitur, ac plerumq; perit. Si verò iam extenuato & lecto decumbenti pus eruperit, neq; sic admodum sustinent, sed eo modo perimuntur. Quòd si quàm citissimè ruptum quidem & maturatum fuerit, magnaq; sui parte ad septum transfusum effundatur, confestim quidè leuius habere videtur, progressu tamen tēporis, si quidem totum per spiritū reiciat, & venter in quo pus inerat condensat ac resiccet, sanus euadit. Verum si tunc tēpus longius, tum ipse debiliior fuerit, neq; expuere possit, sed per vñionem aut sectionem

pus

pus exca
habere v
priori di
dem ori
pulmon
aliqua di
ric, sed i
pta fueri
pus vert
dem per
tempori
putresce
iam car
guinem
pus vert
efficit. C
venis co
ni sunt
in carne
uulla, au
quem ha
sanguin
solito re
& ad se
his, ac v
tas à car
attracta
carnes s
quam et
ris hum
doloris
nescit. C
humidi
corpori
erit, dol
transm
iusmod
carne p
piofior

pus exeat, confestim quidem hoc sanè etiam modo leuius habere videtur, progressu tamen temporis, ab his quæ in priore dicta sunt, perimitur. In latere autem tubercula quidem oriuntur, tum à pituita, tum à bile, non aliter quàm in pulmone. Ex laboribus quoque etiam oriuntur, cum vena aliqua diuulsa rupta fuerit, neque tamen penitus rupta fuerit, sed ita vt in ipsa conuulsio facta sit. Si quidem igitur rupta fuerit, confestim sanguis ex vena effusus putrescit & in pus vertitur. Quòd si conuulsio in vena facta sit, hæc quidem per exordia dolorem excitat & pulsât, progressu verò temporis sanguinem ad carnem transmittit, qui in carne putrescens, in pus vertitur. Ad eandem verò rationem etiam caro si quidem plus laborarit, plurimum ad se sanguinem ex maximè vicinis venis trahit, & confestim in pus vertit. Si verò minùs laborarit, & tardiùs trahit, & pus efficit. Quibusdam autem cum imbecilla in carnibus ac venis conuulsa facta fuerint, non suppurant, sed diuturni fiunt dolores, & rupriones vocantur. Et quæ quidem in carne fiunt, ad hunc modum fiunt. Cum caro aut diuulsa, aut ex plaga, aut aliquo modo affecta, dolorem aliquem habuerit, liuida, velut antea dixi, euadit, non sincero sanguine, sed tenui & aquoso, eoque pauco. Vbi verò plus solito resiccata fuerit, tum incalcescit, tum dolorem exhibet, & ad se ex venis & carnibus propinquis humiditatem trahit, ac vbi supra modum humectata fuerit, eaque humiditas à carne admodum incaluerit, per totum corpus, qualis attracta est dispergitur. Et magis sanè in venas quàm in carnes spargitur, cum hæ magis quàm carnes trahant, quàm etiam carnes trahunt. Cum verò ad copiosam corporis humiditatem pauca à carne attracta fuerit, obscura & doloris expers euadit, & pro morbosa temporis tractu fane scit. Quòd si caro tum magis incaluerit, tum copiosam humiditatem traxerit, dolorem exhibet, & ad quancunque corporis partē ab ipsa cum impetu delata fuerit ac incubuerit, dolorē grauem excitat, & quibusdam videtur ruptum transmutatū esse, q̃ tamen fieri non potest. Sed quæ sunt eiusmodi & alia propè ad vlus accedūt. Humiditas autem de carne per venas prorūpit, cumq; incaluerit, & crassior, copiosiorq; euaserit, dolorem exhibet, donec reliquo humori

Ec 4

tenuitate & frigidityte similis extiterit. Quod autem attineat ad ea quæ in venis fiunt, ipsa quidem vena in quantum conuallitur, loco manet, cum verò conuulsa fuerit (quod contentione & vi accidit) similis fit varici. Incallescit autem & ad se vaporem quandam humidum attrahit, qui ex bile & pituita prouenit, cumq; sanguis & humiditas de carne permixta fuerint, incallescit sanguis, ipsiq; multis modis, qua parte venam conuelli contingit, se ipso morbo osior & longè stabiliior euadit, cumq; copiosior extiterit, plenitudo quolibet tranfertur, doloremq; grauem adfert, ita vt quibuslibet ruptum loco migrasse videatur. Quod si fortè ad humerum trãserit grauitatem in manu & stuporem ac torporem inducit. Et si in venam incubuerit, aut ad humerum & dorsum tendat, confestim plerunq; dolor sedatur. Fiunt etiam conuulsiones ex laboribus, ex casibus, ex plaga, & si quis onus maius tollat, & ex cursibus, ac lucta, & omnibus id genus. Qui autè ex vulneribus purulenti fiunt, aut hasta, aut pugione, aut iaculo intro vulnus acceperint, quando quidem vlcus per antiquum vulnus foris aërem attraxerit, ea parte frigidum ad se inducit, & calidum a se emittit, & pus facile aut sanè si quid aliud expurgatur. Et si quidem tum interna parte, tum externa simul sanescat, penitus sanus euadit. Sin autem externa quidè parte sanescat, interna verò minimè, purulentus fit. At si simul quidem tū interna, tum externa parte sanescat, cicatrix autem intus debilis, aspera & liuida existat, quandoque refricatur, eoq; modo purulentus euadit. Iterū verò etiam exulceratur, si quid plus iusto laborarit & extenuatus fuerit, pituitaq; & bilis ad cicatricem affigatur, & si morbo alio detentus extenuatus fuerit. Cum autem vlcus extiterit, aut hoc modo, vel si pars externa prius quam interna coalescat, dolorem vehementem & tussim, & febrem affert, ipsumque vlcus, cum ampliùs calidum existat, sibi ipsi refrigerationem inducit, & a se caliditatem exhalat, pusque expurgatur, & longiore tempore curatur, tardiusque sanescit, quandoque verò minimè sanescit. Caro enim vlcusque ab ardore corporis coquitur, & supra modum humectatur, vt neque resiccare, neque carnem producere, neque sanescere queat. Verum procedente tempore, qui hoc modo velut etiam antea dictum est afficitur, perit.

Quod

Quod si fo
aliqua vuln
vertitur. Ac
vena consti
conualescit
que vena co
si confestim
trefcat, & pu
guinem vo
10 quæ prius d
qua ex vuln
re quauis la
iterum alio
sis à quibus
nem effund
vomitione
nem vomitu
spuentes, co
aliis morbi
10 milibus mo
faciliorem a
lier, iuueni
quoq; quo
necne. Pra
pus corpor
ant, tempu
giore temp
quidem ma
breuioris te
30 ri, & cū illis
ire. Et qui
ctiones fie
tius afficiu
nif. ita hui
iiciant. Q
dinem fier
bilis affi
lunt aff
igitur hæc

Quòd si forte fortuna contigerit, ut ex crassioribus venis aliqua vulneretur, sanguisque intrò fluat & putrescat, in pus vertitur. Ac si quidem totum hoc pus expuatur, & vulnerata vena constringatur, vlcusque intus & foris sanescat, prorsus conualescit. Quòd si neque vlcus intus coalescere possit, neque vena consolidetur, sed subinde sanguinem effundat, & si confestim vomitione aut sputo refundatur, aut etiam putrescat, & pus expuatur, plærunque perit, aut confestim sanguinem vomitione reiiciens, vel postea, ab iisdem causis quæ prius dictæ sunt consumtus. At sæpe quibus vena aliqua ex vulneribus, laboribus, aut exercitationibus, aut alia re quavis lauciatur, cum coaluerit aut sana esse videbitur, iterum alio tempore vena perumpitur, idq; ex iisdem causis à quibus prius affectus erat. Qua iterum rupta sanguinem effundunt, confestimque copioso & crebro sanguine vomitione reddito pereunt, aut subinde recentem sanguinem vomunt, multum autem & crassum pus per totum diem spuantes, eodem aut consimili modo consumuntur, velut in aliis morbis dictum est. At verò in his qui eiusmodi aut similibus morbis detinentur, multum ad faciliorem aut difficiliorem à morbo liberationem interest vi ne sit an mulier, iuuenis an senex, & mulier iuencula, an vetula. Insuper quoq; quo anni tempore, & num ex alio morbo ægrotent necne. Præstat etiam affectus affectui, maior minori, corpus corpori, & curatio curationi. Quæ cum ita se habeant, tempus etiam differre necesse est, & alios quidem longiore tempore, alios verò breuiore perire, aut non. & aliis quidem mala perdurare & maiora esse, aliis verò minora & breuioris temporis, alios quoq; ad senectutem usq; comitari, & cū illis mori, alios verò ab ipsis intra breue tēpus interire. Et quibus quidem iunioribus, quæ ex laboribus affectiones fieri dictæ sunt, contingunt, ii magis & vehementius afficiuntur, plusque cæteris dolent, & confestim iis manifestæ fiunt, ita ut sanguinem aut sputo, aut vomitione reiiciant. Quædam etiam propter bonam corporis habitudinem fieri non sentiunt. Seniores verò raro quidem & debilius afficiuntur, cum debiliores existant, iisque leuiores sunt affectiones, earumq; maiorem curam habent. Seniores igitur hæc per initia minus contingunt, quam iuniori, cum-

que sunt, seniori quidem debiliores, iuniori verò vehementiores existunt. Et iuniori quidem ob corporis intencas vires & siccitatem, carnemq; densam & validam, ad ossa adhærentem, & cutem ei vndiq; obtentam, si quid plus solitolararit, vehementes convulsiones magis & de repente contingunt, multaq; & variæ venarum & carniū ruptiones. Atque horum partim quidem confestim manifesta fiunt, partim verò postea comparent. Senioribus autem valida corporis firmitas non inest, carnesq; circum ossa dissolunt, cutisq; carnes ambiens, & ipsa rara est ac debilis, & neque senior eiusmodi aut similiter vt iunior afficitur, sed leuius afficitur, statimq; manifestum redditur. Adeo quidem per affectionum exordia difficilius iuniores quam seniores liberantur. At verò quibus morbus conspicuus redditur, quiq; pus aut sanguinem, aut vtrumq; expuit, si quidem iuniores fuerint, cum nimirum firmum & densum corpus habeant, non æqualiter ab vlcerebus, quæ pus in superioriore ventre habent, repurgari possunt. Neq; enim pulmo, cum densior existat, admodum ad arterias trahit, arteriæq; tennes & angustæ, pus nisi paucum & rarò non excipiunt, vt proinde pus in thorace & vlcerebus colligi & crassescere necesse sit. Ei verò qui iam florentem ætatem exegit, pulmo rarior & magis cauus est, arteriæq; ampliores, adeo vt pus in ventre & vlcerebus diutius non immoretur, & quicquid in super acciderit, id totum à pulmone in arterias sursum attrahi, confestimq; expui necesse sit. In iuniore igitur cum affectiones sint vehementiores, & purgatio pro sputi ratione non procedit, febres acutiores & crebriores oriuntur, doloresq; graues tum ipsius affectus, tum reliqui corporis incidunt, cum nimirum venæ contentæ sint & sanguine refertæ. Vbi verò hæ incaluerint, ex ipsis dolores alias ad aliam corporis partem peruadunt, & hi quidem plerumque intra breue tempus pereunt. Senioribus verò cum debiliores sint affectiones, & ab his sputum repurgetur, tum febres leniores paucaq; oriuntur, tum dolores ad sunt quidem sed exiles. Et ab huiusmodi quidem affectionibus nec senes quidem prius liberantur, sed multo tempore morbum trahentes, consumuntur, interdumque pus spuunt, interdum sanguinem, quandoque verò neutrum, tandem etiam vna

cum

eum his morbus huiusmodi
hoc detineant
existat, & v
hæc potissimu
num inflam
lis aut pituita
lescit, & hoc
tuita, intra qu
10 & increfcit, ex
do supra mod
gerate, Incale
minimum. A
ternis, ventis,
& ab ingestis
tior sit, cum b
sanguini pern
mixta fuerit,
verò calidissim
10 Vbi igitur hæ
traq; aut eoru
nirus tamen. N
tò densior & f
refrigeratur, t
euenit rigor a
terit, veheme
coeunte & cor
trahunt & tr
sanguis, hoc
30 quod est debi
maior aut m
sanguis per v
naturam abi
tum est, simi
dioreuadi. E
guinis calidit
verò istam o
iudicationem

cum his moriuntur. Sic autem moriuntur, cum aliquis morbus huic quem habent similis eos prehenderit, ita ut hoc detineantur, & is quem prius habuerint, vehementior existat, & ut plurimum consumti pereunt. At morbi qui hæc potissimum efficiunt, sunt morbus lateralis & pulmonum inflammatio. Ex his autem febris gignitur. Cum bilis aut pituita incaluerit, ab his reliquum totum corpus calefcit, & hoc appellatur febris. Calefcit autem bilis & pituita, intra quidem, à cibis & potibus ex quibus & nutritur & increscit, extra verò à laboribus & vulneribus, & à calido supra modum calefaciente, & à frigido plus æquo refrigerante. Incallescit quoque etiam à visu & auditu, ab his autem minimum. At verò rigor in morbis fit quidem etiam ab externis, ventis, aqua, & aëre sereno. & aliis id genus. Fit quoque & ab ingestis cibariis & potibus. Præcipuè autem vehementior fit, cum bilis & pituita, aut ex his alterum, aut utrunque sanguini permixtum fuerit. Magis tamen si sola pituita permixta fuerit. Pituita enim natura frigidissima est, sanguis verò calidissimus, bilis autem aliquantò sanguine frigidior.

¶ Vbi igitur hæc vna cum sanguine permixta fuerint, aut utraq; aut eorum alterum, sanguinem condensant, non penitus tamen. Neque enim vivere homo possit, si sanguis multò densior & frigidior seipso euaderet. Vbi igitur sanguis refrigeratur, totum corpus refrigerari necesse est, idque cum euenit rigor appellatur, & si quidem vehemens rigor extiterit, vehementior etiam est tremor. Sanguine enim in se coeunte & condensato, dum venæ contrahuntur, corpus contrahunt & tremorem excitant. Quòd si minùs in se coeat sanguis, hoc modo rigor appellatur, horror autem dicitur quod est debilissimū. At verò quòd post rigorem necessario maior aut minor febris prebendit, sic se res habet. Cum sanguis per vim quandam incaluerit, rursusque in suam naturam abierit, quod pituitæ & bilis sanguini permixtum est, simul incallescit, sanguisque se ipso multò calidior euadit. His igitur percalefactis, post rigorem, ad sanguinis caliditatem, febrem superuenire necesse est. Sudor verò istam ob causam suboritur. Morbi qui præcipuis ad iudicationem diebus iudicantur, & ignis dimittit, in his

quicquid est in sanguine pituitæ & bilis tenuissimum eliquatur & discernitur, partimque foras prodit, partim verò intus in corpore manet, quod autem à calore attenuatum est, in vaporem vertitur, & cum spiritu mixtum foras prodit. Hæc igitur sunt eiusmodi, & ex his sudor oritur. Cur autem interdum quidem calidus, interdum verò frigidus sit, hac ratione contingit. Calidus certè ex percalescènto malo & exusto, attenuatoque ac debili, neque admodum multo discernitur. eumque ex corpore calidiorem exceri necesse est. frigidus autem ex malo copiosiore secretus, et eoque quod remanet adhuc inualecente, necdum putrefacto, neque attenuato, neque exusto, frigidior, crassior & graueolentior prodit. Quod inde manifestum sit. Qui frigidum sudorem emittunt, plerumque longis morbis conficiantur, inualecente malo quod in corpore remanet. Qui verò calidum sudorem emittunt, celerius morbis defunguntur. At verò morbus lateralis & pulmonum inflammatio, ad hunc modum oriuntur. Lateris quidem morbus, qui pleuritis dicitur, cū cumulatæ & validæ portiones admodum occuparint. Ex vino enim incalescit totū corpus & humectatur, potissimum verò bilis & pituita. Quibus sanè agitatæ & humectatæ, temulètum siue sobrium rigore corripitur contingit, præsertim cū latus ex reliquo corpore præcipuè naturæ carne nudatum sit, neque quicquam intus habeat quod renitatur, præter ventriculum: ideoque maxime rigorem sentit. Cumque rigorem & perfrigerationem senserit, tum caro quæ est in latere, tum venulæ contrahuntur & conuelluntur, & quicquid in ipsa carne, aut in eius venulis, bilis & pituitæ inest, id magna ex parte, aut totum intus ad caliditatem propulsum, carne extra condensata secretur, & ad latus impingitur, doloremque vehementem excitat & incalescit, propterque calorem ad se ex proximis venis & carnibus pituitam & bilem trahit. Id igitur hoc modo contingit. Cū verò quæ ad latus impacta sunt putruerint & per spurum reddita fuerint, conualefcunt. Quod si & antiquum multum ad latus impingatur & aliud insuper accedat, statim moriuntur, cū saluæ copiam expuere nequeant, aut purulenti euadunt, & aliquidem intereunt, alii verò euadunt. Hæc autem septem, aut nouem,

nouem, aut vndecim, aut quatuordecim diebus, de se signi-
 ficationem exhibent, doloremque ad humerum & iugu-
 lum & ad alam hanc ob causam excitant. Vena quæ spleni-
 tis nominatur, à liene ad latus fertur, ex latere verò ad hu-
 merum & ad manum sinistram. Iecoraria autem in dex-
 tram partem ad eundem modum. Cumque eius pars quæ
 in latere est, à rigore contracta fuerit, sanguisque qui in ea
 continetur inhorruerit, alam & iugulum humerumque pe-
 tit, & conuellit, & dolore afficit. Ad eandem quoque ratio-
 nem loca quæ circa dorsum sunt incalescunt, ab impacto
 lateri pituitæ & bilis humore, & lateris locis inferioribus
 quandoque dolorem exhibet, & plerunque, si ad inferiores
 partes conuertatur, dolorem per venulas ad vesicam trans-
 mittit, copiosaque & biliosa vrina redditur, huiusque morbi
 causam & principium rigorem esse existimant. At verò pul-
 monis inflammatio fit, cum commotam & humectatam
 pituitam & bilē, propter calorem ex vicinis locis pulmo ad
 se traxerit, super ea quæ in ipso existunt. Totum quidem
 corpus percalefacit, doloremque præcipue dorso, lateribus,
 humeris, ac spinæ exhibet, cum nimirum ab his plurimam
 ad se humiditatem attrahat, hæque partes supra modum
 resiccantur, nimiumque incalescunt. Cum verò ad se traxe-
 rit, tumque bilis, tum pituita sedem in pulmone fixerit, pu-
 trefcit & in pus vertitur. Et siquid præcipuis ad iudicatio-
 nem diebus, putrefacta per sputum reddita fuerint, super-
 stes euadit æger. Si verò susceperit quæ per initia obuene-
 runt, aliaque præterea accesserint, & neque putrefacta per
 sputum reiciat, præ copia superuenientium plerunque mo-
 riuntur. Quod si ad duos & viginti dies perueniunt, febris
 quæ dimittit, neque in his per sputum repurgati fuerint, pu-
 rulentæ euadunt. At verò ex his maxime quibus vehemen-
 tissimus laterum morbus, aut pulmonis inflammatio con-
 tingit. Pulmonis autem inflammatio & morbus lateralis
 sine sputo, ambo ex eadem causa, ex siccitate contingunt.
 Siccant verò calida etiam, vbi supra modum calefaciunt &
 frigida quoque si supra modum refrigerant. Induratur au-
 tem latus & conuellitur, quæque in eo insunt venulæ, &
 quantum in eo est pituitæ & bilis, id à caliditate intus are-
 scit, doloremque infert, & ex dolore febrem. Huic confert ve-

nam pertundere in brachio splenitidem appellatam, aut in corariam, ad utram sanè morbus vergit. Sicq; lateris & aliarum partium dolor leuior contingit. Vena enim quicquid in ea inest pituitæ & bilis, & sanguinis morbofi, vna cum his magna ex parte foras emittit. Pars verò ex carne per medicamenta & portiones diffunditur, & per calefactoria extrinsecus admota, adeò vt morbus per totum corpus spargatur. Et hic morbus lateralis sine sputo appellatur. Pulmonis verò inflammatio, cum ipse etiam pulmo supra modum excrucietur, cumq; quod in eo bilis aut pituitæ inest, neq; æquabiliter putrefacit, neq; per salinam sursum reicit, & quicquid in eo est humiditatis, aut ex portione, aut sorbitione, aut ex proximis locis, id totum nimia siccitate & caliditate exurit. Huic confert portiones bibere ex quibus pulmo humectatur & expuit. Nisi enim expuat, & durior pulmo euadit, simulq; arefcit, & hominem perimit. At verò febris ardens ferè biliososprehendit, corripit etiam pituitosos, hoc modo. Vbi bilis toto corpore commota fuerit, & fortè euenierit, vt venæ & sanguis magnam bilis copiam ex carnibus & ventriculo trahant. Qui verò priùs inest, vt pote natura calidissimus in corpore sanguis existens, cum ex carnibus & ventriculo incaluerit, supra eum qui iam inest, amplius adhuc à bile, reliquum etiam omne corpus calefacit. Et quædam quidem partes ob copiosam humiditatem penitus resiccare nequeunt. Quòd si resiccata fuerint, homo perit. Quædam verò in summis corporis partibus cum natura sicca sint, resiccantur, plurimumq; ex ipsis humidum exurit. Quas si attingere velis, frigidas ipsas & siccas comperias. Eamq; ob causam qui febre ardente corripiuntur, internis quidem partibus à febre vruntur, externis verò frigidis sunt, linguaq; & fauces ex interno spiritu & caliditate exasperantur & arefiunt. Quicquid autem bilis in ventriculo & vesica gignitur, quod quidem in ventriculo est, interdum quidem per inferiora exturbatur, plærunque verò primis diebus, aut quatuor, aut quinq; hæc ob causam euomitur. Cum superior ventriculus supra modum incaluerit, ad se trahit, & vomitus excitatur. Eamq; ipsam ob causam ex febre ardente & morbo laterali, in pulmonis inflammationem potissimum morbi transeunt. Vbi enim superior ventriculus

vniculus supra modum incaluerit, ad sese trahit, pulmoq; ex-
 cipit, sitq; pulmonis inflammatio, ac plærunq; pereū, cum
 nimirum debiles existant, alioq; suborto nouo morbo, dies
 superare nequeunt, dum sputum in pulmone concoctum
 fuerit, sed vt plurimum debilitate pereunt, quidam verò su-
 persunt. Quibus autem ad vesicam bilis aliquid confluit, iis
 vrina crassa, idq; à pituita, redditur, biliosum verò deorsum
 secedit, eò quòd exusta sunt quæ in ventre insunt. Phrenitis
 autem (quæ est perpetuum cum febre delirium) ad hunc se-
 10 habet modum. Sanguis qui in homine existit, magnam par-
 tem ad prudentiam confert, vt quidam verò dicunt, totam.
 Vbi igitur bilis commota venas & sanguinem subierit, ex
 solita compage & motione sanguinẽ dimouet & sero diluit,
 & percalefacit. Qui percalefactus totum etiam reliquum
 corpus calefacit, & homini mens alienatur, neq; apud se est,
 propter febris copiam, & sanguinis non consuetam dilutio-
 nem & agitationem. Qui vero phrenitide detinentur, quòd
 ad mentis alienationem, his qui atra bile laborant sunt assi-
 miles. Atra enim bile vexati, cum à bile & pituita sanguis
 20 corruptus fuerit, morbo corripiuntur, & mente alienantur,
 quidam etiam insaniunt. Et in phrenitide similiter contin-
 git. Quò verò bilis pituita est imbecillior, eò minor tum in-
 sania, tum mentis alienatio contingit. At in morbo laterali
 & pulmonis inflammatione, hanc ob causam subcruentum
 & liuidum sputum expuunt. Per exordia quidem sæpe neu-
 trum exponunt, neq; liuidum, neq; subcruentum. Nosse au-
 tem oportet morbum vehementem existere. Vbi verò spu-
 tum aliquantum crassum spueri cœperint, tum præcipuè
 purgatur. Expuitur autem ex venarum distensione, in mor-
 30 bo laterali quidem, ex his quæ sunt in latere, in pulmonis
 verò inflammatione, ex his quæ sunt in pulmone, quæ cali-
 ditatem ad sese trahit. Quòd si ægro abscessus intrò ruptus
 fuerit, & purulentus euadat, statim primo die sanguinem &
 pus subcruentum & liuidum cum salina expuit. Liuidum
 autem à sanguine euadit, si pauci sanguinis ad multam sali-
 nam commixtio fiat, neque confestim spuatur, sed aliquan-
 diu intus remaneat semiputrefactum & in corpore efformi-
 40 tum. Ex morbo autem laterali intereunt, cum circa exor-
 dia copiosa quidem pituita & bilis ad latus impacta fuerit,

multaque ex reliquo corpore præterea affluerit, quam neque spumando propter copiam, neque putrefaciendo superare possit. Arteriae autem implentur ab his quae intus sunt, pituita & pure, ob idque sterit, crebroque inde respirat, ad extremum autem omnia occluduntur, & interit. Adeundem etiam modum ex pulmonis inflammatione pereunt. At verò qui ex febre ardente intereunt, omnes ex siccitate intereunt. Primum quidem extremarum partem, pedes & manus, resiccantur, deinde verò sicciiores. Cum autem penitus corporis humor exustus & resiccatus fuerit, sanguis quidem penitus concrevit & perfrigitur, reliquum verò corpus resiccatur, eoque modo interit. Ex phrenitide verò ita perit. In hoc morbo perpetuo delirio vigentur, cum omnimodum sanguis corruptus, & extra solitam agitationem motus sit, cumque desipiant, neque quicquam effatu dignum eorum quae offeruntur suscipiunt. Procedente verò tempore marcescunt & consumuntur, tum à febre, tum quod nihil nutriantur. Ac primum quidem extremarum partes immineuntur & refrigerantur, deinde etiam proximarum. At febris & febris & dolorum hoc habet principium. Cum sanguis qui in venis est à pituita refrigeratus fuerit, confectum in aliam atque aliam partem transit, & conuellitur, atque tremat, ad extremum etiam refrigerantur omnia & interit.

Hippocratis de morbis liber secundus,

CUM caput supra modum percalefactum fuerit, copia facit urina redditur. Siquidem in eo liquatur pituita, quae liquata, partim quidem ad nares, partim ad os, partim etiam per venas quae ad pudendum tendunt, secedit. Quod cum peruenerit urinam reddit, & velut urinae stillicidio afficitur. Cum verò oculorum venas pituita subierit, oculorum caligine vexantur. Visus enim aquosior & turbidior euadit, neque oculorum splendor similiter splendidus est, neque si quis cernere velit, compareret velut cum lucidus & purus erat. Hic quadraginta diebus potissimum sanus euadit. Quod si longo post tempore morbus redeat, cutis capitis incrassescit, & corpus reliquum tumidum, crassius, & bene coloratum redditur. Haec pituita ad carnes vertitur, ex eo

ergo

æger crassior esse videtur. Carnes enim cum persuse tumi-
 diiores & rariores extiterint, ex venis sanguinem trahunt, ac
 propterea bene colorati esse videntur. Alius morbus. Caput
 viceribus completur, corpus intumescit, & colore est auri-
 ginoso, & alia atque alia, corporis parte vlcera erumpunt,
 febris subinde corripit, & ex dorso aqua defluit. Cum in
 huius capite pituita aliquantum biliosa innutrita fuerit, vl-
 cera quidem oriuntur. Vbi sinciput pituita & bile madefa-
 ctum fuerit, pituita; & bilis rara conferta; extiterit. Hæc
 10 enim cõcrefcit, putrescit, & exulceratur. Extenuata verò pi-
 tuita, ad aures transmittitur. In reliquo autem corpore ad
 eandem rationem qua in capite vlcera oriuntur, quacunq;
 in parte putrefactus sanguis & bilis coaceruata fuerint. Ea
 enim parte caro putrescit & vlceratur, prætereaque adue-
 nientem pituitam & bilem putrefacit, pusque gignit.
 Alius morbus. Toto capite dolor obtinet, & bilem vomit-
 tione reicit, difficultate vrinæ premitur, & delirat. Huic
 quidem totum caput dolet, quod supra modum calefactum
 sit. Mente autem alienatur, cum sanguis qui est in capite à
 20 bile & pituita calefactus fuerit, & præter consuetudinem
 agitatus. Bilem verò vomit, cum nimirum ipsa in corpore
 sit agitata. Et caput propter caliditatem ad se trahit, & cras-
 sissimum quidem vomit, tenuissimum verò ad se trahit.
 Vrinam autem reddit in hoc morbo ex iisdem causis, velut
 in superiore dictum est. Alius morbus. Si circa cerebrum
 venulæ sanguinem supereffundunt, nomen quidem non re-
 ctè morbo impositum videtur. Neque enim fieri potest vt
 vena aliqua, neque ex minoribus, neque ex maioribus, su-
 pereuomat. Superuomitum tamen appellant & dicunt.
 30 Quod siquam maximè superuomat, morbus ab eo fieri
 minimè videtur. Neque enim ex bono malum oriri po-
 test, vt neque ex malo bonum, neq; rursus bonum plus ius-
 to fieri potest. Verùm superuomere videntur, vbi bilis &
 pituita venas subierit. Venæ enim attolluntur & pulsant, &
 dolor toto capite oboritur, auresque sonitum percipiunt, &
 nihil audiunt. Ac sonitum quidem percipiunt, cum nimi-
 rum venæ pulsent, ac palpirent. Tunc enim sonitus in capite
 percipitur. Grauius verò audiunt, partim quidem ob inter-
 num strepitum & sonitum, partim etiam vbi cerebrum &

ipsum ambientes venulae sustolluntur. Nam propter nimiam caliditatem vacuam circa aurem partem cerebrum ex se implet, & cum nimirum par aeris copia non insit, velut antea, neque æqualem sonum exhibeat, ea quæ dicuntur non æqualiter de se significationem præbent, indeq; grauis auditus oboritur. Hic si quidem ei ad nares, aut ad os, aqua & pituita erumpat, sanus euadit. Sin minus, septimo ferè die moritur. Quòd si in capite venæ supereuomuerint, supereuomunt autem ab iisdem quæ antea dicta sunt, quodq; hoc modo fiat, eius rei hoc est indicium. Vbi quis aut manum, aut caput, aut aliam corporis partem ita affectam secuerit, sanguis ater & turbidus, ac morbosus effluit, quamuis neq; sanguinem nominare æquum sit, nisi qui ruber & sincerus effluit. Cum autem ex iisdem causis supereuomuerint, caput dolor, tenebricosa vertigo & grauitas occupat. Dolor quidem ex sanguinis nimia caliditate. Tenebricosa verò vertigo, cum sanguis cõferta copia ad faciem processerit. Grauitas autem, nimirum cum sanguis turbidior & morbosior, in capite maiore sit copia quàm intus. Cerebri syderatio. Si cerebrum syderatio occupauerit, dolor ex capite spinam occupat, & ad cor permeat, animo linquitur, sudor adest & insomnia, ex naribus sanguis effluit, & plæruncq; sanguis vomitione refunditur. Syderatur autem hoc modo cerebrum, cum aut supra modum calefactum aut refrigeratum fuerit, aut plus solito biliosum aut pituitosum extiterit. Vbi sanè horum aliquid contigerit, spinalem medullam supra modum calefacit, quæ etiam incallescens, spinæ dolorem exhibet. Animi autem deliquium adest, vbi pituita & bilis ad cor impeerit, quod his agitatis & humectatis fieri necesse est. Sudor verò ex dolore oritur. Sanguinem autem vomitione refundit, cum capitis quidem venæ à cerebro calefactæ fuerint, quæ verò ad spinam sunt, à spina, spina autem à spinali medulla, & spinalis medulla à cerebro, vnde originem ducit. Cum igitur venæ incaluerint, & sanguis in his efferbuerit, venæ quidem capitis ad nares transmittunt, quæ verò ad spinam sunt sanguinem continentes, ad corpus. Hic tertio aut plæruncq; quinto die moritur. Alius morbus. Dolor de repente caputprehendit, statimq; vox deficit, & sui impotens euadit. Hic intra septem dies, nisi eum febris corripuerit, in-

rit, interit. Quòd si corripuerit, conualefcit. Hæc autem af-
fectio contingit, cum ei bilis atra in capite agitata fluxerit
præcipueque in partem in qua plurimæ sunt venæ in cerui-
cem nempe & p. ctus. Deinde poſtridie reſolutione corpo-
ris tentatur, & fit ad motionem impotens, ſanguine nimi-
rum perfrigerato. Quòd ſi ſuperior euadar, adeò vt ſanguis
inealeſcat, ſiue ab his quæ offeruntur, ſiue ex ſeſe, eleuatur,
diffunditur, ac mouetur, ſpirationemq; inducit, & ſpumef-
cit, à bile ſeparatur, & conualeſcit. Si verò minimè ſuperet,
magis refrigeratur, cumq; omninò refrigeratus fuerit, eūq;
calor defecerit, concreſcit, neq; moueri poteſt, ſed moritur.
Quòd ſi ex ebriatē ſic afficiatur (id enim ex ea continge-
re ſolet) etiam moritur. Caries in capitis oſſe. Cū verò oſ-
ſis caries contigerit, dolor ex oſſe inuadit. Spatio autem
temporis cutis à capite modò hac, modò illa p. arte diſcedit.
Ita autem afficitur, cui ad duplicatam oſſis laminam acce-
dens pituita reſiccata fuerit. Hæc enim parte rareſcit, & o-
mnis ab eo humiditas deficit, cumq; ſiccum exiſtat cutis ab
eo diſcedit. Hic morbus minimè lethalis eſt. Alius morbus.
Si de repente velut ſydere iſtus concidat, anteriore capitis
parte dolor inuadit, neq; oculis facile vider, & ſopore deci-
netur, venæ ſaliūt, & febris lenta detinet, & corporis ad mo-
tū impotētia. Hic ita afficitur, vbi capitis venæ calefactæ pi-
tuitam ad ſe attraxerint. Morbi igitur principiū inde oritur.
Eam verò ob cauſam anteriore capitis p. arte dolor occupat,
q̃ in ea venæ ſunt craſſiſſimæ, & cerebrum anteriore magis
capitis parte quā poſtiori poſitum habet. Propterea q; o-
culis nō vider, illuc p. cumbente cerebro ac inflammato. Ad
motionē verò impotētiæ id o. corpus detinet. Vbi venæ pi-
tuitā ad ſe traxerint, pituitæ frigidityte vti nunc ſanguis ma-
gis quā antea ſiſtatur & refrigeretur neceſſe eſt. An nō moto
ſanguine, fieri nō poteſt quin corpus quieſcat, & profundo
ſomno v. luti alto ſopore detineatur. Et ſiquidē ſanguis re-
liquūq; corp⁹ ſuperarit, adeò vt caleſcat, æger euadit. Quòd
ſi pituita ſuperauerit, ſanguis magis refrigeratur & concre-
ſcit. Et ſi refrigeratio & coactio magis increſcāt, homo p. r-
ſus cōgelatus ac refrigerat⁹ perit. Angina. Oritur autē angina,
cū pituita in capite agitata, deorſum conſertim fluxe-
rit, & in maxillis ac citra ceruicem conſiterit. Hic ſaliuanti

deglutire non potest, nec nisi per vim spiritum attrahit, ac stertit, interdumq; cum febris detinet. Ea igitur est morbi origo, & interdum sub ipsa lingua, interdum paulo supra pectus contingit. Vna curgulationis affectus. Fit autem vna, cum ad curgulationem ex capite pituita delata fuerit, isque pendulus & rubicundus euadit, & successu temporis ad hunc modum nigrescit. Curgulio venosus est & crassus, & vbi inflammationem concepit, incalescit, propterque caliditatem sanguinem à quo nigrescit, ex vena attrahit. Quare nisi turgentem feces, confestim sese vibrando spiritum & animam efflant ægri. Vena enim calefacit, & præ caliditate circumstantia curgulationem loca sanguine implet, intraque breue tempus suffocantur. Tonsillæ. Tonsillæ autem & partes sub lingua intumescences, gingiuarum & linguæ tumores, quæque id genus hoc loco contingere solent, ex omnes partes ex pituita afficiuntur. Pituita autem ex capite defertur. Caput verò vbi calefactum fuerit, ex corpore trahit. Incalescit autem à cibariis, sole, laboribus & igne. Cumque incaluerit, quod est tenuissimum ad se ex corpore trahit, cumque attraxerit, rursus ad caput demittitur. Morbi ex capite orti. Cum caput repletur, & ex horum aliquo incalescere contingit, torpor caput detinet, & crebrò vrinam reddit, aliisque afficitur quæ ex stranguria contingere solent, eaq; nouem diebus patitur. Et si quidem per nares aut aures aqua vel mucus erumpat, à morbo vindicatur, stranguria cessat, vrinamq; multam & albam ad viginti dies citra laborem reddit, capitis dolor desinit, & intuenti splendor ex oculis ipsi clam subducitur, & dimidiatas rerum facies sibi cernere videtur. Hic intra quadagesimum diem prorsus conualescit, multis tamen quandoq; morbus septimo, aut decimoquarto anno reuertitur. Capitis cutis ei callescit, & tactui cedit, ac ex paucis cibariis mollis beneque coloratus apparet, neque acutè audit. Cum sic habentē per morbi initia offenderis, antequam per nares & aures aqua erumpat, eumque intensus dolor detineat, derafo capite, circum frontem & corteo vtriculo, aqua quam ferre poterit calidissima, pleno alligato, ipsum calefieri finito, vbi que refrigerit alterum adhibeto. Quòd si debilis euadat, cessaro, & intermissione facta, rursus eadem repetito, quoad vehementer

mens dolor
subluito, &
aquosam s
to, succur
subducatur
lato, eiusq
to, & pauc
numque n
tionem pro
perint. & v
ratus fueri
vrinam mo
mis quiden
tribus dieb
maximè su
Diebus ve
morbus pr
gaueris, pr
bebis, si a
diebus pro
sireuertatu
stridie vera
tur interin
hibito me
stis inurita
riorem cap
duabus in
iuxta aure
quæ cuneco
vbi feceris
ca caput in
tu, tumore
gingius, v
tibis pulle
rò inflama
ripiet, capu
sic habet,
lem sursum
zis & cali

mens dolor remittat. Si verò alius non subducatur, cum subluo, & propinatis vrinam ducentibus, aquam mulsam aquosam superbibendam exhibeto, & quam maxime foueto, succumq; ptisanæ tenuem sorbeat. Quod si venter non subducatur, mercurialem aqua coctâ terito, succum percolato, eiusq; parem portionem cum ptisanæ succo permisceo, & pauco melle succo admixto, hunc ter die sorbeat, vinumque mulsam, aquosum, album, modicum, post sorbitionem propinato. At postquam ei per nares mucosa eruperint, & vrinam crassam reddiderit, doloreq; capitis liberatus fuerit, vtre ne amplius vtratur, sed multa calida lotus, vrinam mouentia, & aquam mulsam aquosam bibat. Et primis quidem diebus milium lingat, & cucurbitam aut betas tribus diebus edat, deinde cibus quam mollissimis, & aluum maxime subducentibus vtratur, pauco semper cibo addito. Diebus verò quadraginta elapsis (tanto enim tempore morbus præcipue circumscribitur) vbi ipsius caput repurgaueris, primum medicamentum deorsum purgans exhibebis, si anni tempestas permiserit, deinde serum septem diebus propinabis, aut si debilis existat, paucioribus. Quod si reuertatur morbus, toti corpori fomento adhibito, post die veratrum potui exhibeto, deinde quantum videbitur intermissione facta, tuncque ad caput repurgandum exhibito medicamento deorsum purgante, caput octo crustis inurito, duabus quidem ad aures, duabus verò ad posteriorem capitis partem, hinc atq; hinc ad cervicis initium, duabus in naribus, iuxta oculorum angulos. Venas autem iuxta aures quoad pulsare cessent, vrito. ferramentis verò quæ cuneolos faciant, eas transversas perurito. Atque hæc vbi feceris sanitas contingeret. Alius morbus. Vlceribus circa caput impletur, & crura intumescunt, velut ex aquæ potu. tumorque in tibiis inducitur, ac si premas, color est auriginosus, vlceraq; aliâs alia corporis parte, præcipueq; in tibiis pullulant, & maligna aspectu apparent, deposita verò inflammatione celeriter sanantur, febrisq; subinde corripit, caput perpetuò calet, & ex auribus aqua effluit. Cum sic habet, medicamentum ei exhibeto quod pituitam & bilem sursum purget, si quidem frigus fuerit, vbi prius foueris & calida laueris. Deinde trium dierum intermissione

facta caput purgato, posteaque medicamentum deorsum purgans bibendum dato, & si anni tempus opportunum fuerit, serum deinceps propinato, sin minus, lac asinum. Post purgationem autem cibis quam paucissimis, maximeque aluum subducentibus vtatur, neque lauet. Quod si caput viceretur, sinegmate ex vini fece ysta parato, glandis putamen laute tritum admisceto, nitri pari portione admixta, quibus defricus multa calida lauetur. Caput autem inungatur baccis lauri tritis, gallis, myrrha, thure, argenti flore, adipe suillo, & oleo laurino, quibus commixtis illinito. Post hæc autem vomitionibus ter in mense vtatur, exerceat se & calida lauetur. Quod si cum hæc feceris, morbus quidem ex reliquo corpore discesserit, in capite autem adhuc ipsi viscera oriantur, rursus capite purgato, medicamentum deorsum purgans postea propinato, deinde caput deorsum leuibus incisuris incidito, cumque sanguis effluerit, confricato, mox lanas succidas vino madidas obuoluito, cumque solueris, spongia detergito, nec madefacito. Deinde in parascopyparissi puluere, oleo sublinito. Lancis autem vinculis, quoad sanus euadat, vtatur. Alius morbus. Caput dolor vehemens apprehendit, & ubi quis vel paululum agitur, bilem vomit, interdum verò difficulter vrinam reddit, & mente alienatur, cumque ad septimum diem peruenerit, quandoque moritur. Quod si hunc transmiserit, etiam nono aut vndecimo die, nisi ei per nares, vel aures effluerit. Si verò eruperit, euadit. Fluit autem aqua aliquantulum biliosa, deinde successu temporis, putredine in pus vertitur. Cum igitur ita habuerit, quoad quidem dolor vehemens detinuerit, per initia, antequam ex naribus & auribus erumpat, spongiæ calida madefactas capiti propius admovento. Si verò his minimè remittat, vtre eo modo quo in priore morbo vitior. Aquam autem mulsam aquosam bibat, sin minus post mulsam, aquam in qua farina hordei crassior macerata fuerit. Prisanæ verò succum sorbeat, & vinum album aquosum superbibat. Vbi autem per aures eruperit, febrisque & dolor remiserit, cibis vtatur aluum subducentibus, a paucis initio ducto semper aliquid addendo. Calida caput lauet, & aures aqua limpida proluat, spongiamque melle imbutam imponat. Quod si ne sic quidem resicceat, verum

rām diuturni
gentiq; flo
tenuiter tr
quid super
verò auris
tum abluu
scat, lenib
a longo te
vehemens
eruperit. F
maceratas
ne sic quid
to. Sorbiti
terioribus
ta fuerit, d
capitis par
regiones d
ex vno duc
bricosa ven
net, aures t
pituitam v
capitis cur
beat, prin
quod pitui
deinde in
gans prop
ducentib
iam satis c
lenticulæ
coq; die q
bibat, de
post cibos
neq; ad ig
sate est, sin
purgauer
& paruo
quam cib
cerebrū
to. Alius

rum diuturna fluxio euadat, post collutionem factam, argentiq; florem, sandarachā, cerusam, singula pari portione tenuiter trita immittito, his aures impleto ac refecito, & si quid superfluat, aliquid de medicamēto superiniicito. Cū verò auris resiccata fuerit, vbi expurgaueris medicamentum abluito, deinde, cū primū auris resiccata obsudescat, lenibus fomentis aures foueto. Sic enim non nisi agrè ac longo tempore conuiescet. Moriuntur quoque si etiam vehemens dolor aurem occupet, neque intra septem dies eruperit. Hūc calida multa lauato, & spongas aqua calida maceratas, tepidas expressas, ad aurem apponito. Quòd si ne sic quidem rumpatur, ei fomentum ad aurem admoueto. Sorbitionibus autem & potionibus iisdem quibus in superioribus vtor. Alius morbus. Aqua si in cerebro subortafuerit, dolor acutus sinciput & tempora, interdumq; alia capitis parte detinet, subindeq; rigor ac febris oculorum regiones dolor occupat, iiq; caligant, pupilla scinditur, & ex vno duo sibi cernere videtur, & si surrexerit, ipsum tenebricola vertigoprehendit, neq; ventum, neque solem sustinet, aures tinniunt, auditoq; strepitu indignatur, saliuam & pituitam vomitione refundit, quandoq; verò etiam cibos, capitis cutis extenuatur, & contactu gaudet. Cū ita habeat, primū quidem medicamentum sursum purgans, quod pituitam educat exhibeto, post hæc caput purgato, deinde intermissione facta medicamentum deorsum purgans propinato, mox eum cibis quàm maximè aluum subducentibus reficito, sensim semper adiiciendo. Vbi verò iam satis ciborum comederit, ieiunus vomitionibus vtatur, lenticulæ decocto melle & aceto admixto, olera comedens, coq; die quo vomuerit, primū quidem cyceonem liquidū bibat, deinde sub vespertinum paucis cibis vtatur, neq; lauet, post cibos deambulet & mane, ventum & solem deuittans, neq; ad ignē accedat. Quòd si eū hæc feceris, sanus euadat, sat est, sin minùs, vbi eū vere primū quidem veratro antè purgaueris, deinde etiā in nares medicamentum infundito, & paruo tēpore intermisso, deorsum purgato. Deinde postquam cibis eū refeceris, demū secto iuxta sinciput capite ad cerebrū vsq; perforato, & velut sectionem per terebrā curato. Alius morbus. Rigor, febris, & dolor caput vexat, præci-

puè verò ad aurem & tempora, an sinciput, oculorum regiones dolet, supercilia velut pondus incumbere videntur, & caput grauatur, ac si quis eum agitet, vrinam reddit copiosè & facilè, dentes torpor & stupor detinet, venæ attolluntur & in capite pulsant, quietem ferre nequit, sed anxietudine premitur, & præ dolore mente alienatur. Huic si quidem per nares aut aures eruperit, aqua effluit aliquantum purulenta, & conualescit, sin minus septem diebus ferè moritur. Hic morbus præcipuè ex febre lipyria ortum habet, cum febre liberatus, neq; purgatus, aut cibis & vino se impleuerit, aut inebriatus fuerit, aut in sole se exercuerit. Cum sic habuerit, primùm quidem sanguinem ex capite quacunque parte visum fuerit demito, eoq; detracto, raso capite ei refrigerantia admoueto, & si venter non subducatur, per infusum subluendus. Potui autem prisanæ succus frigidus exhibendus, & aqua superbibenda. Quod si ad refrigerantia ei non remittat morbus, mutatione facta, vitre vitior & calefacito. Vbi verò dolor sedatus fuerit, cibis aluum subducentibus vtatur, neque impleatur. Cum autem sedato dolore ad vigesimum diem peruenerit, fomento capiti adhibito, medicamentum ad nares admoueto, & intermissione trium dierum facta, medicamentum deorsum purgans propinato. Alius morbus. Si venulæ copulam sanguinis circa cerebrum supereuomuerint, & cerebrum calefecerint, febris ac dolor vehemens ad tempora, sinciput, & posterionem capitis partem detinet, aures tinniunt, flatibus implentur, nihil audit, æstuat, & præ dolore seipse incontinenter iactat. Hic quinto aut sexto die moritur. Cum sic habuerit, caput calefacito. Etenim si per aures aut nares aqua proruperit, periculum effugit. Quod si sextum diem euasit, eandem victus rationem quam in priore morbo instituito. Alius morbus. Si venæ in caput supereuomuerint, dolor leuis totum caput detinet, & ad ceruicē pertingit, interdumq; ad alias capitis partes transmittit, deinde vbi surrexerit, eum tenebrosa vertigo occupat, febris nonprehendit. Cum sic habuerit, derafo capite, nisi calefactorius cessarit, à capite frontem qua capillus desinit, scindito, sectam cutim diducito, vbi sanguis defluerit, tenuissimo sale conspergito. Postea verò quàm sanguis defluerit, totam sectionem duplici

duplici filo
pice illitum
apposita del
neat, qui si
bordei cras
bendam ext
etiam super
lis vexet, fe
præcipuè ve
supercilia su
doque per n
dem ad dim
capite oritu
admoueto,
nares instill
lium liquidi
Quod si alu
beat, sin mi
dum. Cum
ximè aluum
xione & do
ei incumben
mento ex a
aris florem
ris, plærun
lethalis. Al
lot ex occip
repente no
que etiam v
30 primū di
& si sangui
calida lana
album aqu
rit prisanæ
tibi vomit
tur, à vom
bibat. Si v
venas, sple
fuerit, occ

duplici filo inuolutam componito, deinde splenium cera &
 pice illitum, vlceri inferiore parte imposito, lana succida
 apposita deligato, & finito ad dies septem, nisi dolor deti-
 neat, qui si detineat, soluito. Aquam autem in qua farina
 hordei crassior macerata fuerit, quoad conualuerit, ei bi-
 bendam exhibeto, ptisanæ verò succum sorbendum, aquam
 etiam superbibendam dato. Alius morbus. Si cerebrum bi-
 lis vexet, febris lentis & rigor detinet, dolorque toto capite,
 præcipue verò ad tempora, incipit, & oculorum regiones,
 supercilia suspensi videntur, & ad aures dolor peruat, quã-
 doque per nares bilis effluit, oculi caligant, & plerisque qui-
 dem ad dimidiam capitis partem dolor peruenit, toto etiã
 capite oritur. Cum ita habuerit, refrigerantia ei ad caput
 admoueto, & ubi dolor & fluxio quieverit, apij succum in
 nares instillato, neque lauet quamdiu dolor detinet, & mi-
 llum liquidum pauco melle affuso sorbeat, & aquam bibat.
 Quod si alius non subducatur, brassicas edat, & succum sor-
 beat, sin minus, foliorum sambuci succum ad eundem mo-
 dum. Cumq; tempestiuum tibi videbitur, cibos quã ma-
 ximè aluum subducentes ei porrigito. Ac si propulsata flu-
 xione & dolore, ad supercilia iuxta nasum pòdus quoddam
 ei incumbere videatur, mucusque crassus sit & putridus, fo-
 mento ex aceto, aqua & origano adhibito, mox calida loto,
 æris florem & myrtham ad nares admoueto. Hæc ubi fece-
 rit, plerumque sanum videbis, morbus autem minimè est
 lethalis. Alius morbus. Si syderatum cerebrum fuerit, do-
 lor ex occipitio ad spinam tendit, & cor frigus permeat, de-
 repente nouus sudor oritur, & per nares sanguis fluit, pleri-
 que etiam vomunt. Hic intra tres dies moritur. Quod si se-
 ptimum diem superauerit (plerique verò minimè superât)
 & si sanguinem vomat, aut ex naribus effluat, neque eum
 calida lauato, neque calefactoria admoueto. Acetum verò
 album aqua temperatum potui exhibeto, & si debilis fue-
 rit ptisanam sorbendam dato. Quod si plus æquo sanguine
 tibi vomitione refundere, aut ei ex naribus effluere videat-
 ur, à vomitu quidem farinam setaniam aquæ inspersam
 bibat. Si verò ex naribus fluat, brachiorum & temporum
 venas, spleniis suppositis deligato. At si horum neutrum af-
 fuerit, occipitium autem, & spinam dolor vexet, & ad cor-

frigus procedat, eruo pectus, dorsum, occipitium, & ceruicem calefacito. Hæc cum feceris maximè iuueris. Pauci verò ex hoc morbo euadunt. Alius morbus. De repete sanum capitis dolorprehendit, confestimq; vox eum deficit, stertit, & os apertum est, & si quis eum vocet aut agitet, solum ingemiscit, nihil intelligit, vrinam copiosam reddit, eamque se reddere non percipit. Hic nisi eum febris corripiat, intra septem dies moritur. Quod si corripuerit, plærunque sanus euadit. Huiusmodi autem morbo senioribus ferè contingit, magisque quàm iunioribus. Hic cum sic habeat, multa calida lauandus est, & quàm maximè fouendus, ei que aqua multa tepida in os instillanda. Quod si ad se redeat & morbum effugiat, cum eum cibis refeceris, & vires valere videbuntur, immisso in nares medicamento, paucisque intermissis diebus, medicamentum deorsum purgans propinato. Nisi enim purgaueris, metus est ne rursus morbus reuertatur. Ferè autem ex priore minimè euadunt. Alius morbus. At si quis ex temulentia voce deficiat, si quidem iam confestim eum febris corripiat, conualescit, sin minus, intra tertium diem moritur. Cum ita habentem offenderis, multa calida lauato, & spongas calida imbutas ad caput admovento, & in nares cepas detracto cortice immittito. Hic si quidem apertis oculis & voce recuperata ad se redeat, neque nugas loquatur, eo die sopore detentus iacet, postero verò conualescit. Quod si erectus bilem vomuerit, in insaniam agitur, fereque diebus quinque nisi dormiat, moritur. Hunc igitur hæc facere oportet, multa calida lauare, donec ad se redeat, deinde copioso oleo illitum, in mollibus stratis, vestimentis contactum recumbere, neque apud eum lucernam ardere, neque loqui. A balneo enim ferè somno corripitur, & si dormierit, sanus euadit. At postquam ad se redierit, tribus quatuorve primis diebus, milium liquidum, aut prisanæ succum sorbendum & vinum mellitum bibendum exhibeto. deinde cibis mollissimis primumque paucis vtatur. Cerebri syderatio. Si syderatio corripit, dolor sensim anteriorem ferè capitis partem detinet, & intumescit, liuescit, febrisque ac rigorprehendit. Cum sic habuerit, qua parte tumescit, secare oportet, & os perpurgatatum radere, donec ad duplicatam lamiam peruenierit.

uenerit, d
Cum carie
succesfu ve
tura cont
& fuluum
vsque cor
vltra cor
vltus cura
derasum
dens cura
capitis an
sed sopor
leuis feb
detineat,
ta calida
fomento
dito. Prif
to. Et si qu
minùs (h
que sang
30 Quod ni
rè morit
let, max
duram se
apprehen
non mag
lina visc
cubitum
fectum
30 bitulas
de capit
& vbi f
pore ad
origane
aque m
ro, mac
fundin
vbi per
to ore;

uenerit, deinde non secus ac fracturam curare. Caries.
 Cum caries in osse oborta fuerit, ex ea os dolor corripit,
 successu verò temporis tenue euadit, inflatur, in eoque fra-
 ctura contingit. Quod si secueris, os distentum, asperum,
 & fuluum reperiens, quibusdam verò etiam ad cerebrum
 usque corrosus. Cum ita habentem offenderis si quidem
 vltra corrosus fuerit, sinere optimum, & quàm citissimè
 vltus curare. Si verò perforatum non fuerit, sed asperum,
 dera sum ad duplicatam usque laminam, sicuti præce-
 dens curato. Alius morbus. Si quis sit velut syderatus, &
 capitis anteriore parte dolet, oculisque videre non potest,
 sed sopor ipsum detinet, & si temporum venæ pulsant, &
 levis febris totiusque corporis ad motum impotentia
 detineat, & imminuatur: cum sic habuerit, tum cum mul-
 ta calida lauato, tum ad caput calefactoria ad moueto. A
 fomento verò myrrham & æris florem in nares infun-
 dito. Priscanæ succum sorbendum & aquam bibendam da-
 to. Et si quidem cum hæc feceris melius habeat, sat est, sin-
 minus (hæc enim vnica spes est) ei sinciput diuidito, cum-
 que sanguis effluxerit labra cõponito, curato & deligato.
 Quod nisi diuiseris, decimo octauo aut vigesimo die fe-
 re moritur. Angina. Febris & rigor corripit, caput do-
 let, maxillæ intumescunt, ægrè sputum deglutit, saliuam
 duram sensim expuit, & in imis faucibus stertit. Quod si
 apprehensa lingua consideraueris, curgulionem quidem
 non magnum, sed mollem videbis. Fauces interiores sa-
 liua viscida implentur, neque excreare potest, neque de-
 cubitum sustinet, sed si decumbat suffocatur. Cum sic af-
 fectum offenderis, hæc facito. Imprimis quidem cucur-
 bitulas ad primam cernicis vertebra ad moueto, dein-
 de capiti ante naso ad aurem vtraque ex parte apponito,
 & vbi scarificaueris, cucurbitulam quàm plurimo tem-
 pore adhærere sinito. Deinde suffitum illi ex aceto, nitro,
 origano, & nasturtij semine parato. Quæ leuiter trita, pari
 aquæ mensura ad acetum permixta, & pauco oleo instilla-
 to, macerato, postea in ollam infusa, operculo appposito, a-
 rundine caua indita, mox prunis imposita feruefacito, &
 vbi per arundinis fistulā sursum vapor ascēderit, cum aper-
 to ore intro trahat, ea cautione adhibita ne fauces adurat.

Exteriore verò parte spongiæ aqua calida imbutas ad genas & maxillas apponat. Oris autem collutionem ei facito ex origano, satureia, apio, mentha, & paucò nitro, aquaque mulsâ aquosâ admixta, paucum acetum instillato. Prædictarum herbarum foliis læuigatis ac tritis, nitroque in ea macerato, tepido os colluat. Si verò saliuâ retinetur, læuigato myrti surculo, & summa ei⁹ parte tenella inflexa molli lana obuoluta, conspectis faucibus, saliuam expurgato, & si venter non subeat, glandem adhibeto, aut infuso lubluito. Præsanæ autem succum sorbeat, & aquam in super bibat. ¹² Quòd si ei tumor rubicundus enascatur, & ad pectus intumescat, & ardeat, salutis maior spes est. Hæc autem ei faciendâ sunt. Vbi foras inflammatio vertitur, beatas frigida imbutas ad moueto, tepidis autem os colluat, & ne lauet. Quibus factis ferè euadet. Morbus autem lethalis est, & omnino pauci euadunt. Alia angina. Febris & dolor caput præhædit, fauces & maxillæ inflammantur, neque saliuam deuorare potest, sed crassum & copiosum expuit, & ægrè loquitur. Cùm sic habuerit, primum quidem eo quo supra diximus modo cucurbitulam ad moueto, deinde spongiam ca- ¹⁰ lida maceratam ceruicæ & maxillis apponito, aquam mulsam aquosam ad os colluendum exhibeto, & præsanæ succu sorbere cogito. Quòd si vbi hæc fecerit saliuâ nō exeat, suffitum eodem modo velut in superiore parato. Quòd si ei ad pectus aut ad ceruicem inflammatio vertatur, betis aut cucurbitis concisis in aquam calidam coniectis, frigidam super sorbeat & bibat, quòd facilius spurum exscreetur. Cùm verò tumor in pectore extruberat, plures euadunt. At si faucibus & tumoribus sedatis ad pulmonem morbus versus fuerit, confestim febris & lateris dolor in super corripit, & ¹³ vbi hoc contingit, plerumque moritur. Quòd si dies quinque effugerit, purulentus euadit, nisi ipsum cōfestim tussis corripuerit, quæ si corripuerit, exscreato & repurgato sputo cōualefcit. Huic quamdiu dolor lateris detinet, latus calefaciendum, & offerenda quæ pulmonis inflammationi conueniunt. Quòd si dies quinque superarit, & febris remiserit, tussis verò detinet, primis quidem diebus sorbitionibus vtatur. Cùm verò cibos sumere occæperit, quàm pinguis- mos & maximè salios edat. At si tussis non adsit, verum pu-
rulentum

rulentum fi-
voler, allia
meracius su-
bene habet
exhibeto, &
gina. Ling-
cusque sub
neque saliu
si cogatur,
¹⁰ viridem, ap-
terito, mell-
interiore p-
decoquito
cocto mac-
si minùs,
hordeacea
riore autem
lida in vin-
ueto. Vt p-
¹⁰ purat. Qu-
minùs, vbi
to ferram-
ctis multi-
lis est. Vna
summus
tunda & p-
Quòd si n-
fuerint, st-
nem, hæc
buerit, o-
palarum
barum h-
rum deco-
delingen-
Si tonfill-
qui ad co-
tione ve-
protrud-
to & he-

rulentum fieri cognoscas, vbi cœnauerit, cumque dormire
 volet, allia quam plurima cruda edat, & vinum generosum
 meracius superbibat. Quod si sic quidem ei puseruperit,
 bene habet; sin minus, postridie vbi calida laueris, suffitum
 exhibeto, & si eruperit, velut purulentum curato. ¶ Alia an-
 gina. Lingvæ pars posterior inflammatione tentatur, lo-
 cusque sub tonsillis ad guttur (qui Græcis κλειθρον dicitur)
 neque saluam, neque aliud quicquam deuorare potest, sed
 si cogatur, ei per nares effluit. Cum sic habuerit, mentham
 10 viridem, apium, origanum, nitrum, & rhois rubri portione
 terito, melle subigito, iisque crassioribus redditis linguam
 interiore parte qua intumescit illinito. Deinde ficus aqua
 decoquito, rhois triti paruum portionem hoc ficuum de-
 cocto macerato, eoque si possit ad gargarisandum vratur,
 sin minus, os colluat. Aquam verò in qua crassiores farinæ
 hordeaceæ partes maceratæ fuerint, potui exhibeto. Exte-
 riore autem parte collo & maxillis cataplasma ex farina ca-
 lida in vino & oleo cocta imposito, & panes calidos admo-
 ueto. Vt plurimum enim locus sub tonsillis ad guttur sup-
 20 purat. Quod si sua quidem sponte eruperit, sanus euadit, sin
 minus, vbi digito immisso contrectaueris an molle sit, acu-
 to ferramento ad digitum alligato, perforato. Quibus fa-
 ctis multi conualescunt. Hic verò morbus minimum lethali-
 s est. Vna curgulionis affectio. Si yua in faucibus oriatur,
 summus curgulio aqua impletur, eiusque extrema pars ro-
 tunda & pellucida redditur, respirationemque intercipit.
 Quod si maxillæ vtraque ex parte inflammatione tentatæ
 fuerint, strangulatur. Sin verò citra horum inflammatio-
 nem, hæc affectio per se exoriatur, minus perit. Cum sic ha-
 buerit, curgulionem digito apprehensum, & sursum ad
 30 palatum appressum, extrema parte præcidito. Deinde her-
 barum hortensium odoratarum & condimentis vsurpata-
 rum decoctum ad gargarisandum dato, & farinam frigidā
 delingendam, aquamque superbibendam, neque lauet. Tonsillæ.
 Si tonsillæ oriantur, sub maxillis ex vtraque parte tumor fit,
 qui ad contactū foris durus est, & totus curgulio inflamma-
 tione vexatur. Cum sic habuerit, immisso digito tonsillas
 protrudito, ad curgulionem verò æris florem siccum illini-
 to & herbarum hortensium odoratarum decoctum insola-

tum, gargarisandum exhibeto, & extrinsecus, qua parte tumor est, hordaceam farinam in vino & oleo coctam in cataplasmate tepidam admovento. Vbi verò tubercula mollia esse videbuntur, intus contrectata, scalpello pertundito. Quædam tamen etiam sua sponte sedantur. Hypoglossis. Si hypoglossis aut tuberculum sub lingua oriatur, lingua intumescit, parsque sub ipsa & externa ad contactum dura est, & saluam deuorare non potest. Cum sic habuerit, spongiam calida madefactam apponito, & farinam hordeacei vino & oleo incoctam, parte exteriori qua intumescit in cataplasmate admovento, sicum decoctum ad gargarisandum dato, nec lauato. Vbi verò purulencum fuerit, secato. Quandoque autem sua sponte erumpit, & citrà sectionem confidit. Cum verò parte externa suppurauerit, inurito. Inflammatio in palato consistens. Si verò inflammatio in palato contracta fuerit, intumescit & suppurat. Cum sic habuerit, tuberculum vrito, vbi pus exierit, reliquum eluito, primum quidem nitro & aqua tepida, deinde vino. Postquam elueris, vuam albam passam detractis acinibus tritam in vsturæ locum imposito, cumque effluxerit, vino meraco tepido colluat, & vbi quid edere aut sorbere voler, spongiâ immitto, istaque donec conualescat facito. Polypus. Si polypus oriatur in naso, ex mediis cartilaginibus velut curgulio dependet, & vbi spiritum expellit, foras mollis progreditur, vbi verò attrahit, retro fertur, vocem obscuram, & inter dormiendum stertorem facit. Cum sic habuerit, spongiam rotundam concisam, & in orbem velut spiram contortam, lino Ægyptio conuoluto, & duram reddito. Sit autem ea magnitudine quæ naribus sit adaptata. Spongiam quadruplici lineo filo, quod cubitali sit longitudine vnumquodque, deligato. Deinde ea in vnum principium coacta, summaque tenui virga stannea, quæ altera parte acus foramen habeat, virgam acuta sui parte in os transmittito, & transmissio per acus foramen lineo filo, eam apprehensam trahito, donec filorum principium apprehendas. Deinde specillo ad ungulæ similitudinem bifulco, curgulioni subdito, obnixè trahito, donec polypum eduxeris. Cumque extraxeris, & sanguis fluere desierit, sicum linamentū specillo conuolutum immitto, & de cætero, æris flore cum melle

melle ferue
Vlcere iam
pertingat,
polypus. I
parer, neq;
missa fistula
tec. Post vñ
caro comp
cum æris fl
tum fuerit
conualescat
ex cartilag
sic habuerit
cico, tenui
queum tra
virgam sta
queum, per
quo obduc
trahito, sp
sub curgul
perioem
cartilagin
caro esse v
ita habue
mor inuri
lo vnguina
truerit, æ
mina in m
te ex obli
inurete op
truerint,
percurato
tes in vñ
feriore pa
bre caret
habuerit
deinde vñ
pari porti
mixtis qu

melle feruifac̃to, linamentum illitum in nares imponito. Vlcere iam percurato, plumbum ita efformatum vt ad vlc^o pertingat, melle illitum, donec conualeſcat apponito. Alius polypus. Naſus carne impletur, quæ ad cõtãctum dura apparet, neq; naribus respirare poteſt. Cũ ſic habuerit, immiſſa fiſtula, ferramentiſ tribus aut quatuor inurere oportet. Poſt uſtionem veratrum nigrum tritum inſucito, & vbi caro computruerit & exciderit, penicillum lineum melle cum æris flore illitum, imponito. Cumq; vlcus percuratum fuerit, plumbeas laminas melle illitas indito, donec conualeſcat. Alius polypus. Interiore ex parte caro rotunda ex cartilagine prominet, ad cõtãctum verò mollis eſt. Cũ ſic habuerit, nerueo fune accepto, in eo tenuem laqueum facito, tenui filo conuoluito, deinde alterum initium per laqueum tranſmittito, maiore laqueo facto, mox initium per virgam ſtanueam traſucito. Poſtea immiſſum in nares laqueum, per ſpecillum inciſum circum polypum extendito, quo obducto, virgam per os traſucito, eamq; correptam trahito, ſpecillo inſtar vngulæ biſulco ad eundem modum ſub curgulione obſirmato. Vbi verò extraxeris, velut ſuperiorem curato. Alius polypus. Interiore ex parte circa cartilaginem durum quid aliqua ex cauſa adnaſcitur, quod caro eſſe videtur, ſi verò attigeris ſonat velut lapillus. Cũ ita habuerit, naſum per ſcalpellum diuiſum expurgato, mox inurito, quo facto ruſus naſum conſuito, & pernicillo vngue illito impoſito, vlcus curato, ac vbi circumputruerit, æris florem cum melle illinito, plumbea verò lamina immiſſa percurato. Alius. In cartilaginis ſumma parte ex obliquo velut cancri parui exoriuntur, quos omnes inurere oportet, inuſtos veratro aſpergito. Vbi verò putruerint, æris flore cum melle extenſo, plumbea lamina percurato. Morbus regius. Facies nigricat, præcipueq; partes in vmbra latentes, oculi ex virore pallescunt, lingua inferiore parte venæq; ſub lingua craſſæ ſunt & nigre, febre caret, & vrinam craſſam biliolaſque reddit. Cũ ſic habuerit, primũ quidem venas ſub lingua pertundito, deinde vbi multa calida laueris, aſphodeli radices quinque pari portione, repurgatas & vino incoctas apij folijs admixtis quantum manus capere poſſit, ieiuno bibedas exhi-

beret. Vini dulcis tres dimidias heminas Aeginetes affusa
ad dimidiam heminam coquito, hoc permixtum ex illidem
propinato. Postquam verò vrinam reddiderit, cibis aluum
subducentibus vtatur, post cibum cicer album edat, vinum
album, copiosum, aquosum bibat, apium & porrum in ci-
bo comedat. Hæc septem diebus faciat, & si quidem in his
color moderatè tibi repurgatus esse videatur, sat est, sin mi-
nùs, aliis tribus eadem faciat. Postea verò vnius aut alterius
diei mora interposita, medicamentum ad nares admoueto,
deinde medicamentum deorsum purgans, ex quo bilis re-
purgetur, propinato. Et si quidem lienosus fuerit, lac alumi-
num aut serum postea bibendum dato, hisque factis sanum
reddes. Alius morbus regius. Febris leuis prendit, caput
grauitas detinet, nonnullis etiam febris cessat, ipse verò ex
virore pallidus euadit, præcipueque oculi, debilis est, corpo-
ris ad motionem impotenti grauiatur, & vrinam crassam
ac cum virore pallidam reddit. Hunc calida lauato, & quæ
vrinas ducunt bibenda exhibeto. Vbi verò purior esse, &
color tibi melior videbitur, medicamento naribus admo-
to, etiam medicamentum deorsum purgans postea bibe-
dum dato. Cibis autem quàm mollissimis vtatur, vinum al-
bum, dulce, aquosum bibat, quibus factis sanum reddes. Fe-
bres ex bile. Si quis bile vexetur, febris eum quotidie pre-
hendit & dimittit, potissimum verò medio die detinet, et
amarum est, & cum sine cibo fuerit, offenditur, vbi verò co-
ederit, strangulatur, & paucis cibis impletur, eos excreta-
tur, & vomitionibus tentatur, ad lumbos & crura grauitas
decumbit, multumque dormit. Huic, si post febrem frigi-
do & copioso sudore exudarit, neque febre liberetur, du-
turnus morbus euadit. Si verò minimè exudarit, citius iudi-
catur. Cum sic habuerit, vbi nonum diem attigerit, medica-
mentum purgans exhibeto. Si enim statim per febris ex-
ordia exhibueris, postquam purgatus fuerit, febris repe-
rit, rursusque medicamento indiget. Cum verò os minimè
laboret, sed ad iunum ventrem tormina decumbant, medi-
camentum deorsum purgans propinato, posteaque lac ali-
minum, aut serum, aut succum aliquem bibendum dato.
Quod si debilis fuerit, aluum infuso subluato. At verò ante
medicamenti purgantis portionem si quis febre vexetur,
mane

mane quic
die quo fe
dato. Cui
liquidum
sum super
de nocte,
res quiden
gidi sint, &
nimè exhi
10 succum bi
aquosum p
frigidissim
& febris eu
decimoqu
contactum
ra, naribu
attigerit,
istero det
cit. Hunc
10 prehende
nono die
anni temp
quotidie
propinato
dato, & p
cum bibe
subluato,
miserit, n
deorsum p
30 tunc mor
sus prehen
teriana f
ta prehen
to. Quod
pentaphy
bendas d
da lauerit
admixa,
nec exud

mane quidem aquam mulsam aquosam exhibeto, alio verò die quo febris detinet, frigidam quantam voler bibendam dato. Cum verò febris remiserit, ptisanæ succum, aut miliū liquidum sorbendum, & vinum album, generosum, aquosum superbibendum dato. Quòd si febre detineatur, neque de nocte, neque de die remiserit, & ad contactum superiores quidem partes calidas habeat, venter autem & pedes frigidi sint, & lingua aspera, huic medicamentum purgans minimè exhibeto, sed molli iufuso aluum subluito, & ptisanæ succum bis die frigidum sorbendum dato, posteaq; vinum aquosum propinato, reliquo verò tempore aquam quam frigidissimam bibendam. Hic si quidē septimo die exudarit, & febris eum dimiserit, bene haber, sin minùs plerumque decimoquarto die moritur. Alia febris. Exteriores parte ad contactum febris levis est, intus verò ardet, lingua est aspera, naribus & ore calidum expirat. Vbi verò diem quintum attigerit, præcordia dura sunt, dolentia, & color qualis in ictero detento apparet, vrinamq; crassam ac biliosam reicit. Hunc si quidem septimo die rigor & vehemens febris prehenderit, ac exudarit, bene haber, sin minùs, septimo aut nono die moritur. Corripit autem maximè hic morbus, si anni tempus minimè squalidum fuerit. Cum sic habuerit, quotidie calida lauato, aquam mulsam aquosam copiosam propinato, & succum ptisanæ frigidum bis die sorbendum dato, & post sorbitionem vinum aquosum, album, modicum bibendum. Quòd si alius minimè subeat, per infusum subluito, aut glandem apponito. Cibus, quoad febris remiserit, ne exhibeto, vbi verò cessauerit, medicamentum deorsum purgans bibendum dato. Quandoq; enim reuertitur morbus, si impurgatus permanferit. Idē morbus rursus prehendit, si sanguis supra modum biliosus fuerit. Si tertiana febris detineat, si quidē post tres accessiones quarta prehendat, medicamentum deorsum purgans propinato. Quòd si medicamento tibi minimè indigere videatur, pentaphylli radices acerbuli quantitate in aqua tritas, bibendas dato. Si verò ne sic quidem sedetur, vbi multa calida lauerit, trifolium & laferis succum cum vino pari aqua admixta, propinato, reclinatumque multis vestimentis donec exudet contegito. Post sudorem si sitiar, polentam ex

aqua bibendam dato, vesperi verò milium tenue coctum
 forbeat, vinumque superbibat. Cibis verò quàm molli-
 mis vratur, donec dimittat. Febris quartana. Cùm febris
 quartana detinet, si quidem ex alio morbo non purgatum
 corripit, medicamentum deorsum purgans propinato,
 deinde caput repurgato, postea medicamentum deorsum
 purgans iterum dato. Quòd si nec his factis cesset, interpo-
 sitis duabus post purgationem per inferiora accessionibus,
 post multæ calidæ balneum, semen hyoscyami milij ma-
 gnitudine, mandragoram pari portione, laseris succum tui
 fabarum quantitate, & trifolij parem modum, ex vino me-
 raco bibendum exhibeto. Si verò rubustus esse, & bene sibi
 valere videatur, & ex lassitudine ac itinere febris in eo con-
 tracta ad quartanam perducta sit, post fomenta adhibita,
 allium melle maceratum ipsi exhibeto, deinde lentis cre-
 morem, melle & aceto admixto superbibat. Vbi cibo et-
 pletus fuerit, vomat post calidæ balneum, postquàm refri-
 xerit, cyceonem ex aqua bibat, vespere verò cibis mollibus
 neque multis vratur. Secunda autem accessione, calida lo-
 to, & vestimentis confecto quoad exudet, confestim vera-
 tri albi radicum trium digitorum longitudinem, trifolij
 drachmæ quantitatē, succi laseris duarum fabarum pon-
 dus ex vino meraco propinato. Quòd si vomitiones ipsum
 detineant, vomat, sin minus, eodem modo, post capitis pu-
 rgationem. Cibis verò quàm molliissimis & acerrimis vratur.
 Cùm autem ipsum accessio inuasit, ne ieiunus medi-
 camentum bibat. Lateris morbus. Lateris morbus vbi pre-
 hendit, febris & rigor detinet, dolor per spinam ad pectus
 peruadit, erectæ ceruicis spiratio (orthopnoeam dicunt) &
 tussis vexat, sputum album, aliquantulum biliosum, non fa-
 cilè tussis reicit, ad inguina dolor est, & vrinam cruentam
 reddit. Cùm sic habuerit, si quidem febris septimo die re-
 miserit, conualefcit. Quòd si nō remiserit, morbus ad vnde-
 cimum aut decimum quartum diem peruenit. Pleriq; itaq;
 his diebus intercunt. Si verò decimum quartum diem su-
 peret, euadit. Cùm hoc modo dolor detinet, fomēra calida
 admovento. Mel autem decoctum pari affusa aceti mensura
 bibat, deinde ad mellis cocti & aceti mensuram, aquæ vnde-
 deuigessimam portione affusam sensim & crebro biben-
 dam

nam dato, posteaq; pauco affuso aceto aquam admisceto. Milij succum pauco melle instillato frigido, quantum heminae quadrantem, in singulos cibos sorbeat, & vinum album, generosum aquosum bibat. Vinum autem sit quam mollissimum, & minimè odoratum. Cum verò febris dimiserit, duobus quidem diebus milium bis die sorbeat, & betas suauissimè apparatus comodat. Post hæc caruli aurauiculæ decoctæ ius sorbeat, & paucas carnes edat. Deniq; verò, præcipuè quamdiu morbo tentabitur, milium in prædio assumat, vesperi autem cibariis quam paucissimis & mollissimis vtatur. Alter lateralis morbus. Febris & tussis detinet, & rigor, & lateris dolor, quandoq; etiam ad iugulum, sputum expuit aliquantulum biliosum & suberuetum. Quod si contigerit vt ei intro abscessus ruptus fuerit, quæ parte maximè dolor detinet, fomenta calida admoueto, & nisi multa febris vexet, calida lauato, sin minùs, minimè. In potu verò aquam faui recentis maceratione condulcatam exhibeto, postea etiam immixta aqua. Milij autem succum bis die sorbeat, & vinum album aquosum superbibat. Qui si quatuordecim dies effugerit, sanus euadit. Alius lateralis morbus. Febris detinet, dentium stridor & tussis sicca vexat, cum virore pallida, quandoque etiam liquida tussi reicit, dolor lateris prehendit, & dorsum subrubrum euadit, caput & pectus calet, interdumq; etiam venter pedes & crura. Erectus sedens tussi magis vexatur, aluus turbatur, & alui egestio ex virore admodum pallida est & graueolens. Hic intra dies viginti perit, quos si effugerit, conualefcit. Huic donec quatuordecim dies præterierint, farina hordeaceæ crassioris maceratæ dilutum bibendum exhibeto, & vinum album, generosum, aquosum postea propinato, prisanæ succum frigidum bis die sorbendum dato. Cumque iam succus decoctus fuerit, mellis loco, mali punici succum vinosum, & prisanæ succum admisceto, neq; calida multa lauato. Vbi verò dies quatuordecim præterierint, postea milium in prædio assumat, vesperi autem auicularum carnibus cum iure, & paucis cibis vtatur. Ex hoc autem morbo pauci euadunt. Pulmonis inflammatio. Febris vt minimùm quatuordecim dies detinet, ad summum autem duodeuiginti, quibus diebus vehementer

per tussim reiicit, & primum quidem sputum crassum & purum septimo & octauo die excreat. Vbi verò febris prebiderit, nono & decimo die subdulce & purulentum, quoad quatuordecim dies præterierint. Quòd si decimo quidem quinto die pulmo resiccatus fuerit, & per tussim reiicit, conualefcit. Sin minus, ad duos de viginti attendito, quibus quidem si sputum tussi reiectum sedatum fuerit, euadit. At si non cesset, cum interrogato, num ei sputum esse dulcius videatur. Quòd si affirmauerit, morbus annuus euadit, cum pulmo pus intrò colligat. Huic primis quidem diebus primum dulce, album, aquosum, paulatim crebrò bibendum exhibeto. Prisanæ verò succû melle ammixto ter die bibendum, quo ad dies decem & octo præterierint, & febris cessauerit. Periculum autem præcipuè die septimo & decimo quarto incurrit. Cum verò octodecim dies superauerit, non amplius moritur, sed pus expuit, pectus dolet, & per tussim reiicit. Cùm sic habuerit, ieiuno lentis decoctum propinato, eiusque fæsum multo adipe admixto sorbendum dato, si æstus non adfuerit, qui si adsit, ne sorbeat, sed cibis vtatur salis ac pinguibus, & marinis potius quàm carnibus. Quòd si tibi ritè purgari videatur, infuso acfomento vtitor, si quidem pus crassum fuerit, foueto, sed sitine, infundito. Et cibis quàm maximè adhæreat, acribus, carnibus bubulis, ouillis & suillis abstineat. Cùm sic pulmonis inflammatione purulentus extiterit, febris vixit, tussis sicca, difficultas spirandi, pedes intumescunt, & manuum ac pedum vngues contrahuntur. Cùm se habuerit, decimo post die ex quo purulentus fieri cœperit, huic multa calida loto, ari radicem tritam asragali magnitudine, salis granum, & parum mellis, ex aqua & paucò oleo, extra-
cta lingua tepidum infundito, deinde humerum concutito. Quòd si ex eo quidem pus erumpat, sat est, sin minus, aliud facito. Ciborum acrium & cyelaninis succum expressum, vtriusque acetabulum paruum sumito, deinde laferis succum tritum fabæ quantitate, lactis caprini aut asinini acetabulo dilutum & commixtum, tepidum infundito. Si verò ob id non erumpat, raphani corticem, & aris florem trium fabarum quantitate læuiter tritum, olei hemina quadrante subactum, tepidum infundito. Sit autem raphani

raphani quantitas dupla. Quòd si pus erumpat, cibus quàm
 salustissimis & maximè pinguibus vtatur. Sed si pus minimè
 prodierit, paulatim ad os suffitum adhibeto ex sij succo, vi-
 no Tornio, lacte bubulo aut caprino, pari cuiusque admix-
 ta mensura, ita vt trium heminarum modum faciant. De-
 inde furni testas ignitas immittito, hoc per fistulam trahat,
 ea cautione adhibita, vt ne aduratur. Vbi verò purius spu-
 tum fuerit, vrticæ semen, thus, origanum, ex vino albo,
 melle, & paucò oleo tertio quoque die infundito, postea
 10 verò butyrum, resinam, in melle liquefactam, neque am-
 pliùs cibus salsis & pinguibus vtatur. Intermediis autem die-
 bus ex infusis ieiunus bibat saluiam, rutam, satureiam, ori-
 ganum pari portione, ex vino meraco ad acetabuli mensu-
 ram, cum omnibus his aspersis. Quòd si ab his infusis non
 prorumpat, nil mirandum. Plærunque enim in ventrem
 erumpit, confestimque meliùs habere videtur, cum ex an-
 gusto in ampliorem locum venerit. Alius morbus. Cùm
 longiùs tempus progressum fuerit, febris vehemens & tuf-
 sisprehendit, latus dolet, neque in sanam quidem partem
 20 decubitus ferre potest, sed in dolentem, pedes & oculo-
 rum cavitates intumescunt. Post decimum quintum ab e-
 ruptione diem, huic multa calida loto, & in sella stabili col-
 locato, alter manus detineat, tu verò agitato humero quo-
 nam in latere affectio strepitum faciat auscultato, votum
 autem est vt in sinistro. Ad hunc igitur locum sectionem
 adhibeto, quòd minùs lethale est. At si præ crassitudine &
 copia nullum tibi strepitum edere videatur, quo ipsum de-
 prehendas, quod sit interdum, latus quod intumuerit &
 magis doluerit, quàm infima parte sub ipsum tumorem
 30 potiùs quàm anteriore parte secato, quòd facilius puri exitus
 pateat. Primùm autem inter costas cutem specillo lato ex-
 cisorio secato, deinde specillo acuto panniculo deligato,
 cuius extremam partem vnguis pollicis magnitudine reli-
 ctam intrò adigito. Postea vbi quantum puris videbitur
 emiseric, vulnus penicillo ex lino crudo, cui filum alliga-
 ris, obducito, quotidie pus semel emittito. Post decimum
 diem, vbi totum pus emiseric, penicillum ex linco indito,
 deinde vinum & oleum tepida per fistulam infundito, ne
 pulmo pure madescere consuetus, de repente resiccet. In-

fusum autem matutinum sub vesperam, at vespertinum mane educito. At vbi pus tenue velut aqua, aut ad digitum contactum glutinosum & paucum fuerit, stanneum penicillum cauum indito. Cum verò prorsus venter resiccatus fuerit, paulatim resicato penicillo, dum ipsum eximat, vulnus coalescere finito. Indicio autem est euasurum z-grum, si quidem pus album & purum fuerit, fibræque sanguinis insint, vt plurimum conualescit. At si primo die coluteo simile, aut postero die crassum defluat, aliquantum ex virore pallidum, & graueolens, vbi pus effluerit, moriuntur. Alius morbus. Cum quis ex pulmonis vicio tabescit, huic sputum crassum, aliquantulum ex virore pallescens & dulce per tussim reiicitur, dentium stridor est, dolor pectus & dorsum occupat, tenuis sibilus in faucibus auditur, exque siccescunt, cavitates rubent, vox grauis est, pedes intumescunt, vngues contrahuntur, partes superiores extenuantur & imminuuntur, sputum ore contentum exscreaturus detestatur, matutino tempore & media nocte maximè tussis vexat, itemque alio tempore, hicque morbus iuuenulam mulierem potius quam vetulamprehendit. ¹⁰ quidem iam capilli ex capite huic defluant, caputque volut ex morbo nudetur, & super prunas expuenti sputum grauitè oleat, hunc intra breue tempus periturum allecto, & ex alui profluuiò periturum. Vbi enim iam pus circa cor computruit, id prunis impositum nidorem exhalat, & vna incallescens cerebrum falsuginem emittit, quæ aluum cieit, cuius rei indicium est quòd capilli ex capite defluant. Hunc cum ita habuerit ne curato. At si per initia tibi morbus obtigerit, lenticulæ cremorem propinato, deinde intermisso vno die, veratrum ita temperatum vt ne inferius aluum cieat, exhibeto. Cumque noctu ad os falsugo deueniat, crebriora ei medicamenta ad nares admoueto. Sed si non effluat apponito quidem, verum ex maiore intervallo, & semel in mense, veratro quantum duobus digitis tolli potest, ex vino dulci temperato, in super epoto. Lenticulæ verò decoctum confestim inde bibendū dato. Medicamenta autem purgantia, nisi cum febres acutiores prehendant, quam paucissima bibat. Dracunculi radicem & veratri delingat, non tamen ex melle. Sic enim minimè aluum moue-
bit.

bit. Quod si tormina in aluo inferiore suboriatur, eam primum quidem ex infuso, in quod coccus enidius commiscetur, subluo. Quod si neq; sic sedentur, lacte asinino cocto purgato, medicamentum autem deorsum purgans ne exhibeto. Si verò ante medicamentum epoto veratro bilem vomat, ipso lentis decocto assumpto vomat. Cibus autem vtatur, si quidem febres acutæ detinent, carnis ouillis coctis, & volucrum, cucurbita & betis. Iusculum ne sorbeat, neque ad intinctus vtatur. Piscibus autem vtatur scorpiis, & mollibus aut carrilagineis coctis, neq; calidum quicquam comedat, neque lauet, si multa febris detineat, neque oleribus acribus vtatur, excepta satureia aut origano, vinum album bibat. At si febris sit expers, calores autem subinde corripiat, pisces quam optimos & pinguisimos edat, & pinguis & dulcia, & quam maximè salsa. Deambulationibus vtatur neq; in vento, neque in Sole, & post cibos, cum tempestiū videbitur, vomat, tepidaq; lauet, capite excepto. Ex cibariis panis melior, iis qui maza non viciant, his verò vtraque commisceto. Alius morbus qui tabes vocatur, Tussis vexat, & sputum copiosum & liquidum, interdumq; facile per tussim reiiicitur, pusq; grandini est simile, & digitistrum durum & graueolens existit. Vox clara & sine dolore emittitur, neque febres corripiunt, sed quandoque calor, & alioqui debilis est. Huic veratrum & lentis decoctum propinato, & quam plurimis cibus satiatio, dum ab acribus, carnis bubulis, suillis, & ouillis abstineat. Exercitationibus paucis & deambulationibus vtatur, post cibos vomitiones adhibeat, venere abstineat. Morbus hic septem aut nouem annis durat, quod si huic per initia curationem adhibeas, sanus euadit. Alius morbus. Si pulmonis fistula vlcere feruido & superficiario laborarit, febris lenis detinet, medio pectore dolor vexat, & totius corporis pruritus, vox raucescit, sputum liquidum ac tenue expuit, interdum etiam crassum, ac velut ptisanæ succum. In eius ore grauis odor, qualis ex piscibus crudis, suboritur, subindeque in sputo dura quædam velut fungi frustula ex vlcere apparent, superiores, atque adeò totus homo extenuatur, malæ rubent, vngues temporis successu contrahuntur, aridi & ex virore pallescetes euadunt. Confestim autem perit, sanguinem &

pus per sputum reiiciendo, nisi curetur. Postea etiam vehementes superuenientes febres ipsum interficiunt. At si curatus fuerit, ex hac tabe euadit. Curare autem oportet, ut potest lenticulæ decocto vomat. Quod si tempestiuum tibi videatur, veratrum per se, si quidem per hominis vires liceat, propinato, sin minus, dimidium potionis ad lenticulæ decoctum admisceto, ita ut quinta aut sexta portione desinas. Ventrem autem inferiorem, nisi febres vehementes prehenderint, medicamento purgante ne agitato. Quod si non prehenderint, lacte asinino per inferiora purgato. Si vero adeo debilis sit, ut bibere nequeat, per infusum subluo, caput autem minus agitato. Quod si sputum quidem copiosum & falsum ad os defluat, naribus quod bilem minime ducat apponito. Si vero fluxio ad os non vergat, capiti nihil adhibeto. Cum autem sputum graucolens fuerit, inter mediis inter lenticulæ decoctum diebus, medicamentum in pulmones, per infusum immittito, intermisso vero vno die suffito. Cibus utatur, carnibus ouillis, & volucrium, piscibus mollibus & cartilagineis, & scorpiis coctis. Quarto quoque die salsamentum quam optimum & maxime pingue comedat, in prandio quidem maza utatur, in cena vero huic panem admisceat, neque quicquam sorbeat, neque cyceonem bibat, si comedere possit. Opsonia selsamo pro tritico condita, & coriandro, & anetho comedat. Lasere silphioue ne utatur, neque villo alio oleris acris, præter quam origano, aut thymo, aut ruta. Deambulationibus autem ante & post cibum utatur, virato vento & sole, a crapula & venere absteineat, tepida lauet, capite excepto, quod quam rarissime quidem lauet. Tabes dorsalis. Tabes dorsalis ex spinali medulla oritur, præcipue vero recentes sponfos & libidinosos corripit. Febris sunt expertes, bene comedunt & colliquantur. Quod si ita affectum perconteris, asseret sibi videri ex superioribus partibus a capite velut formicas in spinam demitti, cumque urinam aut stercus reddit, semen genitale copiosum & liquidum ei prodiit, neque generatio fit, & inter dormiendum cum uxore dormiat, necne, veneris ludibria patitur. Cumque alias tum præcipue per locum arduum iter fecerit aut cucurrerit, anhelosus & imbecillus euadit, caput grauatur, & aures

& aures sonant. Hic temporis progressu vehementibus febribus correptus perit ex lypyria febre. Cum ita habuerit, si per exordia curandum susceperis, fomento toti corpori admoro, medicamentum per superiora purgans bibendum exhibeto. posteaque caput purgato, deinde verò deorsum purgans propinato. Ad curationem autem vere præcipue aggredi velis, posteaque serum aut lac asinum propinato. Lac verò bubulum per quadraginta dies bibendum exhibeto. Vesperti quandiu lac bibet, alicam sorbendam dato, à cibis autem abstineat. Cum verò à lactis potu cessauerit, mollibus cibis à paucis initio ducto, eum reficito, & quam maximè incrassato. Per annum crapula, venere & immoderatis exercitationibus abstineat, præterquam deambulationibus, in quibus frigora & solem vitet. Tepida autem lauet. Pulmonis morbus. Sputum crassum & atra fuligine tinctum per tussim reicitur, color niger est, aliquantulum intumescit, dolores leues sub pectore & scapulis detinent, & vlcerà his aegrè sanescunt. Hic morbus superiore minùs periculosus, pluresq; euadunt. Huic veratrum per se aut lentis decocto admixtum propinare oportet, in pulmonem autem infusa immittere & suffiibus vti, & liberaliter cibum sumere, dum carnibus bubulis, ouillis & suillis abstineat, & oleribus acribus, præterquam origano & satyria. Deambulationibus vtatur, & maturino tempore ieiunus ad arduum locum iter faciat. Deinde folia hortensia condimentis vsurpata vino temperato aspersa bibat. De reliquo cibis commemoratis vtatur. Arteria vulnerata. Si arteria vulnerata fuerit, tussis detinet, sanguis tussii expuitur, fauces latenter sanguine implentur, sanguinis grumos reicit, dolor acutus ex pectore ad dorsum permeat, sputum glutinosum est & copiosum, fauces sicca, febris & rigor corripit, fauces creperum & stridulum sonum edunt, velut ex pingui aliquo, & ad dies quindecim hoc modo afficitur. Postea verò pus expuit, ac veluti vlceris frustula ricinis similia, hoc est cartilagineas pulmonis partes, bronchia dicta, ac rursus tussis, & sanè sanguis erumpit, posteaq; pus crassum expuit, febris vehementior euadit, & in pulmonem definit, vocaturque is, cui ex pulmone velut ex rupto abscessu pus erumpit. Quòd si post primum sanguinem pus non expuat, à ve-

hementi labore & exercitatione quiescens, in vehiculum conscendat, vbi cibis abstinerit salsis, vnguinos, pingui-
bus, & acris oleribus. Cumq; corpus optimè habere vi-
debitur, pectus & dorsum, vicissim vtrunq; inurito. Vlceri-
bus curatis, per annum ebrietate abstineat, non impleatur
supra modum, neq; manibus vehementer laboret, neq; ve-
hiculum conscendat, sed quam maximè crassum corpus red-
datur. Pulmonis vtrinq; dependentes fibra conuulsæ. Si ex
pulmone dependens fibra conuellatur, sputum candidum
interdumq; cruentum expuit, delirio & febrè tenetur, dolor
pectus, dorsum & latus occupat, & si se conuertat, tussis &
sternutatione corripitur. Huic quâ parte dolor detinet cale-
factoria ad moueto, centaurium, daucum, saluix folia tria,
melle & aceto affuso, ex aqua antè sorbenda dato. Pristinæ
etiam succum antè sorbeat, & vinum aquosum superbibat.
Cum verò dolor quieuerit, saluiam tusam & cibratam, hy-
pericum & erysimum læuigata, cum polenta, pari singula
portione, vino temperato admixta, ieiuno bibenda exhibe-
to. At si ieiunus non fuerit, leguminis fressi decoctum salis
expers sorbendum dato. Si verò æstus fuerit, cibis quam
mollissimis, insulsis, & minimè nidorosis vtatur, cum iam
moderatè corpus, & pectus & dorsum se habuerit. Quod
si vtrinq; dependentes pulmonis fibræ vellicentur, tussis de-
tinet, sputum crassum & album cernitur, dolor vehemens
ad pectus, sub scapulis, & ad latus occupat, ardor detinet, &
pustulis velut ex igne rubentibus completur, pruritus verat,
neq; sedere, neq; iacere, neq; stare sustinet, sed infirmus est
viribus. Hic quarto ferè die perit, quem si effugerit, nescit
quidam spes multa superest, cum & septimo die periculum
subeat, quem si superaueit, conualescit. Hunc cum ita ha-
buerit, bis die calida multa lauato, cumq; dolor detinet, ca-
lefactoria ad moueto, & mel cum aceto propinato, succum-
que prisanæ sorbendum dato, & vinum album generosum
superbibendum. Quod si balneo & tepesfactoriis vexa-
tur, neq; ca ferat, detriti linei panniculi aqua intincti, ei sunt
ad mouendi, & ad pectus & dorsum adhibendi, fauismq; ex
aqua maceratum frigidissimum propinato, & prisanæ suc-
cum frigidum aquamq; superbibendam dato. Loco frigido
decumbere iubeto, istaq; facito, verum morbus letalis est.

Erysi-

Erysipelas in pulmone. Si oriatur in pulmone erysipelas, tussis detinet, & sputum multum ac liquidum expuit, velut ex gutture quod cruentum non est, dolor dorsum & inanes ac molles laterum partes occupat, viscera strepitum edunt, pituitam acidam vomit, dentes obstupescunt, febris, rigor ac sitis corripit, cum quid comederit, in visceribus strepitus editur, acidum eructat, venter stridet, & corpus torpescit. Cum vomuerit, melius habere videtur, vbi verò minimè vomuerit, decedente die tormina & dolor in ventre suboriuntur, & liquidum stercus demittitur. Hic morbus maximè ex crapula, carniū esu, & aquæ mutatione contingit, atque aliis etiam de causis detinet. Huic medicamentum deorsum purgans propinato, posteaquæ lac asininum bibat, nisi natura lienosus fuerit. Quodsi sic, ne succis, neque lacte, neque sero purgato, sed eo quod pauca quantitate sumtum plurimum foras educat. In omnibus morbis, vbi alius non subducitur eam per infusum subluo, aut glandes supponito. Hoc in morbo frigida balneo & exercitatione vtendum, vbi febres remiserint, & corpus moderatè habere videbitur. Vere & autumno vomitus excitandus. Alliorum capita & origani pugillum, quantum digitis comprehenditur, vini dulcis duabus heminis affusis, & aceti quàm acerrimi hemina vna, mellisquæ quarta parte, coquito dum tertia pars remaneat. Deinde post exercitationes & repida balneum, homini calidum bibendum exhibeto, lenticulæquæ decoctum, melle & aceto admixto, dum expleatur, propinato, deinde vomat, eoquæ die polenta ex aqua epota ieiunus permaneat. Sub vespere betam & mazæ parum comedat, & vinum aquosum bibat. Reliquo tempore ex lenticulæ decocto post cibos vomat. Quod si ad scapulas dolor secesserit, cucurbitulam affigito, & manuum venas pertundito. Cibis vtatur nō salis, neque vnguinosi, neque pinguib, vescatur acribus & acidis, frigidisque omnibus, ac deambulationibus vtatur. Quæ cum fecerit, optimam victus rationem sequetur, morbusquæ in multū tempus protrahetur. Neque verò lethalis est, sed consenescentes deserit. Sed si iuuenem aliquem citius à morbo liberare voles, post purgationem ei pectus & dorsum inurito. Dorsalis morbus. Rigor, febris, tussis &

spirandi difficultasprehendit, & sputum cum virore pallidum, interdumque aliquantulum cruentum expuit, dolor dorsum præcipue & inguina vexat, tertio aut quarto die vrinam cruentam reddit, & seprimo die moritur, vbi verò decimum quartum effugerit, conualescit, quem ferè non effugit. Huic aquam mulsam in olla noua decoctam & refrigeratam, in qua apii aut fœniculi cortex maceratus fuerit, bibendam exhibeto, & pisanæ succum bis die, vinumque album aquosum superbibendum. Quâ dolor instat tepefactoria adhibeto, & nisi multa febris detinet, calida lauato. Vbi verò quatuordecim dies præterierint, milium in prandio quidem sumat, sub vespere autem carnes catulinas, aut volucrum coctas edat, & de iusculo sorbeat, sed cibus quàm paucissimis primis diebus vtatur. Pulmonis tuberculum. Si in pulmone tuberculum exortum fuerit, tussis detinet, spirandi quæ difficultas quæ non nisi erecta ceruice obitur, dolor acutus pectus & latera occupat, & ad decimum quidem quartum diem ita afficitur. Plærismque enim tuberculi affectus tot diebus inflammationem concipit. Sed & caput & palpebras dolor vexat, videre nequit, corpus subfulu-
 euadit, & pustulis velut ex igne rubentibus completur. Hunc calida multa lauato, aquam mulsam aquosam propinato, & pisanæ succum sorbendum, vinumque aquosum superbibendum dato, & si dolor premat tepefactoria admovento. vbi verò quieuerit, cibus quàm molliissimis vtatur. Quòd si morbo liberatum, dum ad locum rectum pergit, vel alioqui festinat, difficultas spirandi inuadat, medicamentum purgans, ex quo aluus inferior minimè moueatur exhibeto. Et si vnâ cum vomitu pus album, & in quo fibræ sanguinis insint, subsequatur, euadit, si verò liuidum, cum virore pallidum, & graueolens, perit. Repurgantur autem in quadraginta diebus, ex quo ruptio facta est, multis etiam annus hic morbus. Huic eadem quæ suppurato facito. Quòd si non eruperit, cum quibusdam procedente tempore ad latus abscessum faciat, & intumescat, vbi hoc contigerit, hunc secato aut inurito. Pulmo repletus. Si pulmo repleatur, tussis, difficultas spirandi quæ sit erecta ceruice, & anhelatio detinet, linguam exerit, pustulis velut ex igne rubentibus impletur, pruritus occupat, dolor acutus pectus & scapulas
 vexat,

vexat, neq; sedere, neq; recumbere, neq; stare potest, sed infirmis est viribus. Hic quarto fere die moritur, quem si superauerit, spes plarunq; superest, sæpe tamen etiam septimo die periculum subit, quem si effugerit, cōualefcit. Hunc cum sic habeat calida multa bis die lauato, cumq; dolor detinuerit, tapefactoria admoueto, mel cum aceto coctum bibendum, & ptisanæ succum sorbendum, vinumq; superbibendum præbeto. Quod si balneo & tepefactoriis vexetur, neque ea ferat, quod refrigeret ei apponito, & fauum aqua maceratum quam maximè frigidum bibendum dato, & loco frigido decumbat, istoq; modo curato. Morbus autem ægrè curatur & lethalis est. Pulmo in latus procumbens. Si pulmo in latus incubuerit, tussis & spirandi difficultas qua spiritus erecta ceruice trahitur, detinet, sputum album cum tussi expuitur, dolor pectus & dorsum occupat, pulmo lateri adhærescens propellit, & pondus quoddam lateri incumbere videtur, dolorq; acutus pungit, sanguis velut corium stridet, & respirationem retinet, in latus quidem affectum decubitum sustinet, in sanum verò minimè, verum ei pondus quoddam ex latere dependere, & per pectus transpirare videtur. Hunc calida multa bis die lauato & aquam mulsam propinato. A balneo vinū album pauco ammixto melle, in quo dauci & centaureæ tritum semē maduerit, his tepidum sorbendum dato, ad latus aquam tepidam in vtriculum aut vesicam bubulam infusam admoueto, & fascia pectus alligato, ac in latus sanum decumbere iubeto, ptisanæ succum tepidum & vinum aquosum superbibendum dato. Quod si ex vulnere istud contingat, aut cum quis purulentus factus fuerit (id enim accidere solet) vesicam fistulæ adalligatam & statu impletam, huic intrò immittito, & penicillum stanneum solidum indito, & penitissimè intrudito. Hac curatione instituta, voti maximè compos fies. Lateris tuberculum. Vbi tuberculum in latere suboritur, tussis dura detinet, & dolor, & febris, pondus in latus incumbit, dolor acutus eundem locum semper occupat, sitis vehemens vexat, & calidum potum reicit, decubitum in latus affectum non sustinet, sed in sanum. Verum vbi decumbit velut saxum illi suspensum esse videtur, intumescit ac rubet, pedesq; in tumorem sublati sunt. Hunc secato aut inurito, deinde pus

ad decimum vsq; diem emittito, & penicillum ex lino crudo imponito. Post decimum diem, vbi totum pus exierit, vinum & oleum, ne de repente siccescat, repida iniicito, & linamento ex linteolo obducito. Vbi quod infuderis emissum fuerit, aliud infundito, istaque per dies quinque facito. Cum autem pus tenue velut pulsanæ cremor, & ad manus contactum paucum defluerit, penicillum stanneum immitto. Atque vbi prorsus resiccatum fuerit, paulatim relecto penicillo, vlus ad linamentum semper vt coalescat, finito. Aquæ copia in pulmone collecta. Si aquæ copia in pulmone collecta fuerit, febris & tussis vexat, confertim respirat, pedes intumescunt, vngues omnes contrahuntur, velut suppuratus afficitur, verum remissiùs ac diutius. Quod si infusum, aut fomentum, aut suffitum adhibeas, pus non sequitur, indeq; cognoscas, non pus, sed aquam intus esse. At si diutius aure ad latera admota auscultaueris, intrinsecus velut acerû olet, & aliquantisper ita afficitur, postea in ventrem erumpit, confestimq; sanus & morbo liberatus esse videtur. Procedente autem tempore venter incenditur, eademq; illa maioraq; patitur. Quibusdam etiam venter, & scrotum ac facies intumescit. Et nonnulli istud ab inferiore aluo prouenire existimant, cum ventrem magnum & pedes intumescere videant. Quæ certè intumescunt, si sectionis tempus præterieris. Hunc quidem si exteriori parte intumescit, inter costas sectione facta curare oportet. Sin verò minimè intumescit post multæ calidæ balneum, velut purulentos in sella collocato, & quâ parte strepitum edet, ea secato, votumque est, quò sanè facillè effluat, vt quàm infimo loco id fiat. Post sectionem autem linamentum ex lino crudo crassum & in summo acutum imponito, & quàm paucissimam aquam emittito. Et si quidem quinto die linamentum pure obductum fuerit, plerumque euadit, sin verò minimè obductum fuerit, postquam aquam eduxeris, sitis corripit & tussis, ac perit. Pectoris & dorsi ruptio. Si pectus aut dorsum ruptum fuerit, dolores pectus & dorsum per totum detinent, calor subinde inuadit, & sputum suberuentum rufi reicit, per quod capillus velut cruentus intercurrit. Ea que maximè contingunt, si manibus laborarit, aut in currum, aut equum con-

scende-

scenderit. Hunc anteriore & posteriore parte inurito, ita ut
 vtrinque diuidas, sicque conualefcit. Per annum à labore com-
 pefcito, & ab inuisione incaffato. Febris ardens. Febris &
 fctis vehemēs detinet, lingua eft afpera, nigra. ex virore pal-
 lida, ficca, & valde rubra, oculi ex virore pallefcunt, alui ex-
 crementū deiicit rubrum & ex virore pallidū, talemque vrinā
 reddit, & multum fpuit. Plerumque etiam velut ad pulmonis
 inflammationē tranfmutatur, & delirar. Ex eo nempe pul-
 monis effe inflammationem cognofcas. Hic fi quidem pul-
 monis inflammatione laborare, & decimumquattu diem
 10 superet, conualefcit. Si verò ad decimumoftauū perueniat,
 nifi impurgatus purulentus euadat, hunc aquam in qua fa-
 rinæ hordeaceæ craffiora fruftula macerata fuerint, bibere
 oportet, pofteaque acetum album quā odoratifimū bibe-
 re, & pifanæ fuccum bis die forbere, ter verò fi debilis ex-
 iftat, & vinum generofum, album, dilutum superbibere, &
 quā minimum lauare. Si verò purulentus fiat, huic puru-
 lenti curationē inftituito. Febris fingultuofa. Febris vehe-
 mens detinet, rigor, tuffis & fingultus, fanguinis grumos cū
 20 tuffi reiicit, ac feptimo die moritur. Quod fi decimum diem
 fuperauerit, melius habet. Vigefimo autem die fuppuratus
 euadit, primisque diebus pus paucum cum fputo tuffi reiicit,
 deinde copiofus, & intra quadrefimū diem expurgatur.
 Huic primis quidē diebus acetū cum melle coctum propi-
 nato, poftea commixto aceto & aqua, quò aquofiore m
 tionem reddas. Pifanæ fuccū paucō admixto melle forbeat,
 & vinum album generofum superbibat. Vbi verò decē dies
 præterierint, fi febris ceffet, fputumque purum fuerit, pifanā
 integrā & miliū forbeat. Si verò vigefimo die pus expuat,
 30 faluiam, rutam, fatureiam, origanum & hypericum, fingula
 æquis portionibus admixta, tufa & cribrata, omnium quā-
 tum conchæ paruæ refta capit, bibat, & cum pari polentæ
 modo, ex vino dulci temperato, ieiuno bibenda dato. Sor-
 bitionibus etiam vtatur, fi hyems, aut autumnus, aut ver
 fuerit, æftate verò minimè. Verū amygdalas tritas, cucu-
 meris femē torrefactum, fefamum, fingula æquis portioni-
 bus, in totum verò quantum cōchæ refta capit, aqua hermi-
 næ Aginenfis menfura affufa, afperfa farina & fauo, id poft
 potionem forbeat. Cibis autem vtatur pinguibus & falis,

& piscibus marinis potius quam carnibus. Calida lauet, caput verò minimè. Quæ si feceris, morbo liberatur. In morbo qui Lethargus vocatur, tussis detinet, sputum copiosum & liquidum expuit, & delirat, cumq; delirium quieuerit, dormit, & alui excrementum malè olens deiicit. Huic aqua in qua farina hordeacea crassior macerata fuerit, propinato, posteaq; vinum album generosum bibendum exhibito, prisanæ succum etiam, mali punici succo admixto sorbeat, vinumq; album generosum superbibat, neq; lauet. Hic intra dies septem moritur, quos si effugerit, sanus euadit. Alius morbus Græcè *αἰμαρῆ*, hoc est, resicatorius dicitur. Non in ediam, non cibum sumtum ferre potest, sed ieiuno quidem, viscera rugitum edunt, & ventriculi os mordetur, & aliàs varia vomit, bilem, saliuam, pituitam, & acre, postq; vomitionem aliquantisper melius habere videtur. Vbi autem cibum sumit, ructus ei contingunt, cum rubore incenditur, semper se copiosum alui recrementum deiectionum existimat, cum verò desederit, flatus infra demittit, caput dolore vexatur, totum corpus hic & illic velut acupungi videtur, crura grauantur, debilitantur, & imminuuntur, debilisq; euadit. Huic medicamentum primum quidem per inferiora purgans, deinde verò per superiora propinato, & caput purgato. Cibis abstineat dulcibus, oleosis & pinguibus, & crapula. Succis post cibos vomitum cietero, & si anni tempus ferat, post exhibitum lac aut serum asininum medicamentum. Vtrobique tibi magis opus esse videatur in super propinato. Frigida balneo astate & vere utatur, autumno verò & hyeme vnguento, & deambulatione exercitationeque modica. Quod si debilius sit quam ut exerceri queat, iter conficiat, cibis frigidis & aluum deicientibus utatur, & si venter non infra subeat, molli infuso subluito. Hic morbus diuturnus est, nec nisi consenscentes deserit, alioqui ad mortem vsque comitatur. Febris mortifera dicta. Febris & rigor detinet, supercilia suspensa esse videntur, caput dolor vexat, saliuam calidam & bilem copiosam vomitione reiecit, interdumq; per inferiora demittit, oculorum loca corcapere nequeunt, dolor ceruicem & inguina occupat, infirmis est viribus, & delirat. Hic intra septem dies aut etiam prius moritur, quos si superauerit, plarumque conualescit, morbus

morbus autem lethalis est. Huic refrigerantia ad viscera &
 caput admovere oportet, & hordea torrefacta vnà cum pa-
 leis confraeta bibenda exhibere, & ex aqua in qua macera-
 ta fuerint excolata, mulsam conficere eamq; dilutam propi-
 nare. Cibus autem neque sorbitio ante septimum diem
 offerenda, nisi tibi debilis videatur. Quòd si sic, prisanæ suc-
 cus frigidus & liquidus paucus bis die exhibendus, & aqua
 superbibenda. At vbi septimus dies præterierit, & febris di-
 miserit, milium delingendum. Sub vespertinum cucurbita &
 10 betæ paucae exhibendæ, vinumq; album aquosum superbi-
 bendum, quoad nonum attingat diem. Deinde quammi-
 nimo cibo vtatur, milio in prandio sumto. Balneo quandiu
 dolor & febris detinet, ne vtatur. Vbi verò quicuerit, multa
 lauet. Quòd si venter non demittat, eum molli infuso sub-
 luito, aut glandes subdito. At vbi vires valuerint, molli me-
 dicamento ad nares admoto, aluum per inferiora purgato,
 deinde lacasinum propinato. Liuidus morbus. Febris sic-
 ca detinet, subindeq; horror, caput dolet, viscera dolor oc-
 cupat, bilem vomitione reiicit, cumq; dolor detinet, sur-
 20 sum tueri nequit, sed grauat, venter indurefcit, color liui-
 dus redditur, labra & oculorum candida liuescunt, perinde
 vt qui strangulatur aspicit, interdum etiam colorem mutat,
 & ex liuido cum virore aliquantulum pallefcit. Huic medi-
 camentum, tum supra, tum deorsum purgans propinato,
 aluum subluito, & ex capite purgato. Calida quàm mini-
 mum lauet, verum vbi lauerit, insoletur, serum & lacasini-
 num, si anni tempus ferat, bibat, cibus quàm mollissimis &
 frigidis vtatur; acribus & salis abstineat, vnguinola verò
 & dulcia pinguiaque assumat. Hic autem morbus ægrum
 30 plarumque ad mortem vsque comitatur. Morbus ructus ci-
 ens. Dolor acutusprehendit, vehemēterq; laborat, seipsum
 difficit, vociferatur, frequenter eructat, ac vbi eructauerit
 melius habere videtur. Plarumque verò paucam bilem vo-
 mitione reiicit, quantum poculi parui mensura, dolor ex vi-
 sceribus ad imum ventrem & laterum mollitudinem per-
 tingit, cumq; id contigerit, melius habere videtur, venter
 inflatur & indurefcit, sonitum edit, neq; flatus neq; ster-
 cus demittitur. Hunc si dolor detinet, calida multa laiato, &
 tepesfactoria admovento. Cum verò in ventre dolor & flatus

extiterit, per infusum subluo, & mercurialis succum co-
ctum ad piscinæ succum admiscero, & vinum dulce aquo-
sum superbibendum dato. Cibum quoad dolor remiserit,
ne porrigito, aquam autē ex vinaceis dulcibus per noctem
maceratis, sex diebus bibat. Quod si vinacea nō habeat, mel
cum aceto coctum bibat. At postquam dolore vacuus fue-
rit, medicamento aluum per inferiora purgato. Cibus va-
tur mollibus & aluum subducentibus, & marinis potius
quā carnibus. Carnibus autem auicularum & ouium co-
ctis, betas etiam & cucurbitam assumat, reliquis verò abstin-
neat. Hic autem morbus si iuuenem inuaserit, progressu
temporis decedit, senem verò ad mortem comitatur. Mor-
bus pituitosus. Virum quidem etiam, mulierem tamen
magis inuadit, & hæc quidem crassa est & bene colorata,
iter faciens imbecilla est, præsertim verò vbi ad arduum
aut accliuem locum contendit. Febris tenuis interdumque
suffocantemprehendit, & ieiuna quidem bilem saluamque
copiosam vomitione reiicit, & plerumque vbi cibum sumit,
cibi tamen nihil. Cum laborarit, dolor modò pectus, modò
dorsum occupat, & tumidis ac rubicundis cutis eminenti-
bus velut ab vrtica inustis completur. Huic medicamentū pur-
gans propinato. serum & lac asininum bibat. Quod si serum
bibat, multis antè diebus medicamentum per inferiora pur-
gans bibendum exhibeto, cumque serum bibere desierit, lac
asininum postea bibat, & vbi biberit, cibus quidem abstine-
at, vinum autem quā suauissimum bibat vbi purgari desi-
erit. Cum verò à potione cessauerit, milium in prandio so-
mat, sub vesperum autem cibo quā mollissimo & paucis-
simo vtatur, & pinguibus, dulcibus, ac oleosis abstineat, sub-
indeque, præsertim hyeme, vbi olera ante comederit, ex leni-
ticularum decocto vomat, calida quā minimū lauet, sed ad
solem calefiat. Hic verò morbus ad mortem usque comita-
tur. Pituita alba. Totū corpus albo tumore intumescit, ven-
ter ad contactum crassus est, pedes, coxæ, tibix & scrotum
intumescunt, respiratio coaceruata est, vultus rubicundus,
os aridum, & sitis detinet, cumque comedit, spiratio crebra
incidit. Hic eodem die interdum quidem melius, interdum
verò peius habet. Huic si vter per morbi initia sua quidem
sponte conturbatus fuerit, sanitati est proximus. Quod si

non

non turbetur medicamentū deorsum purgans ex quo aqua purgerur, exhibeto, calida ne lauet, ac i exponito, & scrotū vbi inflatum fuerit, pertundito. In cibo pane puro, frigidō vtatur, & beta, piscibusq; scorpiis coctis, iure autem quā modico. Frigida omnia sumat, non dulcia, neq; pingua. sed contrita, & acida, & acria, allio excepto, cepa & porro. Origanum autem & satureiam copiosam edat, vinumq; aquosum superbibat, & ante cibū iter faciat. At si à medicamento intumescat, infuso per clysterē vitor, cibo premito, deambulationibus & illuie: medicamenta autē purgantia quā paucissima exhibeto, minimē verò sursum purgans, priusquam tumores ad inferiora descenderint. Si vero extenuatō iam existente in pectore suffocatio oboriatur, veratrum bibendum dato, caput purgato, deinde medicamentum deorsum purgans propinato. Hic verò morbus nullū fere deserit. Cura grauis morbus. Viscera veluti spinarum aculeis pungi videntur, anxierudo ipsum inuadit, lucem & homines refugit, tenebras amat, metus corripit, septum transuersum exteriore parte intumescit, ad contactum dolet, expauescit, in somnistericulamenta & formidanda cernit, quandoq; & mortuos. Morbus hic interdum plurimos vereprehendit. Veratrum huic ppinato & caput purgato. post capitis purgationem, medicamentum per inferiora purgans bibendum exhibeto; & postea lac asininum. Cibis quā paucissimis, nisi infirmis fuerit viribus, vtatur, & frigidis ac aluum subducentibus, non acribus, non salis, non pinguibus, neq; dulcibus. Calida non lauet, neque vinum bibat, sed aquam quidem maximē, alioqui, vinum dilutum, neq; se exerceat, neq; deambulet. Quæ cum feceris, temporis successu morbo liberabitur. At nisi diligentē curam adhibueris, ad mortem vsq; comitatur. Morbus niger. Bilem atram tanquam fecem vomit. interdum quidem velut sanguinem, interdum verò velut vinum secundarium, quandoq; etiam velut polyphi atramentum, quandoque acidum tanquam acrum; nonnunquam verò saluam & pituitam tenuem, nonnunquam bilem ex viridi pallidam. Et cum nigrum quidem cruentum vomuerit, eadem olere videtur, fauces & os ex vomitu incenduntur, dentes obstupefcunt, & quod vomitione reiectum est terram attollit, cumq; vomuerit paulo

Hh 2

melius habere videtur, neq; sine cibo esse, neq; copiosorem cibum ingestum ferre potest. Verum cum ieiunus fuerit, viscera strepitum edunt, & saliu acescit. Vbi vero cibum sumit, pondus in visceribus percipitur, pectus & dorsum tanquam stilis pungi videntur, latera dolor detinet, febris levis est, caput dolet, oculis non videt, crura grauantur, color nigricat, & imminuitur. Huic medicamentum purgum crebro propinato, & serum & lac, si anni tempus ferat, & bis abstineat dulcibus, oleosis & pinguibus, vtaturq; quæ maximè frigidis, & aluum subducentibus, caput purgato, post portiones medicamentorum per superiora purgantium, nisi debilis fuerit, sanguinem ex brachiis detrahit. Quod si aluus non deiciat, molli infuso subluo. Crapula & venere abstineat, sed si venere vtatur, ieiunus foueatur, & sole abstineat, neq; multum exerceatur, neq; deambulet, calida non lauet, acrida non edat, neq; salsa. Quæ cum feceris, comitate etiam morbus fugit, etiam si corpus ad senectutem comitetur. Si verò denigretur, ad mortem vsq; comitatur. Alius niger morbus. Subfuluo colore, gracilis, & oculis et virore pallescentibus euadit, tenui est cute, & debilis existit, quoq; diutius hic morbus detinet, eò magis affligit, & quouis tempore velut stillam modicam vomit, ad duo pocula, cibumq; frequenter, & cum cibo bilem ac putidam. Post vomitum totum corpus dolet, interdumq; etiam prius quam vomat, horrores leues & febris detinet, sumitq; dulcibus & oleosis præcipue vomit. Hunc medicamentum per inferiora & superiora purgato, posteaq; lac asinum bibendum exhibeto. Cibis vtatur quam mollissimis & frigidis, piscibusq; littoralibus & cartilagineis, betis, cucurbitis, & carnibus contritis. Vinum album, generosum, paulo dilutius bibat. Vehementiore autem exercitatione in deambulationibus vtatur, neq; calida lauet, ac sole abstineat. Quibus factis lethalis quidem morbus est, non tamen ad senium vsq; comitatur. Morbus syderationem faciens, in reliquis quidem eadem patitur, verum bilis grumos concretos vomit, eodemq; modo per inferiora deiciat, vbi ciborum recrementa excreuerit. Eadem autem quæ in superiore morbo commemorata sunt, facienda, & aluus per infusum subluenda.

Hippo-

Hippocratis de morbis liber tertius.

AC de febribus quidem omnibus, cum à me dictum sit, de reliquis iam dicam. Cerebri tumor. Cum cerebrum ex inflammatione intumuerit, dolor totum caput, potissimumque qua parte inflammatio contrahitur, detinet. In temporibus autem contrahitur, aures sono implentur, auditio hebescit, venæ intenduntur ac pulsant, febris & rigor interdum inuadit, neque vnquam dolor dimittit, sed quandoque quidem remittit, quandoque etiam magis virget, præ dolore vociferatur, sursumque profilit, cumque surrexerit, confestim rursus ad lectum delabitur, sequitur discit. Hic quidem lethaliter affligitur, quot verò diebus intereat, iudicari non potest. Alii enim alio tempore pereunt, plerumque autem intra septem dies moriuntur, primum autem & vigesimum ubi effugerint, conualescunt. Cum verò dolor vehemens detinuerit, caput potissimum quidem derasum refrigerare oportet, ex his quæ refrigerant aliquid in vesicam aut intestina infusum, velut solani succum, aut cretam figulinam, modò quidem ad mouere, modò etiam prius quam intepescat, auferre. Quin & sanguinem detrahere conuenit, & caput purgare, odoratis ad apii succos admixtis. Vino in totum abstineat, prisanæ succum sorbeat, & inferiorem aluum soluat. Cerebri plenitudo dolorem inferens. Cum verò caput ex cerebri plenitudine vehementer doluerit, vitiosorum humorum illuuiem indicat, totum caput vehementes dolores occupant, delirat, & intra septimum diem moritur, neque euadit, nisi humor ad aures septimo die erumpat. Sic enim tum dolor sedatur, tum ad mentem redit. Copiosus autem & sine odore effluit. Huius aures ne prius quidem quam pus erupisse videris curato. Quòd si superiorem & inferiorem ventrem purgare voles, seorsum vtrunque soluito. Deinde capiti præsertim vniuerso, sed & per aures & nares fomentum ad moueto. Prisanæ succum sorbeat, & vino in totum abstineat. Vbi pus eruperit, quoad fluxionis copia quiesuerit, subistito. Postea vino dulci, aut lacte muliebri, aut oleo veteri, iisque tepidis aures colluito. Caput crebro mollibus fomentis & odoratis, quò cerebrum citius purgetur, foueto. Hic primis quidem diebus non audit,

Hh 3

procedente verò tempore tum fluxio minuitur, tum simul
 ac fluxio prorsus quiescit, auditio redit, & sibi ipse maxime
 similis redditur. Vitare autem oportet solē, ventos, ignem,
 fumum, acres odores, aliāq; id genus, & quiete ac molli vi-
 ctus ratione uti. Venter inferior ex vaforum inanitione lu-
 bricus esse debet. Sydere icti. Qui sydere icti esse dicuntur
 cum multa vitioforum humorum illuue cerebrum opple-
 tum fuerit, in primis capitis pars anterior ipsis dolorem ex-
 hibet, & aliqui quidem ambobus oculis, aliqui verò altero
 intueri nequeunt, sopor ipsos detinet, mente alienantur,
 tempora saluunt, febris leuis, & corporis ad motum impo-
 tentia occupat. Hic intra tertium aut quintum diem mori-
 tur, neque ad septimum peruenit, sed si peruenierit, incolu-
 mis sanē euadit. Huic si curationem adhibere voles, capiti
 fomentum admovento, & vt transpiret sectionem facito.
 Sed si dolor detinuerit, sternutationes mouere oportet, &
 caput leuibus ac odoratis, ventremq; inferiorem purgare,
 vino in totum abstinere, & puisanæ succo uti. Cerebri syde-
 ratio. Quod si cerebrum syderatum fuerit, caput dolor oc-
 cupat, & per ceruicem ad spinam peruadit, ipse nihil audit,
 frigus in caput irruit, totus intumescit, ac de repente vox
 defectus videtur, ex naribus sanguis fluit, & liuidus euadit.
 Hunc si morbus leuiter corripuerit, cum sanguis abierit,
 melius habet. Si verò vehementer correptus fuerit, cito
 moritur. Huic sternutationes per odorata mouenda, & al-
 ius vtraque per vices purganda, aut altera, odoratorum le-
 ues odores naribus admouendi, sorbitioque tenuis & repi-
 da exhibenda, in totum verò vino abstinendum. Lethargus.
 Lethargi quidem morbi constitutio eadem quæ & in-
 flammationis pulmonis, peripneumonix dictæ, grauior
 tamen, neque omnino liberatur ab humida peripneumonia,
 sed longè tardior morbus est. In quo hæc ægro contingunt.
 Tussis & sopor eum detinet, sputum humidum & co-
 piofum reiecit, in firmis admodum est viribus, & mori pro-
 ximus copiosum & liquidum per inferiora demittit, & huius
 quidem admodum exigua vitæ spes est. Efficiendum tamen
 vt plurimum spuat, & calefiat, vinoque abstineat. Quod si
 qualerit purulentus efficitur. Febris ardens. In febre arden-
 te dicta, siuis multa detinet, lingua inhorrescit, eiusque cor-
 loc

lor primo quidem tempore qualis esse consuevit, valde ta-
 men sicca est, procedente verò tempore induratur, exaspe-
 ratur, crassescit & tandem nigrescit. Quæ si quidem initio
 contingunt, celeres iudicationes fiunt, si verò posterius,
 diuturniores. Remissionis autem eadem in lingua signa
 sunt, quæ in pulmonis inflammatione, & urinæ biliosæ qui-
 dem aut sanguinæ, dolorem intensum, flauæ verò remis-
 sionem indicant, spurumque præ caliditate ac siccitate ex-
 istum est & crassum. Plerumque verò in pulmonis inflamma-
 10 tionem transiit, atque ubi transierit, celeriter perit. Huic cu-
 rationem eiusmodi adhibere oportet. Singulis diebus bis
 aut ter, capite excepto, calida lauato. In iudicationibus au-
 tem lauandum non est. Ac primis quidem diebus per infe-
 riora purgandum, & aqua potui exhibenda. Aqua enim ut
 plurimum vomitum inducere solet. Postremis à purgatio-
 ne diebus humectandum, sorbitionibus vinisq; dulcibus
 utendum. At si per initia curandum non susceperis, sed si-
 gnis iam in lingua existentibus, sinere oportet, dum iudica-
 tiones præterierint. linguæq; signa mitiora euaserint, & ne-
 20 que medicamentum, neque per clysterem infusum, prius
 quam iudicationes præterierint, exhibueris. Pulmonis tu-
 mor ex calore. Cum pulmo caloris plen^o intumuerit, vehe-
 mens duraq; tussis detinet, spiritus erecta ceruice trahitur,
 confertim respirat, crebra anhelatione vexatur, intumescit,
 nares expandit non secus ac equus post cursum, & linguam
 crebro exerit, pectus ei sonum edere videtur, & grauitas in-
 esse, quam pectus capere nequit, sed disrumpitur, ad ob-
 eundas actiones est impotens, dolor acutus occupat, dor-
 sum, pectus & latera velut acus pungunt, eaq; ardent non
 30 secus ac si ad ignem sedeat, in pectore & dorso rubores tan-
 quam ex flamma excitantur, adeoq; vehemens morsus &
 anxietudo inuadit, ut neq; stare, neq; sedere, neq; decumbe-
 re queat, sed ad hunc modum æstuans seipsum iactat, & iam
 iam mori videtur. Quarto autem aut septimo die moritur,
 quos si effugerit, vix perit. Hunc si curandum susceperis, al-
 ium inferiorem quam citissimè per infusum probè purga-
 re oportet, misso sanguine ex cubitis, nare, lingua & ex qua-
 uis corporis parte, & potiones refrigerantes sorbitionesq;
 eiusdem facultatis exhibere. Ex urinam etiam mouen-

tibus, quæ non calefaciant sæpe danda. Et ad dolores quidem ipsos ubi vehementer irruerint, tepefacientibus leuibus & humidis adhibitis, locū vbiūq; dolor fuerit calefacere & humectare oportet. Reliquis verò partibus admotis refrigerantibus, ea quidem modò auferre, modò verò apponere, & quacūq; parte ardere videbitur, frigus inducere, & in totum vino abstinere. Capitis dolor. Vbi ex dolore acuto qui ex capite initium duxit, vox de repente defecerit; idque vel maximè ex ebrietate contrigerit, sic affectu septimo die moritur. Minus tamen quibus tale quiddam ex ebrietate contingit, & voce defecti permanent, moriuntur. Eodem enim die, aut postero, aut tertio, si vox eruperit, conualescunt. Quod ferè temulentis accidit, neutriq; peruenit. His vehementes sternutationes promoueto, & infuso quod vehementer bilem educat, aluum subluito. Quòd si sensum recuperauit, Thapsiæ succum ex multa calida dilutum, vi quàm citissimè reuomat, exhibeto. Deinde extenuato, & septem diebus vino prohibeto, sanguinem ex lingua, si venam apprehendere possis, detrahit. Phrenitides, seu perpetua mentis cum febre acuta deliria. Phrenitides etiam ex aliis morbis oriuntur. In his septum transversum adeò dololet, vt ne contingere quidem sinant, febris accedit, mentis alienantur, immotis oculis aspiciunt, aliaque similia efficiunt his qui pulmonis inflammatione laborant, in eaq; mente mouentur. Hunc tepefacientibus humidis calefacere oportet, & potionibus, præterquàm vino, & quoad quidem fieri poterit, per superiora purgare. Per tussim etiam & sputum, velut in pulmonis inflammatione, sursum educere oportet. Alioqui aluus inferior, vt deiiciat, præparanda, & potionibus humectanda, quod conducit. Hic autem morbus lethalis est, cum tertio die, aut quinto, aut septimo moriantur. Si verò mitior fuerit, velut pulmonis inflammatio, decernit. Angina. Ex angina dicta homo suffocatur, & fauces magis occupare videtur, vt neq; saliuam, neq; aliud quicquam deorsum trahat, oculi affecti sunt, ac velut eis qui strangulantur prominent, & per eos contentè intuetur, neq; eos conuertere potest, crebrò se iactat & exilit, facies & fauces incenduntur, ac etiam collum. His verò qui vident nihil mali habere videtur, & visus & auditus hebescit, nihilque

præ

præ suffocatione intelligit, neque quid dicat, aut audiat, aut
 faciat, sed iacet ore hiantes salivam effundens. Hæc cum fa-
 ciat, quinto aut septimo, aut nono die moritur. Leuior an-
 gina quæ *πνευμονία* dicitur. Cū verò ex his signis aliquid
 abfuerit, leuiorem morbum indicat, eumque *πνευμονία*
 vocant. Huic vena, præsertim quidem sub mamma, secunda
 est. Hæc enim spiritus de pulmone calidus simul sequitur.
 Quin & per medicamentum aut infusum deorsum purgare
 oportet, fistulæque in fauces ad maxillas intrudendæ, quò
 10 spiritus in pulmonem trahatur, efficiendumque: vt quàm ci-
 tissimè spuat, pulmoque extenuandus. Suffitus quoque ex
 hyssopo Cilicio, sulphure & bitumine parâdus, & per fistu-
 las attrahendus, perque nares, vti pituita exeat. Fauces &
 lingua his quæ pituitam ducant infricanda, venæque sub lin-
 gua secandæ. Sanguis verò ex cubitis mittendus, si vires va-
 leant, vino abstinendum, & pitisanæ succus liquidus sorben-
 dus. Postquam autem morbus dimiserit, cibosque gustau-
 rit, elaterio recenti, ne in aliud malum incidat, purgandū.
 Morbus regius. Huiusmodi morbus regius acutus est, & ci-
 20 tò necat, color torus malicorium maximè refert, ex viridi
 pallescens, & qualis lacerti virides simileque ferè corpus est,
 in vrina quod subsidet velut eruum fuluum est, & febris ac
 horror leuis detinet. Quandoque etiam vestes ferre non susti-
 net, sed ab iis mordetur & pungitur. Ieiuno mane viscera
 plærunque lacerantur, & si quis cum excitet aut alloquatur,
 nō patitur. Hic ferè intra dies quatuordecim moritur, quos
 si effugerit, conualefcit. Calida lauare oportet, & aquā mul-
 sam bibere, cum nucibus thasiis decorticatis & absinthij
 coma, pari portione, & anisi cribrati dimidio, ita vt triobo-
 30 lum ex his ieiunus bibat, rursusque cū cubile petit, hanc
 aquam mulsam, vinumque vetus tenue assumat, & sorbitio-
 nibus vtatur, neque cibis abstineat. Corporis distentio tri-
 tuos dicta. Cū inuadunt corporis distentiones Tetani ap-
 pellati, maxillæ velut ligna configuntur; os aperire ne-
 queunt, oculi illachrymantur ac peruertuntur, dorsum ri-
 gidum est, crura neque manus similiter adducere possunt.
 facies rubescit & vehementer dolet, eumque morti est pro-
 ximus potionem, sorbitionem & pituitam per nares reii-
 cit. Hic tertio, aut quinto, aut septimo, aut decimo quarto

die perit, quos si effugerit, conualefcit. Huic piper & veratrum nigrum ex iure gallinaceo pingui & calido deuoranda dato, fternutamenta que uehementia & multa excitato, & forus adhibeto. Vbi uero non fouebitur, tepefactoria homida & pinguia in ueliscis & utriculis undique, præfertimque ad dolentes partes admoneto, & calido oleo copiofo, crebroque inungito. Diftenfio in pofteriora. Cum diftenfio in pofteriora, *ὀπισθοτόνος* Græcè dicta detinet, in reliquo fere eadem funt, uerum in pofteriora conuellitur, interdumque uociferatur, uehementes dolores occupant, neque interdum crura adducere, neque manus extendere finit. Inflexi enim funt cubiti, digitos in pugnum contractos habet, & pollicem ut plurimum aliis digitis continet, uociferatur & quodque delirat, neque fe continere potest, fed cum dolor detinet, interdum furfum proflit, ubi uero dolor remiferit, quietem agit. Interdum uero fimul ut morbo corripuntur, uox eos deficit, aut infania & atra bile tentantur. Hi uoce foluta, tertio die moriuntur, & per nares reiiciunt. Quod si cōgigerit ut decimum quartum effugiant, conualefcunt. Ut fuperiorem curato, & si uoles ita facito. Post affufam frigidam plurimam, uelimenta tenuia, pura, & calida fuperinuito, tuncque ignem ne adhibeto. Hoc modo tetani & opifthotoni curandi. Voluuli. Oriuntur quidem uoluuli ex incalefcente uentre fuperiore, inferiore uero refrigerato. Reficcatur enim inteftinum & conftipatur ex inflammatione ita ut neque flatum neque alimenta transmittat, fed uenter durus fit, & uomat interdum, in primis quidem pituitofa, deinde uero biliofa, tandem etiam ftercus, fitis & dolor maxime que circa præcordia detinet, totus etiam uenter dolet & inflatur, fele iactat, febres inuadunt, præcipueque feptimo die contingunt. His ea curatio inftituenda eft. Venter fuperior quam citiffimè putgandus, fanguis ex capite & cubitis detrahendus, ut aluus fuperior calefcere definat, partes fupra feptum tranfuerfum, excepto corde, refrigerandæ. Inferiores autem partes homine in aquæ calidæ folio collocato, & oleo femper illito, calefaciendæ, & calefacientia humida admonenda. Collyrium ex folo melle decem digitorum longitudinis, fuma eius parte anteriore felle taurino illitū bis aut ter fubiciendum, ut exufta omnia circa rectum inteftinū ftercora

vora educas. Quòd si sic successerit, postea infusum per cly-
 sterem iniiciendum. Sin minus, folle fabrili indito, in ventrē
 status immittendus vt tum ventrem, tum intestinum con-
 tractum distendas. Deinde extracto folle, infusum per cly-
 sterem iniiciendum. Sit autem statim paratum infusum, ex
 his quæ non admodum calefaciant, sed stercora dissoluant
 & colliquefaciant. Deinde intrusa in anum sponsia, in aqua
 calida desideat, infusum per clysterem continens. Quod si
 receperit, tursusque demiserit, conualefcit. Prius autem mel
 10 optimum delingat, vinumque horum vernaculum bibat.
 At si remisso voluulo, febris eum prehendam, desperatus est.
 Fortassis enim etiam soluta aluus inferior interficiet. Pul-
 monis inflammatio. In pulmonis inflammatione hæc fiūt,
 febris acuta detinet, respiratio crebra est & calida, anxie-
 tudo, impotētia, corporis iactatio, dolor sub scapulis, ad iu-
 gulum & mammam, & in pectore grauitas, interdum etiā
 delirium. Nonnullis verò donec tussire cœperint, sine dolo-
 re est, sed illa diuturnior est & grauior. Primis diebus spu-
 tum tenue & spumofum expuit, lingua flauescit, procedente
 20 verò tempore nigrescit. Si igitur circa initia nigrescat, cele-
 riores sunt liberationes, si verò postea, tardiores. Ad extre-
 mum autem lingua dehiscit, & si digitum admoueas, ad-
 hærescit. Morbi verò liberationem, non secus ac in morbo
 laterali lingua indicat. Hæc autem contingunt, diebus, vt
 minimum, quatuordecim, ad summum verò, vno & vigin-
 ti. Quo tempore vehementer tussit, simulque cum tussi, pri-
 mum quidem copiosum & spumofum sputum expuit, septi-
 mo verò & octauo die, cum febris in vigore fuerit, humi-
 daque pulmonis inflammatio extiterit, crassius procedit,
 30 alioqui minimè. Nono & decimo aliquantum cum virore
 pallescens & subcruentum. Duodecimo ad decimum quar-
 tum vsque copiosum & purulentum. Atque hæc fiunt qui-
 bus naturæ & corporis affectiones humidæ sunt, quinet-
 iam morbus vnheimentior est. At quibus natura & morbi
 conditio sicca est, hi minùs conflictantur. Si quidem igitur
 ad decimum quartum diem resiccatu fuerit, neque purulen-
 tum ampliùs tussi reiecerit, sanus est. Sin minùs, decimum
 octauum & primum ac vigesimum diem animaduerte. Et si
 quidem tunc quieuerit, huiusmodi sputu euadit. Sin minùs,

'andulcius sputum fuerit interroga. Quòd si affirmaverit,
 pulmonem purulentum esse scito, morbumq; annum fo-
 re, nisi intra quadraginta dies pus sursum eduxerit. At si in-
 gratum sputum esse dixerit, hic morbi status lethalis est. Ve-
 rum primis potissimum diebus istud in his est conspicuum.
 Nam si putridum & purulentum sputum duobus & viginti
 diebus reiecerit, neq; exulceratus fuerit, euadit; alioqui ve-
 rò minimè. Hæc pulmonis inflammatio nihil relinquit in
 pulmone vitij. Si igitur de his affectibus aliquid abfuerit,
 nosse oportet quænam ægro sint necessaria, & quænam Me-
 dico aggredienda sint. Quòd si pauca ex his signis habeat,
 non est quòd decipiatur, cum hæc pulmonis inflammatio
 lenis sit & minimè exitialis. Atque hunc in modum pulmo-
 nis inflammationem curare oportet. Neque tamen pecca-
 ueris, si morbum lateralem & phrenitidem hoc modo cu-
 rare aggrediaris. Primum quidem caput leuius reddito, ne
 quid ad pectus defluat. Primis autem diebus sorbitiones
 dulciores esse debent. Sic enim maximè quod in se confedit
 & coit dilueris & agitaueris. Quarto, quinto & sexto die, ne
 amplius dulces sint, sed pingues, cum ad sputum per superiora
 excreandum conferant. Quòd si iuxta rationem spueri ne-
 queat, medicamenta quæ sursum educunt exhibenda. Pri-
 mis quidem quatuor aut quinque diebus, paulò magis aluum
 subducere oportet, quòd febres retundantur, & dolores le-
 niantur. Cum verò vacuatus corpusque debile fuerit, tertio
 quoque die aluus subagitanda, tum vt corpus robustum eu-
 uadat, tum superiora loca humoris sint expertia. Nā si mul-
 tus humor per inferiora secedat, post quintum diem mor-
 tem adfert. Secedente enim per inferiora humore, superio-
 ra siccescunt, neque sputum per superiora repurgatur. Infe-
 riorem igitur aluum neque nimis sisti oportet, vt ne febres
 increpant, neque nimis demitti, quòd sputum sursum emitti
 possit, & æger viribus valeat. Vbi autem sextum & septi-
 mum ac nonum diem attigerint, iamq; vterius progressio
 morbo, medicamenta quæ sursum educant potius exhibe-
 to. Taleque sit medicamentum, veratrum album, thapsia,
 elaterium recens, cuiusque par portio. Quòd si sputum pro-
 bè non repurgetur, & spiratio crebra fuerit, neque purga-
 tio superet, desperatam esse salutem prædico, nisi ad pur-
 gationem

gationem sufficere possit. Facienda verò etiam quæ in pulmonis inflammatione fieri debent, si aluus inferior probe officium suum præstet. Aliter autem primis diebus curatio facienda. Dracunculi magni concham maiorem exhibeto, lauci & vrticæ vnā, sinapis & rutæ quantum tribus digitis capere possis, & laseris succum fabæ quantitatē. Quæ aceto dulci & aqua temperata & excolata, ieiuno tepida potui præbeto. Postquam autem purum esse sputum cœperit, dracunculi concham maiorem, & sesamum amygdalas purgatas, ex aceto dulci aqua diluto propinato. Quod si magis educere voles, radices capparis corticē his admisceto. Morbus lateralis. Cū morbus lateralis corripit, hæc contingunt, dolor latus occupat, febris & horror detinet, crebra est spiratio, spiritus non nisi erecta ceruice trahitur, subbiliosa colore mali punici puramen referentia per tussim reiicit, nisi quid intus ruptum fuerit. Quod si sic, etiam sanguinem post rupriones. Est autem cruentus morbus lateralis, in quo subcruenta expuit. Et biliosus quidem mitior est, nisi ægro ruptum quid intus fuerit, aliōqui grauior quidem
 20 sed non adeò lethalis. Cruentus autem vehemens, & grauis, & lethalis. Cū igitur vrget, vnā singultus adest, simulque cum sputo sanguinis, grumos nigros tussi reiicit. Hic septimo die moritur, & si decimū diem superauerit, à morbo quidem laterali conualescit, sed vigesimo suppuratur, & pus per tussim reiicit, tandem verò euomit, neque adeò facile curatur. Morbi laterales sicci. Sunt autem sicci morbi laterales sine sputo, verū hi molesti sunt. Iudicationes aliis similes sunt copiosiore in potu humectatione quā alij opus habent. Bilioli autem & sanguinei, nono & vndecimo
 30 die decernunt, iiq; magis sanescunt. Quod si per initia quidem leues dolores detinuerint, post quintum verò & sextū diem acuti, ij ad duodecimum vsque protrahuntur, & nunquam ferè euadunt. Periclitantur autem maximè ad septimum, sed etiam ad duodecimum, post quos conualescunt. Qui ab initio quidem leues sunt, post septimum autem & octauum ingrauescunt, ad decimum quartum decernunt & sanescunt. Morb⁹ lateralis in dorso. Lateralis in dorso morbus, hoc aliis præstat, dorsum velut ex plaga dolor occupat, ingemiscit, confertim respirat, confertim pauca expuit, &

corpus lassitudine vexatur. Tercio aut quarto die vrinam velut subcruentam saniem reddit, fereque quinto die moritur, si minus, septimo, quos si effugerit, viuit. Hic morbus mitis est, minusque lethalis, obseruandus tamen ad decimum quartum, post quem sanescit. Quibusdam autem morbo laterali laborantibus, purum sputum expuitur, vrina cruenta redditur, qualis sanies ex carnibus assatis deflues, dolores vero acuti per spinam ad pectus & inguina perueniunt. Hic si septimum diem effugerit, sanus redditur. Cum vero alicui morbo laterali laboranti dorsum rubescere contigerit, & humeros incallescere, dumque desidet, pondere grauari, si venter perturbatus ex virore pallida & grauecolentia admodum demittat, hic ex ventris deiectione primo & vigesimo die moritur, quem si effugerit, conualefcit. At quibus confestim expuitiones cuiusvis sunt generis, & dolores admodum acuti, ij tertio die moriuntur, quem si effugerint, conualefcunt. Qui vero septimo, aut nono, aut decimo die, sanus non fuerit, pus intro colligere incipit. Præstat autem suppurari, minus enim lethale est, quamuis laboriosum sit. Præter autem commemorata signa, in vnoquoque morbo laterali hæc in lingua spectare oportet. Bulla enim aliquantum liuescente in lingua suborta, qualis ferro candente in oleum intincto fieri assolet, si quidem per initia aspera sunt, difficilior morbi liberatio contingit, & diebus quibus oportet, sanguinem tussi reicere necesse est. Quod si progressio etiam morbo id contingat, iudicationes quidem ad decimum quartum diem procedat, sed sanguinem expuere necesse est. De morbi autem liberatione sic se res habet. Si tertio quidem die maturari & expui cœperit, celeriores sunt liberationes. Si vero posterius maturescat, posterius etiam iudicationes contingunt, quemadmodum in signis capitis. In omnibus autem lateris morbis, dolores fere interdiu potius quam noctu leuiore esse solent. Curandi autem sunt morbi laterales hunc in modum, plerumque velut phrenitis & pulmonis inflammatio, præter quam quod balneis calidis & vino dulci vtendū. Si quidē igitur primo aut postero ab accessione die ægrum susceperis, si stercus quidem subit purū, aut leuiter biliosum & paucū, ex infuso thapsiæ aluus subluenda. Quod si aluus emota, noctu quidē demittat, postero

Itero verò die dolore & torminibus detineatur, rursus sub-
 luenda. Si verò æger natura biliosus fuerit, & minimè pur-
 gatus morbo correptus sit, prius quàm biliosum sputū ex-
 puat medicamento etiam bilem probè purgato. Iam verò
 biliosa expuenti, medicamētum ne exhibueris. Si enim ex-
 hibueris, sputum per superiora prodire minimè poterit, sed
 septimo aut nono die strangulabitur, idq; magis si præcor-
 dia doleant. At si ad laterum dolores etiam præcordiorum
 dolor accesserit, aluum subluere oportet, & ieiuno potui ex-
 hibere aristolochiam, hyssopum, cuminum, laserpitium,
 pepulum album, æris florem & mel, ex aceto & aqua. At per
 medicamenta quidem primis diebus ad hunc modum pro-
 cedere curatio debet. Reliqua verò sic se habēt. Calida mul-
 ta virium ægri habita ratione, præter quàm caput, lauto,
 cumq; iudicationes procedent, partes dolētes humidis fo-
 mentis tepescacito, & oleo sublinito. Vbi verò cum impetu
 morbi irruunt, tum ægrum, tum Medicum à curationibus
 quiescere oportet, vt ne quid mali comparetur. Pisanæ au-
 tem succus coctus exhibendus, paulò crassior admixto mel-
 le redditus. Post balnea, vinū dulce dilutum potui exhiben-
 dum, minimè frigidum, paucum ex angusti oris poculo.
 Cumq; tussis inuaserint, superbibendum & quàm maximè
 excreandum, & potu humectandum, vt pulmo humidior
 redditus, facilius ac citius sputū reiiciat, & tussis minùs ve-
 xet. Et mali punici dulcis vinosi succū, cū lacte caprino pau-
 co & melle mixtum, noctu & interdiu, sensim ac sæpè exhi-
 beto, somnūque quàm maximè prohibeto, quo celerior ac
 copiosior purgatio contingat. At morbum lateralem cruen-
 tum hoc modo curare oportet. Post iudicationes autem, vi-
 res leuibus cibis reficiendæ, & quiescendum, præcipue que
 vitædi soles, venti, plenitudines, acida, salsa, pingua, fumus,
 vētris flatus, labor, venus. Si enim reuerterit morbus, mors
 sequetur. Inter spuendum verò si dolor detinet, neq; expue-
 re possit, ieiuno æris florem baccæ oleastri magnitudine,
 succi laseris eius dimidium, seminis trifolij parum ex melle
 diligenda exhibeto. Aut piperis grana quinque & succi la-
 seris fabæ quantitatem, mel, acerum, & aquam, ieiuno te-
 pida propinato. Hoc etiā dolores sedat. Quod si pro ratione
 spuerit nequeat, sed in ipso sputum retineatur, & in pecto-

re stertorem edat, radices dracunculi magni concham maiorem, & oleum cum melle admisceto, & acetum aqua temperatum insuper sorbendum dato. Aliud vehemens. Aëne florem fabæ quantitate, nitrum assatū dupla portione, hyssopi quantum tribus digitis capitur, melle admixto, aqua & oleo instillato, paulatim per concham maiorem, ne stranguetur, infundito. Quod etiam in pulmonis inflammatione, si non purgetur, faciendum. Si verò neque sterrat, neque, ut conuenit, sputat, capparis semē quātum tribus digitis capitur, piper, nitri modicum, cum melle, aceto & aqua admixta, tepidum sorbendum dato. Postridie verò id ex toto, melle & aqua feruefactum sorbendum, quod & stentibus, & iis qui expurgari nequeunt exhibendum. At si lentius expetis, hyssopi, sinapis, & nasturtij quantum cochæ testa maior capere potest, ex melle & aqua tritum feruefactum, & colatum, tepidum sorbendum præbeto. Ad hunc modum curati hi morbi sanantur, nisi sputi aliquid in pulmone relictū in pus vertatur, ex quo tussis sicca excitatur, febris & horror detinet, spiritus erecta ceruice trahitur, frequentī & conferta respiratione æger affligitur, vox paulatim grauior redditur, & color cum calore vultum occupat. Procedente verò tempore etiam magis apertè hic morbus declaratur. Hunc si intra decimum diem curandum susceperis, postquā victus ratione & balneo calido calefeceris, per infusum pus è pulmone educito, & aliis quæ pus ducant vitior, eamque victus rationem quæ suppurato debetur instituito, & caput ne quid influat, resiccato. At si per infusum pus minimè educatur, id ex pulmone in thoracem erumpit, postquæ ruptionem sanus esse videtur, quod pus ex angusto in ampliorem locum concesserit, & spiritus quem attrahimus, in pulmone sedem habeat. Sed progressu temporis, pure pectus impletur, tussis & febres aliq; dolores omnes magis urgent, morbusque manifestus euadit. Hunc quindecim post eruptionem diebus finire conuenit, pus ut rursus maturescat, cum nimirum in ampliorem locum pus veniens, tum refrigere, tum adducto ad se eo quod in thorace erat humido, ipsum semiputridū esse necesse sit. Per hoc tempus igitur si sponte spuere incipiat, bene habet; sin minus, medicamentis aut potionibus succurrendum, vltimis

quid-

quindecim diebus, ad virium corporis refectionem, ante-
 quam magis attritum sit, insurgendo, & caput vt purum sit
 propter affluxionem curando. Si verò non spuatur, sed ad
 latera sui significationem exhibeat, secato aut iurito. At si
 neque spuatur, neque de se in costis significationem præbeat,
 ieiunum post copiosæ calidæ balneum, & minimè potum,
 in sella firma collocato, cumque alter eum ex humeris ap-
 prehenderit, tu ipse eum concutito, aurem costis admouēs,
 vt noscas quam ex parte sui significationem præbeat. Vo-
 tum autem est, vt id ad sinistra magis contingat, quòd in-
 iustio aut sectio in dextris mortem magis afferat. Quò enim
 dextra valentiora sunt, eò in ipsis vehementiores morbi ap-
 parere solent. Quòd si propter crassitudinem humor non
 fluctuat, neque strepitus edatur in pectore, crebrum autem
 spiritum trahat, pedes intumescūt, & tussicula quædam ve-
 xat, ne decipiaris videto, sed scito thoracem pure plenū esse.
 Linteo itaque tenui in rubrica liquida, admodum trita &
 tepida intincto, thoracem in orbem obregito, quaque par-
 te primū resiccatur fuerit, eā sectionem aut vstionem fa-
 cere oportet, vt quā proximè ad septum trāuersum acce-
 das, ea tamen adhibita cautione ne ipsum attingas. Quòd si
 voles, vbi rubricam illeueris, eadem velut in linteo specta-
 to. Multi autem simul illinant, ne partes quæ primū illi-
 nuntur, resiccantur. Post sectionem verò aut vstionem, pe-
 nicillo ex lino crudo vtere, & paulatim pus emittito. Cū ve-
 rò secare aut iurare voles, nota impressa fac vt eandem fi-
 guram seruent inter secandum aut vrendum, ne te cutis fi-
 guram immutando sursum aut deorsum vergens decipiat.
 Tusces quoque in victus ratione vitandæ, ne rursus in pulmo-
 nem (quod malum est) pus reuellant, sed sinendum, vt ad se-
 ctionem citissimè resiccetur. Posteaquam verò duodecimū
 attigerit diem, pus reliquum totum emittito, & penicillo ex
 linteo apposito, bis die pus educito, superioremque ventrem
 victus ratione quā maximè resiccato. Ad hunc modum
 suppurationes, quæ tum ex vulneribus, tum ex pulmonis
 inflammatione, & ex magnis defluxionibus, incumbēte in
 latera pulmone contingunt, spectare & curare oportet. Has
 autem potiones refrigerantes febre ardente laborantibus
 cum voles, exhibeto, quæ multarū sunt virium, aliæ siquidē

mictionem prouocant, alia alui subductionem, alia utrumque, alia neutrum, alia tantum refrigerant, non secus ac quis in vas aquae feruentis frigidam infundat, vel ventofrigido vas ipsum exponat. Alia verò aliis exhibeto. Neque enim omnibus dulcia conferunt, neque acerba, neque eadem bibere possunt. Fauorum siccorum heminas duas aqua maceratas, & contritas dum aqua gustu subdulcis reddatur, deinde excolatas, iniecto apio, bibendas dato. Seminis lini acetabulum, aquae decem heminis affusis, in olla noua prius imposita decoquito, igne depositum ut transpiret finit, quoad succus tactui pinguis euadat. Aquam mulsam aquosam ad dimidias, decoquito, deinde apium iniicito, hoc frigidum paulatim exhibeto. Hordeum achilleum, hoc est magnum & optimum resiccatum, & demto quod acutum est, ad heminae mensuram, & bene lotum, aquae congio affuso, ad dimidias coquito, refrigeratum potui exhibeto. Cumini Aethiopici heminae decimam partem, tribus aquae semicongiis affusis decoquito, luto piloso olla oblita ad tertiam feruefactum & refrigeratum, hoc ad omnem febrem ardentem aliamque febrem exhibeto. Aqua etiam celestis per se sola exhibita prodest. Prisanæ heminam, aquae congio affuso, ad dimidias coquito, deinde colatum iniecto apio, frigidum potui dato. Vina etiam alba ex uuis passis, aquosa exhiberi possunt. Vuarum passarum feces vinaceae expressae, dilutae, ad idem valent. Vuae passae albæ exemtis vinaceis heminam, radicum pentaphylli manipulum contusum, affusis aquae heminis viginti, ad dimidias decoquito, frigidum paulatim exhibeto. Farinae hordei pleni crassiores partes ad chœnicem dimidiam, affuso aquae congio, cum crassiores farinae partes iam intumuerint, manibus terito quoad aqua alba reddita fuerit, & adianti pugillo iniecto, nocturno fereño expositum præbeto. Triō aut quatuor ouorum candidum in aquae congio subactum bibat. Hoc admodum refrigerat, & agrum ad aluum subducendam etiam concitat. Hordei torrefacti probe loti chœnicem dimidiam, in aquae congio bis aut ter feruefactam, frigidam exhibeto. Prisanæ cremorem coctum tenuem, & vinum dulce exhibeto. Hoc non mouet. Cucumeris maturi sine cortice pollinem ex aqua propinato. Hoc urinam mouet, refrigerat & sitim sedat.

dat. Eruum in aqua antè decoctum, deinde ollæ nouæ in
 maiore olla aqua plena impositum, alia erit affusa aqua
 parum coquito, postea effusam tertiam partem, vbi eruum
 coctum fuerit, refrigeratum præbeto, ad cyathos singulos
 insperso cucumeris & erui polline. Hoc indubitanter si-
 tim sedat. Vinum Thasium vetus, aquæ quinque & viginti
 partibus, ad vnam vini partem admixtis exhibeto. Trifoliū,
 cucumeris pollinem, ex aqua in qua crassiores hordeaceæ
 farinæ partes maduerint, præbeto. Apij manipulos tres, pu-
 legij pugillos duos, in aceti heminis decem, ad tertias deco-
 30 quito, hoc melle & aqua admixta aquosum bibar, adianti
 pugillo iniecto, quod vrinam mouet & aluum soluit. Mala
 odorata dulcia contusa, aqua macerata, aquam potui exhi-
 beto. Mala cydonia eodem modo macerata, si aluus in fe-
 bre ardente soluta fuerit. At si morbus regius insuper inua-
 serit, vix passæ albæ detractis vinaceis, cicerum alborum,
 vtrorumque heminam dimidiam, hordei Achillei tantun-
 dem, enicitatundem, aquæ hemina decem, apium, men-
 tham, coriandrum, cuiusque parum, simul terito, quoad a-
 30 qua leniter dealbescat, postremò adianti pugillo iniecto,
 nocturno sereno expositū exhibeto. His etiam similia imi-
 tari poteris. Omnia autem nocturno sereno exposita feбри-
 citanti exhibeto, his exceptis quibus aluus plus æquo est
 fluida. Pulegij pugillos tres, apij duplum, vino aqua tempe-
 rato decoquito & propinato. Hoc vrinam mouet bilemque
 per aluum educit.

Hippocratis de morbis, lib. III.

SEME N ex omnibus tum viri, tum mulieris mēbris, ad
 30 hominis generationem veniens, & in mulieris vterum
 illapsum, ex eoque tempore accedente natura, humanam
 formam referens, procreatur. Habet autem tum mulier, tū
 vir in corpore quatuor humidi formas, ex quibus morbi o-
 riuntur, qui nulla vi contingunt. Hæ verò sunt, pituita, san-
 guis, bilis & aqua. Ex hisque non minima neq; debilissima
 pars ad semen confertur. Et postquā animal ex parentibus
 procreatum est, tot humoris formas, tum sani, tum morbo-
 si, in se continet. Quæ verò ex vnaqua; forma, tum plura,
 tum pauciora in corpore contingunt; aperiam, & ex quò

ægrotant, quodque morbi diebus imparibus iudicantur, &
 quænam sunt morborum principia, & quænam horum sin-
 gula in corpore faciunt, & morbum adducunt, ex quo et-
 iam rigor ipse febrilis contingit, quamque ob causam pesti-
 cum febris succedit. Ac primum quidem quam ratione
 bilis, sanguis, aqua & pituita ex cibaribus & potibus copio-
 ra & pauciora oriuntur, demonstrare volo, hoc modo. Ven-
 triculus ubi plenus existit, omnium in corpore fons est, ra-
 cuus verò ex corpore tabescente haurit. Sunt autem etiam
 quatuor alij fontes, ex quibus horum quisque in corpus pro-
 cedit. Postquam igitur hi fontes ex ventriculo acciperint,
 ipsique vacuati fuerint, ex corpore hauriunt. Trahit quoque
 ipsum corpus, cum quid in se ventriculus habuerit. Sanguis
quidem certe fons est cor, pituita caput, aqua lien, bilis
locus in iecore. Atque hi sunt quatuor istorum humorum fon-
 tes, præter ventriculum. Ex his maximas habent cavitates
 caput & lien. In eo enim amplissimus locus est. Sed de hoc
 paulò post melius disseram. Sic autem se res habet. In his omni-
 bus quæ eduntur aut bibuntur, biliosi aliquid, & aquosi, &
 sanguinis, & pituitosi inest, plus minusve in hoc vel illo.
 Quam ob causam quæ comeduntur & bibuntur ad valera-
 dinem inter se differunt. Atque hæc quidem hæctenus. Cum
 quis comederit aut biberit, corpus ad se ex ventriculo com-
 memoratam humiditatem attrahit, & fontes per venas de
 ventriculo trahunt, similis humiditas, similem, & in corpus
 distribuunt, non secus ac in plantis, similis humiditas ex ter-
 ra similem attrahit. Sic enim in se varias & innumeras terra
 facultates habet. His namque omnibus quæ in ipsa produ-
 cuntur, cuique similem humiditatem præbet, velut & id quod
 producitur, sibi cognatione similem habet, & trahit vnum-
 quodque ex terra alimentum, quale sanè ipsum est. Nam &
 rosa talem ex terra humiditatem trahit, qualis & ipsa facul-
 tate est, & allium talem ex terra humiditatem trahit, quale
 etiam ipsum facultate existit, reliquaque omnia quæ produ-
 cuntur, vnumquodque ex terra quod sibi cognatum est trahit.
 Quod nisi ita esset, quæ producuntur suis seminibus non es-
 sent similia. Cum verò quod ex terra nascitur plus habet
 cognati humoris quam conueniat, id ipsum ægrotat, quod
 verò iusto minus habet, illud marcescit. Ac nisi quod produ-
 citur

citur ab i
 trahat, ne
 producit
 eundem
 Peloponi
 nimium a
 esse possi
 ve in loni
 sponte pr
 12 nelo est e
 multa eti
 ciar, alere
 dicturus
 etiam va
 æqualiter
 suave ex
 pauca in
 ampliùs
 humore
 13 gressibus
 magis vi
 ra, sicci
 ta aliter
 propter
 simile pro
 sanè hæc
 cultura n
 ni simile
 terra tra
 terra pro
 qualem
 singula
 ras ad se
 truitosi &
 sum, qu
 corpus
 lem per
 hat, ho
 vnde pi

citur ab initio habuerit, quem sibi humorem cognatum attrahat, ne succrescere quidem poterit. Quòd verò id quod producitur, pullulare ab initio nequeat, nisi humorem secundum naturam habeat, id inde intelligitur, quòd Ionia & Peloponnesus regio est, quæ pro anni temporibus non minimum à sole vritur, ita ut sol iis quæ è terra nascuntur satis esse possit, neq; tamen fieri potest, etsi multi iam tentarint, ut in Ionia aut Peloponneso Lasæ producat, cum in Libya spontè producat. Neq; enim in Ionia, neq; in Peloponneso est eiusmodi humor, qui ipsum nutriet. Quòd verò multa etiam alia medicamenta regiones, etiam si sol sufficiat, alere non possint, aliæ verò spontè producant, id quod dicturus sum considerandum præbet, quantum locus loco etiam valde vicino ad vini suauitatem præstet, quamvis sol æqualiter sufficiat, cum in hoc terræ humor sit qui vinum suave exhibeat, in illo verò minimè. Sunt quoq; agrestia nō pauca in loco nascentia, quæ ad vlnæ spatium trāsata, non amplius produci comperias. Neque enim terra eiusmodi humorem translato accommodatum habet, qualem illa agrestibus plantis suppeditabat. In his enim sunt quædam magis virulenta, quædam magis humida, quædam dulciora, sicciora quædam, asperiora etiam quædam, aliæq; sexcetera aliter se habent. Innumeræ enim sunt in ea facultates. Ac propter eiusmodi genera, primum nihil ex terra alteri simile producitur, quod cognationem non habeat. Ac mihi sanè hæc omnia agrestia esse videntur. Verum ea homines cultura mitia reddiderunt, effeceruntq; ut quidq; suo semini similem fructum ferret. Humor enim similis similem ex terra trahit, ex eoq; increfcit & nutritur, & ex iis quæ ex terra producantur, alterum alteri simile nihil est, neque æqualem, neque similem humorem attrahit. Eorum autem singula quæ ad cibos aut potiones è terra producuntur, multas ad se è terra facultates trahunt, & in quoque aliquid pituitosi & sanguinei inest. Hac igitur ex necessitate adductus sum, quòd de cibis ac potibus qui in ventriculum veniant, corpus ad fontes nominatos trahit, similis humor similem per venas. Quòd verò vnumquodque per prædicta trahat, hoc aliud proferam argumentum, simulq; aperiam unde pituita in corpore gignatur. Cum quis caseum aut ali-

quid acre comederit, aut aliud quid pituitosum edierit aut biberit, confestim ei ad os & nares accurrit. Quod omnia ita contingere cernimus, idq; ex eo quod referam credere oportet. Assuero autem quod quicquid in cibo aut potu pituitosum inest, id ubi in ventriculum venerit, partim corpus ad se trahit, partim verò caput, quod cauum existit. Quod velut cucurbita corpori incumbens, pituita attrahit, quæ cum viscosa sit, hæc alia ex alia ad caput sequitur. Et quæ quidem recens pituita ex cibo gignitur, in capite manet, vetus autem à recente, cum sit copiosior, vi illata expellitur. Eamque ob causam ubi quis aliquid pituitosum edierit aut biberit, pituitam excreat. Habet autem hæc se res ad hunc modum. Cum quis quid pituitosum edierit aut biberit, si quod copiosum existit rursus non exeat, neque per os, neque per nares, id in capite manere, vel ex capite in corpus deferri, & ventriculum petere necesse est, & ad ventriculum peruenire. Et optimè quidem cesserit, si ad ventriculum perueniat: cum stercore enim exierit. Si quidem copiosum & humidum fuerit, & stercus humidum reddiderit. Si verò paucum fuerit, id non fecerit. Quod si in capite permanerit, multum dolorem capiti exhibuerit, cum in venis fuerit, paucum verò, id non fecerit. Copiosum autem aut paucum sui significationem exhibet. At verò si ad corpus deueniat, illic cum alio humore permiscetur, & si quidem copiosa pituita fuerit, si confestim corpus grauarit, si verò pauca, non utiq; grauarit, cum nimirum corpus magnum sit, nisi aliud ei principium relinquatur. Succedente verò tempore, si quidem altera pituita accesserit, lædat utiq;. Quod si corpus ad vesicæ & ventriculum transmittat, & hæc foras deferant, nihil ex ea mali habuerit. In hac igitur oratione demonstratio est, quomodo caput ex ventriculo pituitam trahat, & simile ad simile veniat, simulq; à me commemoratum est, quomodo & quæ ob causam copiosior pituita in homine ex cibis & potibus gignitur. Nunc verò de bile dicendum, quomodo & quam ob causam copiosior in homine gignatur, & quomodo locus eius qui est in hepate, ipsam trahat. Ad hunc quidem modum se res habet. Cum quis aliquid amarum aut aliud qui biliosum & leue comederit aut biberit, tum copiosior bilis in hepate gignitur, tum confestim hepar dolet, quod

quod pueri cor vocant, idq; fieri cernimus, & ex cibo ac potu contingere nobis apertum est. Siquidem omnem commemoratum humorem ex cibis corpus ad se attrahit. Loc^{us} autem qui est in hepate, quicquid illic biliosus inest, ad se trahit. Et si de repente copiosa bilis extiterit, hepar homini dolet, & copiosa ex ventre gignitur. Hoc enim si contingit, vetus bilis propter multitudinem ad ventericulum fertur, & inde tormina in ventriculo oriuntur, & ipsius pars quædã per vesicam quidem, pars verò per venterem foras procedit, sicq; paucissima in homine existit, & dolores cessant. Si verò horum neutrum contingat, primum vetus bilis in corpus procedit, si quidem in ipsum transmittitur, & si copiosa fuerit, confestim reliquo humori permixta, de se significationem exhibet, sin pauca, minimè utique grauaret, nimirum si corpus magnum sit, nisi aliquod aliud principium suboriatur. At successu temporis, si quidem altera bilis accesserit, plurimum hominè lædit. Quòd si minimè accesserit, eam corpus percolauerit, ita ut bilem & quæcūq; biliosa sunt demittat. Quæ enim eduntur & bibuntur, alia aliorum sunt medicamenta. Ita sanè etiam quæ lædunt medicamèta, ubi aliud ex alio in ventriculum illapsum est, sua facultate causam habet, ut id quod superatum est foras expellat, ipsumq; lædat. Vbi verò ex his quæ in ventriculum illabuntur, alia bilis corpori accesserit, inde morbus oritur. Hoc ego loco demonstrauimus, cur bilis & quam ob causam ex cibariis aut potibus copiosior oriatur, quodq; locus hepatis, quod biliosum est, quia simile, ex his quæ comeduntur & bibuntur, ad se attrahat. Nunc verò de aqua mihi dicendum est, qua ratione quamq; ob causam copiosior in corpore oritur, & quomodo eam ad se lien attrahit. Asseruero autè quòd ubi quis amplius biberit, corpus & lien aquam ex ventericulo ad se attrahunt, & si plus equo traxerint, confestim hominè laborare, idq; ita contingere sentiunt, quicumque lienosi sunt. At ubi lien traxerit, optimè quidem cesserit, si vetus aqua quæ in liene aut ventriculo inest, ad vesicam percoletur, & isthac veluti per colum effundatur. Neque enim per superiora loca aqua de liene expurgatur, nisi certè quantum in vasis inest, quæ à liene procedunt, sed in ventriculum & vesicam repurgatio fieri potest. Hæc autem nisi fluida fuerint

& foras percolentur, aqua de liene ad inferiores partes fertur, illicq; reliquo humori commiscetur. Et si quidem pauca fuerit, minimè vtiq; grauarit, sed de corpore ad vesicam & ventriculum per venas percolabitur, multæ enim ex eo deferuntur, quæ vbi sicciore quàm antea fuerint, ad se et inferioribus partibus trahunt. Quòd si altera aqua oriatur, neq; ventriculus, neq; vesica foras percolet, lien attollitur, & inferiores corporis partes dolore affliguntur. Istaq; à me dicta sunt, quomodo & quam ob causam aqua copiosior ex potu in corpore oriatur, & quàm ratione lien trahat. Nunc verò quomodo & quam ob causam sanguis copiosior in corpore gignatur dicendum est. Cùm quis quid sanguineum biberit aut comederit, id totum quidem ad se corpus trahit. Trahit autem etiam cor ad se quod sanguineum est, neq; vbi copiosius attraxerit, cor afficitur. Cor enim cùm sit solida quædam res & densa, eam ob causam minimè dolore affligitur, ex eoq; venæ crassæ, iugulares dictæ, feruntur, in quas quod sanguineum est confestim transmittitur, si copiosius accesserit, illæq; impletæ, capiti & corpori celerrimè distribuunt. Cumq; quid sanguineum comederit aut biberit, confestim iugulares venæ extolluntur, & facies rubet. Cordi autè & corpori vbi ex cibis ac potibus plus æquo sufficiens sanguis accesserit, reliquoq; humori ammixtus fuerit, nisi per ventrem aut vesicam reliquo humori permixtus exierit, corpori dolorè exhibet. At si paucus accedat, vtiq; corpus minimè grauarit, procedente verò tempore ab ipso ad ventriculum aut ad nares transmittitur, quæ foras excolant, nihilq; lædūt. Si verò paulatim copiosior euadat, morbosus redditur. Quam autem ratione copiosior sanguis gignitur, à me est expositum, cumq; quatuor in corpore existant, sanguis, bilis, pituita, & aqua, hæc omnia quomodo quamq; ob causam ex cibis & potibus copiosiora gignerentur, à me est demonstratū. Quòd verò ex his gignantur, hoc constat argumento, quòd si quis pauca edat, & pauca bibat, nullū ei morbum adfert. Atq; de his quidè hæcenus. In quo etiam intelligenti à me demonstratum est, quomodo hæc pauciora fieret, quod & melius paulò pòst declarabo. Quos verò appellauī fontes, ij cùm pleni fuerint, semper in corpore transmittunt, cùm verò vacui ab ipso vndique obsidentur.

Sic

Sic etiam & ventriculus facit, habetq; se res ad hunc modum, velut si quis affusa in tria aut plura vasa ænea aqua, ea quam plenissimo loco statuatur, & quā optimè coaptata disponat, coniunctis ad foramina fistulis, sensimq; in vnum vas aquam donec omnia impleta fuerint affundat. Ex vno enim in reliqua vasa defluet, quo ad cætera etiam impleta fuerint. Plenis verò vasis, si quis ex vno aquā exhauriat, vicissim contrā refluat aqua in vas æneum, & rursus aqua ex vasis vacuabitur, quemadmodum eam exceperunt. Ita sanè & in corpore se res habet. Vbi enim cibi & potus in ventriculum deciderint, corpus ex ventriculo haurit, simulq; cum fontibus expletur. At vbi ventriculus vacuatur, rursus retro humor redditur, quemadmodum etiam acceperat, non secus ac ex aliis vasis in vnum vas. Venæ enim multæ & crebræ, aliæ quidem tenuiores, aliæ crassiores, per totum corpus feruntur. Hæ quandiu homo viuit, apertæ sunt, & novum humorem excipiunt & emittunt. Eo mortuo conuiscunt & extenuantur. Quoad igitur homo viuit, corpus quidem ex ventriculo, si quid in se habuerit, haurit, hauriunt & fontes, & expleti corpori transmittunt, nisi enim corpus humiditatem ex ventriculo attraheret, sed soli fontes, neq; ad corpus transmitterent, non utiq; sufficiens haberet corpus alimentum, sed parcius. Neque enim alimentum amplius haberent, quod in corpus fontes distribuerent. Ac nisi fontes isti adessent, dum comedimus aut bibimus, non utique certò dignosceremus quod in cibo & potu suaue esset aut insuaue, hac necessitate, quam dicam, coacti. Hæc nimium loca cum parua sint, & intra reliquum corpus collocata, prius quàm vnumquodque impleatur, sua ipsius facultate reliquo corpori semper denunciat, quid ex his quæ comeduntur & bibuntur, biliosum, pituitosum, sanguineum & aquosum sit. Ex his enim singulis, quicquid in cibo & potu plus iusto adfuerit, illos nobis insuaues reddit, quæ verò maximum sui desiderium faciunt, ea ratione suaui sunt. Quod si ex fontibus aliquis cibo aut potu indigeat, ea ratione etiam corpus ab his attrahet, donec humor iusto paucior euadat, tuncq; quis comedere aut bibere desiderat, quod portionem illam expleat, & reliquis æqualem faciat. Eamq; ob causam cum multum edimus aut bibimus, in-

terdum cibum aut potum appetimus, nihilq; suavius sumimus, quàm quod appetimus. Vbi verò cibum sumserimus, humorque quoad eius fieri potuerit, in fontibus & corpore adæquatus fuerit, tunc in eo appetentia sedatur. Ac de his quidem hæc tenent. Quòd verò in loco quidē qui est in hepate, ex cibis & potionibus sola bilis secernitur, ita etiam scire habet. Venulæ enim cùm debiles & tenues existant, alium humorem crassiozem & grauiorem attrahere nequeunt, simulque ea non est loci capacitas, vt ibi alius humor constet, hicq; locus bili natura maximè familiaris est. Propter eaq; nullus in eo alius oritur morbus, nisi quem *καρδιασμός* hoc est, cordis morsum vocant. At verò caput, cor, & lien, omnis humoris participes sunt. Vnumquodque, nisi ægrotet, plurimum eius qui cuique natura inesse dictus est, princeps sit, caput quidem pituitæ, cor sanguinis, lien aquæ. Venæ etiam amplæ & crassæ, & clauicularum in modum intortæ, ad se alium humorem attrahunt, ita vt vbi traxerint alium alius sequatur. Et cordi quidem vicinæ singulares venæ crassæ, in quas si quid ei plus iusto accesserit, celeriter distribuitur, hæc verò reliquo corpori transmittuntur, simulque cor ipsum solidum & densum existit, adeò vt ab humore affligi nequeat, ideoque nullus in corde morbus suboritur. Caput autem & lien morbis maximè sunt obnoxia. Afficiuntur enim ab his quæ naturâ insunt, cùm plus iusto accesserint, afficiuntur quoque & ab aliis humoribus. Venas enim crassas & multas in se habent, cumque admodum venosæ sint & cava, amplam capacitatem alteri excipiendo humori exhibent, qui sensim ad ea procedit, & ei qui à natura inest permiscetur. At quemadmodum in magno vase amplior est capacitas, quàm in paruo, sic & in capite & liene se res habet. In his enim præcipue horum locorum ampla est cavitatis. Quòd si isthic humore venæ replentæ fuerint, in his ab eo morbus oritur. Atque de his nunc hæc tenent. Quomodo autem horum humorum quibusque in corpore parciore gignatur, melius demonstrare volo. Quatuor equidem esse humores homini noxios demonstrauimus, quatuor etiam ipsorum esse fontes asseuimus, per quos eorum vnumquemque homo repurget, iique sunt, os, nares, podex & vrinx fistula. Et vbi copiosior aliquis humor

mot

mor molestus fuerit, si per hanc viam homo repurgetur,
 nullus inde eum morbus vexat. Ac si ventriculus plenus
 fuerit, tabescente corporis humore, ad eum defluit, & per
 aliquem ex his locis extra fertur, ideoque parcius in corpo-
 re humor gignitur. Corpus enim, quemadmodum à me
 antea dictum est, ventriculo, vbi vacuus fuerit, distribuit,
 & ex eo haurit, vbi plenus fuerit. Atque hæc dicta sint, quo-
 modo & quare humores homini molesti pauciores fiant.
 Quomodo autem & quam ob causam homo sanus degat,
 10 mihi dicendum. Vbi comederit & biberit, humorque ad
 corpus peruenerit, quo dictum est modo alteri permixtus,
 tum ei qui in corpore, tum ei qui in fonte est, eo quidem
 quo accessit die in corpore manet, postridie verò ei alius
 humor accedit. Atque hi quidem duo dies sunt, & duo in
 corpore humores. Humorum quidem alteri duo dies sunt,
 alteri verò vnus. Posterior quidem certè, vt qui crassus sit,
 in corpore manet. Alter verò à calore coctus diffunditur,
 & vbi tenuis euaserit, postridie semper à recenti protrusus,
 ad ventriculum reuertitur. Quò cum peruenerit, cibos lo-
 20 ci illius coquit, & de se sanguinem in corpore facit. Cum
 autem permanserit, tempore graueolens redditur. Tercio
 verò die, vnà cum stercore & vrina, copia sibi ipsi toti æqua-
 lis & similis, æquabiliq; momento foras egreditur. Et si
 sui ipsius portio quædam fuerit, humor tamen iuxta di-
 ctam rationem in corpore manet. Tercio autem die ex
 corpore humoris maior copia & graueolentior ad ventri-
 culum confluit, id quod videlicet ab altero relictum fuit, &
 cibaria concocta deducit, & quicquid in corpore morbo-
 sum est, rursus cum eo defertur. Vrina verò, quæ salsa ex-
 30 istit, indicat quòd cibaria è corpore quod morbosum est
 deducunt, & semper postridie per aluum secedunt, hu-
 mor verò tertio die. Eoque modo contingere sanitas
 solet. Et ista quidem dicta sunt, qua ratione & quam
 ob causam homines sanitate fruuntur. Quòd si hu-
 mor hic sigillatim postridie foras prodeat, cibaria non
 similiter graueolentia reddita, sed velut cocta, ex ven-
 triculo foras concedunt, vrinaque potui similis reddi-
 tur, corpusque semper vtiq; euacuatur, omniq;

reddiderit, statim potu & cibo indiget, pro egestionis verò copia validus erit, cum humoris non satis in corpore relinquatur, sed postridie aut eodem die, vñ cum stercore foras prodeat. Et si quidem quid comedat, necne, vbi vacuatur fuerit, debilis sit, neque humor incrassari queat, si postridie foras prodeat, cum sufficiens in corpore non relinquatur. At nunc cum ventrem exoneramus bene valeamus, & biduo nihil edentes, & esse, & aliquid facere sustinemus, neque hoc tempore propter vacuationem prorsus debilitamur. Humor enim in corpore relictus, robur præstat. Atq; hæc quidem quomodo & quam ob causam humor ad corpus accedens, non eodem die, sed neq; postridie foras prodire queat, dicta sunt. Id autem affirmo, quòd si plus quam tres dies in corpore humor permaneat, aut alius qui impleat copiosus accesserit, vbi venæ incaluerint & constiterint, homini maius aut minus malum denunciari, hyeme quidem minus & tardius, æstate verò maius & celerius. Atque hæc quidem cōtingere solere, si humor in corpore maneat, dicta sunt. Si verò corpus cibos statim per aluum demittat, non vtiq; quod satis sit humoris nobis suppetat, & homines graciles & debiles essent. At nunc cum cibi & potus tanto tempore in corpore permaneant, corpus ex ventriculo attrahens, sensim haurit & expletur. Istaq; à me dicta sunt, quomodo & quam ob causam cibaria eadem die exire non possint. Quòd si cibi in ventriculo plus quam conueniat immorentur, aliiq; ad eos accedant, corpus vtiq; implebitur, & compressis à plenitudine venis, calor ac dolor corpori aderit, æstate quidem citius, hyeme verò tardius. Æstate enim hominem circumstans aer calidus est, calidioremque ad se corpus attrahit. Ac si calido adhuc ventriculo, iusto calidior homini spiritus adiungatur, minimè mirandum est ex eo hominem febricitare. Cum vero spiritum frigidum hyeme ad se attrahat, multo magis corpus plenitudinem perferre queat, homine parum aluum exonerante. Atque hæc ita contingere, si cibi in ventriculo diutius permaneant, dicta sunt. Quinetiam leuiter à me demonstratum est, omnem humoris & cibi in tempore, tum longiore, tum breuiore differentiam, in causa esse cur homines ægrotent, quod etiam procedente tempore pulchrius declarabo. Ac

mibi

mihi rursus vnde digressus sum redeundum est, & de sanitate dicendum, quòd hominis corpus ex cibis & potibus humorem haurit, quodq; dum valet, tum cibi, tum humor, secundum commemoratam rationem foras prodeunt, & si quidè plus humoris quàm ex cibis & potibus adfuerit, foras prodeat, homo extenuatus redditur. Ob hanc verò causam, foras plus prodit quàm adfuerit. Siquidem quis quiescat neque exerceatur, malè corpus afficitur, verùm quòd aliàs multa sanitate fruatur, non admodum grauetur. Est autem affectio eiusmodi. Cum quid ex his quatuor quæ in corpore gignantur, non ita longè copiosum aduenerit, corpus sensim incalescit, vt non admodum grauetur, & in ventriculo colliquescit, insuauèq; homini cibū reddit. Si verò humor ali^o alio copiosior fuerit, inde febris homini suboritur. Sed de his paulo pòst exactiùs disseram. Interdum autem etiam si cibus suavis existat, homo extenuatus redditur, causa verò eadem est. Quæ si contingant, plus humoris exit quàm apponatur, eamque ob causam in quiete degentem extenuari contingit. Hominum autem laborantium corpus incalescit. Hoc enim ex labore incalescente, & humor in ipso diffunditur, & morbus hic extenuatorius exoritur. Cum autem inutilis reddatur, ad ventriculum & vesicam defluit, quæ foras transcolans, & partim sanè per internam raritatem foras exhalat, partim verò adhuc intus manens, in sudorem versus, foras per corpus procedit. Quin eodem etiam modo iuuenum exercitationes idem quod labor efficiunt. Quòd si etiam parcior non fuerit humor quàm qui priùs exiuit, neque alius adhuc à potibus ac etiam cibis accedat, eam ob causam quis extenuatur. Parcior autem adiungitur, si quid aliud comedere non possit, & si propriis laboris & exercitationis ratione laborare nequeat, aliis alia pauciora euadunt. At verò bona corporis habitudo per cibos hanc ob causam accedit. Vbi tempore resiccatus humor fuerit, & in priore labore alius alio priùs exierit, interdum copiosior, & vnus alius alios admodum superauerit, id plenitudinem facit. Et si quidem à multis valde superetur, hoc modo febris contingit. Si verò à paucis, parum, corpusque hoc modo perferre potest, cum copiosior in ipsis humiditas insit, quæ calorem dissoluit. Corpus enim à febre

incalescit, & si modicum quidem fuerit quod molestum est, tertio die eodem modo dimittit, duobus verò diebus continenter vexat. Sin vero copiosius, quinto die, quatuor autem pro ratione habet. Sic morbi per dies iudicantur. Quòd si febris dimittat diebus imparibus, & sanus euadit, & moritur. Quam verò ob causam, paulò post declarabo, nunc autem dicendum est febris dimittat. Cuius rei causam esse affirmo, quòd si febris hominis corpus prehenderit, tertio die aut alio quodam impari, humorem molestum è corpore exire secundum commemoratam prius rationem necesse sit. Neq; enim prius exit, quàm ei bonus alius ex ventriculo accesserit. Intermedio namq; & postero die corpus ex ventriculo trahit, quicquid in suum vsum primo die in ipsum demiserit, nisi ventriculus transcolat, & alium humorem habuerit, quod certè homini male cesserit. Quod si febris tertio die dimittat, eodem modo quo primo die dimittit, vdictum est. Et sic quidem contingit febrem in corpore excitatam tertio die remittere. Alio autem quòd si quinto die, aut septimo, aut nono dimittat, eodem modo dimittere, velut tertio die exit. Est enim febris alimentum in locis quos paulò antè commemorauimus. Exuperantem enim copiosorem humorem, homo sustinere non potest. Imparibus autem diebus illam ob causam febris dimittit, quòd paribus diebus corpus ex ventriculo attrahit, imparibus verò dimittit. Ventriculus autem in homine sano foras transmittit. Ac propterea necessariò diebus imparibus morbi iudicantur, istaq; ratione cum quis febre detineretur, sanus euadit. Istam què ob causam ægrotos æstero diebus imparibus maximè affligi, id què ex ratione quadam. Conturbatur equidem homo cum febricitat, istius usq; rei indicium est horror, qui subinde per totum corpus impetu quodam fertur. Quod sanè minimè contingeret, nisi humor conturbaretur, & ab ipso copiosior aut paucior secerneretur, & alius alium superaret. Maximè verò etiam conturbatur diebus imparibus, cum ægrotat, tuncq; horror præcipuè contingit. Sic enim se res habet. Humoris molesti aliquid à recenti humore superatum, extra corpus propellitur, & ad inferiorem aluum defertur, què vna cum molesto humore incalescit, in seq; magis quàm antea recipit, quod

quod in morbi iudicatione præcipuè contingit. Quòd si corpus paulatim ad ventrem dimittat, neq; copiosum fuerit quod homini molestum est, ventriculus calorem perfert, corpusq; ad iudicationem validum est, & homo cōualefcit, vbi is qui affligit humor exierit, & qui feбри alimentum suppedicat consumtus fuerit. Si verò sanus superauerit, hac ratione qui ægrotat, propter commemoratas à me causas, sanus euadit. Nunc verò dicendum est cur moriantur diebus imparibus. Ac mea quidem opinione, si copiosum fuerit quod corpori molestum est, plus iusto conturbatur, copiosumq; ac validum ad ventriculum defertur, eoq; corpus cum alterum perferre non possit fruitur, graueolentemque spirationem fieri necesse est. Cumq; corpus præ imbecillitate spiritum, quo quæ in ventriculo sunt refrigerentur, attrahere nequeat, nimirum cum omnis humor morbosus existat, quicquid in humore vilitatis inest, foras exhalat, sicq; quis moritur. Neq; enim alter humor salubris superat, sed tot⁹ à morbo copioso superatus, & à febre consumtus expirauit. Sic sanè diebus imparibus dolor contingit, idq; nemo est qui non nouerit. Quinetiam quòd quidem humor iisdem diebus conturbetur, istud indicio est. Qui iam febre continente detenti, diebus paribus medicamentum purgans sumserunt, ii sanè supra modum nunquam purgati sunt. Qui verò diebus imparibus vehemens medicamentum sumserunt, ii purgati sunt, multiq; etiam supra modum purgati perierunt. Superiores igitur Medici in hoc maxime peccarunt, quod diebus imparibus medicamenta purgantia exhibebant, & homines interimebant, id ita se habere ignorantes. Humor enim in ægrotantis corpore magis diebus imparibus conturbatur, nimirum cum corpus ad ventriculum humiditatem transmittat. Et si quis iam cōmorum medicamento iniecto magis commoueat, non mirum est si quis ex his pereat. Vlcera etiam siquidem cūsentur, his maxime diebus inflammationem concipiunt. Humorem enim cum commouetur in omnes venas fertur, easq; implet. Et vbi morbus ad ylcus deuenit, si quidem curetur, pusque ab humore in conturbatione veniente, foras propullum exitum habeat, vlcus foras expurgatur. Quòd si non curetur, neque exitum pus habeat illic, vñà cum eo qui

accessit permanet, doloremque exhibet, & carnem vlcus
 ambientem attollit. Ex quo siquidem in cruribus vlcus ha-
 buerit, in crurum connexionibus venæ attolluntur, si verò
 in manibus, venæ quæ sunt in manuum connexionibus,
 indeque glandularum tumores oriuntur. At quibus febris
 contingit, si nullo alio affectu laborent, ea ex pinguiore
 quam par sit humore incidit, venæque impletæ dolorem &
 calorem vlceri exhibent. Quod verò incaluit, etiam reliquum
 corpus calefacit, eoq; modo calor in vlceribus oritur. Ho-
 moris enim agitatione corpus & vlcera incalescunt, &
 tale quid immoderatus labor efficit. Vlcerata autem quinto
 die inflammatione sedantur, & secundum horum dierum
 rationem, pro vlcerum magnitudine, etiam tertio die, &
 quinto, & septimo, & nono, & vndecimo. Deinde exacta
 primo circuitu rursus, tertio die, qui est secundi principium,
 & à primo decimusquartus. Ex his verò maxima decimo
 quarto die inflammatione sedantur. Atque hæc oratio de-
 clarat morbos diebus imparibus iudicari, & humorem in
 sano tertio die exire, stercus verò secundo. Et ista quæ tertio
 die contingūt, rem ita se habere mutuò inter se attestantur.
 Ad hunc modum tota hæc oratio summatim & velut à capite
 est à me ad extremum deducta. At nunc exactius quam ob
 causam homines ægrotent, mihi dicendum est, si nulloque res-
 ponendum quæ sint morborum principia, & quæ horum
 quidque efficiat. Mea autem sententia, si cibi quidem plus
 iusto copiosi iam concocti intus morentur, neque homo re-
 purgetur, & altera cibaria insuper adiiciantur, corpus prio-
 re humore & recenti plenum incalescit, indeque homini fe-
 bris contingit. Verum sic oborta febris, neque periculi ple-
 na, neque vehemens est, in qua humor copia æquabilis paulo
 plus nobis molestus est. Si enim sic se res habet, & quis ad-
 modum sit robustus, eaque quæ conueniunt adhibeat, sanus
 euadit. Vnus autem hic solus morbus est ab omni humore,
 & septem signa habet. Tussis enim levis & sicca detinet,
 venter durus redditur, cum nimirum stercus intus retinea-
 tur, caput grauatur, & vomit, febricitat, neque lotium probè
 exit. Istaque sunt huius morbi ex omni humore orti septem
 indicia. Quod si stercore non prodeunte vnus ex reliquis
 humoribus superet, melius homo habebit. Ac si quis in fe-
 bre ex

bre ex omni humore orta, quæ sunt idonea minimè adhibuerit, circumagetur morbus, quantum ipsè humores superauerit, hoc modo. Incalescente corpore, per hoc aquosum quod est febris maximè infusum, præcipuè exhalat, relinquitur verò pingue & leue, quod est biliosum, & præcipuum febris alimentum. Ad hunc autem modum exhalat, non secus ac si quis affusa in vas æneum aqua & oleo, ligna multa diutiùs succendat, aqua cerrè longè paucior, cum ex vase exhalet, futura est, oleum verò paulum immineatur, quod aqua quidem propter raritatem ab igne extenuari, & leuis reddita exhalare potest, oleum autem coherens & densum extenuari nequit, neque uti aqua exhalare. Ita sane & in homine se res habet. Incalescente nanque corpore aqua foras exhalat, quod verò est biliosum, cum coherens & densum sit, neque similiter extenuatur, neque exhalat. Verum extenuatus biliosus humor efficit ut corpus magis incalescat. Copiosius enim & melius alimentum febris suppeditat, & in corpore dispersus aut firmatus, morbum cum prioribus corroborat. Atque ista quidem homini contingere, nisi purgetur aut curetur, dicta sunt. Quod si horum copia non superet, siue semel multa, siue paulatim colligatur, & reliquum corpus dolore affligat, id dum contingit, præ robore perferat, donec principium quoddam accedat. Sin vero copiosior humor extiterit, neque homo expurgetur, ex eo morbus ad hunc modum oritur. Cum tria sint principia ex quibus morbi oriuntur, vnum quidem iam à me dictum est, quæque & quanta in corpore efficiat. Ostendi enim quomodo & quam ob causam, homo nisi repurgetur, ægroter. Alterum est, si quæ ex cælo pendent, minimè sint commoda, & præter victus rationem contingant. Tertiū est, cum quid violentum insiderit. Violentum autem esse dico, & calum, & vulnus, & percussione, & immoderatum laborem, & alia id genus. Ac horum principium, vis si magna fuerit, maximum est; si verò parua, non adeò magnum. Post hoc verò, si homo non expurgetur. Tertiū autem, si quæ ex cælo contingunt, non fuerint ad sanitatem accommodata. Horum igitur diligens cura habenda est, cum horum quiddam, quod referam, in corpore efficiat. Siquidem vulnus factum sit, carnem dissectam esse manifestum est, vlcusque

existit. Hoc autem morbum appello. Si verò ex plaga, aut casu, aut alia quapiam affectione cōrussio facta sit, & tumor oborietur, sanguis per vim calefactus, & per venas hiantes subiens, cum præ copia exitum quo abire possit, nō habens, illic colligitur, eamq; ob causam tumor fit, tandiuq; adest, quoad ex locis eo quo dictum est modo, aut per ipsum tumorem repurgatus fuerit, & sanguini cum tempore, velin pus verso, vel non, exitus siue per manus operam, siue siue ea, pateat. Quin & immoderatus labor tale quid efficit. Cū enim homines immoderatē laborauerint, quibus sanguis præcipuē laborarit, illic firmatur & incallescit, indeq; dolus contingit. Quod si ab his quidem superetur, magna autem copia immoderatus labor cōtingat, & alius ac vesica copineutiquam celeriter transcolarit, ex eo sanē febris suborietur, minimē verò, si prior humor æqualis fuerit. Si vero in immoderato labore horum copia in corpore permaneat, superat ille. Atq; hæc quidem de vi, quænam in corpore cōficiat, dicta sunt. Istaq; duo principia, nempe vis & plenitudo, nisi homines repurgentur, corpora calefaciunt. Quod verò ex cælo dependet principium, si homini minimē commodum fuerit, aliquid humoris superat, & tanquā ad modum viam faciens, calefacit, priusq; si ita contigerit, refrigerat. Prius autē quomodo calefaciat dicendum. Mea igitur opinione, si in ipso homine morbosum aliquid insit, quæle prius dictum est, & ea quæ ex cælo pendent minimē commoda fuerint, homoq; incalcescat, totus corporis humor incallescens conturbatur, idq; vis præstat. Et si quidem homo repurgatur, de cōturbato humore, quantum plus æ quo abundat, secernitur. Istud verò similiter se habet ut id quod ex lacte equino Scythæ conficiunt. Lac enim in vasa lignea caua affusum agitant, conturbatum verò spumescit ac separatur, & pingue quidem, quod butyrum vocant, cū leue sit, in summo seponitur, graue verò & crassum subsidet, quod etiā separantes siccant. Quod cū concreuerit & siccatum fuerit, Hippacen vocant. Lactis verò serum medium locū habet. Ad hunc verò etiam modū in homine commoto humore, quicquid in corpore continetur, ab his principiis quæ dñi omnia seponitur, & bilis quidem cū sit leuissima, in superficiem discedit, secundo loco sanguis, tertio pituita. Ex his

autem

autem humoribus maximè gravis est aqua. Cum autem
 hic ita se habeant, quicquid in morbo copia abundat, dum
 turbatio in principiis contingit, ad locum fertur in quo plu-
 rimum superat. In turbatione autem amplam capacitatem
 haustum secretum voluitur, & corpus calefacit, aut in aliqua
 corporis parte adhærescens, vna cum alio humore qui in
 alio loco est, dolorem & calorem exhibet. Quod verò in-
 calefcit, reliquum corpus etiam calefacit, ex eoq; febris cō-
 tingit, fereq; ex bile, & pituita, & sanguine oritur, quæ cali-
 dissima existunt. Et si quid horum in aliquam corporis par-
 tem incubuerit, plerumque inde morbus nominatur, & ap-
 pellationem habet. Ex aqua autem neque admodum vhe-
 mens, neq; diuturna febris oritur, cum aqua igni minimè
 idoneum suppediter alimentum. Ac de his quidem hæte-
 nus. Anteturbationem verò non habet quò secedat humor
 qui copia superat, sed cum alio humore permixtus sur-
 sum & deorsum volutatur, cum omnia plena sint: dum mo-
 uentur autem, vacuantur. Atq; alterum altero magis eua-
 cuatur, quodq; copia superat, loco continetur, & quod alie-
 num est, cum altero non permiscetur, si circum adhære-
 scat, nisi viribus adequatum fuerit. Viribus autem adequa-
 tur, & quod ex ipso ad morbum accedit, quoad locus repur-
 getur, quæcunq; fuerit purgatio. Quod si copiosum est id
 quod affligit, & aliud quod prius salubre erat ad morbum
 exhaustum & absumitur, eoque modo homo perit. Insuper
 enim exhaustum, si morbo non satis super fuerit alimenti,
 sed ab humore qui in loco dolente est absumitur. Primum
 quod propinquum est absumit, deinde vteriora depasci-
 tur, donec consumtum fuerit, neq; amplius super sit corpori
 alimentum. Levis autem humor hominis est alimentum.
 Quemadmodum igitur par est, primum si maximè incalc-
 scat, putredo sensim oboritur, deinde postquā illic alimenti
 putredini non satis suppetit, in corpus seipit, initio ab eo
 quod sanū est & propinquum ducto, quoad quod totū car-
 nosum est putredinem conceperit. Postquā autem in to-
 tum depastum est, putredinis alimentum consumitur. Sic
 sanè etiam in morbo, initio à loco ducto postquā illic
 non satis suppetit alimenti, vterius depascitur, ab eo quod
 vicinum est sumto exordio. Vbi enim ad totum peruenit

morbi alimentum consumitur, nec aliud quod salubre et superat, idq; dum contingit, homo moritur. Quinetiam vbi hic in conturbatione ampliore locum acceperit, neq; formatus fuerit, sed volutatur, nō amplius cū alio permiscetur, sed in morbum insumitur, nisi repurgetur. Deinde vterq; supra modum implentur, valdeq; impletæ nihil ante eæ dimittunt, quā amplam capacitatem nactæ sint. Non sic ac si quis vehementer percussus fuerit, sanguis ad vulnus decurrit, venis nimirum per vulnus euacuatis. Vbi verò venæ tanquam spongia oppletæ fuerint, non amplius dimittunt, sed in se retinent, quoad ex ipsis aliquid per locum recuetur. Cū enim in vnum collectus sanguis fuerit, præ copia viam intercipit. Quemadmodum si quis ampullam oleariam coriaceam angustæ oris, oleo plenam recta in os evertat, idq; cum fecerit, ex ea oleum prodire non poterit. Oleum enim copiosum & confertim incidens, viam coarctauit. Quod si quis ampullam oleariam paulum inclinet, velletur oris obturatio, per quam ex ipsa oleum effluet. Idem etiam in aqua supra mensam effusa experiri licet. Ad hunc sanè modum vbi plurimus corporis humor in conturbatione locum occupauerit, & venas impleuerit, non amplius ab eis discedit, nisi si locus vacuus fuerit, vnde morbi oriuntur, morbi alimento consumto. Atq; ista quidē à me dicta sunt, vbi quid in corpore fuerit, vnde morbi oriuntur, aliis etiam redundantibus, & quomodo principia humorum calorem & turbationem afferant, & ad morbum deducant. Nunc verò dicendum quænam in corpore efficere soleant, quæ à celo dependent, si incommoda fuerint, & cū corporis humorem superarint. Assero autem partem eius humoris qui est in homine, cum colliquatus fuerit, in se condescere & incrassari, donec morbum pariat, partem verò dilatasi & dissipari. Quæ affectio cum lacte affinitatem habet. Si quis coagulum in lac iniecerit, frigiditas in eo oborta lac incrassat & in se cogit, horum autem quod incrassatum est ambit. Ad eum sanè modum in homine humor refrigeratione in morbo suborta cōcreuit & incrassatus est. At circum ipsum aquosum humorem alius etiam humor est, qui quo copiosior in reliquo corpore fuerit, eò magis commiscetur. Verum si quidem ad aluum deferatur, stercus commouet, & in aluo

in aluo tor-
zia. At si ac-
adharescit
Locum igitur
quidem aquo-
mirum in quo
inferiora de-
maiorē cō-
videlicet, p-
faciens exu-
mine rigo-
concrescen-
mirum ist-
Hinc sanè
quit, vnde
condensati
copiosior f-
& quod m-
fertur, neq;
febrem no-
quodq; do-
si alius ple-
lum est ne-
est aliquan-
aliā quam
humorem
rem access-
mirum ci-
verò temp-
quidem le-
terius dep-
deinde tu-
sus autem
sugenti v-
commisce-
tur. Et qu-
tur, tamē-
dum orit-
tia, corp-

in aluo tormina excitat, forasq; exit nulla magna illata noxia. At si ad aluum non deferatur, ad eam corporis partem adhærescit, in qua plurimam capacitatem adeptus fuerit. Locum igitur amplum sibi nactus, in eo volutatur, & quod quidem aquoso humoris ex concretionem seceratur, cum nimirum in corpore frigidissimum & grauissimum existat, ad inferiora descendit, & circū ossa & nervos cumulat, eò maiorem corpori inflammationem inducit, & circa nervos videlicet, præsertimq; circa ossa aquosus humor humorem faciens existit. Osseæ enim præcipuè corporis partes in homine rigore corripuntur, pilique eriguntur, summa cute conrescente & sicciore quàm antea reddita, deficiente nimirum isthic aquoso humore & circum ossa conuoluto. Hinc sanè solus locus vbi antea erat, humorem facere nequit, vnde rigor oritur. Reliquus verò humor æquabiliter condensatus, partim in toto corpore est, partim verò quò copiosior fuerit, si quidem contigerit vt aluus plena existat, & quod molestum est paucum sic, interdum ad aluum defertur, neq; magnam noxiam inducit. Et quandoq; quidem febre non infert, quandoque verò debilem & innoxiam, quodq; dolorem facit vnà cum stercore foras prodit. Quod si aluus plena copiosum habeat quod molestum est, periculum est ne ex eo morbus aliquis suboriatur, si quod noxium est aliquam in partē incumbat, vel ad latus, vel ad viscus, aut aliā quampiam partem simul calefaciat, vti primū illum humorem conturbet. Quibus verò non multum ad calorem accessit, id ab aquoso humore superatum est, cum nimirum circa ossa & prope medullam consistat. Procedente verò tempore, magis afficiuntur quæ prope sunt, ac primū quidem locus ipse, deinde quod ipsi vicinum est, & sanè vltèrius depascitur, & aluus cum calida existat eum suscipit, deinde tum aluus, tum noxius hunc magis calefacit. Crassus autem humor vbi incaluit, primū is diffunditur qui affligenti vicinus est, diffusus verò affligenti aquoso humori commiscetur, deinde in corporis cōcretionem magis vacatur. Et quousq; aquosus humor reliquo humori permiscetur, tamdiu rigor detinet. Quinetiam febris ad hunc modum oritur. Quæ enim molesta sunt, ad locum inhærentia, corpus incallescens in se febre contrahere cogunt, &

ab eo quod noxium est, & ab aluo calefactum, reliquum quoque humorem superat. Atque ita quidem post frigus, si copiosus humor in aliquam corporis partem incubuerit. Quod si conuoluitur, hoc modo oritur. Post frigus febris conuoluitur circa aluum tum superiorem, tum inferiorem maximè affligens. Ibi enim maximè ampla est capacitas. Cum autem voluitur, primum incalescunt quæ propinqua sunt, tum viscera, tum quæ in ventre calida sunt. Deinde etiam reliquus humor calorem haurit, & diffusus aquosus humor admiscetur, febrisque post rigorem hoc loco oritur, cum quod molestum est minimè conuoluitur, sed ad aliquam corporis partem adhæserit. Atque ista à me dicta sunt quomodo & quando morbosus rigor fiat, & quā ratione, quodque post hunc febrem incidere necesse sit, & quænam sint morborum principia, quemque morbum eorum vnumquodque corpori adferat, quaque ratione & quam ob causam morbi diebus imparibus iudicantur, & ex quo homines sani sint, & ex quo ægrotent, tum etiam bilis, tum pituita copiosior & paucior fiat. Multa quoque alia quæ in ipso & natura humana insunt, quæque hæc exigebat oratio demonstraui. Et hæc quidem hoc modo commemorata ad exitum perducta sunt. Nunc de lumbricis latius dicendum. Eos enim in puero, dum adhuc in utero est, gigni assero. Neque enim ubi semel ventri egressus est, tanto tempore stercus in aluo manet, ut ex eo putrefacto & diutius permanente, tantæ magnitudinis animal in ea concretum possit. Qui enim sanus futurus est, hosternum stercus semper quotidie per aluum demittit. Tale autem animal, neque si per multos dies ventrem non exoneret, gigni non possit. Multa enim puero in utero existenti, ad hunc modum gignuntur. Vbi ex lacte & sanguine corrupte ac redundante, quod nimirum dulce existat, putrefactum fuerit, illic animal generatur. Teretes vero lumbrici isthic eodem modo nascuntur. Eamque rem in se habere hoc est indicio. Vbi pueri in lucem sunt editi, aut mulieres hæc medicamenta cibo in os indito offerunt, ut stercus ex intestino exeat, & minimè aduratur, simulque venter dilatatetur. Quo cibo in os indito, multi sanè pueri, tum rotundos, tum largos lumbricos, vna cum primo stercore per aluum demiserunt. Quod si non egresserint, etiam in v-

in ventribus
ro non am
bricum ha
stercore
affirmant
enim ab v
intestino
tem puero
sta sunt, in
10 quibusdam
æqualis e
cum eo in
num, vna
excidit, pl
bus, aut
deorsum
minet, id
verò non
quod si q
20 dicamen
bè præpa
dit, & ho
rectus lu
ne abru
tempore
crescunt
sed circu
intestini
de quale
30 alias at
Interdu
unt, int
vehemen
orespu
tur, sub
que eti
bit. In
etiam
tempo

In ventribus gignuntur. Et teretes quidem pariunt, lati ve-
 rò non amplius, etsi eos parere dicunt. Qui enim latū lum-
 bricum habet, is quale quid cucumeris semen subinde cum
 stercore per aluum egerit, idq; lumbrici partū esse quidam
 affirmant. Mihi verò isti haud rectè sentire videntur. Neq;
 enim ab vno animali tot pulli nasci possint, neq; tanta est in
 intestino capacitas, vt partus educare queat. Increfcente au-
 tem puero, lumbricus etiam ex his quæ in ventriculū inge-
 sta sunt, in intestino increfcit, & his quidem cum pubertate,
 quibusdam etiam posterius, aliis verò paulo ante, intestino
 æqualis euadit. Et vbi intestino adequatus fuerit, similiter
 cum eo increfcit, & quò maior extiterit, per rectum intesti-
 num, vna cum stercore excernitur, & velut cucumeris semē
 excidit, plærunq; etiam maior. Nonnullis verò iter facienti-
 bus, aut vehementer laborantibus, & ventre incalescente
 deorsum prodit, ipsisq; ex recto intestino quid inflatum, p-
 miner, idque facit, & ex ano referatur, aut retrocedit. Quod
 verò non pariat, resque velut dico se habeat, hoc est indicio,
 quòd si quis hominem lumbrico laborantem curet, & me-
 dicamentum aut portionem exhibeat, siquidem homo pro-
 bè præparatus fuerit, totus rotundus in pilæ formam pro-
 dit, & homo conualefcit. Si verò ex medicamento excidar,
 rectus lumbricus duorum aut trium cubitorum longitudi-
 ne abruptitur, aut etiam longè maior. Quo abrupto multo
 tempore cum stercore signa nulla se producit, postea verò in-
 crefcunt. Atq; hæc argumento sunt lumbricum non parere,
 sed circum circa abrupti. Est autem eius species velut albū
 intestini ramentum. Hæc verò habet indicia, ex aluo subin-
 de quale cucumeris semen egerit, & vbi quis ieiunem fuerit,
 alias atq; alias ad hepar impetu fertur, & dolorem excitar.
 Interdum autem vbi ad hepar irrumpit, sputa ad os afflu-
 unt, interdum verò minimè. Nonnullis quoq; vbi ad hepar
 vehementer proruperit, vocis defectionem immittit, & ex
 ore sputa admodum multa effluunt, quæ paulò post sistun-
 tur, subindeq; tormina multa in ventre excitantur. Quando-
 que etiam ad dorsum dolor fertur, illuc enim etiam incum-
 bit. Interdum verò ista lumbrici lati signa sunt. Hoc verò
 etiam contingit. Ei qui hoc animalculum habet, toto quide-
 tempore nihil horrendum accidit, cum verò debilis extitit.

rit ægrè reficitur. Lumbricus enim eorum quæ in ventricu-
lum ingeruntur partem aliquam assumit. Si igitur vt con-
uenit curatus fuerit, conualefcit, fi verò non curetur, sua
sponte foras non prodit, mortem autem non infert, fed ad
fenectutem vsq; comitatur. Atque ifta quidem à me de lum-
brico lato dicta funt, & de illius ortu, quæq; ifti morbi fi-
gna funt. At verò calculi morbo principium ex lacte obori-
tur, vbi puer lac impurum ex mamma fugit. Lac autem nu-
triciis impurum redditur, vbi pituitosis alimentis, tum ci-
bis, tum potibus impuris ea vfa fuerit. Quæ enim in ven-
triculum immittuntur omnia, lacti cõferunt. Habet autem
feres ad hunc modum. Si nutritz minimè fana fuerit, fed bi-
le, aquoso humore, fanguine aut pituita abundarit, lac quo-
que puero prauum redditur. Confert enim corpus & ven-
triculus, plurimum verò ei ad lac confert, quod ipfum pluri-
mum in fe habuerit. Puerq; fi de nutrice lac fugat minimè
purum, fed (velut dixi) biliofum, morbofum & debilis eua-
dit, & quoad lac prauum & morbofum fugit, in præfentia
maximè affligitur. Atq; vbi lac minimè purum, fed terrenū
ac pituitofum luxerit, venasq; à ventriculo ad veficam per-
tinentes amplas & attrahentes puer habuerit, porus autem
& lac ex nutrice in pueri ventriculum cõcedit, quale ex ven-
triculo de lacte trahit, in totum ei fimile quod venæ in ven-
triculum detrudere potuerint. Et fi quid in lacte non purum
fuerit, id quo fruitur in vefica lapis fit eo modo, quo in aqua
minimè pura, in calice vel vafe æneo agitata & depofita cõ-
fertum in medio fedimētum confiftit. Ad eundem modum
in vefica contingit, cum vrina impura exiftit, neq; emitti-
tur, nimirum cum cauo cõtineatur, & maximè coaceruata,
præ dolore per mictionem non redditur, & à pituita cruda
concrefcit. Pituita enim fedimento permixta glutinum eua-
dit. Ac primum parua lanugo accrefcit, deinde quod accedit
arenofum, adiungitur, cum pituita quæ de lacte in vefica re-
manet pro glutino fit & increfcit, & quicquid quidē humo-
ris in conglutinatione accefferit, per vrinam redditur. Ruf-
fus autē fedimentū folidum aut lapidofum efficitur, non fe-
cus ac ferrum ex lapidibus & terra fimul adufta fit. Ac prima
quidem in ignem iniectione, ad ferri recrementum lapides
& terra inter fe agglutinantur. Sed vbi fecundò ac tertio
in ignem

in ignem co-
ex ferro for-
tem in igne
dumque a
in vefica. D
liqui factum
fubfiderit, co
fubfederit a
in vefica ag
10 cumque vel
Quod verò
nolo concre
vesica ex lac
puer exiftit
nim vbi vri
pat. Quod
efu, non an
Et de his q
bet figna. C
20 na paulati
terdum qu
rata, & vef
ret, indicat
his quæ d
duos aut p
de vno dix
cretus fue
feparata l
adiunxeri
30 concrefc
tur, fiunt
in agitatio
nir. Inter
rit, nequ
biberit in
Hi autem
mo cauus
cauus no
lam voce

si ignem coniecta fuerint, recrementum quidem liquatum
 ex ferro foras prodit, idque fieri oculis cernitur, ferrum au-
 tem in igne remanet, & cedente recremento subsidet soli-
 dumque ac densum redditur. Sic sanè se habet sedimentum
 in vesica. Dum pituitæ glutinum accedit, id quod ab vrina
 liquifac-tum est, cum ea excernitur. Ipsum verò sedimentū
 subsidet, condensatur, ac solidescit velut ferrum. Vbi autem
 subsederit ac solidum redditum fuerit, sursum ac deorsum
 in vesica agitur, vesicamque tundens dolorem exhibet,
 10 cumque vehementer tundat ac vlceret, ab ea aliquid aufert.
 Quod verò adicitur adhuc maiorem ei quod abscessit are-
 noso concretionem efficit, & ad hunc modum calculus in
 vesica ex lacte gignitur. Interdum verò oritur, si cum adhuc
 puer existit, ex eo anxietas quædam contingat. Subinde e-
 nim ubi yrinam reddiderit, celeriter yrinæ fistulam occu-
 par. Quod si iam adulto puero calculus gignatur ex terræ
 esu, non ante ei dolor adest, quàm ipse sibi cibum deligat.
 Et de his quidem hæcenus. Hic autem morbus quinque ha-
 bet signa. Cum yrinam reddere vult, dolore afficitur. & vri-
 20 na paulatim velut yrinæ stillicidio laborantibus effluit, in-
 terdumque suberuenda est, utpote vesica à calculo exulce-
 rata, & vesica inflammatione vexatur. Verum id non appa-
 ret, indicio tamen est summa præputij pars. Interdum ex
 his quæ dicam arenosa per yrinam reddit, interdum verò
 duos aut plures calculos. Alij autem parui gignuntur eo quo
 de vno dixi modo. Fiunt etiam ad hunc modum. Cum con-
 cretus fuerit calculus, & altè in vesica subsederit arenaque
 separata fuerit, & accedentem arenam calculus ad se non
 adiunxerit, sed grauior & copiosior sit reddita, ita ut inter se
 30 concrefcere nequeat. hoc etiam modo duo calculi gignun-
 tur, sicut verò eodem modo plures, quibus inter se collisis
 in agitatione arenosum comminuitur, & per yrinam excer-
 nitur. Interdum verò etiam ubi arena ad vesicam descende-
 rit, neque in sese coherit. At verò dicunt nonnulli id quod
 bibitur in pulmonem deferri, ex eoque in reliquum corpus.
 Hi autem ex eo quod dicturus sum coarguuntur, quòd pul-
 mo cauus existit, eique annexa est fistula. Quòd si pulmo
 cauus non esset, neque ei adnasceretur fistula, animalia nul-
 lam vocem emitterent. Vocem enim ex pulmone edimus,

quod cauus sit, prætereaq; eius fistula. Vocem autem labii & lingua articulata reddunt. De hoc autem à metætius dictum est in pulmonis inflammatione. His igitur qui potum ad pulmonem ferri existimant, quæ hoc se habent modo apponam. Potus in ventriculū concedit, à ventricolo verò in reliquum corpus exhauritur. Ad hæc verò argumenta animum attendere oportet, quæ proferam, cur potus in ventriculum, non in pulmonem concedat. Si enim potus in pulmonem ferretur, ubi pulmo oppletus esset, non facile quis spiritum trahere, neq; loqui posset. Neq; enim pulmone pleno esset quod resonaret. Et hoc quidem vnum est argumentum. Deinde si potus ad pulmonem procederet, cū in nobis sicci non similiter coquerentur. Itaq; duo sunt argumenta. Quin & medicamenta ventrem subducentia vbi potu sumserimus, extra ventriculum ferentur. Habent autem se res hoc modo. Quæ medicamenta sursum aut deorsum, aut utroq; modo purgant, hæc efficiunt. Omnia valde vrūt, & ex his quidem valētia, si fortè mollem aliquam corporis partem contigerint, eam vlcérant. Leuiora veròurbationem in corpore excitāt, quodcunq; vel leuiter attingerint. Quod si aliquod ex his medicamentis ad pulmonem veniat, magnum aliquod malum mihi excitare posse videtur. Pituita enim ex capite veniens, eum paruo admodum tempore exulcerat, cū tenerum quiddam & rarū sit pulmo, & si exulceratus fuerit, aliquis sanè multis de causis non bene habet. Ventriculus autem à medicamentis non exulceratur, cū robustū quiddam sit, velut corium scilicet. Et in Libya pleriq; ex incolis, pecorum pellibus pro vestib, & ventribus pro sacculis vtuntur. Ventriculus enim robustam quiddam est. Præterea vbi homines vinum nigru ingesserint, nigra per aluum egerunt. Hæc quidem omnia argumenta sunt. Ac vbi allia aut aliud grauis odoris edulium comederimus, vrinam cibi odorem referentem excernim. Et hæc quidem argumenta, tum ea quæ dicturus sum spectanda sunt. Si quis cyceonem biberit, aut farinam coctam, aut aliud quid huiusmodi sorbitione acceperit, idq; ad pulmonem perueniat, hūc ne minimum quidem temporis vitæ speramus. Vbi enim paulū quid pituitæ ad pulmonem aut eius fistulam venerit, multa & valida tussis conuul-

tiōq;

stioq; oboritur
aut farinam
bitio fuerit
dolorem in
ueniens ver
Itaq; sepre
ros enuti
est aliud à m
argumenta
10 nisi adeo m
rent. Ac ne
tentia dedu
miter in op
que ob ear
lum fertur
semper hia
tanquam h
in deuoran
nus. In ven
10 plerus fue
transmitti
ad pedes d
aquæ acce
ad lienem
alia de cau
sitierit, v
neque cor
aliquant
autem sub
10 ceruix, &
scar, & h
plena sunt
valde stri
bè transi
dit, inter
tumesce
bus diut
luit, in se
horum d

siquæ oboritur. Si igitur utiq; vixerit qui cyceonem biberit,
 aut farinam coctam sorbitione sumserit, vbi concocta sor-
 bitione fuerit, copiosum & vehementem calorem multumq;
 dolorem in corpore excitari censeo, vt proinde minimè co-
 ueniens ventris egestio consequatur, si ad pulmonem veniat.
 Istæq; septem sunt argumenta. Præterea qua ratione lac pue-
 ros enutrit, siquidem ad pulmonem concederet. Quod
 est aliud à me adductum argumentum. Ac ne ista quidem
 argumenta ad orationem nostram probandam adduxissem,
 nisi adeò multi potum ad pulmonem concedere existima-
 rent. Ac necesse est eum qui velit auditorem à pristina sen-
 tentia deducere, suisque verbis fidem facere, ad ea quæ fir-
 miter in opinione inhaerent, multa argumenta adferre. At-
 que ob eam causam potus non ad pulmonem, sed ventricu-
 lum fertur, quòd ei propè adiuncta est hominis gula, quæ
 semper hiæ, & ad quam tendit, simulque pulmonis fistula:
 tanquam hederae folium ita incumbit, vt si ad eum feratur,
 in deuorando minimè in se demittat. Atque de his hæcte-
 nus. In ventriculum autem etiam potus fertur, quo cum ex-
 pleris fuerit, ab eo lien recipit, & ad venas & omentum
 transmittit, & ad decliue deorsum ad scrotum, ad crura, &
 ad pedes demittit. Cumque morbus superuenerit, multæ
 aquæ accessio fit ex ventriculo, vbi quis biberit, & semper
 ad lienem fertur. In hoc autem morbo contingit, vt non
 alia de causa in ventriculo febris exciteretur, quam cum quis
 sitierit, vesica verò & ventriculus non rectè transmittant,
 neque conueniente victus ratione homo utatur. Lien verò
 aliquantum ægrotans, potum ex ventriculo trahit, morbus
 autem suboritur, & scrotum pellucidum euadit, & iugulum,
 30 ceruix, & pectus extenuatur, cum ex hoc morbo collique-
 scat, & humor in ventriculum defluat, inferioraque aquæ
 plena sint, ventriculus cibum refugit, & quandoq; quidem
 valdè stringit, quandoque verò effluit, neque vesica pro-
 bè transmittit, plærunque frequens horror corpus perua-
 dit, interdumque febrisprehendit, & quibusdam facies in-
 tumescit, quibusdam minimè. Nonnullis verò vbi mor-
 bus diuturnus extiterit, tibiæ rumpuntur, indeque aqua ef-
 fluit, insomnia corporisque imbecillitas, præcipueq; lum-
 borum contingit, & vbi quid comederit aut biberit, etiam

paulò plus lien affigitur, crebrumque spiritum semper emittit. Atque ista aquæ inter cutem sunt indicia, eaque circa vètriculum solum consistunt, siue febris detineat, nècne, & venter intumescit, cruraque aqua implentur, superiores verò corporis partes, extenuantur iis qui ita affecti existimantur; signa tamen omnia debiliora existunt, simulque in cruribus aqua minimè suboritur, & tantò minor labor est. At verò circa vètriculum solum aqua inter cutem istam ob causam exoritur. Etenim ubi magna copia accesserit, neque per exordia ad inferiores partes via detur, sed coaceruata in venis resideat, nimirum ut quæ respirationem non habeat, neque sursum, neque deorsum firmam sedem habet. Non secus ac si quis magnum vas angusti oris oclusum subito conuertat, deinde sensim operculum ab ore detrahatur, idque ubi fecerit, aqua foras non effluet, cum perspirationem non habeat, sed à spiritu qui intus est intercludatur. Spiritus enim internus vas opplet, & externus spiritui obcludatur, neque aquæ excursus datur, cum spiritus vas impleat, simulque aër superincumbat. At si quis vas sensim inclinet, aut in fundo perforarit, spiritus è vase efferetur, eoque egresso foras aqua etiam concedit. Ita sanè in aqua intercute, siquidem sursum aut deorsum perspiratio per venas fiat, per morbi initia, ad crura & pedes aqua fertur, sin minus, isthic solum circa ventriculum volutatur. Ac de his quidem sic à me dictum est. Quinetià in vtero mulieribus hydrops contingit, & in ventre, & in cruribus, reliquaque signa eadem habet, de quo à me in Morbis muliebribus dictum est. Atque hæc sunt ab hydrope morborum formæ. Hi autè omnes morbi celeriter difficiles fiunt, celeriterque omnes increseunt. Longè verò grauiorès fiunt, si corpus alio modo tabefactum, ad hunc delapsum fuerit. Si igitur subito hominem morbus corripuerit, moritur, cum nimirum morbus admodum diuturnus existat. Quod si etiam alius fluida fuerit, admodum citò, tum sentiens, tum loquens, moritur. Atque ista mihi de hydrope & eius ortu, & quòd ipsius hæc signa sint, dicta sunt.

HIPPO.

Q Vicino ratione manda sit san consilij fructu Medicis dicu care, eorumque scenda. Hæc dis studiū & bile & piruit tant cum in o mestantur, v tuita & bili neribus, odor gore. Eueni ueniente tem suetudine, au becilliora. A untur. Ad hæ uis ex popul bere & per autem pote fiunt intelli horum quo capitis dolo ne caleface & mucos e Sin minus, tus ratione nimè offere dolor euad autem ex p fuerit. Qu putincida guis ex nar & vehemen tollatur, i conuenit.

Hippocratis de affectiionibus liber.

Q Vicunque intelligentia valet, is bene subducta secum
 ratione reputare debet quàm homini plurimi aſti-
 manda ſit ſanitas, noſſe quæ quanam ratione in morbis ſui
 conſilij fructum capere poſſit. Noſſe etiam debet quæ & à
 Medicis dicuntur, & ſuo corpori apponuntur, ea quæ diudi-
 care, eorūq; ſingula, prout cuius ex populo datur, cogno-
 ſcenda. Hæc igitur præcipuè, percipit qui in iſtis cognoscē-
 dis ſtudiū & operā collocarit. Morbi omnes hominibus ex
 bile & pituita oriuntur. Bilis autem & pituita morbos exci-
 tant cum in corpore ſupra modum vel reſiccantur, vel hu-
 meſcantur, vel incaleſcunt, vel refrigerantur. Hæc verò pi-
 tuita & bili contingunt, ex cibis, & potibus, laboribus, vul-
 neribus, odoratu, auditu, viſu, rebus venereis, calore & fri-
 gore. Eueniunt autem cum ex dictis quæque vel non con-
 ueniente tempore corpori admoventur, aut non pro con-
 ſuetudine, aut copioſiora & valentiora, aut pauciora & im-
 becilliora. Ac ex his quidem morbi omnes hominibus ori-
 untur. Ad hæc autem priuatim noſſe conuenit, quæ quem-
 uis ex populo cognoscere conſentaneum eſt, ea verò adhi-
 bere & pertractare, quæ artis peritos ſcire æquum eſt. Fieri
 autem poteſt vt quiuis ex populo eorum quæ dicuntur &
 ſunt intelligentiam quandam aſſequatur. Iam igitur vnde
 horum quodque noſſe oporteat, mihi dicendum eſt. Cum
 capitis dolores contigerint, in eo caput multæ calidæ lotio-
 ne calefacere conſert, & ſternutamento excitato pituitam
 & mucos educere. Ex quibus ſi dolor ſoluatur, hæc ſatis ſunt.
 Sin minùs, caput pituita repurgandum, & ſorbitione in vi-
 ſus ratione vtendum, & in potu aqua. Vinum autem mi-
 nimè offerendum, quoad dolor ſedetur. Vehementior enim
 dolor euadit, vbi caput calidum vinum attraxerit. Dolores
 autem ex pituita ingruunt vbi in capite mota & coaceruata
 fuerit. Quòd ſi ſubinde dolor & tenebricoſa vertigo in ca-
 put incidat, hæc quidem admota proſunt. Iuuat etiam ſan-
 guis ex naribus aut ex vena frontis detractus. At ſi diuturn⁹
 & vehemens capitis morbus euadat, neque capite purgato
 tollatur, in eo caput pertundere, aut venas circumadurere
 conuenit. Hæc enim vnica ſanitatis ſpes relicta eſt. Statim

autem per initia constitutionis morborum in ægris spectandum, quoniam opus habeant, & num medicamentum purgans, aut aliud quodcunque adhibere voles, ferre possint. At si prætermisso principio, ad extremum tendente morbo exhibueris, confecto iam corpore, veritus vehemens quiddam adhibere, periculum est ne prius frustreris, quam aliquid assequaris. Si dolor ad aures contingat, multa calida lavare & aures fouere confert, & si quidem ab his pituita extenuata capite deducatur, dolorque desinat, hæc satis sunt. Sin minus, præ cæteris optimum fuerit, medicamentum quod sursum pituitam purgat propinare, aut caput medicamento quod pituitam deducat purgare. Hic verò dolor etiam suboritur, ubi intrinsecus ad meatum auditorium pituita ex capite illapso fuerit. At si fauces inflammatione tententur, oris collutionibus utendum. Quæ etiam ex pituita contingunt. Si verò gingivæ, aut pars quædam sub lingua inflammatione detineatur, his quæ manducantur utendum. Hæc verò ex pituita etiam fiunt. Si vicia suspensa fuerit & suffocationem faciat (curgulionem nonnulli vocant) confestim quiddam gargarismis apparatus, velut in medicamentis scriptum est, utendum. Quod si ex his gracilis non evadat, occipitio derafo cucurbitulæ duæ admoventur & sanguis plurimus detrahendus, pituitæque cursus in posteriora reuellendus. Si verò neque his subsidat, scalpello ut aqua educatur, pertundito. Quod faciendum ubi summa eius pars subrubra extiterit. Ac nisi tunc secetur, inflammari consueverit, interdumque de repente suffocat. Hoc verò etiam ex pituita contingit, ubi calefacto capite ex eo confestim defluxerit. In dentium autem doloribus, si quidem dens erosus fuerit & mobilis eximendus. Quod si neque erosus fuerit, neque moveatur, sed dolor inferat, vitio ne resiccandus. Prosumt etiam quæ comanducantur. Dolores quoque oriuntur, ubi pituita in dentium radices sese insinuat. Exeduntur autem & eroduntur partim quidem à pituita, partim verò à cibis, si naturam debiles fuerint, & cavitatem habeant, ac in gingivis male infixi sint. Si polypus in naso innascatur, velut quiddam flaru distentum ex obliqua nare intumescit. Eximitur autem laqueo ad os pertractus. Quidam etiam medicamentis tabefaciunt. Ex pituita autem gignitur. Atque hi quidem morbi in capite ex pituita producantur.

cantur, præteritur. At verò in
hibenda. Mor
ardens, & p
dem acuti vo
hyeme oriun
niores. Quod
consilium ad
lateralis est c
ficilis, nec ni
initia quiden
tum aut sextu
tum. Huic in
inhibeat ex
verò subduc
hoc enim or
bendus etiam
pinandæ, ut
verò pus rep
runt, & exte
Prius autem
tur autem hi
cto corpore
fuerit. fit & a
cum breviss
tem decimo
gatum & pe
minimè exp
hitur. Iudic
30 erolescent,
nis inflam
dem pituita
mo die aliq
& nono pur
oboriatur,
facere in m
bus autem
tatione, iis
est. Ut autem

cantur, præter oculorum morbos, de quibus seorsum scribetur. At verò in ventris morbis hæc in considerationem adhibenda. Morbus lateralis, pulmonum inflammatio, febris ardens, & perpetua in febre infantia (phrenitis dicta) hi quidem acuti vocantur, & maximi quidem & vehementissimi hyeme oriuntur. Oriuntur quoque æstate, sed minus, & leniores. Quòd si tibi fortè contigerint, hæc ubi feceris & in consilium adhibueris, præcipuè voti compos fies. Morbus lateralis est cum febris detinet, lateralis dolor, spiratio difficilis, nec nisi erecta ceruice trahitur, & tussis sputum per initia quidem aliquantum biliosum expuit, ubi verò quintum aut sextum diem attigerit, etiam aliquantum purulentum. Huic in lateris dolore, quod pituitam & bilem a latere inhibeat exhibeto. dolor enim sic leuissimus erit. Ventrem verò subducente & refrigerante clystere eluere oportet. hoc enim omni morbo conuenientissimum existit. Exhibendus etiam potus & sorbitio, & potiones acidiores propinanda, ut sputum de latere per superiora educatur. Vbi verò pus repurgari cœperit, quæ latus calefaciunt conferunt, & exteriore pare lateri admouenda quæ maturent. Prius autem adhibere non confert, quòd resicetur. Oritur autem hic morbus ex potu præcipuè, cum quis humectato corpore, vel temulentus, vel sobrius rigore correptus fuerit. fit & aliis ex causis. Iudiciū autem subit hic morbus, cum breuissimè quidem septimo die, cum longissimè autem decimoquarto. Quo quidem si pus ex latere repurgatum & per sputum reiectum fuerit, sanus euadit. Si verò minimè expuatur, purulentus fit, & morbus longius protrahitur. Iudicari autem morbi dicuntur, cum crescunt, aut exolescunt, aut in alium transeunt, aut desinunt. In pulmonis inflammatione febris detinet & tussis, & primum quidem pituitam crassam & puram excreat, sexto verò ac septimo die aliquantulū biliosum & sublinidum, octauo autem & nono pure permixtum. Huic si dorsii aut laterum dolor oboriatur, exhibeto q̃ in morbo laterali ad lateris dolore facere in medicamentorum tractatione scriptum est. Potibus autem & sorbitionibus, alui etiā subductione & refrigeratione, iisdem quibus in morbo laterali, curatio facienda est. Ut autē sputum & pus ex pulmonibus sursum educatur,

exhibenda sunt in potu medicamēta quibus pulmo humectatur, & pus per superiora repurgatur. Hic autem morbus oritur cum pituita ex capite confertim ad pulmonem defluerit. Interdum verò cum ex morbo laterali in pulmonis inflammationem & febrem ardentem transitus fit. Indicatur autem breuissimus quidem decimoquarto die: longissimus verò duodeuigesimo. Hunc pauci effugiunt, & et hoc morbo suppurari euadunt, nisi pulmo intra iudicatorios dies repurgatus fuerit. Vbi perpetua cum febre insania (phrenitis dicta) occupat, primum levis febris detinet, & dolor circa præcordia, magis autem dextera ad hepar. Cum autem quartum aut quintum diem attigerit, tum febris vehementior, tum dolores maiores fiunt, colorque aliquantum biliosus redditur, & mens offenditur. Huic ad dolorem eadem quæ in morbo laterali exhibeto, & qua parte dolor detinet tepefacientia admoueto. Alius verò curanda, eadēque reliqua, excepto potu facienda. Potu quouis alio, præter quam vino vtendum, aut acetum & mel & aqua exhibenda. Vinum autem mente offensa, neque in hoc morbo, neque in quibusuis aliis confert. In hoc autem morbo caput multa calida lauare confert. Molliore enim reddito corpore, sudor magis oritur, aliusque & vrina excernitur, ipseque seipso moderatior euadit. Hic morbus oritur ex bile commota, vbi ad viscera & septum transuersum refederit. Indicatur autem, vt breuissimè, septimo, vt longissimè verò, vnde decimo. Hunc enim pauci effugiunt, ipseque in pulmonis inflammationem transit, ac vbi transferit pauci euadunt. In febre ardente, febris & sitis vehemens detinet, lingua aspera & nigra spiritus sanè caliditate redditur, color aliquantum biliosus fit, & sputa biliosa. In ægro partes exteriores frigida sunt, interiora verò admodum calent. Huic refrigerantia & alua, & exteriore corporis parte admouere conuenit, ea cautione adhibita, vt ne inhorrescat. Potiones quoque & sorbitiones crebrae & paulatim quàm frigidissimæ exhibendæ. Alius verò curanda, & si quidem quæ in ea continentur non subeant, subluenda, & per infusa quàm frigidissima, vel quotidie, vel tertio quoque die refrigeranda. Hic morbus oritur ex bile commota, vbi in aliquam interiorē corporis partem, incubuerit. Consuevit etiam in pulmo-

pulmonis
breuissim
rò decimo
nem deue
ti euadunt
hoc modo
vino, siue
genter ob
eunt, caru
moribus,
siunt corp
poris part
bus latera
bres igitu
ter. Sit au
gracilitas
bus autem
nuta fueri
terficiunt.
10 uatione &
curat mal
morbis ac
curandum
morbis ma
est. Si ver
a morbo
gunt, febr
tione reii
bus quod
10 sorbendu
geat, aqua
infra non
ex bile or
Quòd si
superiora
quarto di
gandum
potionib
Si quiden

pulmonis inflammationem transire. Iudicatur autem, ut breuissimè quidem, nono aut decimo die, ut longissimè vero decimoquarto. Et si quidem ad pulmonis inflammationem deuenerit, pauci effugiunt, si verò non transierit, mul-
 ti euadunt. Atque hi quidem acuti morbi vocantur, eosque hoc modo curare conuenit. Quæ febres aliæ hyeme, siue ex vino, siue ex lassitudine, siue ex alia quauis re oriuntur, dili-
 genter obseruandæ sunt. Interdum enim in acutas trans-
 eunt, earumque transitio fit eiusmodi. Agitatis duobus hu-
 moribus, tum bile, tum pituita, ubi quæ minimè conue-
 niunt corpori admoventur, ipsi in sese collecti, in eam cor-
 poris partem quancunq; fors obtulerit incidunt, sitq; mor-
 bus lateralis, aut phrenitis, aut pulmonis inflammatio. Fe-
 bres igitur hyeme exortas diligenti cura obseruare oportet.
 Sit autem earum diligens obseruatio, ut in his quies, gra-
 uitas, & ventris euacuatio adhibeatur. In sorbitioni-
 bus autem & potionibus perdurandum donec febris immi-
 nuta fuerit. Ex omnibus ferè morbis acuti præcipuè & in-
 terficiunt, & maximos labores excitant, itq; plurima obser-
 uatione & accuratissima curatione indigent. Neq; ab eo qui
 curat malum aliquod inferri debet, satis enim sunt quæ à
 morbis adsunt, verum ut boni aliquid præstet pro viribus
 curandum est. Quòd si cum probè quidem curet Medicus,
 morbi magnitudine superetur æger, hæc Medici culpa non
 est. Si verò cum rectè non curet, neq; morbum cognoscat;
 a morbo superetur, Medici culpa est. Æstate hæc contin-
 gunt, febris vehemens & sitis detinet, quidam bilem vom-
 itione reiiciunt, quibusdam etiam per inferiora secedit. Qui-
 bus quodcumque tibi conueniens esse videbitur potui vel
 sorbendum exhibeto. Quòd si bilis vel pituita circa cor vi-
 geat, aqua frigida aut mulsa epota vomendum, & si venter
 infra non subeat, infuso vel glande utendum. Morbus hic
 ex bile oritur. Liberatur autem ferè septimo vel nono die.
 Quòd si cum febris detinet, neque per inferiora, neque per
 superiora purgantur, totumque corpus laboret, tertio vel
 quarto die leui medicamèto vel porione per inferiora pur-
 gandum parandæq; sorbitiones ex milio & farina, isdemq;
 potionibus curandum. Hæc verò etiam ex bile contingunt.
 Si quidem partes exteriores non admodum igneæ videan-

tur, sed interiores, linguaque aspera & nigra reddatur, & pedes summæq; manus frigidae sint, huic ne medicamentum quidem exhibueris, sed curationem per refrigerantia & ventri, & toto corpori adhibita facito. Hæc febris ardens nominatur, iudicaturque ferè die vndecimo & decimoquarto. Quod si febris prehenderit & dimiserit, corporis autè grauitas detinuerit, hunc quidem quandiu febris tenuerit, sorbitionibus ac potionibus curato. Cum verò minimè detinuerit, etiam cibos exhibeto, & quàm citissimè medicamentum purgans exhibeto, siue sursum, siue deorsum tibi copus esse videatur. Si verò febris quidem non detineat, os tamen amarum habeat, corporis grauitas adsit, cibumque minimè admittat, medicamentum exhibeto. Hæc autem ex bile cōtingunt, cum ad venas & articulos decubuerit. At quicumque alij dolores per æstatem contingunt, qui quidem ad præcordia & cor feruntur, aquam nullam aquosam, aceti tribus affusis heminis, tepidam propinato, & vbi modico tempore eam continuerit, & igne & vestibus contactus fuerit, vomat. Quod si à vomitu rursus vrgeant & stragulent, rursus vomitum ciecto, aut multa calida loto aluum subluo, & tepefactoria quādiu dolor detinuerit admoueto. Hæc autem præcipuè ex pituita contingunt, cum commota ad cor irruerit. His verò qui huiusmodi doloribus conflictantur, etiam ea medicamenta exhibenda, quæ ad huiusmodi morbum sedandum in medicamentorum tractatione scripta sunt. At si dolor subinde ad aliam ventris partem citra febrem transierit, multa calida lauandum, & ad dolorem ea potui exhibenda, quæ in morbo laterali scripta sunt, aut aliud quodcunq; tibi visum fuerit. Quod si dolore non liberetur, medicamento per inferiora purgandum, cibis verò quoad dolor tenuerit, abstineat. Huiusmodi autem dolores, qui ita vagantur, ex bile oriuntur. In doli-
bus qui infra vmbilicum contingunt, aluus molli infuso est subluenda, qui si non sedentur, medicamentum deorsum purgans exhibendum. Qui verò dolores de repente citra febrem corpori accidunt, in his multa calida lauare, & tepefactoriis vti confert. Pituita enim & bilis coacta quidè valida sanè sunt, & quacunque corporis parte constiterint, ibi obtinent, vehementemq; tum laborem, tum dolorem excitant.

erant. Diffusa verò, quacunq; corporis parte se prodāt, imbecilliora sunt. At verò morbi qui per æstatem contingunt, sic oriri solent. Vbi corpus ex sole incaluerit, humectatur, humectatum verò ægrotat, vel totum, vel ea parte in quam pituita & bilis decubuerint. Eos igitur si quis per initia curauerit, neq; longi, neq; periculosi redduntur. Si verò non cures, aut malè cures, & longiores esse consueuerunt, & plerunq; interficiunt. Quin etiā ex his tertianæ & quartanæ oriri solent. Hæc morborum constitutio potissimum quidē per æstatem, interdū autem per hyemem contingit. Cum febris tertiana detinuerit, si quidē impurgatus esse tibi videatur, quarto die medicamentum purgans exhibeto. At si medicamento opus esse tibi non videatur, in poru ea medicamenta dāda sunt, quibus febris aut transmutetur, aut desinat, quemadmodum in medicamentis scriptū est. Et in accessione quidē sorbitione & potu nutriendum, intermediis autem diebus, cibis aluū subducentibus. Quæ ut plurimum non ita sepeprehendit, nisi verò curetur, in quartanā transire & diuturna esse solet. Si autem quartana prehenderit, si quidē impurgatus fuerit, primum quidem caput purgandum, & tribus aut quatuor interiectis diebus, sub ipsā accessionē medicamentum sursum purgans exhibendum, rursus aliquo intervallo interiecto, aliud medicamentū deorsum purgans in ipsa accessione dandum. Quod si per hæc nō sedatur, rursus intermissis aliquot diebus, multa calida lota, medicamenta quæ scripta sunt exhibenda. Potionibus autē & sorbitionibus, reliqua; victus ratione, velut in tertianā utendum. Hæc autē febris plurimos quidem longo tempore inuadit, quosdam verò etiam paucos, & oritur quidem tum tertiana, tum quartana ex bile & pituita, quam verò ob causam, de tertiana & quartana alibi à me scriptum est. Harum autem febrium epota medicamenta hæc habent facultatē, ut corpus in consueta caliditate & frigiditate suo loco consistat, neque præter naturam incalcescat, neq; refrigeretur. Exhibenda verò quemadmodum in medicamentorum tractatione scriptum est. Cum pituita alba detinet, totum corpus tumore albo intumescit, eodemq; die alia corporis parte melius, alia deterius habere videtur, tumorque aliās alia corporis parte & maior & minor est. Huic medicamen-

ta deorsum purgantia exhibenda, quibus aqua aut pini⁴
 purgatur. In victus autem ratione vtēdum cibis & potibus
 ac laboribus, ex quibus sicciſſimus & maxime gracilis eu-
 dat. Morbus hic ex pituita oritur, cum quis ex diuturnis fe-
 bribus pituita abundauerit, & minimē purgatus fuerit, &
 in eius carnes pituita vertitur. Quæ quanquam reliqua pi-
 tuita nihilo sit albidior, cutis tamen color candidior appa-
 ret. Sanguis enim pituitæ copia aquasior redditur, neque
 æquē in eo bonus color ineſt, proptereaq; candidiores ap-
 parent, morbusq; pituita alba vocatur. Si igitur per morbi
 initia curatio adhibita fuerit, conualeſcit; ſi minū, in aquā
 inter cutem morbus tranſit, & hominem perimit. Qui ma-
 gnum habent lienem, qui quidem bilioſi ſunt, malē colo-
 rati euadunt, praua vlcera contrahunt, os grauiter olet, gra-
 ciles ſunt, lien durus eſt, ſemperq; æqualis magnitudinis,
 neque ciborum reliquæ per aluum demittuntur. Qui verō
 pituitoſi ſunt, hæc iis minus contingunt, & lien aliās maior,
 aliās minor redditur. His confert ſi quidem minimē purga-
 ti videātur, caput & reliquum corpus purgare. Quōd ſi pur-
 gatione non indigeant, victus ea ratio inſtituenda, quæ pi-
 tuitoſis quidem corpus exiccet & extenuet, cibis, portio-
 nibus, & vomitionibus, & exercitationibus quā plurimis,
 ac deambulationibus. Quin etiam vere per veratrum ſur-
 ſum purgandum. Bilioſis verō confert per victus rationem
 humectantem aluum & veſicam ſubducere, & venam ſple-
 nicā crebrō laxare, medicamentisq; vrinam cientibus
 vti, quæ lienem mollire ſcripta ſunt, & pro anni tempore bi-
 lem purgare. Ex lienofiſ autem nonnulli medicamentis e-
 potis minimē iuuantur, & ex reliqua curatione nihilo gra-
 ciliior etiam lien redditur, ſed quæ admouetur à morbi ma-
 gnitudine ſuperantur. Progreſſu verō temporis quibuſdam
 quidem morbus ad aquam intercutem deuenit, & cōtabe-
 ſcunt, quibuſdam verō purulentus fit, & vſtione conſane-
 ſcunt, quibuſdam etiam durus & magnus ad ſenectutem vſ-
 que perſenerat. Oritur autem morbus vbi ex febribus & vi-
 tioſa curatione, bilis aut pituita, aut vtraq; ad lienem decu-
 buerint. Et diuturnus quidem affectus eſt, minimē tamen
 lethaliſ. Ex medicamentis autem quæ ad lienem exhiben-
 tur, alia quidem per veſicam purgant & molliorem efficiūt,
 alia

alia verò purgant quidem, neque tamen per vesicam quicquam quod euident sit, neque per aliam vlsiam partem, lienum tamen emolliunt. Cum voluulus corripuerit, venter durus redditur, nihilque infra demittit, dolorque totam inferiorem aluum detinet, & febris, & sitis. Quandoque etiam præ dolore bilem vomitione reiecit. Hunc & intus & extra humectare oportet, & multa calida lauare, bibereque quæ aluum moueant & vrinam deducant, & per infusum subluere si admittat. Quòd si clysterem recusset, fistula ad propendulum vtriculi petiolum adalligata & inflata, multus status immittendus, intestinoque & ventre per flatum distento, detracta fistula confestim clyster iniiciendus. Quem si admiserit, aluum demittet & conualefcet. Si verò ne sic quidem clysterem receperit, septimo ferè die moritur. Oritur autem eiusmodi morbus, vbi copiose coaceruatum steruus in intestino pituita circumambiente combustum fuerit, intestinumque, his nimirum confestim induratis, intumuerit, nullumque ex his medicamentis quæ superbibuntur recipit, sed vomitione reiecit, neque admota per inferiora infusa recipit. Est autem morbus acutus & periculi plenus. Aqua inter cutem plerumque quidem oritur, vbi quis ex morbo longo non purgatus, diu vitam traduxerit. Carnes namque corrumpuntur & colliquantur, in aquamque vertuntur. Fit etiam hydrops ex liene vbi ægrotarit, & ex hepate, & ex alba pituita, & intestinorum difficultate & læuitate. Et si quidem hydrops ex vitioforum humorum purgationis defectu contingat, venter aqua impletur, pedes & tibie attolluntur humeri, iugulum, pectus & coræ contabescunt. Hunc si inter initia in manus sumseris, prius quam aqua supra modum suffusus fuerit, medicamenta propinanda quibus aqua & pituita per inferiora purgetur. Bilis verò minimè mouenda. Victus ratio instituenda in cibis & potibus, laboribus & deambulationibus, ex quibus gracilis & siccus reddatur, carnes verò quàm validissimæ. Hic verò morbus cum alias lethalis est, tum verò præcipue cum venter aqua plenus esse cœperit. At cum ex liene, aut hepate, aut alba pituita, aut intestinorum difficultate, in aquam intercutem transierit, per eadem quidem curare confert, neque tamen admodum euadunt. In morbis enim vbi alter alteri

succedit, is plerumque interficit. Corpus enim ex praesente morbo imbecillum redditum, si alter morbus accesserit, ex imbecillitate prius perit quam alter qui posterior accessit morbus desinat. Aqua sane sic gignitur. Postquam carnes pituita, tempore, morbo, & vitiorum humorum purgatione non facta, malaque curatione & febribus corruptae fuerint, colliquescent & in aquam vertuntur, neque in se quidem venter aquam transfundit, sed in eius ambitu gignitur. Si igitur ex medicamentis aut reliqua victus ratione auxilium sentiat, eiusque venter emolliatur, satis est. Sin minus, sectio-
ne facta aquam educito. Fit autem sectio vel iuxta umbilicum, vel retrò iuxta ilia. Inde verò pauci etiam euadunt. Cum intestinorum difficultas detinuerit, dolor totum ventrem occupat, & tormina, bilem pituitamque & sanguinem adustum per aluum demittit. Huius purgato capite medicamentum quod supra pituitam purget propinato, & aluo lacte cocto abluta, reliquum corpus curato. Et si quidem febris expers fuerit, aluum vnguinosis, pinguibus, dulcibus, ac liquidis semper subducito, & quae insunt semper educito, & si dolor detinet, partes sub umbilico calida multa lauato: positiones, sorbitiones, & cibos prout in medicamentorum tractatione scriptum est, adhibeto. Oritur hic morbus postquam bilis & pituita in venas & aluum decubuerit. Male quidem afficitur sanguis, & corruptus per inferiora emittitur, male quoque intestinum afficitur, & raditur ac exulceratur. Longus autem hic morbus redditur, laboriosus & lethalis, & si quidem valido adhuc corpore curatio adhibeatur, hunc effugere posse spes est; sin verò iam colliquefacto ventreeque penitus exulcerato, vitae nulla spes est. Intestinorum laeuitas cibos demittit minimè putrefactos, liquidos, dolor non adest, corpus autè extenuatur. Hunc iisdem quibus intestinorum difficultate detentos curato. Hic verò morbus contingit, cum ex capite & superiore ventre in inferiorem pituitae defluxus factus fuerit. Ideoque cum sit, cibi ab eo refrigerantur & humectantur, eorumque non putrefactorum velox fit per aluum demissio, & corpus colliquescit, cum partim quidem cibi non sufficienti tempore in ventriculo coquantur, partim verò à ventriculo calido praeter naturam incalescit. Cum longum alui profluvium detinet, primum quidem quae

inge-

ingeruntur liquida per aluum secedunt, deinde pituita. Et moderate quidem comedit, verum ex copiosa alui egestione debilis & gracilis redditur. Hunc veratro in potu exhibitto, & capite pituita purgato, supra rescicato, lacte cocto aluum eluito, deinde reliquam curationem per cibos & portiones quibus aluus & totum corpus exiccetetur adhibeto. Morbus ex iisdem ex quibus intestinorum læuitas oritur. Hi morbi intestinorum difficultas, leuitas, & alui profluuiū inter se sunt similes, eosq; sic curare conuenit, vt defluxionem quidem à capite & superiore vêtre intercipientis & auertas, cum morbi natura inde sit, neque est qui qua in resententiam tuam coarguat. Ac ferè in reliquis morbis cuiusq; naturam unde sit eodem modo in considerationem adhibere oportet. Quod cum feceris, morborumque principium deprehenderis, minimè aberraueris. Cum crebra & inanis egerendi voluntas prehenderit (tinesmum dicunt) sanguis & mucus per aluum secedunt, dolorque in inferiore aluo oritur, idque præcipuè vbi ad secessum deuenierit. Huic aluum madefacere, pinguem reddere ac læuigare conuenit, quæ intus sunt subducere, & calida, excepto capite, lauare. Hic autem morbus plures cibos insumere consuevit. Vacuato enim ventre, à sanguine & mucò transeunte, & dum ad intestinum illabuntur, tormina fiunt. Intus autem existentibus cibis, minorem morsum intestino exhibent. Ac ex iisdem quidem ex quibus etiam intestinorum difficultas contingit, & imbecillior tamen & brevis, minimeq; lethalis. Cum ex vino aut comestatione cholera prehenderit, aut alui profluuium, ad alui quidem profluuium ieiuniū confert, & si sitis detineat, vinum dulce exhibendum, aut vuarum dulcium retrimenta. Sub vesperam autem eadem danda quæ à medicamento purgatis dantur. Quod si non sedetur, sedare autem velis, vomitum post cibum aut lentisculæ decoctum excitato, confestimq; per inferiora secessus sursum reuellitur, sique lentium aut cicerū cremore elueris, sic quoq; quodammodo sedabitur. Ad choleram autem confert, si quidem dolor detinet, ea dare quæ in medicamentorum tractatione dolorem sedare scripta sunt. Venter autem tum superior, tum inferior, potionibus madefacientibus curandus, corpusq; excepto capite, balneis calidis emolli-

dum, sicq; facilius vomitus contingit, & si quid humidi subierit, quæ molesta sunt sursum reuomuntur, & per inferiora secessus magis prodest. Quod si vacuus fuerit, cum vi euomuntur, & violentius secedunt. Sub vesperam autem etiam ei exhibeto, quæ ei qui medicamento purgante usus est, exhiberi solent. At verò dolores qui ex vini potione aut commestratione contingunt, oriuntur cum cibi & potus solito copiosiores in ventriculum subierint, quæque foris corpus supra modum calefacere solent, bilem & pituitam agitant. Stranguriæ multi quidem & varij sunt modi. Confert verò foris quidē corpus balneis calidis emollire, intus verò mædificare, aluum quidem cibis quibus fluida reddatur, vesicam verò potionibus, à quibus vrinæ plurimum profluit. Ex medicamentis autem vrinam cientibus, ea danda sunt, quæ in medicamentorum tractatione dolorem sedare scripta sunt. Morbus verò ex pituita oritur. Et cum quidem vesica resiccata, aut refrigerata, aut vacuata fuerit, dolorem exhibet, cum verò humida & plena, aut etiam distenta est, minus. Hic autem morbus senioribus quidem longior sit, iunioribus verò breuior, neutris tamen lethalis. In coxendicum morbo, dolor coxæ connexionem inuadit, & extremas nates, & protuberantem in summa femoris parte carnem quæ *πλάτος* dicitur. Ad extremum verò per totū etiam cruris dolor decernat. Huic confert, cum dolor detinet, balneis calidis & fomentis emollire ad quacunque cruris partem dolor fortè decubuerit, aluumque subducere, cumque leuatus dolor fuerit, medicamentum infra purgans exhibere, & post hæc lac asinum coctum potare. Ad dolorem autem danda quæ scripta sunt in medicamentorum tractatione. Oritur hic morbus vbi bilis & pituita ad venam sanguinis manantem decubuerit, aut ex alio morbo, aut aliàs cum quicquid est sanguinis à pituita & bile coactum, male affectum fuerit. Istud enim toto crure per venam sanguine manantē vagatur, & vbi cunq; constiterit, ibi etiam dolor maximè manifestus & molestus contingit, non tamen lethalis. Quod si in vno aliquo loco firmiter constiterit dolor neq; medicamentis expellatur, quocunq; loco dolor fortè extiterit, eum lino crudo inuncto. Articularis morbus cum detinet, corporis articulos ignis & dolor inuadit. Prehendit etiam

acutus,

acutus, & ad alium atque alium etiam articulum vehementiores & leuiore dolor decumbunt. Huic, qua parte dolor detinet, refrigerantia ad mouere confert, & quæ in ventre sunt per infusa & glandem subducere, & quicquid tibi profuturum videbitur, forbendum & bibendum exhibere. Cum verò dolor adfuerit, medicamentum deorsum purgans propinato, & post hoc serum coctum & lac asinum potui exhibeto. Hic morbus ex bile & pituita oritur, cum agitata ad articulos decubuerint. Et brevis quidem & acutus euadit, sed minimè lethalis, iunioribus quæ magis quam senioribus contingere solet. Pedum dolor his omnibus quæ circa articulos contingunt violentior quidem existit, & maximè diuturnus, quique ægerrimè soluitur, est quæ hic quidem morbus sanguinis in venis à bile & pituita corrupti. Qui quæ magis tenues venulas corporique plurimum necessarias nervosque & ossa multa ac crebra subierit, eo sanè tum stabilior morbus est, tum ægerrimè profligatur. Huic eadem quæ articulari morbo conferunt, & longus quidem hic morbus est & grauis, minimè tamen lethalis. Quod si in digitis dolor remaneat, venas in digito paulum supra articuli nodum inurito. Vstio autem per linum crudum fiat. Morbus autem Reginus hunc in modum curandus est. Corpus quidem balneis calidis foris emolliendum, alius verò & vesica madefacienda, & ex urinam cientibus danda quæ antè scripta sunt. Quod si vehemens fuerit, capite purgato medicamentum quoddam quod bilem per inferiora purget propinato, postea verò urinam ducentibus vtendum. Hic autem morbus oritur, cum bilis commota ad cutem se conuerterit. Quæ si quiuis ex plebe nouerit, haud similiter in incurabiles morbos incidat. Solent enim morbi ex paruis causis externis magni & diuturni fieri. Et quæ quidem ad cibos aut potiones spectant, vel sorbitiones, vel medicamenta quæ doloris gratia exhibentur, ea omnia semper sine periculo admouentur, si vt scripta sunt admoueas. Quæ verò medicamenta bilem aut pituitam purgant, in iis periculum constituitur, & culpa in eos qui curant confertur. Hæc igitur maximè euitare oportet. Atque ij quidem morbi qui circa ventrem oriuntur, præter eos qui pectore colligunt, & qui tabem inferunt, & qui mulieribus contin-

gunt. De his enim seorsim scribetur. Tubercula quæ oriuntur omnia, ex pituita aut sanguine nascuntur. Cum verò et vulnere aut casu collecta fuerint, hæc sanè confert parùm quidem cataplasmatibus inducere, & medicamentis epotis discutere, partim verò cataplasmatibus impositis maturare. Ex cataplasmatibus autem discutiunt, quæcunque calida humectant, neque ad se trahunt. Maturant autem quæ calefaciendo cogunt. Vbi verò quid sectum aut sponte ruptum fuerit, medicamento humorem repurgato, cum autem pus effluere desierit, velut vlcus curato. Lepra, prurigo, scabies, impetigines, vitiligo & alopecie ex pituita oriuntur. Sunt autem ista sceditas potiùs quàm morbi, fauus, strumæ, phlegmæ, furunculi & carbunculus, ex pituita oriuntur. In his ut ea repurges medicamentis ad hunc modum vtendum. Biliosis quidem ea exhibeto, quibus bilis repurgetur, pituitosis verò à quibus pituita, melancholicis autem à quibus bilis atra, hydropicis verò ex quibus aqua. Quæ medicamenta potui exhibentur, neque bilem, neque pituitam purgare solent, ea cum corpus subierint, vim suam exhibeant oportet, aut refrigerando, aut calefaciendo, aut siccando, aut humectando, aut cogendo, aut diffundendo. Quæ verò formam conciliant, ea sanguine quietem per medicamentum præbere oportet. Cum verò ad ægrotum perueneris, quamnam patiat, & quamnam ex causa interrogandum, & ex quot iam diebus, an etiam venter demittat, ac quamnam victus ratione vtatur. Imprimisq; in considerationem adhibendum, num morbus ex bile aut pituita, vel ab utrisque ortus sit. Probeque nosse conuenit, quod ex horum altero, aut utrisque, originem ut habeat necesse est. Deinde num siccitate vel humectatione indigeat, vel alia quidem corporis partes siccitate, alia verò humectatione. Postea an morbus per superiora, an per inferiora cutandus sit, vel per vesicam, & num morbus increscat, aut imminuatur, num solvatur, vel in alium transeat. Eos qui vulnera acceperunt fame conficito, & quæ insunt ex aluo, vel per infusum, vel per medicamentum deorsum purgans exhibitum subducito, aquam vel acetum potui exhibeto, aut sorbitione dato. Quæ inflammationem sentiunt, per cataplasmata refrigeranda. Sint autem hæc cataplasmata, aut betæ folia aqua cocta.

aut

DE AFFECTIIONIBVS LIBER. SECT. V. 543

aurapium, aut oleæ folia, aut fici folia, aut rubi, aut quercus, aut mali punici dulcis, quibus coctis vtendum est. Crudis verò rhamni foliis, vel viticis, vel saluæ, vel Tithymalli, vel polygonum viride, vel porrum, vel apium, vel coriandrum, vel satidis folia admoeto. Quòd si horum nihil habeas, neque vllum aliud cataplasma, polentam aqua aut vino subactam ex cataplasmate imposito. Tandiu autem cataplasmata hæc iuuant, quandiu vlcere frigidiora fuerint, calidiora verò aut æquè calida nocent. Pinguia inflammatis minimè conferunt, neque sordidis, neque putrescentibus. Verùm ad inflammata frigida conferunt, ad sordida verò & putrescentia. acia, & quæ morsum quandam excitando purgant. Cùm verò carnem generare voles, pingua & calida magis conferunt. Ab his enim caro succrescit. Quibus cibis aut portionibus per sanitatem homines in victus ratione vtuntur, his præsentibus ad calorem, frigus, humiditatem & siccitatem temperatis, erga ægros vti oportet. Ex frigidis quidem calidis, & calidis ex minimè calidis, & siccis ex non siccis, & reliquis ad eundem modum. Neque verò de præsentium facultate dubitandum, & absentia inuestiganda quæ nullam ægro vtilitatem asferre possunt. Quòd si probè consideres, cùm ab his discesseris, pauca inuenias quibus circa ægrum vtaris. Sorbitiones autem in omnibus morbis exhibendæ, aut prifana, aut milium, aut farina, aut alica. Ex his quæ ad alui deiectionem exhibueris, tenuia & cocta magis dulcioraque dato, quam salstiora aut calidiora. Quæ verò ad robur & virium refectionem, crassiora, pinguiora, & moderatè cocta. Portionibus autem vtendum, si quidem aluum & vesicam subducere velis, vino dulci aut aqua mulsâ, sin verò adstringere, austero, albo, tenui, aquoso. Sin roborare, austero, nigro. Qui vinum timidè bibunt, iis potiones præparatæ & in medicamento- rum tractatione scriptæ exhibendæ. His qui medicamentum biberunt, post purgationem exhibeto, febricitantibus quidem, aut lenticulam, aut milium tenue, aut prifanæ cremorem. Prifana autem danda quidem, & milium, quæ leuia existunt. Alica verò velut omnium valētissima, & farina velut his valentior. Lenticula autem odorata paranda, & pauca secundo loco exhibenda, cùm leuis sit sorbitio, & oī

Ventriculi superiore parte grata. Admisceatur autem aut sal, aut mel, aut cuminum, aut oleum. Ad lenticulam verò aut pulegium herbam, aut aceti parum admisceo. Febre verò carentibus panis puri medullam iusculo intritam dato, aut mazam, aut piscis cocti & sale conditi frustulum, aut oniculæ tenerrimæ carnem, vel gallinæ, vel catulicocctam. Et febricitantibus, aut beram, aut cucurbitam, aut blitum, & post cibum vinum generosum, vetus, album quàm dilutum propinato. Quibus lauari non confert, eos vino & oleo calido inungito, & tertio quoque die detergeto. Cum laborantis aluum cibis humectare voles, mazam & opsonia exhibeto, marinorum quidem piscium frustula cocta ex intrito, ouis quàm tenerrimæ carnes, aut hordi, aut catelli, aut volucris coctas, & beram, vel blitum, vel rumicem, aut cucurbitam si anni tempus tulerit. Olera verò apium, & mentham & ocimum, & vinum mellitum, vetus, album aquosum. Cum autem corpus exicare voles, panem exhibeto, & opsonia assa & sicca, eaquæ omnia calidiora, & carniū partes carnosas, pisces saxatiles, olera, rutam, aut thymum, aut origanum. Vinum autem nigrum austerum. Opsonia verò sale & cumino condito, reliquis verò condimentis quàm minimū vtitor. At cum ex morbo vires reficere voles, alia quidem eadem quæ dum aluum humectas exhibeto. Sed lactantium loco carnes validiores, & catulinarum loco, voluctium & leporinas, & ex his assas quasdam tum carnes, tum pisces, & quàm optimè conditos. Quibus morbis siccitas confert, semel die cibum capere conducit, & cibos ac porus pauciores quàm vt repleri queant insumere, eosque laboribus & deambulatione conficere, & quàm minimū dormire. At quibus humiditas confert, inedia non est ferenda, neque cibo aut potu indigere debent, neque laborare, & dormire quantum volent. Quoscumque cibos, aut opsonia, aut potiones, ægrotantes expetunt, ea suppetant, si nullum corpori nocumentum sit adfuturum. Cum cibos aut potiones addere vel detrachere coeperis, paulatim & additiones & detractiones faciendæ. Qui sufficientes cibos conficere queunt, iis sorbitiones ne exhibueris, cibum enim prohibent, iis verò qui non possunt, dato. Si quid dare voles viriū reficiendarum gratia, alicam & prisanam triticam

riccam exhibeto. Hæc namque sorbitiones valentiores sunt,
 post cœnam autem exhibendæ. Quæ potu exhibentur me-
 dicamenta & ad vulnera adhibentur. ea perdiscenda, idque
 plurimi æstimandum. Neque enim hæc homines ex consi-
 lio, sed potius ex fortuna inueniunt, neque artifices magis
 quam plebeij. Quæ verò in arte Medica intelligentia di-
 scuntur & inueniuntur, vel circa cibos, vel medicamenta, ab
 iis qui nosse possunt quæ in arte sunt perdiscenda, si quid
 perdiscere völes. Imbecillis post sorbitiones cibum exhibe-
 to, & vinum generosum superbibendum dato. Ante cibos,
 & poriones, & sorbitiones, & post hos, quicumque tandem
 tibi videbitur & cibus imbecillis & potus offerendus, si ad
 corpus & animum attenderis. Sic enim plurimum iuueris.
 Quam ciborum quisque facultatem habeat, ex his qui ma-
 nifestam facultatem exhibent, coniecere oportet. Qui vel
 flatum, vel morsum, vel plenitudinem, vel ructum excitant,
 vel tormina, vel per aluum demittuntur, vel nō demittuntur,
 cumque hæc manifestò efficiant, ex his etiam reliques con-
 siderare oportet. Singula enim edulia quæ iuuent & noc-
 ant habent. Sed alia quidem quæ efficiunt, apertissimè effi-
 ciunt, alia verò obscurius. Imbecillis cibaria & opsonia
 conficito & exhibeto, ex quibus neque flatu sit, neque ru-
 ctus acidus, neque tormina, & quæ neque admodum per
 aluum demittantur, neque admodum exiccentur. Hæc au-
 tem ad hunc modum contingunt. Quæ quidem ventricu-
 lus superat, quæque corpus recipit, ea neque flatum, neque
 tormina excitant. At si ventriculus non superet, ab his &
 flatu, & tormina, cæteraque id genus contingunt. Ex cibis,
 opsoniis & potibus leuissimi sunt, qui modicè aut paulò su-
 pra modum in corpus ingesti, neque plenitudinem, neque
 tormina, neque flatum, neque horum quicquam excitant,
 & cum celerimè concoquuntur, & concocti per aluum de-
 mittuntur, & qui toto die quo ventrem subierint, nullam
 molestiam exhibent, cumque longè antè ingesti sunt. Gra-
 ues verò qui modicè aut infra modum infumti, plenitudi-
 nem & laborem exhibent, & quos neque quis perficere, ne-
 que edere, neque bibere potest, sed laborem faciunt. Per-
 diu verò si quis eos aut biberit, aut comederit, sic quoque
 laborem exhibent, neque pro ratione per aluum secedunt.

Ad sanitatem optimi sunt, qui paucissimi ingesti, satis sunt ut fami & siti medelam afferant, & longo tempore in corpore recepti, etiam pro ratione per aluum secedunt. Ad robur autem comparandum optimi, qui plurimam & densissimam carnem gignunt, sanguinem crassiorem reddunt, & pro ingestorum ratione per aluum secedunt, plurimoque tempore in corpore continentur. Pinguia, vnguinosa, casciosa, melle & sesamo condita, ructum acidum ferè cient, & bilis sursum ac deorsum refusionem, & tormina, & flatum, ac repletionem. Idem etiam euenit cum quis plura comederit aut biberit, quàm ventriculus concoquere queat. Imbecillis quæcumque pro morbi & corporis ratione dederis, ea corpus absomit, & neque indigum est, neque plenum. Sin verò in temporis occasione, aut postea erraueris, ad utrumque noxa consequitur. Cibi, opsonia, aut potus quos corpus recipit, ex iis fere neque tormina, neque flatus, neque ructus acidus contingit. Vbi enim ventrem subierint, ex eo corpus quod sibi accommodatum est trahit, & quod relictum est, iam imbecillius esse necesse est, ita ut tormina, aut flatum, aut aliud quid eiusmodi in ventre excitare non possit. Vina dulcia & austera, & mellita vetera ventrem subducunt, maximeque urinam mouent & nutriunt, & neque flatum, neque tormina, neque plenitudinem excitant. Carnes excoctæ & assatæ, imbecilles quidem utraque ad robur firmandum. Adalui secessum excoctæ quidem accommodatæ, assæ verò tardiores. Quæ autem moderatam & coctionem & assationem habent, eæ & ad robur, & adalui secessionem moderatè se habent. Crudiores verò ad robur quidem accommodatæ, ad secessum verò minimè. Ex cibis ac potibus qui corpori maximè conueniunt, & maximè sufficiunt, & ad nutritionem & ad sanitatem, ex his ipsis, cum quis non opportunè, aut iusto pluribus vitur, tum morbi, tum ex morbis mortes contingunt. Reliqui autem cibi ac potus qui eiusmodi facultatem non habent, parum quidem iuuant, etiam si quis his prorsus opportunè utatur, parum verò etiam nocent. Imbecilli autem in utramque partem vergunt, ut & boni aliquid, & mali faciant. At cibi & potus qui hanc vim habent hi sunt, panis, maza, carnes, pisces, vinum, & ex his quidem alij magis, alij minùs. Qui siccam victus rationem

insti-

infirmunt, his cum cibo potum ne exhibeto, sed longo post
 cibum intervallo. Et ad hunc quidem modum siccus humor
 ex cibis siccis proueniens, corpus siccatur. Si verò vnà cum ci-
 bo bibat, alimentum humidius redditum, corpus humidius
 facit. Panis calidus & carnes calidæ, si per se edantur, sic-
 cant. Quòd si cum humore aut confestim à cibo insuper
 potum exhibueris, non siccant. Panis purus ex farinis ad ro-
 bur & virium refectionem magis confert, quàm qui non
 est in cerniculo perpurgatus, & recens quàm hesternus, &
 ex farinis recentibus, quàm ex vetustissimis. Polenta ex hor-
 deo decorticato & circum affusa aqua resperso, valentior
 est, quàm ex macerato, & recens quàm vetustior, & maza
 longè antè subacta validior est, quàm non longè antè sub-
 acta. Vinum diffusum & refrigeratum ac percolatum, te-
 nuius redditur & imbecillius. Carnes coctæ, percoctæ qui-
 dem, imbecilliores sunt & leuiore, assæ verò si ex assatæ fu-
 erint, & veteres sale & aceto cõditæ, recentibus imbecillio-
 res sunt & leuiore. Imbecilles cibi & leues, neque ventricu-
 lum quidem, neque corpus molestia afficiunt, quia calefacti
 non intumescunt, neque implent, sed citò emolliuntur, & co-
 cti per aluum secedunt. Humor autem ab ipsis corpori de-
 bilis prouenit, neque auget, neque vires effatu dignas exhibet.
 Valentiores autem cibi, cum ventriculum subierint, tum
 intumescunt, tum plenitudinem excitant, & tardius quidem
 concoquantur, neque per aluum secedunt, humor autem ab
 ipsis valentior & incorruptus proueniens, robur multum
 corpori & incrementum præbet. Carnes corpori læuissimæ
 catulinæ, volucrum & leporinæ coctæ, graues verò bubu-
 læ, & porcinæ moderatiores, coctæ autem & assæ ad flatum
 accommodatæ. Bene valentibus & imbecillis, ouillæ. Suillæ
 verò & ad bonâ quidem corporis habitudinem & robur la-
 borantibus & exercitatis bene conueniunt, imbecillis verò
 & priuatis valentiores. Et ferinæ cicuratis leuiore sunt,
 quoniam non similes fructus edunt. Pecorum autem car-
 nes differunt, & eorum quæ fruges edunt, & eorum quæ
 non edunt. Neque fruges idem in omnibus faciunt, sed quæ-
 dam densam & robustam victimæ carnem reddunt, quæ-
 dam verò, tum raram, tum humidam & imbecillam. Ut
 omnia comprehendā, pisces & cocti & assati, ipsiq; per se &

cum cæteris cibus sumti, leue sunt edulium. Ipsi verò inter se sic diff-runt. Et lacustres quidem, & pingues, & fluuiatiles grauiores sunt. Littorales verò marini leuiiores, percoctique assatis leuiiores. Ex his cibus cum aliquem rescitere volēs, valentes dato, leues verò cum gracilem & tenuem reddere opus erit. Balneum calidum, moderatum quidem corpus emollit & auget, quòd verò tempestiuum modum excedit, siccās quidem corporis partes madefacit, humidās autem resiccāt. Et siccæ quidem humectatæ, imbecillitatem & animi deliquium inducunt, humidæ verò exsiccat, siccitatem & sitim. Ex oleribus allia cocta & assata; & vrinam promouent, & per aluū secedunt, & ad menstrua muliebria conferunt. Cepæ ad vrinam accommodatæ, succus enim acrimoniam quandam excitat, adeò per aluum demittatur. Quibus sic vtiſor, vt ne tamen imbecillis exhibeas. Apium & coctum & crudum vrinam ciet, ac palustre magis quàm satiuum, quod etiam facultatem habet maiorem. Coriandrum tum coctum, tum crudum, ori ventriculi gratum est, & aluum mouet. Ocimum humidum & frigidum est, ori quæ ventriculi gratum. Porra cocta quidem vrinam & aluum mouent, cruda verò iacendum & inflammationem excitant. Malum punicum vires rescit & pituitosum est, & cum nucleo quidem aluum firmat, cetera nucleum verò, mouet. Cibi calidi, sicci quidem sistunt, quod enim in ventre est humidū resiccant, humidī verò & caliditate madefacientes, subducunt. Acerba corpus siccant & cogunt; vim quæ sistendi habent. Acida extenuant & morsum faciunt. Salsā aluum & vrinam cient. Pinguia & vnguinosa, ac dulcia, humiditatem quidem ac pituitam excitant. Vires resciiunt cucurbita, beta, blitum; & rumex, & humiditate aluum deſiciunt. Brassica verò acrimoniam quandam habet, qua aluum mouet, simul quæ boni succi est. Caseus & sesāma, & vicia passa, vires resciiunt & pituitosa sunt. Vina dulcia & mellis colorem referentia, vtraque & vires resciiunt, & vrinās cient, & pituitosa sunt. Austerā verò ad robur & siccitatem accommodata. Vrinam verò prouocant etiam austerā vetusta, alba & tenuia. Oleum & quæ oleosa vires resciiunt, & pituitosa sunt. Ex oleribus coctis per aluum secedunt, quæ natura sunt humidissima; aut acerrima;

rima, aut caliditatem habent. Danda autem hæc vt ad seces-
 sum conferant, tepidiora & coctione maximè emollita. Cu-
 cumis pepo, & vrinam & aluum mouet, ac leuis est. Alter
 autem pepon, refrigerationem quandam inducit, & sitim
 sedat. Ab horum neutro nutritio non nisi tenuis quædam
 procedit, sed neq; malum aliquod effatu dignum ab horum
 neutro. Mel cum cæteris sumtum, & nutrit & coloris boni-
 tatem facit, per se autem magis attenuat, quàm vires resi-
 ciat. Nam & per vrinam fertur, & supra modum expurgatur.
 10 Quæ vrinam mouent calefacta in ventre citò calefiunt, &
 calefacta marcescunt & contabescunt, ideoq; celerem ha-
 bent per aluum deiectionem. Cibi ventrem morantes, &
 calefiunt, citòq; calefacti resiccantur, & in se coeunt, ideoq;
 circum circa obdurati, per aluū minimè secedunt. Quæ per
 aluum secedunt, succi plena sunt, & natura calida. Quæ verò
 vrinam cient, sicca & frigida. Frumentum & vinum suapte
 natura rum robore & imbecillitate, tū leuitate & grauitate
 inter se differunt. Differt etiam locus à loco ex quo ista pro-
 ueniunt, aquis ne irrigetur, an aquis careat, & Soline sit pro-
 bè expofitus, an multum opacus, & bonus, an malus, ita vt
 20 hæc omnia ad singulorum ciborum, tum robur, tum imbe-
 cillitatem cōferre videantur. Qui sanitatis tempore panem
 edere consueuerunt, his etiam per morbos dandus est. Cū
 quis cibos aut porciones plures solito sumserit, nisi vt solet
 perfecerit, statim vomitione reiicere optimū. Fructus autu-
 mnales & arbori ideo post cibum, & bene valenti, & debili
 plus molestiæ exhibent, quod eius quidem qui cibum sum-
 sit corpus, ab ipsis humores trahit. Sin verò ieiunus come-
 derit, plures. Cibi qui aut flatum, aut ardorem, aut morsum;
 aut repletionem excitant, aut tormina, ab eiusmodi liberat
 30 vinum merū superbibitum. Corpus enim vino calefactum,
 calore eximit ea quæ à cibis & potibus, ac similibus insunt.
 Interdum quidem aluus perturbatur, interdum verò sisti-
 tur, interdum etiam pro ratione deicit. Cū autem hæc ita
 se habeant, primū quidem cū aluus humidior, cumque
 siccior cibum suscepit, corrumpit, deinde cū mutatio
 contigerit, siue ex frigore ad caliditatem, siue ex caliditate
 ad frigus, corrumpit, adeo vt aluum ab iisdem cibis propter
 hæc ipsa molliorem & duriorem fieri necesse sit. Ex cibis &

M m

potibus & opsoniis, pane excepto & maza, & carnibus, & piscibus, & vino, & aqua, reliqua omnia ad incrementum, & robur, & ad sanitatem parua & imbecilla auxilia conferunt. Parua etiam & imbecilla ab his mala contingunt. Quoscunque febres non continenter detinent, sed intermittentes inuadunt, his post accessionem cibi exhibendi, coniectura facta ne quando à recenti cibo, sed iam concoctis cibis febris ingruat. Vinum & mel optima hominibus censentur, si pro natura & sanis & debilibus tempestiue & moderate exhibeantur. Et bona quidem per sese, & ceteris admixta, tum alia, tum quæcunque effatu dignam utilitatem exhibent. Quæ sanis conferunt, ægrotis exhibitæ valentiora sunt, eaque vi ipsorum detracta exhibenda, alioqui ea corpus non ferat, sed magis noceant quam iuuent.

Hippocratis de internis affectionibus.

Pulmonis arteria si exulcerata, aut quædam extenuibus, & venulis quæ in pulmonem dependent, rupta fuerit, aut fistula per pulmonem distentæ, & inter se confringantur & sanguine compleantur, (his verò de causis præcipue diuidentur & perrumpuntur, vehementi exercitatione, cursu, casu, per plagas, per violentos vomitus & febres) hæc quidem primùm contingunt. Tussis sicca detinet, deinde non multò post sputum suberuentum, interdum verò purum expuit. Quod si hoc quidem modo morbus desinat, breuius habet. Sin minus procedente tempore, copiosior sanguis interdum quidem purus, quandoque etiam aliquantum putridus procedit. Plærumque verò fauces etiam latentem sanguine complentur, deinde sanguinis grumos paulatim & subinde velut ebullientes reiiciunt. Quandoque verò etiam ab his grauis odor oritur, & fauces interdum tenui quadam lanugine implentur. Et rigor ac febris circa quidem morbi initia vehemens, eo verò progressu leuiorprehendit, subindeque corripit. Dolor etiam quandoque in pectoribus, dorso & lateribus vrget. Cum sanguinem sputum deserit, sputum copiosum liquidum, interdum etiam viscidum

viscidum expuit. Atque hoc modo afficitur donec dies quatuordecim præterierint. Post hos verò nisi morbus sedetur, squamulas, quales ex pustulis, ab arteria reuulsas tussiendo reiecit, & dolor in pectus, dorsum & latus irruit, præcordiaque ad contactum tanquam ab ulcere dolent. Cum sic se habeat, huic morbo quàm maximè quies interna conducit. Si quid enim laborarit, tum dolor vehementior, tum tussis magis quàm antea vrget, rigorque ac febris magis detinet. Cumque sternutauerit, dolor acutus adoritur, doletque etiam in lecto cum circumuertitur. Huic cibos quidem eosdem quos suppurato, sed hos non multos, offerre oportet. Oploniis verò his vtatur. Piscibus quidem squatina, aut pagro, aut galao magno albo, aut aliis similibus, omnibus cum rhoë & origano conditis. Galli autem carnem assam sine sale edat, aut capræ coctam, vinoque vtatur austero quàm vetustissimo & suauissimo nigro, deambulationibus autem moderatis, præter quàm quòd hæc dum febris non detinet fieri debent. Quòd si febris detinet sorbitione farinæ aut milij vtatur. Si verò cibi exhibeantur, pauci porrigantur, & opsonia per aluum secedentia. Sed si medicamento tibi vtendum esse videatur, eum grano Cnidio, aut tithymalli de aliquantulum purgato, & post purgationem, farinæ coctæ pinguis acetabulum exorbendum dato. Deinde quàm maximè vires reficito, quò minimum gracilis euadat. Gracilem enim esse ad hunc morbum minimè confert. Deambulationes paucae primum faciendæ, ne lassitudo inuadat. Fomentum autem subinde adhibendum, quaq; die exhibebitur, sine cibo permaneat, nisi quòd farinæ coctæ acetabulum exorbeat, aqua verò bibat. Postero die minùs quàm pro consuetudine comedat, vinumque nigrum, suaue, austerrum, paucum bibat. De reliquo, bis aut ter die cibos exhibeto, sicque eis sensim exhibeto, donec ventriculus ad pristinum habitum reuocaris. Per febres enim & inediam, si quidem os expetit, ventriculus verò recipere nolit, si confertim recipiat, inflammatur. Verùm paulatim exhibere oportet. Quòd si confertim dederis, parumque laborarit, ventriculus deambulationibus minimè perfrigeratur, densatis nimirum sensim cibariis, ideoque febris accedere solet. Et per hycem

quidem minus, per æstatem verò magis delinquitur. Hæc
quàm maximè vires reficere conuenit, vt maximè crassius
euadat, & deambulationibus modicis lucta que minus solito
vtatur. Primum parum laboret, deinde paulò plus, nun-
quam verò multum. Quæ si fecerit, citissimè conualefcet.
Quòd si ex vehementi labore gracilis euadat, de eo remit-
tat & quietem agat. Hic vbi conualuerit, ad ventum ne ce-
lenter currat, neq; in equum, neque in currum conscendat.
Vitet autem clamorem & excandescentiam. Periculum
enim est ne redeat morbus. Verùm hæc omnia vitanda
sunt. At si cibum refugiat, orobum tostum cortice repurga-
ro, deinde tribus diebus aqua maceratum, quotidie alia af-
fusa, aquam diffundito. Postea quarto die excolatum & re-
ficcatum, mox tenuissimè molitum, per incerniculum cri-
brato. Et lini semen tostum, sesamumq; etiam tostum læ-
uissimè tundito, polentamq; insulsam, puram, tenue m ad-
misceto. Sit autem orobi & polentæ vtriusque æqualis por-
tio, sesami verò tertia pars, & lini partis vnius dimidium.
Quæ caprino lacte cocta, quàm liquidissima forbeat. Post
hæc autem cibos puros, & ex opsoniis valentiora in pran-
dium ei exhibeto, & vinum idem bibat. Centaurii etiam
radices vino intritas ad eiusmodi ruptiones facientes ei ex-
hibeto. Dracontij etiam radices vino intritas dato, & bechij
radicem cum melle, & dracontium dera sum delingendum.
At si quod in lacte decoctum est sorbere posse neget, lac bu-
bulum quàm plurimum, aquæ mulsæ tertia parte admixta
bibat, sicq; citissimè conualefcet. Hic autem morbus, cum
sit difficilis, multa curatione indiget. Cum enim quis cura-
tus & sanus factus fuerit, nisi sui curam habuerit, plarimq;
reuertens morbus, interitus causam attulit. Qui si quidem
hæc curatione sanatus fuit, satis est. Sin minus, vbi cum la-
cte crassiorem reddideris, in pectore & dorso inurico. Si
enim vstio bene successerit, morbum euadendi spes est. At
verò si arteria aut vena aliqua ex his quæ ad pulmonem ten-
dunt, diuellatur, hæc contingunt. Per morbi quidem exor-
dia tussis acuta, rigor & febris detinet, & sputum tum copio-
sum, tum album ac spumolum, interdumq; suberuentum
expuit, dolorque caput & cervicem occupat. Hic morbus
prior est vehementior. Ac decem quidem primis diebus
hæc

DE INTERNIS AFFECTION. SECT. V. 151

hæcei contingunt. Deinde plæriq; vndecimo die pus crassum per vim expuunt. Die verò decimoquarto puriora expuit, si ex eo æger euasurus est, & dolor minùs affligit, breuiùs; sanus euadit. Quòd si diuturnus morbus futurus est, & multò plus puris expuit, & reliquus dolor in corpore longè maior est, & calores quàm antea leuiores detinent. Hunc si per initia curandum susceperis, scammonia succo, si febre careat, per inferiora aliquannulum purgato. Post purgationem verò eadem quæ priùs exhibeantur, & reliqua eadem 10 quieto quàm maximè corpore assumantur, & molliter dormiat. Et hæc quidem decem primis diebus faciat. Quòd si purulentus extiterit, eadem etiam quæ priùs faciat. Sin verò sanus euaserit, his cibis & potibus abstineat, acidis, acribus, salis & pinguibus. Labore etiam vehementiore, & iisdem quibus priùs abstineat. Quæ si fecerit, citissimè hoc morbo liberabitur. Sin verò eorum aliquid non fecerit, periculum estne morbus reuertatur, & peior detineat. Plærique enim rupto pulmone ad mortem vsq; perseverant. Hunc nisi quis confestim curet, postea vbi morbus reuersionem fecerit, 10 non erit quo iuuare possis, nisi hæc feceris. Lactē bubulo crassorem redditum in pectore & dorso inurito. Si enim vtiotibi prosperè successerit, iuuabis. Hic autem morbus ex iisdem erratis ex quibus etiam prior oritur. Palmōis inflammatione ex his ferè fit. Cùm ad sese pulmo sanguinem aut picuitam falsam traxerit, neque rursus dimiserit, sed ibi collecta & coacta fuerint, ex his tubercula in pulmone gigni solent, & pus intrò colligi. Hic hæc patitur, per initia & totum morbum tussis acuta, & rigor, & febris detinet, dolor in pectore & dorso, interdumque in latere vrget, vehementer erectæ ceruicis spiratio incidit. Hic ad decimum- 10 quartum vsque diem in his perseverat, plærumque etiam pluribus diebus. Deinde pus foras erumpit, multumq; expuit, sæpe verò velut aranearum tunicas expuit, crebrò etiam tuberulentum. Et si quidem pulmo citò repurgetur & gracilis reddatur, perniciem euadit. Sin minùs, perseverat hic morbus & per annum detinet, & quandoque in varias affectiones transit. Huic per initia antequam pus foras erumpat, hæc ad mouere oportet. Cùm febris remiserit multa calida lauet, & sorbitionibus multis vratur, pitisanæ

cremore coctum, melle affuso & cocto sorbeat, vinum dulce album, aut aquam mulsam coctam bibat. Vbi verò pus expuere cœperit, eadem quæ prior purulentus bibat, iisdemque cibis, potibus, & opsoniis utatur, acidis abstineat, acris, falsis pinguibus, venere & crapula, nisi cum morbo commodum fuerit. Inspecto autem colore, quorum tibi indigere videatur, curam habeto, reliqua autem eadem faciat. Lac bubulum & caprinum, si anni tempus ferat, bibat, prius tamen lacte asinino cocto aliquantulum purgetur. Bibat autem quotidie mane lactis equini excolati poculum trium heminarum mensura, si possit. Si igitur ad hunc modum curatus melius habuerit, satis est. At si pus ad pectus non erumpat, ipse corpore quàm maximè quietem agendo, & quæ sibi commoda sunt admoendo, sui ipsius curam habeat. Si verò ad pectus pus eruperit, qua parte de se tibi significationem præbere videbitur, illic præcipuè sectione aut vitione facta, pus primùm paucum educito. Reliqua eadem facito quæ in priore purulento scripta sunt. Si varix in pulmone gignatur, per morbi quidem exordia tussis sicca, rigor & febris vehemens admodum inuadit, erectæ ceruicis inspiratio detinet. In capite tumor insistit, & sunt percilia dependere videntur, tumorque ad faciem, pectus & pedes descendit, sæpe verò in capite fixus est, cumque dolor detinet, præ dolore oculos attollere non potest. Corpus est subpallidum, & venæ per ipsum feruntur, aut rubræ aut nigræ. Huic quidem cum sic habeat & dolor maximè urgeat, primùm quidem sanguinem detrahito, deinde multa & calida lauato, & cum sitis detinet, cyceonem ex vino nigro austero quàm suauissimo, æquali aqua temperatum, potui exhibeto, quem maximè frigidum bibere oportet. Pus sanæ cremore cocto, optimo melle affuso, pro sorbitionibus utatur. Quæ primis quatuordecim diebus offerenda sunt. Quod si diutius morbus detineat, dolorque maior in corpore & virium impotentia adsit, huic sanè sic habenti ea exhibeto, quæ ei qui pulmonem purulentum habet, cum quatuordecim dies præterierint. Oritur hic morbus ex vehementiore labore & bile atra. Cum venæ caux quæ in pulmonem pertingunt, sanguine aut bile atra refertæ fuerint, venulæ nimirum in angustiis interceptæ, inter sese

COR

DE INTERNIS AFFECTION. SECT. V. 559

confringuntur, cumque exitum non habeant, dolorem & flatum in pulmone excitant. Hic morbus cum sit difficilis multa curatione indiget, alioqui ægrum non relinquere, fereque multos ad mortem vsque comitari solet. Si inflammatio in pulmone oriatur, oritur autem præcipue ex violentia & piscium capitonum & anguillarum ingluvie, qui pinguedinem hominis naturæ maximè insensam habent. Iam verò ortum habuit hic morbus ex pituita, cum sanguini permixta ad pulmonem affluerit. Incidit etiam ex carnis esu, & aquæ mutatione. Hæc igitur ei contingunt. Vehementer tussit, & sputum liquidum & copiosum expuit, plerumque etiam crassum & album, velut ex raucedine. Dolor acutus vexat in pectore, dorso, laterum inanitatibus & costis acidum eructat, & ex pectore ac pulmonibus velut ex ventre quid murmurat, pituitam acidam vomit, sique quod vomitione reiectum est in terram effundas, eam tanquam insulum acetum radit, & dentes stupefunt. Rigor, febris, & sitis vehemens detinet, & si quid pingue comedere velit, in visceribus 10 strepitus editur, vomitus cietur, & totum corpus torpor occupat. Vbi verò euomueris, paulò melius habere videtur, deinde sub vesperam diei, venter strepit, contorquetur, & murmur edit. Huic cum sic habuerit & tempestivum videbitur, curationem istam adhibeto. Mel, lac, acetum, & aquam simul mixta & in ollam infusa tepefacito, & origani capitati furculis agitato, tepefactam potui exhibeto, aut apprehensa lingua sensim per fistulam infundito, deinde vestibis conuolutum quietem agere iubeto. Postea si ei vomitus incidat, promptè vomat, quòd si non 20 incidat, ex leui per pennam attractione vomat, & si quid pituitæ vomuerit, idem per dies quinque facito. Sic enim melius habebit. Hoc autem post exercitationem si possit, bibat, & post calidæ multæ balneum, sin minus, saltem post balneum. Vbi verò dies quinque præterierint, mane ieiunus ex aqua mulsæ, aut mulso, laferis succum orobi quantitate bibat, & allium ac radículas ieiunus edat, & vinum merum nigrum, aut album austerum insuper sorbeat. Bibat autem cum cibo & post cibum. Cibis autem siccis & carnis carulinis coctis utatur, si rigor & febris non præ-

Mm 4

henderit. Hic si ex eiusmodi in os infuso aliquantulum purgetur, sat est, sin minus eum sursum per veratrum purgato. Post purgationem verò, farina cocta melle affuso duo acetabula sorbenda dato, & vinum idem aquosum bibat. Quod si per initia morbi curationi non adfueris, vbi eum lacte crassiore reddideris, in pectore & dorso iurito, sic enim præcipuè morbo liberari poterit. At nisi vltus fuerit, permanet, neque ferè deserit, sed ad senium vsque perseuerat, plærunq; verò ad mortem vsque comitatur, nisi primis quadraginta diebus intereat. Verum quam maxima diligentia opus est, & serum ac lac bubulum, caprinum, asinum & equinum, si tempus ferat, bibat. Sic enim facillime vitam degere poterit. Hic autem morbus difficilis est. Si pulmo ex erysipelate in tumorem sublatus fuerit, qui tumor potissimum ex sanguine oritur, cum pulmo attractum ad se sanguinem receperit ac continuerit. Hic autem morbus potissimum æstatis tempore contingit. Hæc igitur ex eo patitur, tussis sicca accidit, rigor, febris, & erecta ceruicis spiratio, dolor vehemens in pectore, nares non aliter quam equus ex cursu aperit, linguamq; vti canis æstate animæ ardore incensus exerit, tumor pectus occupat, vox parua, rubor in facie, pruritus toto corpore, præ dolore decubitus ferre non potest, sed præ anxietudine seipsum disiccit. Hic intra diem septimum perit. Per initia tamen cum sic habuerit his curandus est. Betis aqua frigida imbutis & corpori adhibitis, corpus quidem refrigerato, recenti præcipuè dolore, aut lintea aqua frigida intincta & expressa admoueto. Et si quidem sic melius habuerit, satis est. Sin minus, terram figulinam frigidam ex cataplasmate imposito, & sub dio dormiat. Hoc enim modo curatus, crebrò septimam diem euadet. Cum verò septem dies præterierint, & perseuerauerit dolor, dolentem intus partem oleo linito, eademque præcipuè tepefactoria quæ in morbo laterali adhibeto. Et potionem ei ex peplio, & peplo, & grano cnidio, ad purgationem propinato. A purgatione lenticulæ acetabulum sorbendum dato, & aquam bibat. Postero verò die ipsum multa calida, capite excepto, lauato, deinde origanum aqua malsa maceratum propinato, potionibusque quam calidissimis vtatur. Cibi iidem qui morbo laterali correpto exhibean.

exhibeantur, nisi febris detineat. Hic morbus grauis & ex quo pauci euadunt. Si pectus & dorsum dirupta fuerint, discumpuntur autem potissimum ex vehementi labore, hæc ei contingunt. Tussis acuta detinet, interdum subcruentum sputum expuit, crebrò rigor & febris inuadit, in pectore & dorso dolor est acutus, lateri lapis incumbere videtur, & à dolore vsque stimulat, non secus ac si quis acu pungat. Hunc cum sic habuerit, confestim lacte impinguatum, in pectore & dorso inurito, & sic ciuissimè sanus erit. In reliquo verò quieto maximè corpore viuat. Si quid enim laborarit, aut in currum, aut in equum ascenderit, aut humeros oneri suppositos fatigarit, periculum erit ne rursus morbo reuertatur. Quòd si contingat, periculum est ne corumpatur. Morbus enim reuersionem faciens magis quàm ab initio vrget. At si vltus non fuerit, iisdem sorbitionibus, potibus & cibis quibus purulentum curato. Ad summum, quietem agens accommodatis cibis vescatur. Sic enim curatus ciuissimè conualecet. Morbus autem grauis est. Si in latere tuberculum oriatur, & purulentus euadat æger, hæc patitur.

10 Rigor, febris, & tussis sicca multos dies detinet, latus doli, dolorque ad mammam, iugulum & scoptula operita impetu fertur. Hic cum sic habuerit, primis decem diebus sorbitionibus vratur, prisanæ cremore percocto, affuso melle, vbi sorbitio cocta fuerit. Vino verò vratur albo, dulci, aut austero, aut aquoso. Et crebro vinum sorbentem expuere iubeto, somnumque donec vndecim dies præterierint, prohibeto. Post quos dies cibis quàm maximè paucis vratur, carnibus catulinis aut gallinaceis calidis ex iusculo probè apparatis, & iusculum sorbeat. Sorbitionibus ante cibum vratur, neque sitiat quoad latus suppuratum enaseiit. Suppuratur autem ferè diebus quadraginta aut paulò ante. Suppuratum latus dignoscas vbi neque pus expuerit, neque vomitione reiecerit. Hunc cum sic habuerit, vbicunq; tumor de se significationem ediderit, secato aut inurito, deinde pus paulatim emittito, & postquam exhausteris, linamentum ex lino crudo imposito, quo postridie rursus educto, pus sensim exhausto, mox linamento indito, rursus tertio die cæterisque diebus, bis die donec exiccatum fuerit extrahito. Et cibos & opsonia cum receperit exhibeto, parum nò mul-

tum, siue vinum, siue aquam, bibat. Origanum verò tenel-
 lum quàm plurimum melle intinctum edat. Quòd si tenel-
 lum non habeat, sed siccum, tritum & melle admixto, lau-
 gatum quàm plurimum exhibeto. Frigus non sentiat, bal-
 neis lauet, & molliter dormiat. Hunc morbum si sic cura-
 ueris, citissimè sanaueris. Cùm verò sanus euaserit, frigus,
 calorem & solem viter, & modicis deambulationibus vra-
 tur post cibum, vt ne corpus lassitudo se teneatur. Quæ cùm
 fecerit conualescet. Ex his morbis quibus vstionem adhi-
 bueris, statim post vstionem porrùm multum tritum loco
 inusto ex cataplasmate imposito, & diem vnum finito. Ta-
 bis tres sunt species. Prima ipsa quidem ex pituita oritur,
 cùm caput pituita plenum morbo affectum fuerit, & calor
 intus subortus fuerit, in capite pituita computrescit, vt quæ
 moueri nequeat, vt secedat. Deinde cùm crassiores venulæ
 redditæ fuerint, computrescunt & supra modum impletae,
 fluxio in pulmonem contingit, quam vbi pulmo suscepit,
 confestim morbo afficitur, cùm à pituita salsa & putrida
 mordeatur. Hæc igitur patitur. Febris lenta initio inuadit,
 & rigor, & pectoris ac dorsi dolor, interdum verò vehemens
 tussis vrget, & sputum copiosum, liquidum & salsum expuit.
 Et hæc quidem per morbi exordia contingunt, in progressu
 verò totum corpus extenuatur, exceptis cruribus. Hæc au-
 tem inrumescunt, & pedes vnguesq; contrahuntur, ab hume-
 ris extenuatur & debilitatur. Fauces sono implentur, & velut
 per arundinem sibilum reddunt, sitis vehemens per totum
 morbum vexat, multaq; mouendi impotētia corpus occu-
 pat. Hic vbi ad hunc habuerit modum, intra annum mala
 tabe perit. Quàm maxima autem cura adhibenda est, vt vi-
 res reficiantur. Primum quidem veratrum propinandum,
 & per inferiora purgandum epithymo, aut peplo, aut grano
 cnidio, aut tithymallide. Ea q; quater in anno exhibenda sunt,
 bis sursum, bis deorsum. Lac etiam asininū coctum, aut bu-
 bulum, aut caprinum, vt aliquantulum purgetur exhibeto.
 Lac etiam bubulum crudum, aquæ mullæ tertia admixta
 parte bibat, per dies quadraginta quinque, vnà etiā admi-
 xto origano. Eius autem caput, admoto ad nares medica-
 mento, prius purgato. Cibaria & opsonia neque pinguis,
 neque adorulenta, neque valde acris exhibeto. Hæc autem
 morbi

morbi consideratione adhibita facienda, & ad cibos deambulationibus utendum, adhibita ratione, ne frigeat. Per hyemem verò iuxta ignem mansionem faciat. Vinum bibat austerum, nigrum quàm vetustissimum & suauissimum, sed modicum. Quòd si tibi videatur, ante medicamentum fomentum admoueto, & ad hunc modum medicamentum exhibeto. Si verò exhibere nolis, post adhibitum fomentum, vomitum ex cibis, velut ante scriptum est, promoueto. Deambulationibus, si conferant, utatur. Quòd si non contulerint, corpus quàm maximè quiescat. Hic ad hunc modum curatus, per morbum facillimè deget. Morbus autem lethalis est, ab eaq; pauci euadunt. Tabes altera ex vehementi labore oritur. Eadem ut plurimum quæ prior patitur. Hic verò morbus priore magis intermittit, & per æstatem remittit. Spûtu crassius quidem priore expuit, & tussis senes præsertim vrget, & dolor in pectore vehementior, eiq; velut lapis incumbere videtur. Dolor etiã dorsum occupat, eiusq; color nimio humore permadescit, & si quid laborarit, status & anhelatio detinet. Hic ex hoc morbo in trib⁹ ferè annis moritur. Iisdem verò quibus etiam priorem curato. Hic morbus multis ad tres annos perseverat, verum moriuntur, est enim grauis morbus. Tabes tertia, ex qua hæc contingunt. Eius spinalis medulla sanguine plena existit. Tabescit etiam eodem modo à venis cauis, quæ pituita aquæ speciem referente, & bile implentur. Eadem autem patiuntur ex quibuscunque tabes contingat. Homo confestim niger & subtrudus equadit, partes sub oculis caux (*ὀφθαλμοὶ* dictæ) pallidæ sunt, venæque per corpus distentæ pallidæ, quædam verò valdè rubræ sunt, præsertim tamen manifestæ apparent sub axillis, pallidum expuit, cumque ei ingruit, suffocatur, interdumque cum tussire vult non potest, interdum verò extragularu & tussendi cupiditate copiosam bilem euomit, quandoq; etiam pituitam, plerumq; verò etiam cibos cum comederit. Cumq; vomuerit, lenior videtur, deinde rursus pauco interiecto tempore, iisdem affligitur doloribus. Hic acutiùs quàm cum sanus esset loquitur, rigor febris cum intermissione & sudore inuadit. Hunc cum ad hunc modum habuerit cibis, sorbitionibus, potionibus, medicamentis, cæterisq; omnibus quibus priores curato. Hic autem mor-

bus ferè annos nouem perdurat, deinde contabescens per-
 fert, pauci verò ex eo euadūt, cū sit grauis morbus. Quòd
 si voles eum hunc in modum curato. Primum quidem so-
 mentum adhibeto, eoq̃ue adhibito, postridie aquæ multæ
 semicongium, paucò aceto affuso potui exhibeto, idq̃: vn-
 co spiritu bibere iubeto. Deinde multis eum stragulis diu-
 tissimè conuoluito. Quòd si non perferat, sed vomere velit,
 euomat. Si verò post aliquod tempus vomitus nō detineat,
 aquæ tepidæ magno calice insuper ebibito, ex leui per pen-
 nam attrestatione vomat. A vomitu cū bene habuerit,
 per hunc diem quiescat. Cœnæ tempore, mazam paucam
 in cœna sumat, fassamento & porro pro opsonio vtatur, quæ
 quàm plurima edat, vinumq̃ue dulce bibat. Reliquo verò
 tempore toto die statim prima luce multa calida lauet, &
 post balneum frigus vitet, verū decumbens diutissimè
 dormiat. Expergefactus à somno, eo die viginti stadia, vt
 minimū obambulet. Reliquis autem diebus, alia quinq̃;
 superiecta stadia ambulet, quotidie addens, donec ad
 centum stadia peruenerit. Alium autem in die aliquan-
 tulum purgare oportet, betæ & brassicæ succis vtrisque se-
 paratim coctis, ita vt vtriusque congio percolato, deinde
 admixto adipis ex renibus libræ quadrante & simul cocto,
 amborum coctionem diuidas, & vbi bibere volat, ad bras-
 sicæ quidem succum salem adicias, ad betæ verò succum
 mel affundas. Licet autem separatim vtrunque bibere, aut
 melle ad alterum poculum affuso, bibere, ad alterum verò
 sale iniecto. Torum autem succum ebibere oportet, & hæc
 quidem triginta diebus facere. Mense autem secundo panē
 edat, & carnes suillas pingues coctas, aliud verò nihil. Vinū
 album austerum bibat, & ante cœnam non minū quàm
 triginta stadia deambulet. Post cœnam verò, decem, neque
 frigeat, verū vestibis cooperiatur. Quæ si fecerit, facilius
 morbum feret. At tertio mense cyceonem florulentum bi-
 bat, apij radices, anethum, rutam, mentham, coriandrum,
 papauer tenerum, ocimum, lentem, & mali punici dulcis ac
 vinosi succum. Sit autem dulcis duplum, & vtriusq̃: succi si-
 mul heminx dimidium, ac vini nigri suavis, austeri, hemi-
 nx dimidiū, aquæ etiam hemina dimidia. Deinde flores le-
 uiter tritos hoc permixto diluito, & in calicem infundito,
 postea

DE INTERNIS AFFECTION. SECT. V. 339

postea iniecto farinæ acetabulo, & polentæ æquali mensura, caseique caprini veteris pari orobis portione, hæc simul commixta ebibat. Postea pauco tempore interiecto, panē in prandio sumat, & pro opsonio torpedinis frustulum, aut squatinæ, aut galei, aut raiæ. Et carnes suillas coctas edat, & quàm maximè quierem agendo crassiores sese reddat, ac decimo quoque die sibi ipse placidè fomentum adhibeat. Quarto autē mense quinto quoque die leuiter foueatur, & quod plurimum opsonium edat. Pro opsonio vtatur caseis & paucis carnibus ouillis coctis. Stadia velut antè dictum est, deambulet. Primo verò quarti mensis die, decem stadia ambulet, additione quotidie facta, donec ad stadia octoginta pueniat. Et per diem octoginta obambulet, ante cœnam triginta, post cœnam viginti, manè triginta. Reliquo tempore maza & panē victuet, vtraque comedēs. Pro opsonio habeat pisces cartilaginei generis, & carnes omnes, præter bubulam & porcina edat. Piscibus his abstineat, mugile, anguilla, & melanuro. Torpedinem autem edat, squatinā, raiam, galeum, pastinacam & ranas, præterea nullos. Quod si hæc tibi innoxia videantur, cyceonem etiam bibat, posteaquē cum dormiturus est, vini nigri, suauis & veteris duarum heminarum calicem, & per diem eodem vino in cibo vtatur. Quotidie centum quinquaginta stadiorum iter cōficiat, ante cœnam nonaginta, post cœnam, viginti, mane quadraginta. Hic sic curatus per annū conualescit. Medulla spinalis potissimū resiccatur, cum venulæ quæ ad eam tendunt obstructæ fuerint, quique à cerebro est aditus. Ob corporis autem virium ita afficitur & ægrotat. Resiccatur etiam maximè ex actu venereo. Hæc igitur ei contingunt.

30 Dolor acutus in caput irruit, in ceruicem, in lumbos, & lumborum musculos, crurumque articulos, ita vt flectere nequeat, sterqus per aluum non demittitur, sed sistitur, & vrinam non nisi ægrè reddit. Hic per morbi quidem exordia quietiorem vitam degit. Quantò autem longius tempus morbo accesserit, tantò maior omnia dolor occupat, & crura velut ab aqua intercute intumescunt, vlcera ex lumbis erumpunt, & alia quidem sanescunt, alia verò proueniunt. Huic ita habenti hippophaës succo, aut grano cnidio caput purgato, primū probè admodum foto corpore. Vesperti

verò post purgationem, ptisanæ duo acerbula, melle affu-
so sorbeat, vinum album, molle bibat. Posttridie lactis asi-
nini decocti, melle affuso, heminas octo ei ebibendas por-
rigo. Quod si asininum desit, bubuli aut caprini decocti
tres semicongios affuso melle. Et si anni tempus ferat, la-
ctis potu vtatur, per quinque ac quadraginta dies, cum la-
cte eruum assumens. Cibis & opsoniis quàm maximè al-
uum subducentibus vtatur, vinum bibat, album, molle, Mé-
desium. Cum autem crassissimus euaserit, ad eius lumbos
ex vtraque vertebrarum parte quatuor crustas inurito, & ad
dorsum vtraque ex parte quindecim, & in ceruice inter ma-
gnos nervos, duas Si enim vstio probè tibi cesserit, sanum
reddes. Est autem morbus grauis. Quatuor ex renibus ori-
untur morbi. In primo sic æger affligitur, dolor acutus in
renem, lumbos, & testem ad renis regionem ingruit, fre-
quenter vrinam reddit, & paulatim vrina supprimitur, si-
mulque cum ea arena egreditur, & cum per vrinæ fistulam
arena exit, vehementem in ea dolorem exhibet. Vbi verò
cum vrina exiit, remittit dolor, deinde rursus iisdem vera-
tur doloribus. Cum autem vrinam reddit, colem præ dolo-
re conficit. Plærique verò Medici cum morbum non no-
scant, si arenam videant, vesicam calculo laborare existi-
mant. Hæc autem minimè, sed ren calculo laborat. Hic
morbus ex pituita oritur, cum eam ren in se receptam non
rursus dimittit, sed illic in tofum indurefcit, fiuntque calcu-
li parui, velut arena. Huic cum sic habuerit, scammonia
succo, aut radice ipsa, totum corpus, prius tamen adhibito
fomento, aliquantulum purgato. Posttridie verò ex cicerum
alborum decocto, sale iniecto, ad duos congios potui exhi-
bito, aliquantulum purgato. Post hæc potionibus, & culis
& balneis curato, iisdem medicamentis quæ in stranguria
exhibentur. Cum dolor vrget, multa calida lauato, & qua
parte præcipue dolor est, tepefactoria ad moueto. Vbi verò
intumuerit & extuberarit, sub hoc tempus iuxta renem se-
cato, & extracto pure, arenam, medicamentis vrinam cien-
tibus curato. Si enim sectus fuerit, euadendi spes est, aliò qui
morbus hominem ad mortem vsque comitarur. In secun-
do renum morbo, dolores quidem vehementes, velut in
priori, vrget. Oritur autem morbus, cum ex vehemen-
tiori

tiore labore venulæ quæ ad renem feruntur ruptæ fuerint,
 deinde ren sanguine repleatur. Hoc casu, per initia mor-
 bi, sanguinem vnâ cum vrina reddit, deinde pus progressu
 temporis. Hic si corpore quieuerit, citissimè conualefcit.
 Si enim quodam modo laboret, dolores multò magis deti-
 nebunt. Vbi igitur ren purulentus fuerit, ad spinam intum-
 mescit. Hunc cum ita habuerit, quâ parte tumor est, altissi-
 ma quidem sectione ad renem secato. Quòd si quidem sec-
 tionem assecutus fueris, confestim sanum reddes. At si
 aberraueris, periculum est ne vlcus ea quæ sit per linamen-
 ta curatione indigeat. Si verò vlcus coaluerit, renis venter
 iorò pus colligit. Et si quidem pus intrò rumpatur, & ad
 intestinum rectum feratur, euadendi spes est. Quòd si al-
 terum renem attingat, periculum est ne pereat. Medica-
 mentis autem & iisdem omnibus quibus priorem curato,
 eandemque victus rationem teneat. Hic autem morbus
 molestus est, ex eoque plures ad renum tabem deueniunt.
 Intertio renum morbo, vrina bubularum carniû assa-
 tarum succo similis egreditur. Oritur autem morbus ex
 atra bile, quæ cum ad venulas, quæ ad renem feruntur, con-
 fluxerit, cumque constiterit, eas renemque exulcerat. Ex
 vlcere igitur tale quid cum vrina prodit. Dolores autem
 in lumbis, vesica, interfemineo, & in rene ipso pauco
 tempore detinent. Deinde remittit dolor, rursusque ex
 breui interuallo acutus inuadit, & in tenuem ventris par-
 tem nonnunquam incidit. Huic cum ita habuerit, ven-
 trem epithymo, aut scammonia radice aliquantulum pur-
 gato, eadem quæ stranguria laboranti potui exhibeto,
 cumque dolor detinuerit, tepesfactoriis potissimum lo-
 co dolenti admotis, copiosa calida lauato, pro sorbitio-
 ne farinam coctam affuso melle sumat, reliquaque victus
 ratione quàm maximè aluum subducente vtatur, vinum-
 que bibat album Mendacum, melle permixtum, aut aliud
 album suauissimum probè dilutum. Hic morbus non ferè
 deserit. Si anni tempestas ferat, serum & lac bibat, serum
 quidem ad purgationem. Lactis autè potione vtatur quin-
 que & quadraginta diebus, si anni tempus ferat. Quæ
 cum sic feceris, morbum meliore statu constitues. Quar-
 tus renis morbus, qui ex bile & pituita æstatis potissimum

tempore oritur, quin etiam ex venere morbus oritur atque hūc in modum afficitur æger. Dolores eum ad lateris molitudinem & inanitatem vrgent, & ad lumbos lumborumque musculos, neque secus afficitur quā mulier partus doloribus confictata, neque decubitum in sanam partem ferre potest, sed valde laborat; ex lateris inanitate quædam velut abrupta suspensa esse videntur. At si pronus iaceat, non dolet, eius pedes & tibiæ semper frigent. Vrina autem ob pituitæ copiam & crassitudinem vix egreditur. Quod si quidē depositam quoad refederit, pauco tēpore fueris, quod subsidet crassum velut farinam videbis. Ac si quidem bilis superauerit, ipsum subfuluum videbis. Si verò ex pituita morbus fuerit, album & crassum erit. Ac primum quidem in annum, aut paulò longius aut breuius tempus talia perseuerant. Quod si producat morbus, tum magis laborat, & purulentus euadit. Cumque purulentus extiterit & intumuerit, quā præcipuè parte intumuerit ad renem secaro, & pus emittito. Et si quidem sectio prosperè cesserit, confestim sanum reddes. Hunc cum sic habuerit, iisdem omnibus quibus antea curato. Et per morbi exordia purgare oportet, & ante alui subductionem fomento adhibito, crebris balneis lauare. Inungatur verò & caleat potius, neque frigear, a soleque & veneris vsu abstineat. Quæ cum feceris, si non citissime sanescat, nihil noui accidit, cum morbus sit admodum difficilis. At si absque medicamentis curari desideret per victus rationem crassiorem reddere oportet, siue hoc morbo, siue aliquo ex prioribus laboret, vbi cibos, quos comedere consuevit, in decem partes diuideris, deinde parte vna subtracta reliquas comedat. Pro opsonio carnem suillam tritam habeat, & eo die decem stadia obambulet. Postero autem die & tertio, parte vna addita minus edat, & vnoquoque die decem aut plura stadia obambulet. Cum verò ad vltimā cibi partem peruenerit, ad centum stadia iter faciat, & vna solam partem edat, eoque die centum stadia deambulet. A cœna verò viginti, mane quadraginta. Vinum Mendacum album, austerum bibat, istaque per tres menses faciat. Reliquo deinde tempore subductis deambulationibus plures cibos comedat, additione eodem quo detraxeris modo facta. Deambulationem verò ad decimum vsque diem subducatur.

ducat, deinde quàm maximè quiescat, cibisq̃ue puris vescatur, & quàm maximè pinguibus opsoniis, dulciaq̃ue omnia ei conferunt. Oleribus autem & acidis omnibus abstinere, acribusq̃ue & iis quæ flatum excitant. Calida quoq̃; multa lauet, & frigus vitet. Quæ cum fecerit, citissimè sanus euadet. Ex renum morbo inuadit magnus venarum cavarum morbus, quæ à capite iuxta iugulares, per spinam ad taluna exteriorem, & intermedium pollicis locum feruntur. Oritur autem hic morbus ex pituita quidem & bile, cum ad venas confluerint. Venæ autem cum sanguine referre sint, si quid alieni ad eas peruenierit, malè afficiuntur. Sic igitur afficitur. Si dextra parte morbus est, per exordia ex coxendicis acetabulo dolorem exhibere incipit. Quò autem longius tempus processerit, & productum fuerit, eò grauior dolor ad inferiora descendit, cumq̃ue ad malleolum pedis externum, & pollicis intermedium peruenierit, rursus ad caput fertur, ubiq̃ue in eo vlcus constiterit, vehementer vrget, sibiq̃ue caput disrumpi videtur, oculi pituita totumq̃ue corpus implentur. Huic cum ita habuerit, medicamentum ex cucumeris agrestis succo paratum, aut thapsiæ radicem, aut veratrum, aut scammonij succum propinato. Post purgationem verò eadem quæ superioribus offerto. Quòd si hac curatione non sedetur, vbi lacte crassiorem reddideris, scapulam dextram inferiorem quatuor crustis inurito, coxendicis dextræ acetabulum tribus, inferiores nates duabus, & mediū femur duabus, genu superius vna, & malleolum superiore parte vna. Cum sic vltus ferit, neque sursum, neque deorsum morbum progredi dimittit. Quòd si aliquā in partem dolor affatus & cum impetu irrumpere visus fuerit, si quidem prius, quàm vltus fuerit, in crus decumbat, claud⁹ erit; si in caput, surdus aut cæcus. Si verò in vesicam, simul cum vrina aliquid sanguinis quadraginta ferè diebus progreditur. Sed si in vesicā cum impetu irruerit, eadem medicamenta quæ in vrinæ stillicidio exhibenda sunt, & si aliqua in parte dolor coaceruatus fuerit, vstio facienda. Vrendæ verò sunt carnosæ quidem partes ferramentis, ossæ verò & carnosæ fungis, præterquàm quòd ante hæc ista facienda sunt. Si morbi initio accesseris, vinum Mendacum album dilutius quàm plurimum per diem potui ex-

Na

hibere oportet. Et inebrietur quoad sanguis ex natibus plurimuse-rumpat. Cum autem fluere cœperit, minimum tredecim diebus fluit: ubi verò hi præterierunt, non amplius inebrietur, neque ubi semel fluere cœperit, lo cibo tamen paulò plus vini bibat, ut sanguis fluat. Iam verò quibusdam sedato sanguine, ad vesicam cum impetu irruit, & sanguis cum pure prodiit. Si igitur cum impetu irruerit, eadem medicamenta quæ stranguria laboranti exhibeto, & de eodẽ vino plus propinato. Hic si hoc modo curetur, & hosque per aluum subeuntes & opsonia assumat, citissimè sanus euadet. Morbus autem grauis est. Alius ex vena sinistra. In reliquis quidem eadem multitudo quæ etiã prior paritur, sed in lienem confestim & per morbi exordia dolor acutus decumbit. Quòd si non statim perceperit prius quàm decumbat, sed ad pulmonem feratur, lienis capite apprehenso, quàm citissimè crustis octo inurito, & quocunque alius dolor decubuerit, vrito, sicque confestim sanescet. Quòd nisi vltus fuerit, sponte autem sanus euadat, plerique post duodecimum annum rursus morbus reuertitur, & si lienem occuparit, multis aquam intercutem facit. Sed confestim velut priorem curare, & si videatur sanè etiam similiter ut priorem inurere oportet, si dolor in iisdem articulis constiterit. At nisi hunc in modum curatus fuerit, de cætero contabescens perit, cum morbus grauis sit. De pituita autem idem quod de bile sentio, eiusque multas esse formas assero. Et partim quidem vulgaris est, partim verò recentissima, cuius etiam facilis est curatio. Vomitus enim post cibum duobus aut tribus diebus inducere oportet, insuperque prandere & quiescere, si prioribus diebus semel cibum sumere & vehementibus laboribus uti consueuerit. Alioquin hac victus ratione vtatur. Primum cum vomitum inducere volet, multa & calida lauet, & mazã melle & oleo subactã, & panem exassarum hesternum edat. Hæc enim magis pituitã trahent. Opsoniis & oleribus acribus vtatur, pinguis, dulcia & acida, hæc omnia permixta commodè porrigi possunt, & oleribus omnibus viridibus vtatur, in cibo vinum dulce, paucum crebrò bibat, in fine placentam, mel & ficus comedat.

DE INTERNIS AFFECTION. SECT. V. 383

comedat, cumque cœnabit, pocula largè ebibat, cumque iam
 opplerus fuerit, paulùm dormiat, deinde ubi expectatus
 fuerit, vini aqua tepida temperati magno epòro pocu-
 lo vomat. Magis enim pituitam & humorem ex carni-
 bus attrahit, corpusque magis exiccat. Vomat autem quo-
 ad sicus euomuerit, quæ postremæ euomuntur. Atque
 hæcquidem eo die facienda. Postero verò die sese ad cœ-
 nam usque contineat, & panem ex farsure à pura farina
 non separato cœnet, pro opsonio valentiora sumat, vinum
 verò nigrum, austerum bibat. Hæc igitur popularis pitui-
 tis medela est. Quòd si comedere & bibere potest, cibus-
 que delectatur, deinde crurum grauitatem sentiat, etiamsi
 color immutatus fuerit, pituitam quæ hunc vexat in ventri-
 culo esse dicendum. Verùm cum sic habuerit, melle, vinò
 dulci, & oleo, nitroque ouillis tali magnitudine permix-
 tis, ventrem per infusum subluere oportet. Hæc enim ad
 alui infusum pro hominis natura mitissima sunt. Cuiusque
 autem modum esse oportet, vini quidem heminam, olei
 dimidiam, & mellis tantundem. At si alui infusum nolis,
 humido fomento admoto, per humectum hominem red-
 dere oportet. Hac enim fortassis ratione stercus subduci
 poterit, cum hæc ex ciborum resiccatione ei contingant.
 Siquis igitur cibos valde succulentos comedat, ab his for-
 tasse non ita vehementer afficiatur, & si quandoque afficia-
 tur, parua curatione indigeat. Hac usus curatione citissimè
 hunc sanum reddideris. At si verustior pituita ferè conti-
 gerit, quæ pituita alba vocatur, sic afficitur. Hominem ma-
 gis grauat, formamque à vulgari alienam pallidiorem ha-
 bere videtur, corpus vniuersum laxo tumore intumescit,
 facies rubet, os resiccatur, sitis detinet, & cum comederit,
 tæbra ei spiratio contingit. Hic eodem die interdum
 quidem melius habet, interdum verò de repente doler, &
 mori videtur. Huic si venter quidem sua sponte commo-
 tus fuerit, sanitati erit proximus. At si alui sponte turbata
 non fuerit, cncoro dato, vel hippophaë, vel grano cnidio,

Nn z

vel Magnesio lapide, purgare oportet, & post purgationem lenticulæ acetabulum vnum forbendum vel duo dato. In lenticula autem allium incoquatur. Betæ etiam pinguis non conditæ acetabulum, polenta super aspersa dandum. Vinum autem bibat nigrum austerum & valens. Postero verò die mane stadia viginti obambulet. Vbi autem redierit, panem exassatum paruum comedat, & pro opsonio allium coctum habeat, viniq; eiusdem meracioris parum bibat, deinde stadia triginta ambulet, cumq; tempestivum fuerit, quantum prandere consueuerat cœnet, pro opsonio potissimum quidem pedes suillos, aut capita habeat, sin minus, gallinaceis carnibus, aut suillis tritis vtatur. Piscibus verò, scorpio, aut dracone, aut cuculo, aut callionymo, aut gobio, aut aliis piscibus qui similem vim habeant. Exoleribus aliis solis vtatur, neque villo alio. Hæc autem quam plurima comedat, cum cruda, tum assa, & cocta, in dies semper additione facta, & pro ciborum ratione ex paruo intervallo plus laboret. Hic morbus potissimum per æstatem oritur ex aquæ potu, ad hæc etiam ex multo somno. Iudicatur autem triginta diebus, lethalis sit necne. Quibus transactis hæc quidem faciat. Primis autem diebus sorbitionibus vtatur, lenticula cocta, aceto permixto acidior reddita, & præsana acida. Bibat verò aquam mulsam tepidâ, modica polenta inspersa, quò sanè corpus emollitum sit ad medicamentorum potionem, & per hosce dies sub dio dormiat. Quòd si visum fuerit sanguinem è lumbis detrahere, cucurbitulam admoueto, & venas in scroto crassissimas pertundito. Hic ad hunc modum curatus citissime sanus euadet. Ex pituita ad aquam intercutem hoc modo deuenitur. Colliquatur pinguedo, & à pituitæ ardore aqua fit. An verò quis sanari possit, necne, ex hoc cognosces. Quandiu enim quis in imo ventre pinguedinem habet, curari non potest. Pinguedo autem in imo ventre insit, necne his potissimum dignosces. Si quidem febres aduenerint, & erectus stare nequeat, & vmbilicus inflatus foris promineat, pinguedinem non amplius inesse dicito, eumq; sanari posse. Huic venter ficare confert, pane quidem exhibito ex fursure à pura farina non separato, hesterno, calido. opsonio verò, leporis carne, canis, & ouis ac suis maximè assata, & galli assa & calida.

lida. Polypos etiam vino nigro austero incoctos edat. Vinū bibat nigrum quā crassissimum & acerbissimum. Piscibus vtatur gobio, dracone, callionymo, cuculo, scorpio, alisque id genus, coctis omnibus, minimè recentibus, & frigidis. Hi enim ferè quā siccissimi sunt. Nullo iure ad inunctum vtatur, & insulsi pisces sunt. Oleribus vtatur, radícula & apio. Lenticulam tostam multo aceto temperatā edat, singulis diebus, & à cena, & mane deambulet, vespere dormiat, & mane exurgat. Ac si quidem ex his in integrum restitatur, satis est, si minùs, ei neori aut hippophais succū, aut granum cnidii propinato, & post purgationem duo lenticulæ acetabula in super sorbeat, & paruum panem cō-
 20 edat. Vinum autem bibat nigrū, acerbum, paucum. Medicamentum autem bis die, donec mollitus sit bibat. Quòd si in scroto & femoribus, ac tibiis tumor laxus exortus fuerit, peracuto scalpello multis & crebris vulnusculis pertundito. Quæ ubi feceris citò sanum reddes. Aqua inter cutem ex his oritur, ubi ætatis tempore siti pressus copiosam aquam biberit, quandoquidem inde ferè gigni solet, & pulmo expletus rursus in pectus dimiserit, tumque in pectore extiterit, vehementem ardorem excitat, ita vt pinguedinem quæ in arteriis inest liquefaciat. Ac si semel pinguedo liquefacti cœperit, longè citius aquam intercutem efficit. Gignitur etiam ubi tubercula in pulmone exorta fuerint, & aqua repleta in pectus eruperint. Aquam autem intercutem etiam ex tuberculis oriri, mihi argumento sunt boues, oves & sues. In his enim ferè quadrupedibus pulmonis tubercula oriuntur, quæ aquam continent. Sectione namque facta citissime cognoueris cum aqua effluet. Talia autem multo magis etiam in homine quā pecoribus fieri videntur, quantò morbosa magis etiam victus ratione vtimur. Plurimæque verò exortis tuberculis purulenti etiam extiterūt. Hæc igitur per morbi initia contingunt. Tussis sicca, & fauces stridulam quandam asperitatem habere videntur, rigor & febris, erectæque cervicis respiratio contingit, corpus & pedes intumescunt, vngues contrahuntur, & quādiu quidem in superiore ventre aqua intercus extiterit, acutus dolor detinet, cum verò ad inferiorem ventrem deuenierit, melius habere videtur. Deinde progrediente tempore, impleto

venire eadem quæ prius patitur. Interdum verò ad latus intumescit, & quâ parte secundum sit indicat. Quod si non indicet, multa calida lotum, humeris comprehensum concutito, deinde quoniam latere magis fluctuet auscultato. Quod cum intellexeris, tertiam ab ultima costam ad os usque secato, deinde terebra acuta ulterius perforato, cumque perforata fueris, paucam aquam educito. Qua educta, penicillum ex lino crudo in vulnus immittito, & mollem spongiâ superappposito, deinde ne penicillus decidat deligato. Per duodecim autem dies, semel die aqua educenda, post duodecimum verò diem, decimotertio die tota aqua educenda, & de cætero, si suscitetur aqua emittenda, venterque cibis siccis reficcandus. Hæc autem post sectionem exhibenda. Succum laseris drachmæ pondere apparatus, & aristolochiæ tali cervini magnitudine frustulum dera sum, & lentium cruique torrefactorum potentiam, utriusque purgatæ chœnois dimidium, hæc melle & aceto subigito. Deinde sexaginta pastillis formatis, vnum tritum quotidie vini nigri austri quam suavisimi heminæ dimidio maceratum, mox ieiuno potui exhibeto. Reliquam verò victus rationem & exercitationem eandem quam prius habere iubeto. Et si pudenda ac femora intumuerint, audacter specillo pertundito. Hunc si eo modo curaveris, citissime sanum reddes. Aqua intercus ab hepate, quæ tunc quidem oritur, cum ad hepar pituita accesserit, eamque hepar exceperit, & humectum redditum fuerit. Confestim igitur ardor huius præbet, & flatum excitat. Deinde verò procedente tempore, aqua impletur, posteaque corporis morsus contingit, in tibis & pedibus tumor est latus, hepar durum redditur ac intumescit, & claviculæ extenuantur. Huic cum ita habuerit, per morbi exordia, ubi hepar doluerit, origanum tritum cum laseris succo, crui quantitate, in vini albi hemina dimidia maceratum, potui exhibeto, & lactis caprini poculum quatuor heminarum, tertia aquæ mulæ admixta parte. Primis autem decem diebus cibis abstineat. Hi namque morbum, lethalis sit, necne diiudicant. Pisanæ succum melle affuso coctum sorbeat. Vinum verò album Mendeum, aut aliud suavisimum aquosum bibat. Vbi autem dies decem præterierint, cibos puros assumat, & pro opsonio galli carnes alias

cali.

calidas habeat. Catulinis etiam coctis vtatur: pisce verò, gallo & torpedine affatis, vinum autem idem bibat. At si quidem ex his sedetur, satis est. Sin minùs, vbi certè crassissimus euaserit & hepar maximum, fungis inuito. Sic enim citissimè sanum reddideris. Octo autem crustis inurere oportet. At si aqua intercus in ventre suboriatur, & in eum erumpat, insdem medicamentis & potibus, & cibis, & exercitationib. quibus priores curato: vinum verò austeru nigrum bibat. Quòd si ab hepate d. cedere tibi videatur, vbi apparuerit firramento inurito, & aquam paulatim educito, vclutque reliquos priores curato. Si verò ex his non conualescat, tandem consumtus perit. Morbus enim grauis est, & ex quo paucieuadunt. Aqua intercus ex liene. Aqua verò intercus ex liene ad hunc modum & ex hac potissimùm causa oritur, cum quis ficus virides & poma mulra comederit. Plurique verò ex multo racemorum cibo & musto copioso, in morbum inciderunt. Siquidem igitur in morbum collapsus est, confestim doloribus conficitur. Acuti tum dolores ex liene excitantur, & ad humerum, iugulum, mammam, ilia trañseunt, & febres vehementes detinent, ventrique etiam si parum quid comederit, impletur, lien aut tollitur & dolorè præbet. Hic morbus si inueterauerit, reliquo quidem tempore minùs dolet, cum verò pomorum tempus aderit, eaque comederit, magis quam antea dolet. Huc ita habentem per exordia curato, veratro supra exhibitò, infra verò cneoro, hippophaes succo, aut grano cnidio, & lacte asinino ad heminas octo, melle affuso. Quòd si quidem ex his restituitur, satis est. Sin minùs, vbi lien magnus fuerit, & maximè intumuerit, capitibus apprehensis fungis inurito, aut ferramentis, multa cautione & obseruatione adhibita, ne vltèrius peruras. Hoc per morbi exordia facito, istamq; victus rationem exhibeto. Si febris non detineat, pane quidem vratur triticeo tosto, aut ex duro tritico, secundò ignem experto. Pro opsonio salsamentum Gaditanum, aut sasperdam habeat, & carnem ouillam tritam acida & salsa omnia comedat, vinumque austerum Coum quam nigerrimum bibat, dulcibus verò abstineat. Quòd si exurgat validusq; sit, summis humeris luctetur, & multos ambitus in die laborando conficiat, ac ea quæ dicta sunt in cibo

sumat. Quòd si aqua intercus fuit, per eadem & iisdem quibus etiam priores curato. Ex his verò aqua intercus oritur, si quis per æstatis tempus ex longo viæ itinere in aquam pluuiam & statariam inciderit, eamque auide copiosam biberit. Si igitur carnes aquam combibant & in se contineat, nusquam autem secedat, hæc contingunt. Siquidem in carne fuerit, ardorem ventri & corpori exhibet, proindeque pingue quod in ventre est colliquefit. Hic quoad iter fecerit, nihil mali habere videtur, cum autem ab itinere cessarit, solque occiderit, confestim multum laborem exhibet, progressio verò morbo admodum extenuatur, sique etiam cibi fastidium contingat, multò magis extenuatur. Quòd si cibos quidem edere possit, exerceri autem nequeat, magis etiam læditur, horum plerisque; laxus tumor etiam toto corpore excitatur. Et extenuato quidē color liuidus existit, & venter magnus, sitis vehemens detinet, eiusque viscera præ calore exiccantur. Temporis verò progressu ad edendum quidem promptus existit, & quicquid quis exhibuerit comedit, & bibit, nihilque dolet. Quòd si tumor laxus detineat, ei color pallidus existit, venæque nigrae crebrae per corpus distenduntur, ex re quavis irascitur & tristitia afficitur, quamuis noui nihil contingat, venter nimio humore perhumescit, intumescit, ac pellucet velut laterna, procedenteque tempore cibos repudiat, sed videntur cucumeris agrestis odorem præ se ferre præ fastidio. Huic cum sic habuerit, cneorum, aut hippophais succum, aut granum coitidum exhibeto. Hæc verò medicamenta sic exhibere oportet. Cneorum quidē sexto die, hippophais verò succum, octauo, & granum coitidium decimo. Eaque dare oportet quoad expurgeretur & exinanitus sit. Intermediis verò diebus eadem quæ prior in cibo sumat. Potissimum verò eius aquæ ex qua in morbum incidit quàm plurimum propinato, ut eius ventrem commoueat, & multum demittat. Sic enim præcipue sanum reddes. Quòd si tibi visum fuerit, crebrò aluum infuso subluo, ex cneoro trito ad dimidiam heminam mellis tertia heminae parte admixta, & betæ succo ad quartam heminae partem diluto, deinde sic infuso subluo. Et lactis asinini cocti postero die affuso melle octo heminas exhibeto, aut addito sale propinato. Post purgationem iisdem quibus etiam

DE INTERN. AFFECTIOIB. SECT. V. 171

etiam prior utatur, & interpositis diebus, cibis & potionibus iisdem utatur, eodemq; modo deambulationibus. Sic curatus breui hoc morbo liberabitur intra tertium aut sextum mensem. Quòd si negligentia aliqua adfuerit, neque confestim curatus fuerit, citò moritur. Extenuatus quoque iisdem ad curationem uti debet. Prius autem eius corpus fomentis adhibitis præhumectare oportet, medicamentis ut magis obaudiat. Verùm confestim curatio adhibenda, alioqui plerisque morbus ad senectutem deducitur. Quem si verò voles ex his morbis eiusmodi infuso subluere oportet. Ad heminas duas vini albi, & mellis heminam dimidiam, olei heminam dimidiam, adde nitri Ægyptii torrefacti quadrantem, & succi foliorum cucumeris agrestis rutorum & expressorum heminam. His omnibus mixtis, in ollulam quandam infusis & feruefactis, sic per infusum subluo. Morbus hepaticus. Hic morbus oritur ex atra bile, cum ad hepar confluxerit. Ingruit autem potissimum autumno, in anni mutationibus. Hoc igitur modo afficitur æger. Dolor ei grauis ad hepar irruit, & ad postremas costas, ad humerum, ad iugulum, & ad mammam, vehemensque strangulatus detinet. Interdum etiam bilem liuidam vomitione reiecit, rigor & leuis febris primis diebus tener, ad contactum hepar doler, illius color est subliuidus, cumque cibi quos antea comedit strangulant, & in ventrem irruentes incendunt & tormina excitant. Hæc quidem per exordia patitur. At procedente morbo tum febres dimittunt, tum a paucis cibis impletur. In hepate verò solus dolor remanet: isque interdum quidem vehemens, interdum etiam minor quiescit. Quandoque verò morbus inuadit, frequenterque de repente æger animam efflauit. Huic conferunt cum dolor detinet, tum alia, tum ea etiam tepesfactoria quæ in lateris dolore adhibentur. Vbi dolor remiserit, multa calida loto, æquam mulsam & vinum album duce, aut austerum, quodecunq; conducere videbitur, propinato, easdemq; sorditiones quas lateris dolore correpto. Ad dolorem autem hæc potui exhibenda. Oui gallinacei decocti liquorem tritum, tum succi solani hemina dimidium melle affuso, tum aquæ mulsæ semihemina dimidium, hæc aqua commixta & subacta potui exhibeto, & dolorem sedabunt. Quotidie

autem exhibenda quoad sedatus fuerit dolor. Laseus etiam succum orobi quantitate, & origanum tritum vino albo dilutum, eodem modo ieiunus bibat. Medicamenta verò etiam quæ in lateris morbo ad dolorem exhibentur, in super bibat. Lac quoque caprinum ad quatuor heminas, tertia mellis parte admixta bibat. Hoc mane bibat, cum alia non biberit. Cibis abstineat quoad morbus iudicatus fuerit, quod fere intra dies septem contingit. In his enim lethalis sit necne manifestè deprehenditur. Quòd si etiam strangular⁹ vrgeat, hæc vi reuomat exhibere oportet, mel, aquam, acetum & sales. Hæc permixta in ollulam nouam affusa, postea tepē facta, & origani capitati ramulis cum semine agitata, tepida ebibenda dato. Deinde vestibus obuolutum donec maximè exudet finito, cumq; vomitus prehenderit, leui ex penna attrēctatione alacriter vomat. At si vomere nequeat, aquæ multæ tepidæ duarum heminarum poculo in super epoto, ad hunc modum vomat. Et si bilem aliquam aut pituitam vomitione reiecerit, rursus idem post horas quatuor faciendum, profuerit nanque. Post morbi autem iudicationem, paucis cibis puris exhibitis curato. Et si quidem panem edere consueuerit, panem calidum & quam maximè purum edat. Si verò mazam, eam quæ non trita est comedat, antea tamen subactam. Pro opsonio carnes cattelli coctas habeat, aut columbi, aut pulli gallinacei, iisque omnibus vtatur. Piscibus verò, galæo, torpedine, pastinaca, & paruulis batidibus coctis. Lauet singulis diebus, frigus vitet & parum obambulet, quoad in tuto sit. Quæ sanè si obseruentur, verendum non est, vt rursus morbus reuertatur. Huiusmodi enim morbus difficilis est & diuturnus. Alius hepaticus morbus, in quo dolores quidem eodem modo ad hepar vrgent, & color à priore differt, cum malicorium referat. Contingit autem repente æstatis tempore. Oritur verò ex carnis bubulæ esu, & nimio vini potu. Hæc enim omnia isto anni tempore iccori sunt insensissima, & bilem maximè ad hepar propellunt. Sic igitur afficitur, dolores acuti ingruunt, neque hora vlla deferunt, sed semper magis vrgent. Interdum etiam bilem pallidam vomit, & vbi vomuerit meliusculè habere videtur. Quòd si vomitione non reiecerit, bilis ad oculos decumbit, & admodum pallidi fiunt,

uor, pedesq; intumescunt. Atq; hæc interdum quidem val-
 de, interdum verò minus affligunt. Vbi autem dies præter-
 ierint, quibus morbus deceñit, si nihil deliquerit, dolor
 minus detinet, eandem quam prius victus rationem insti-
 tuere oportet. Nam si intempestiuè inebriatus fuerit, aut re-
 bus venereis usus fuerit, quidve aliud minimè commodum
 fecerit, confestim ei hepar durum euadit, intumescit, & ex
 dolore pulsatur. Ac si qua in re festinarit, de repente hepar to-
 tumq; corpus dolet. Huic cum sic habuerit, primiq; dies
 præterierint, fomentum admovento, deinde scammonio ali-
 quantulum purgato. Quòd si venter incensus fuerit,alui in-
 fusum quod probè ducat, ex iisdem quæ prius exhibeto. Post
 alui infusum, lacte asinino cocto aliquantulum purgato,
 eiusq; heminas octo melle affuso propinato. Lactis etiam
 caprini poculum quatuor heminarum mensura, aquæ mul-
 sæ triente commixto, mane exhibeto. Lactis quoq; caprini
 cocti heminas duas dato, aquæ mul sæ tertia parte ammixa,
 aut solo melle affuso. Lac etiam equinum eodem quo asini-
 num modo exhibeto. Quòd si hac curatione morbus cesse-
 rit, satis est. Sin minùs, internam dextri cubiti venam secato,
 & sanguinem emittito. Si verò lacte asinino tibi purgandus
 non videatur, lactis bubuli crudi heminas duas, tertia mel-
 lis parte admixta, singulis diebus ad dies decem exhibeto,
 deinde aliis duodecim diebus aquæ mul sæ sextante affuso,
 potui exhibeto. De cætero verò, lac ipsum ad duas heminas,
 donec pinguior euadat, exhibendum. At si ne sic quidem se-
 detur, cum hepar plurimùm intumuerit, maximeq; promi-
 nuerit inurere oportet. Per buxeos autem fusos oleo fer-
 uenti intinctos vstionem facito, eosq; donec rectè habue-
 rit, vstioq; perfecta fuerit, admovento. Aut per fungos octo
 crustas inurito. Si enim vstio successerit sanum reddes, ac
 deinceps faciliùs deget. At si vstio minimè successerit, de
 cætero nisi per alia remedia conualescat, consumtus perit.
 Morbus alius hepaticus in quo cætera quidem multitudine
 eadem quæ prioribus contingunt, color verò nigricat. Bilis
 quæ est in hepate pituita, & sanguine referta, velut ratione
 colligimus, dissumpitur, cumque disrupta fuerit, citissimè
 ad insaniam deducitur, indignatur, & imprudenter loqui-
 tur, more canis latrat, vngues puniceo sunt colore, oculis

cernere non potest, pili capitis erecti manent, & febris acuta inuadit. Huic eadem quæ prioribus adiuuere oportet, præterque verò intra vndecim dies moriuntur, pauci; euadunt. Lienis morbus primus. Gignitur autem eiusmodi morbus, ob bilem solis calore commotam, cum eam ad lelien traxerit. Hunc igitur in modum affligitur. Febris acuta per initia succedit, progressu verò morbo dimittit, nisi quod lienem ipsum semper calor occupat, dolorque acutus subinde in lateris mollitudinem ad ventrem incidit. Cibos autem per exordia expetit quidem, non autem admodum demittit. Procedente verò morbo, color pallidus euadit, dolor vehemens ingruit, & iugula extenuantur, neque cibum velut per initia facile admittit, & paucum impletur. Lien subinde eodem die magnus, & interdum minor euadit. Cum sic habuerit, huic veratrum deorsum purgans propinato, tum grano cnicido subter purgato. Post purgationem autem vesperti lenticulæ acidioris acetabulum sorbendum exhibeto, & betarum pinguium acetabulum, polenta inspersa. Postero verò & tertio die, paruum panem exhibeto, pro opsonio, lenticula utatur, & carne suilla trita cum lenticula cocta. Vinum austerum, nigrum, meracius paulatim bibat, & per hosce dies quietem agat, nisi quod intus in vmbra paulum obambulet. Reliquo verò tempore hæc exhibere oportet, in cibo quidem panem ex fursure à pura farina non separato. Pro opsonio carnem canis maiusculi, aut capræ, aut ouiculæ tritam habeat, & salsamentum Gaditanum, aut saperdam, acidaque & salsa omnia, acerbæque exhibeantur. Vinum Cœum, subastringens quàm nigerrimum bibat, dulcibus, pinguibus, & nidorosis abstineat. Lasser minimè exhibeatur, neque allium, neque caro porcina, neque mugil, neque recens, neque sale conditus, neque anguilla, neque olus vllum coctum sine aceto. Ex his quæ cruda eduntur, radícula & apio aceto intinctus utatur, polentam edat vino subactam, & vinum meracum sorbeat. Quod si lubeat, panem etiam in vino comminatum, calidum comedat. Ex piscibus verò scorpium, draconem, cuculum, gobium, callionymum, eosque coctos & frigidos exhibeto. Danda etiam singulis diebus quæ lienem extenuare valent, asphodeli semen, visci folia, aut fœnum græcum, aut viticis semen,

semen, aut rutam, aut menthæ radicem. Ex quibus quod
 voles traham ex vino austero ieiuno exhibeto. Quod si vali-
 dus fuerit, triginta diebus vt ligna fecet cogito. Summis hu-
 meris lucta se exerceat, interdum obambulet, vespere dor-
 miat, mane verò surgat, & quæ dicta sunt in cibo sumat. Ac
 si ne his quidem meliusculè habeat, lienem per fungos, cum
 maximè tumidus & sublatuſ fuerit, decem crustis inurito.
 Si enim, vt conuenit, vſtio ſucceſſerit, ſanum reddes, non
 tamen breui. Hic autem morbus curatione indiget, grauis
 enim est & diuturnus, nisi confestim curatio adhibita fuerit.
 Alius lienis morbus ab iisdem quidem ex quibus & prior
 oritur, eoque modo hoc morbo afficitur. Venter inflatur,
 postea verò lien intumescit, durus est, ei que dolores acuti
 contingunt. Color autem immutatur, & niger cernitur,
 pallidus & qui malicorium forma referat, ex aure & gingi-
 uis grauis odor exhalat, exque à dentibus discessionem fa-
 ciunt, & in tibiis vlcera qualia pustula nocturnæ erumpunt,
 membra extenuantur, neque stercus per aluum demittitur.
 Hunc ita habentem iisdem medicamentis ac edul-
 liis, & potu, exercitationeque, ac reliquis omnibus curato,
 cumque stercus non demittatur, his aluum subluſito. Mel-
 lis hemina dimidium, & nitri Aegyptii ouilli tali quantita-
 tem, ex betarum coctarum decocto ad quatuor hominas
 terito & diluito, deinde hoc infuſo ſubluito. Quod si his
 morbus non ſedetur, eius lienem velut in priore inurito, &
 si vſtio ſucceſſerit, ſanum reddes. Alius lienis morbus, in an-
 no quidem, veris maximè tempore, ex ſanguine tamen ori-
 tur. Cum enim ſanguine lien reſertus fuerit, in ventrem
 erumpit, & in lienem dolores acuti, in mammam, iugulum,
 humerum & ſub ſcapulam irruunt. Totius corporis color
 est plumbeus, leues cutis lacerationes in tibiis habet, ex
 quibus magna vlcera oriuntur. Quæ primùm per inferi ora
 ſecedunt, cruenta ſunt & æruginola, venter durus obrepi t, &
 tanquam lapis exiſtit. Hic morbus ſuperioribus magis le-
 thalis eſt, ex eoq; pauci euadunt. Hunc ita habentem iſdem
 quibus priorem curato, niſi quod medicamentum ſurſum
 purgans minimè dederis. Ruſſum verò cocco enidio pur-
 gato. Poſtero die quoque lactis equini cocti heminas octo
 melle aſuſo exhibeto. Sin minùs, lacti bubulo aut aſia ino

cocto ad duos congios, vel in altero poculo miscere, & alec-
 natum bibere oportet. Sub vesperum post purgationem ea-
 dem quæ priori exhibeto, postq; medicamentum, si visum
 fuerit, sanguinem ex interiore sinistri cubiti vena detrahi-
 to. Per reliquos autem dies ieiuno singulis diebus lactis bu-
 buli quatuor heminas, tertia muriæ parte ammixta, exhi-
 beto. Cibus, potibus, & reliquis aliis iisdem quibus priorem
 curato. Hic velut superiores, venere & vinolentia abstineat.
 Quod si tibi visum fuerit, etiam cum crassissimus & maxi-
 mus lien extiterit, inurito. Et si opportunè vstio successerit,
 sanum reddes. At si sub hac curatione non conualescat, tan-
 dem contabescens perit, cum admodum grauis sit hic mor-
 bus. Alius lienis morbus, qui etiam vere potissimum con-
 tingit, cum lien in se pituitam exceperit, confestimq; tumi-
 dus & durus extiterit, deinde rursus subsidit. Et cum quidem
 sublatus fuerit, dolores acuti ingruunt, vbi verò mollis fue-
 rit, sine dolore est. Cumq; morbus inueterauerit, obcurior
 esse videtur, & assurgit, celeriterq; reprimitur. Hic cum sic
 habuerit, per morbi exordia cibos assumere non potest, ci-
 tò extenuatur, magnaque intemperantia corpus affligitur.
 Morbus verò nisi confestim curatus, aut sua sponte sedatus
 fuerit, quinque aut sex intermissis mensibus rursus assurgit,
 per hyemem autè præcipuè intermittit. Hunc si per exordia
 in manus sumseris decem crustis ad lienem inurito, statim-
 que sanum reddes. Quod si non vseris, iisdem medicamen-
 tis, & edulius, & potibus, ac laboribus, quibus superiores
 curato. Sic enim celerrimè sanum reddideris. Huius au-
 tem color exalbidus, suppalidus, & squalidus existit. Alius
 lienis morbus ex atra bile potissimum autumnò oritur.
 Fit autem ex multo olerum esu quæ cruda comeduntur, &
 aquæ potione. Ad hunc igitur modum afficitur. Vbi
 morbus prehenderit, lien valdè dolet, rigor & febris in-
 uadit, cibi fastidium derinet, torumque corpus celeriter
 concidit. Lien autem magnus admodum non euadit, sed
 durus & ad viscera incumbit, adiacensque strepitum edit.
 Hunc ita habentem iisdem tum medicamentis, tum cibus,
 tum laboribus, quibus etiam superiores curato. Ac si se de-
 derit, eum quo alios modo inurito. Hic morbus in plarissq;
 si cōfestim curatio adhibita fuerit, citò decedit. Morbi regij
 quatuor.

quatuor. Hic quidem præcipuè per ætatem corripit, bile commota. Bilis igitur sub cute & in capite coit, proindeque statim corporis colorem immutat, pallidumque non secus ac malicorium euadit, oculi pallidi sunt, & sub pilis capitis velut cortex subest, rigor & febris prehendit, urinam reddit pallidam, in eaque crassum sup pallidum subsidet, mane quandiu ieiunus fuerit, ad cor & viscera strepitus editur, & si quis eum alloquatur aut interroget, ægrè ferre & tristatur, neque audire sustinet. Sterc⁹ autem quod procedit, ex pallido albicat, & grauiter olet. Hic cum ita habuerit, ferè intra dies quatuordecim perit, quos si effugerit, conualefcit. Eum autem ad hunc modum curare oportet. Vbi febris remiserit, multa calida loro aquam multam propinato, & sobitionibus vratur, ptisanæ cremore melle affuso. Mel autem vnà ne coquito, quoad quatuordecim dies præterierint. Hi enim lethalis sit necne decernunt. Postea autem bis die lauato, & in cibo exhibeto primùm pauca quæcunq; maximè expectat, deinde tamen plura porrigito. Vinum album quàm plurimum die bibat, & si procedente tempore pallidus ac imbecillus sibi videatur, à cibis vomitum fieri, velut in superioribus morbis habetur, iubeto. Quod si quidem his sedetur, satis est, sin minùs veratrum propinato. Post eiusmodi verò purgationem, vesperi mazam mollè aut panis medullam comedat. Pro opsonio pullum edat gallinacèu percoctum, cum cæpa, coriandro, cafeo, sale, sesamo, & vna pascua alba probè elixum. Vinum autem album, austerum quàm vetustissimum bibat. Aluum inferiorem subpurgato, posteroq; die cicerum alborum cremore, melle affuso, vratur, eiusmodiq; succi heminas duas ebibat. Tertio verò die singulis diebus hanc aquam ex his decoctam bibere incipiat. Fœniculi radices tenues quantum pugillo, aut tribus digitis comprehenditur, in duos aquæ congios immittito, & coquito dum dimidium remaneat. Et cicerum alborum eborem in duobus aquæ congios, de quo dimidiū bibat. Hæc quæ remanserunt colata sub dio exposito, & ambobus permixtis, vinum hac aqua diluat, & aquam solam si velit quàm plurimam, nec aliam bibat. Quod si potum istum auerfetur, hunc ita paratum exhibeto. Caricarum albarum & cœnicem duobus aquæ congios decoctum colato, & cœlo

sereno noctu exponito. Deinde aquam hanc solam si velit, aut vino mixtam bibat, eamq; non affatim multam, sed dimidiæ heminæ copia, vt ne alui profluuium ei superueniat, paucoq; interposito tempore, bibat. Conferunt & hæc quotidie ieiuno potui exhibita, trita & vini albi veteris hemina diluta, apij semen, cucumeris semen, fœniculi semen, cuminum Æthiopicum, adiantum, coriandrum herba, vuz palse albæ. Hæc & illa si biberit, inuabitur, celerrimeq; sanus euadet. Alius morbus regius. Hic ex temulentia & rigore hyemis tempore inuadit. Primum autem inuadere incipit rigor, deinde etiam febris detinet, & corporis humidum sub cute concrefcit. Ex his autem rem se ita habere manifestum est. Eius corpus liuidum est, & aliquantulum durum, & venæ quæ per corpus distenduntur sunt pallidæ, maiores & crassiores quàm antea, quædam etiam subnigræ subte-
duntur. Ex his si aliquam quis secet, sanguis defluet pallidus, si pallidæ sint venæ, si nigræ fuerint, niger defluet. Hic vestem corpori adiacentem præ pruritu ferre non potest, & ad eundem & ambulandum promptus est, sed præ imbecillitate eius crura labascunt, & magna siti premitur. Hic morbus superiore non minùs lethalis est, in longius autem tempus progreditur, nisi mox primis diebus sanescat. Quod si morbus ad octauum aut nonum diem extendatur, in morbum incidit, morbusq; & dolor magis vrget, neq; exurgere potest, & plerique intra hoc tempus confestim pereunt. Huic ita habenti, si ad eum initio morbi accesseris, vbi verò septem iam dies præterierint, veratrum propinato. Inferiorem verò aluum per succum, velut in superiore, aliquantulum purgato, aliâq; eadem medicamenta exhibeto. Cantharidas etiam sine alis & pedibus tritas quatuor, & ex vini albi hemina dimidia dilutas exhibeto. Iam verò etiam pauco melle affuso, mox ita propinato, idq; bis aut ter in die bibat. Procedente autem morbo balneis & fomentis curato. Quæcunq; expetit edat, vinum album, austerum bibat, reliquaq; eadem accipiat quæ in priore. Hic morbus nisi proba curatio per initia adhibita fuerit, diuturnus est & molestus. Alius morbus regius. Hic popularis appellatur, quod omni temporeprehendat. Ex repletionem autem & tumulentia præcipuè oritur, cumq; rigore correptus fuerit, confestim

stim sanè
modum
bus, rig
dolor oc
morbus
tia adhib
nas pertu
admoto
ste rursu
forbition
eius capu
ta calida
liqua om
bus regiu
mem præ
plenum
contingi
farina lu
nescit. H
purgatio
sorbend
tum, vel
tam ex p
nem ei fi
tat, & ho
periores
tum bal
enim po
Typhos
tis temp
tata. Str
grauis a
manuu
perturb
hemem
quis eu
spicere
sponde
nit, tun

stim sanè corpus immutatur & pallidum euadit, & oculi admodum pallidi, sub capillos & ungues progreditur morbus, rigor & febris leuis detinet, corpus debilitatur, caput dolor occupat, pallidamque & crassam vrinam reddit. Hic morbus regius superioribus minùs lethalis est, & diligentia adhibita breui curatur. Huic cum sic habuerit cubiti venas pertundiro, & sanguinem detrahitro, deinde fomento admoto veratrum propinato. Tertio verò die asinino lacte rursus deorsum aliquantum purgato. Reliquas autem sorbitiones, potus & cibos eisdem quos priori exhibeto, eius caput crebrò purgato, succatiunculam bibat, ei; multa calida loto, carnes tritas ex vino albo propinato, & ad reliqua omnia iisdem vtatur, breuiq; conualeſcet. Alius morbus regius: ex pituita quidem oritur, præcipueq; per hyememprehendit. Huius color albus est, eiusq; pectus pituita plenum est, & saliuam expuit, cumque excreat, ei singultus contingit, & vrinam albam & crassam reddit, in qua velut farina subsidet. Hic morbus minimè est lethalis, breuiq; sanescit. Huic ita habenti granum cnidium propinato, postq; purgationem succi pisanæ quatuor heminas affuso melle sorbendas exhibeto. Ventrem verò superiorem per vomitum, velut in superioribus purgato. Sic enim faciliè pituitam ex pulmone & arteriis deduxerit. Quin & oris collutionem ei frequenter apparato. Hic aliquando leuiter febricitat, & horror tenuis contingit. In reliquo, iisdem quibus superiores morbos regios, tum medicamentis, tum fomentis, tum balneis, eduliis, potibus ac sorbitionibus curato. Sic enim potissimùm sanum reddes. Morbus Typhos nomine. Typhos quidem appellatur hic morbus, inuaditque ætatis tempore, cum canis sydus oritur, bile per corpus agitata. Statim igitur eum febres vehementes corripunt, & grauis ardor, & cum grauitate imbecillitas, crurumque ac manuum impotentia, quæ nullum ei vsum præstant, venter perturbatur, & quæ ex eo demittuntur grauius olent, & hæc mentiaq; tormina accedunt. Hoc etiam modo afficitur, si quis eum exigere velit, rectus stare nequit, neque oculis suspicere præ ardore. Et si quis eum interroget, præ dolore respondere nō potest. Vbi verò periturus est, tum acutiùs cernit, tum audacter loquitur, & potū & cibum postulat, quem

si quis exhibuerit, breui etiam nisi euomuerit, animo linquitur. Huic hic morbus septimo aut decimo quarto die iudicatur. Multi verò etiam ad vigesimum quartum percurrunt. Hos igitur si præterierit, conualecet, his enim diebus lethalis sit necne declaratur. Hunc ita habentem ad hunc modum curato. Primis diebus balneo quidem abstineat, vino autem & oleo tepido in cubili illinito, cibis abstineat, sorbitiones autem tenues & frigidas exhibeto. Vinum, si conferat, nigrum, austerum bibat, sin minus, album, aquosum, austerum. Quod si vehemens sitis ex ardore vrgeat, ubi confertum potum multum exhibueris, vomere iubeto, idque, hoc aut ter facito. Cumque ardor tenuerit, lintea frigida intincta quæ præcipue parte ardere dixerit, admoueto. At si horror corpus detinuerit, refrigerantia remittito. Hic cum laborauerit, maximè periclitabitur ne ex huiusmodi dolore de repente animam emittat. Verum ei celeriter ad dolorem eadem medicamenta quæ morbo laterali detento exhibenda sunt. Cum verò surrexerit, cibo, potu & balneis quàm celsissimè vires reficiendæ. Morbus enim grauis est, paucique euadunt. Alius Typhos. Morbus quidem omni tempore inuadit, ex corporis autem humiditate oritur, cum cibos humidos & copiosum potum carnes exorbuerint, & flaccidæ extiterint, ex his potissimum morbus oritur. Per exordia igitur febris tertiana aut quartana exoriri incipit. Dolor vehemens capiti aduenit, & interdum in corpore intermittit, & saliu euomit, crebro ructat, & oculorum regiones dolet, vultus exalbescit & apud colorem refert, ad pedes tumor laxus defertur. Interdum verò etiam totum corpus intumescit, & ad pectus & dorsum aliquando dolor excurrit, venter conturbatur, oculis vehementer prospectat, sputum copiosum & spumofum expuit, quod ad fauces adhærescere videtur, ei que stridulam vocem facit, plærunque verò etiam fauces inflammantur. Hic cum sic habuerit, sicque dolor presserit, ei que vehemens erectæ ceruicis spiratio contigerit, interdum frequenterque de repente intra septem aut quatuordecim dies animam emittit. Plærique verò etiam ad vigesimum quartum perdurant, sæpè quoque de repente morbus dimittit & sanus videtur. Verum diligenter obseruare oportet quoad quatuor & viginti dies præterierint, quos si effugerit, vix moritur.

Huic

DE INTERNIS AFFECTION. SECT. V. 581

Huic ita habenti primis diebus pro sorbitione farina decocta tenui melle affuso exhibenda est. Vinum verò nigrum paulatim potui dandum, vt voluerit temperatum. At cibos priusquàm hi dies præterierint ne porrigito. Polypose ex vino coctos edendos dato, & ius sorbendum, radiculæ quæ multæ comedendæ. Et nasturtii semen tostū, molitum, & tenuiter cribratū, deinde vino nigro acerbo iniecto bibat, polētamque tenuē, paucā mane bibendā dato. Balneo abstineat quoad hi dies præterierint. Vino & oleo tepē factis in cubili illine & absterge. Præonia seminis grana decem ex vino nigro decocta potui exhibeto, & raporum probè decoctorum iusculum sorbeat, caseo insulso cōditum, papauere, sale, oleo, lasere & aceto. Quòd si medicamentum propinare voles, granum cnidium propinato. Et post purgationem, farinæ coctæ & pinguis duo acerabula sorbenda dato, idemque vinum bibat. Ac medicamenta, sorbitiones & potiones quasque dederis, siue singula per se, siue plura simul exhibueris, profuerint, sicque citissimè sanum reddideris. Morbus autem grauis est, paucique euadunt. Alius Typhos. Hic quidem hanc ob causam gignitur, cum bilis putrefacta cum sanguine per venas & articulos permixta fuerit, sanguisque coierit, in articulis verò præcipue consistit, quandoque etiam in totum corpus decumbit, doloresque acutos exhibet. Plurique enim ex huiusmodi morbo claudi euadunt, vbi bilis in articulis retenta, in rosum obdurerit, dolor verò intermittēs, per tres & quatuor dies inuadit. Hunc ita habentem ad hunc modum curato. Dolore in corpore obrinente, tepēfactoria ex olis illis parare & admoñere oportet. Vbi autem remiserit, veratrum exhibeto, fotu prius vniuerso corpori adhibito. Postero autem die serum lactis caprini decoctum ad duos congios potui exhibeto, ad alterum congiū melle affuso, ad alterum verò sale iniecto, deinde vicissim alternatis poculis totum ebibat. Sub vesp̄um verò post purgationem, lenticulæ acerabulū sorbeat, & betarum pinguiū acerabulum polenta aspersa bibat. Pulli gallinacii carnem, vel columbar, vel turturis, vel ouiculæ, vel suis pinguis edat. Veratrum autē sexto quoque die exhibeto, & sicubi in articulis tumor exoritur, nec discedat, admota cucurbitula sanguinē detrabit, compunctis per acū triangularem genibus illi

quibus tumor extiterit, nullo tamen alio articulo compuncto. Intermediis autem diebus cibum sumat, panē quidem maximē assatum, mazam autem quā maximē melle & oleo subactam. Pro opsonio autem quā maximē assa habeat, volucrum verò carnes insulas. Sin minus etiam cum iure coctas, absq; caseo tamen, sesamo & sale. At piscibus vutur maximē carnosiss, assis tamen ad eundem modum quo carnes coctis, origano conspersis & oleo subunctis. Vinum si conferat, album bibat, quod si non cōferat, nigrum, & obambulationibus de die, post cēnam & mane se exerceat. Serum autem & lac, cū tempus feret, semper bibat. Quod si tibi visum fuerit, etiam asinum lac decoctum exhibeto. Et si sanus euaserit, à frigore & aestu sibi caueat, neque cibum admodum repleatur. Periculum enim est nerursus morbus reuertatur. Sic igitur curatus hic morbus, sex mensibus sanatur. Tot enim mensium interuallis lethalis sit necne iudicatur. Qui etiam si confestim curetur, molestus tamen est, & plerisq; ad mortem vsq; comitatur. Alius typhos. Oritur quidem hic morbus fructuum autumnalium tempore cū quis se iis omnis generis expleuerit. Plarisq; verò inde etiam eiusmodi morbus oritur, ex inexplibili placentarum ex sesamo aliorumq; ex melle dulciorum esu. Mel enim coctum in ventriculo ardorem excitat, eiq; affigitur, deinde vbi in ventriculo coctum fuerit efferuescit, venterque derrepente attollitur, incenditur, & disrumpi videtur. Deinde verò alui profluuium de repente contingit, cumq; semel fluere coeperit, per multos dies purgatur, multiq; ab hac purgatione sani euadunt. Cū igitur sponte purgatio cessauerit, lentium cremoris, addito sale tres semicongios vt ebibat cogito. Post succi autem purgationem, sub vesperum, lentiusculæ frigidæ insulas acetabulum multo lasere incocto sorbeat, & betæ non conditæ pinguis, polenta aspersa acetabulum. Vinum nigrum, austerum paulatim bibat. Reliquo autem tempore eadem faciat, & cibos assumat, panem exallatum, & mazam quā maximē melle & oleo subactam. Primis autem diebus farinam coctam & melle affuso refrigeratam comedat. Vinum bibat nigrum, acerbum, & quoad sedatus fuerit morbus hæc assumat. Qui verò sub autumnalium fructuum tempus morbo correptus est, statum exhibet

bet, tor
terq; ei
siquidem
diebus p
euadit.
co, aut g
etiam sp
rineat, &
bibendu
tione vt
ne habito
tercus o
subluere
Quod si
aqua m
mittito.
Typhos
midum
igitur m
pallido
tumescit
tem pra
gracilis
bo cōtin
rei caul
his calo
cesse es
tur affi
rarò ni
grauar
ter in s
eundor
trem it
rem ve
quæ ca
si anni
ctum v
ratus,
accipit

bet, tormina & dolorem, neq; cibaria demittere solet, vent-
 terq; ei magnus & durus est, & rigor febrisq; detinet. Huic
 siquidem venter commotus fuerit, viginti (vt minimũ)
 diebus purgatur, cumq; purgatio cessauerit, cõfestim sanus
 euadit. At si minimè purgatus fuerit, eum hippophaës suc-
 co, aut grano cnidio purgato. Sub vesperum autem eadem
 etiam sponte purgato exhibeto. Postridie verò si febris de-
 tineat, quietem agar, eiq; vinum idem ex aqua gelidissima
 bibendum dato. Quòd si febris minimè detineat, victus ra-
 tione vtatur non humida, sed valentiore, & ciborum ratio-
 ne habita deambulet. Ex hoc morbo plærisq; iam aqua in-
 tercurs contracta est. Et si visum fuerit aluum per infusum
 subluere, iisdem quibus in aqua intercute aluum subluito.
 Quòd si voles ex his infusum parato. Thapsiam herbam in
 aquæ nullæ hemina cõterito, deinde sic per infusum im-
 mittito. Hic hoc modo curatus citissimè sanus euadet. Alius
 Typhos. Gignitur quidem hic morbus cum corporis hu-
 midum putrefactum & plus æquo resiccatum fuerit. Cum
 igitur morbo detentus fuerit, habitu est perhumecto, sup-
 pallido, pellucido, & vesicæ urinæ similis apparet, sed nõ in-
 tumescit, verum tenuis est, aridus ac debilis. In corpore au-
 tem præcipuè clauiculæ extenuantur, & vultus vehementer
 gracilis est, oculiq; admodum caui, & hæc quidem ex mor-
 bo cõtinent. Quòd si corporis color niger extiterit, huius
 rei causa est. Cum in venas & cutē bilis atra subierit, cumq;
 his calor superuenerit, venulas à calore exuri & resiccati ne-
 cesse est, ac proinde sanguinem per venas excedere. Sic igitur
 afficitur, hic tenuis & vehementer gracilis euadit, oculis
 raro nictatur, & muscas in stragulis sectatur, cibis magis
 30 grauiatur quam sanus, lychni extincti odore gaudet, frequen-
 ter in somnis seminis profluuium patitur, & plærunq; inter
 eundem ei genitura effunditur. Huic cum sic habuerit, ven-
 trem superiorem videlicet, veratro nigro purgato, inferio-
 rem verò scammonii succo. At post purgationem, eadem
 quæ cæteris dato, & serum, lacque bubulum, aut caprinum,
 si anni tempus fuerit, exhibeto. Lactem etiam asininum deco-
 ctum vt aliquantulum purgetur, dato. Ad hũc modum cu-
 ratus, intra biennium ferè sanus euadit. Cibos quos velit
 accipiat, quàm plurimum comedat, & pro ciborum ratione

obambulet. Hic morbus viginti annis maioremprehendit, cumq; prehenderit, nisi per exordia curatio adhibita fuerit, non deserit, quin viginti anni præterierint, sed perseverat, deinde nonnullis dum curatio adhibetur, decedit. Gravis autem morbus est. Tenuioris intestini morbi aut voluuli. Conuoluuli appellantur hi morbi, ex hisq; præcipuè oriuntur, si quis calida & humida victus ratione per hyemem utatur, neq; ciborum ratione facta obambulationibus se exerceat, verum expletus perpetuò dormiat, deinde de repente longum iter per frigus conficere cogatur, postea sub ossibus rigor corripiat. Sic igitur afficitur, flatus vniuerso corpore oboritur, eius color plumbum refert, & perpetuò niget, adeò vt calida ei affusa, minimè calida sentiatur. Corpus autè eius dum lauatur à calida desquamatur, præsertim verò scrotum, siq; digito corporis partem aliquam comprimas, desiderere facies, & tibi vestigium apparebit, non secus acia farina aqua subacta. Maxime autem in pedibus desidet. Eius autem crura grauantur, & si deambulet, tremunt, siq; per æquiuolum locum iter faciat, crebrò admodum spirat, vix suspensæ esse videntur, sitis per noctem detinet, cibosq; quoscunq; comedit, crudos per aluum demittit. Huic ita habenti, cum ei fomentum admoueris, cneorum, aut hippophaeæ succum, aut granum cnidium propinato. Post purgationem autem eadem quæ superioribus dato. At post tridie lactis asinini cocti congium sale iniecto, bis ebibendum dato. Sub vespertum, panem in cœna sumat, pro opsonio habeat ouiculæ carnes coctas, & polypos ex vino nigro coctos, iusculumq; sorbeat, lenticulam ad hunc modum apparatus habeat. Lentis heminæ coctæ, probè tritæ, postea farinam commisceto, & laser derafum & salem iniicito, acetum infundito, & ad hæc allia simul coquito, deinde aqua affusa bis aurter feruefacta, simul ipsa rudicula agitato, postea deacta refrigerato. Sit autem non valdè crassa, cuiq; boni odoris gratia pulegium simul coctum iniectum sit. Interiectis autem diebus sexto quoque die vomitus exciter, subinde tamē ante vomitum & medicamenti potionem fomentum admouere oportet. Tercio quoque die balneum, si confecerat, exhibeatur, sin manūs, inungatur, & si possit, pro ciborum ratione deambulationibus utatur, & sambuci folia,

conyzæq;

conyzæ
curatio
Multis
est, veru
si tertio
men &
exalbid
tercus i
nimè se
rare, qu
ximè q
leriter
caution
hic æst
autem
tis dolo
ores fin
ilist vt
plentu
curare
exhibe
mento
lis, &
sanguin
contin
eoq; h
gingiv
vero e
alia ve
bulati
haberi
sublu
melli
item
succu
ferio
& la
man
quæ

eonyzæq; semper tenellæ decocta, edenda dato. Hac enim
 curatione facillimè deget, morbusque post annum deferet.
 Multis verò iam sanatis, post biennium morbus reuersus
 est, verum si redeat, eadem curatione curare oportet. Quòd
 si tertio reuertatur, tumor quidem non accedit, tenuis ta-
 men & gracilis euadit, & facies extenuari incipit, coloreque
 exalbido magis quàm prius existit. Huic interdum aqua in-
 tercus in ventre suboritur. Si igitur exorta fuerit, cum mi-
 nimè secare oportet. moritur enim, sed iisdem remediis cu-
 rare, quibus ex liene aqua intercute laborantem. Hunc ma-
 ximè quidem vt per initia cures tibi videndum est, sicq; ce-
 leriter sanum reddes. Morbus autem cum grauis sit, multa
 cautione indiget. Alius conuoluulus auriginosus. Inuadit
 hic ætatis præcipuè tempore, in palustribus locis, ex aquæ
 autem potione magis. Pleriq; verò sub sole volutati cū capi-
 tis dolore, eiusmodi iam morbo detenti sunt. Verum vt pri-
 ores similiter afficiuntur, colore excepto, pallidus enim ex-
 istit vt malicorium, & oculi interdū auriginoso colore im-
 plentur. Hunc cum sic habuerit, iisdem quibus superiorem
 curare oportet. Cicerum etiam alborum decoctum potui
 exhibendum, & vino permiscendum, eiusq; caput medica-
 mento tetragono purgandum. Hic superiore minùs lethali-
 sis, & conuoluulus auriginosus nuncupatur. Conuoluulus
 sanguineus. Cætera quidem copia eadem quæ prioribus
 contingunt, morbus autem per autumnum oriri incipit, in
 eoq; hæc accedunt. Ex ore malus odor expirat, à dentibus
 gingivæ abscedunt, & ex naribus sanguis effluit. Interdum
 verò ex cruribus vlcera erumpūt, & hæc quidem sanescunt,
 alia verò exoriuntur, color niger est, cuius tenuis, ad deam-
 bulationem & exercitationem alacriter se habet. Hunc ira
 habentem iisdem quibus superiores curato, & ex his aluum
 subluito. Cucumeris agrestis foliis quinque tenuiter tritis,
 mellis heminam dimidiam ammiscero, & salis pugillum,
 itemque olei heminam dimidiam, & betarum coctarum
 succi heminas quatuor. Dato etiam ad purgationem per in-
 feriora lactis asinini cocti heminas octo, melle affuso,
 & lac bubulum, si tempus ferat, quadraginta diebus bibat.
 mane quoque lactis bubuli heminas duas bibat, tertia a-
 quæ nullæ parte etiam interpositis diebus ammixta. Hic

morbus multa curatione indiget, alioqui non decedit, sed
 hominem ad mortem vsq; comitatur. Vocatur autem con-
 uolulus sanguineus. Morbi qui crassi nuncupantur. Ex
 crassis morbis nuncupatis, hi præcipuè oriuntur. Cum piti-
 ta & bilis in corpore mixta fuerit, in ventrem defluit, cum-
 que ibi coaceruata fuerit, attollitur, sursumque ac deorsum
 velut vnda discurrit, rigor & febrisprehendit, dolor ad ca-
 put decumbit, cumque ad viscera peruenerit, strangulatum
 adfert. Interdum pituitam acidam, quandoque verò etiam
 falsam vomit, cumque vomitione reiecerit, os ei amarum vi-
 detur. Latera rubores occupant, pituita nanque in ventre
 existente, sanguis calore coaceruatus ad latera fertur, & in
 iis rubores excitat, eaque calor maximè vexat, ipsique dorsum
 incuruatur. Cumque maximè doleat, corporis contactum
 non sustinet, dolet enim tanquam vlceratum, carnes præ
 dolore palpitant, testes contrahuntur, & ad sedem ac vesti-
 cam calor quidam & dolor irrumpit, crassamque vrinam
 qualem aqua intercute laborantes reddit, capilli ex capite
 defluunt, pedes semper frigidi sunt, dolor maximè ad late-
 ra, dorsum, & ceruicem vrget, eique ad cutem aliquid adre-
 pere videtur. Morbus autem interdum quidem vrget, in-
 terdum verò remittit. At procedente morbo assidue ma-
 gis vrget, cutisque capitis crassa & rubra est. Hic ad sex qui-
 dem annos hoc modo affectus perdurat, deinde sudor co-
 piosus & graueolens effunditur, crebrò verò per somnum
 veneris ludibriis agitur, illiusque semen genitale suberu-
 entum prodit & subliuidum. Hic morbus ex solis calore &
 aquæ potione oritur. Hunc igitur vbi sic habuerit, cncoro
 exhibito per inferiora aliquantulum purgato, aut grano
 cnidio, aut hippophaës succo. Lactis etiam asinini coctio-
 sto heminas, melle affuso potui dato. Postero verò die post
 purgationem eadem quæ aliis porrigito. Primis autem die-
 bus eadem quæ aqua intercute detentus in cibo accipiat, &
 si validus fuerit, obambulationibus se exerceat. Quod si in-
 ualidus propter febres fuerit, neque cibos comedere possit,
 lenticulæ sorbitione vtatur, & in potu vino nigro quàm au-
 stero. Hic morbus autumnò præcipuè & autumnalium fru-
 ctuum tempore inuadit. Hic si quidem intra sex annos cu-
 ratus fuerit, benè est, sin minus, ad decimum vsque annum
 perse-

DE INTERNIS AFFECTION. SECT. V. 587

perseuerat; plerosque verò nisi confestim adhibita curatio fuerit, ad mortem vsque comitatur. Crassi autem huiusmodi morbi ex bile oriuntur, cum bilis ad hepar confluerit, & in capite sedem habuerit. Sic igitur afficitur, iecur intumescit, tuncque ad septrum transuersum expanditur, statimque dolor ad caput, præcipue verò ad tempora ingruit, neque auribus acutè audit, sæpe verò oculis non videt, horrorque & febris inuadit. Hæc quidè per morbi initia ei contingunt, & interdum valdè quidem, interdum etiam minùs intermitunt; quantoque longius morbus processerit, tanto magis corpus dolet, oculorum pupillæ dissipantur, & cœcutit, siquid digitum ad oculos admoueris, non percipit, quòd non videat. Ex eo autem cognosces quòd non videat, quòd ad motum digito non nictatur, & floccos ex veste stragula detrahit, si quos videat, pediculos esse ratus. Cumque hepar ad septum transuersum magis explicatum fuerit, delirat, ei que ante oculos reptilia & cuiusvis generis variæ feræ apparere videntur, & homines armati, cum quibus ipse pugnare videtur, & tanquam pugnas & bella geri videat, eiusmodi loquitur, irruit, & nisi quis eum exire sinat minatur, sique surrexerit, crura attollere non potest, sed decidit, & eius pedes semper sunt frigidi. Cum dormit per somnū exilit, & terretur cum insomnia horrenda viderit. Eum autem in somnis exilire & terri ex eo cognoscimus, quòd ad mentem cum redierit, insomnia enarrat, quæque in corpore gessit, & quæ lingua locutus est. Hæc quidem ad hunc modum patitur, interdum verò per totum diem ac noctem voce defectus iacet, cum multa & conferta respiratione. Cum delirium quieuit, statim euestigio ad mentem redit, & si quis eum roget, confestim respondet, & omnia quæ dicuntur intelligit, deinde rursus paulò post in iisdem doloribus decumbit. Hic morbus maximè per peregrinationem contingit, & sicubi deferta loca peragrans, ex viso spectro terrore correptus fuerit. Quin & alias etiamprehendit. Cum sic habuerit, veratri nigri pondus obolorum quinque ex vino dulci propinato, aut ei ex his infusum iniicito. Nitri Ægyptij tali ouilli quantitatem læuiter terito, & mellis optimi decocti heminam dimidiam in pila ammisceto, & olei râtundem, cum bezarum coctarum decocto ad quatuor heminas, per noctem

cœlo sereno expositas. Quod si voles, pro betæ decocto la-
 asininum coctum admisceto, eaq; permixta febris detineat
 necne, per infusum immittito. Pro sorbitionibus, prisana
 decocta melle affuso vtatur. Mel autem, & aquam, & acetū
 simul permixta bibat, quoad morbus iudicatus fuerit. Iu-
 dicatur autem quatuordecim ad summum diebus lethalis
 sit, necne. Multis verò vbi iam quieuerit hic morbus, rursus
 reuertitur, quod vbi contigerit, periculum est ne æger con-
 sumtus pereat. Iudicatur autem morbus septem diebus le-
 thalis sit necne, quos si effugerit, ferè non moritur, sed in
 multis curatus decedit. Cùm verò cessauerit morbus opti-
 ma victus ratione vtatur, sensim adiciens quæ ventriculus
 suscipiat, vt non exurantur, neque alui profluuium superue-
 niat. Vtrunq; enim cum periculo coniunctum videtur. Bal-
 neo quotidie vtatur, & post cibos moderatè obambulet, ve-
 stem leuem ac mollem induat, lac & serum, si anni tempus
 ferat, per dies quinque; & quadraginta bibat. Quæ cùm fece-
 rit, citissimè sanus euadet. Morbus autem difficilis est, mul-
 taq; cura indiget. Alius crassus morbus. Oritur autem ex pi-
 tuita putrefacta. Ex eo verò vnde oritur putridum esse ma-
 nifestum est, quod inde ructus emittatur cum eiusmodi o-
 dore, qualem habet qui radículas ederit. Eiusmodi morbus
 à cruribus oriri incipit, deinde ab his ad ventrem ascendit,
 cumq; ad ventrè peruenierit, rursus ad viscera recurrit, & vbi
 in his constiterit, strepitum edit, & vomitionem ciet, simul
 pituitam acidam subputridam vomitione reiciens, quam
 cùm vomuerit, sibi non constat æger, deinde anxietudo est
 circa viscera, interdumq; tam grauis dolor repète capiti ad-
 hærescit, vt neque acutè audire, neque præ grauitate videre
 queat, sudor etiā multus graueolens effunditur, præsertim
 cùm dolor detinet, morbiq; remissionem facit. Color qua-
 lis in morbo regio ostenditur, hicq; morbus priore paulò
 minus lethalis est. Huic ita habenti ventrem inferiorè per
 hippophaes purgato, superiorem verò per veratrū, caputq;
 tetragono purgato, cumq; per veratrū purgatus fuerit, pos-
 tridie lacte asinino cocto aliquantulū purgato. Tertiū au-
 tem die caprino cocto, eodemq; sanè modo quarto & quin-
 to. At reliquis viginti diebus lac bubulum crudum, siue etiā
 caprinum, tertia aqua mulsa parte ammixta, ad congiū
 potui

potui exhibeto. Post inferiorem autem purgationem, eadē
 quæ aqua intercute detentis medicamenta porrigito. Reli-
 quo tempore cum lac bibit, in cœna panem exassatum su-
 mat, pro opsonio verò habeat, ex piscibus quidem scorpiū,
 aut callionymum, aut cuculum, aut squatinæ frustum
 cum condimentis coctum. Ex carnibus verò ouillas, aut
 pulli gallinacei, easque coctas. Vinum bibat album, si con-
 ferat, sin minus, nigrum austerum, deinde obambulet post-
 quam comederit, vt ne frigeat. Huic igitur prædictos cibos,
 10 si conferant, exhibeto, sin minus, sorbitiones ex ptisana &
 milio. In hoc morbo si triginta dies æger præterierit, sanus
 euadit. Hi enim lethalis sit necne decernunt. Est autem dif-
 ficilis morbus. Alius crassus morbus. Oritur ex pituita al-
 ba, in ventre verò colligitur, vbi febres diuturnę corpus oc-
 cupant. Hic morbus initium sumit à facie, quæ intume-
 scit, deinde ad ventrem deferitur, quò cum peruenerit, ven-
 trem in magnitudinem attollit, corpusque velut ab exercita-
 tione lassitudine laborat, in ventre ponderis sensus & dolor
 vehemens inest, & pedes intumescunt. Quòd si pluuia in ter-
 ram effusa fuerit, pulueris odore non sustinet. Si verò in plu-
 uia fortè fortuna constiterit, & terrę odorem senserit, de re-
 pente concidit. Hic morbus cum intermittit, diutius tamē
 priore occupat, & tardius soluitur. Eum autem iisdē quibus
 aquam intercutem curare oportet, fomentis videlicet, me-
 dicamentis, cibariis, & exercitationibus vehementibus. Hic
 morbus per sex annos detinet, deinde probē curatus cum
 tempore decedit, etiā si per exordia non curetur. Est autem
 molestus morbus, multamque curam postulat. De coxario
 morbo. Coxendicum autem morbus his ex causis multis
 20 præcipuè oritur, si quis per multum tempus in sole versatus
 fuerit, & coxendices incaluerint, humorque qui in articulis
 inest, ab æstu resiccatus fuerit. Quòd autē resiccetur ac con-
 crescat, id mihi indicio est. Æger enim articulos, præ dolore
 qui in eis est, vertere aut mouere non potest, & eò quod digiti
 constricti sunt. Dolor est ad lumbos præcipuè, & vertebra-
 quæ ad coxédices obliquæ fixæ sunt, & genua. In inguinibus
 autem simulque coxendicibus dolor acutus & æstuosus diu
 insistit, & si quis eum erigat aut transmoueat, præ dolore
 quantum potest ingemiscit. Interdum verò etiam cōuulsio,

& rigor, & febris superuenit. Oritur autem etiam à bile & pituita, oritur quoque etiam à sanguine, dolorque consimilis est, velut ab omnibus morbis, rigorque & febris levis interdumprehendit. Sed cum qui hoc morbo ex sole tentatur hoc modo curare oportet. Corpus eius adhibito fomento humectato, & cibos & porus, aliaque exhibenda, tepida & humida, eaque omnia cocta exhibeto. In cibo maza vtatur molli, nullo humore subacta, vinum bibat album, aquosum, & corpore quiete agat, & quamuis exurgere nequeat, parum tamen quotidie obambulet, neque frigeat, neque multum lauet. Cumque tibi probe habere, corpusque humectum esse videbitur, leui adhibito fomento multum foueto. Magis autem relaxat, & quod in articulis compactum est perhumectat. Postero vero die granum cnidium propinato. Quod si non iuuerit, hoc per infusum immittere oportet. Cape cumini triti heminam dimidiam, colocynthida non disiectam, paruam & rotundam, in pila contusam, & tenuissimè tritam, & nitri Aegyptij rubri, tosti & laugati minz quadrantem. Hæc in ollam immittito, & olei heminam affundito, mellis heminam dimidiam, vini alui & succi betæ heminam, hæc quoad probam crassitudinem habere tibi videantur coquito. Deinde his per linteum excolatis mellis Attrici heminam ammisceto, nisi mel simul coquere velis. Quod si atticum desit, mellis optimi cocti heminam in pila admisceto. Si verò infusum crassius fuerit de eodem vino habita crassitudinis ratione affundito, eoque infuso aluum subluo. Deinde finito ad tres dies usque vt purgetur. Quod si pluribus diebus purgetur, actis bubuli aut caprini heminas tres ebibendas dato, postea betas pingues insulas condimentis aspersis comedendas præhero. Ex hoc morbo multi claudi euadunt. At verò si ex bile morbus hic originem sumserit, veratrum, aut scammonij succum, deorsum purgans ei propinato. Posteiulmodi verò purgationem, succi prisanæ melle affuso acetabula duo sorbenda exhibeto. Postero autem aut tertio die, admoto fomento, lacte asinino cocto aliquantulum purgato. Sub vespertum betæ pinguis polenta aspersa acetabula duo comedat. Vinum album, aquosum, dulce, & nunc, & post medicamenti purgationem bibat. Si verò ex pituita

agros

DE INTERNIS AFFECTION. SECT. V. 591

ægrotes, ei granum cnidium, aut hippophaes, post admotū
fomentum propinato. Post purgationem autem easdem
sorbitiones, & potus, & lactis potionem adhibere oportet.
Interiectis verò diebus quàm leuissima victus ratione utatur.
Et si quidem ab his iuuetur, sat est, sin minus, ei multas
& alias crustas, in osseis quidem partibus per fungos, in car-
nolis verò per ferramenta, inurito. Quòd si ex sanguine æ-
grotarit, post adhibitum fomentum, & cucurbitulam ad-
moueto, & venas in poplite secato. Si verò tibi etiam videat-
ur, granum quoque cnidium ei propinato, quàm siccissi-
ma autem victus ratione utatur. Vinum quidem potiùs ne
bibat, sed si sanè bibere velit, quàm minimum & dilutissi-
mum exhibeto, & modicum obambulare iubeto, aut si pos-
sit, plurimum. Ex pituita etiam ægrotanti eadem facere cõ-
fert. Quòd si stare nequeat, eum creberrimè in lecto circũ-
ferre oportet, quacunque ex causa ægrotet, & per omnia
similiter, vt ne intus cartilago coalescat. Sin verò coaluerit,
& articuli concreti fuerint, omninò hominem claudicare
necesse est. Et si ei qui ex sanguine ægrotat velis per infusum
alium subluere, vt pituitam & sanguinem à coxendicibus
deducas, ex his infusum parare oportet. Salis pugillum tri-
tum ad olei heminam ammisceto, & hordei decocti hemi-
nas duas iniicito, deinde eiusmodi infusum immittito. Hac
curatione citissimè sanum reddideris. Morbus autem diffi-
cilis admodum & diuturnus est. Nervorum distentiones
tutes, Tetani vulgò dicti. Si quidem ex vulnere corporis ner-
uorum distentio contingat, sic afficitur. Maxillæ constri-
guntur, os diducere nequit, oculi lachrymantur & contra-
hantur, dorsum rigidum est, neque crura, neque manus, ne-
que spinam inflectere potest. Cum verò lethalis fuerit, po-
tus & cibi quos antè deuorauit, interdum per nares sursum
feruntur. Huic cum sic habuerit fomenta admo-
uere oportet, & pingui inunctum eminus ad ignem calefacere, & re-
pessatoria inuncto corpore adhibere. Et absinthium & lau-
ri folia, aut hyoscyami semen tritum, & thus, deinde vino al-
bo macerata, in ollam nouam infundito, deinde olei quan-
tum vini affundito, quibus calefactis, multum calidis cor-
pus & caput vngito. Postea reclinatum, perfusione per car-
nem facta, vestibus albis, mollibus & puris cõregito, vt ve-

hementer exuder. Aquam mulsam tepidam, si eam quidem bibere possit, per os exhibeto, si verò non possit, per nares infundito. Vinum album, quàm suauissimum & copiosissimum potui dato. Quæ quotidie facienda sunt, donec sanus euadat. Morbus autem difficilis est, & consetim curatione indiget. Distentio in posteriora (opisthotono dicta) in reliquis eodem vt plurimum modo afficitur æger. Oritur autè cum circa posteriores ceruicis tendones, aut ex angina, aut yua, aut locis ad tonsillas purulentis affectus fuerit. Interdum verò etiam ex capite cum febres superuenerint, conuulsio succedit, quinetiam & ex vulneribus. Hic in posteriora trahitur, & præ dolore, quo circa dorsum & pectus detinetur, lamentatur. Hic vehementer conuellitur, vt ægrè quidem qui adsunt eum cōtinere possint, quin ex cubili excidat. Hic frequenter quidem die dolore afficitur, frequenter etiam leuius habet. Cum sic habuerit, ei eadem quæ prioribus exhibenda. Hic verò morbus, vt longissimè, ad dies quadraginta detinet, quos si effugerit, conualescit. Alia distentio. Hæc distentio minus quàm priores lethalis est, ab iisdè autem oritur. Plerique verò ex casu in posteriora, in morbum inciderunt. Sic igitur afficitur æger. Corpus totum conuellitur, interdum verò ad quancunque corporis partem fortè contigerit, ea conuellitur. Et primùm quidem circumobambulat, deinde successu temporis, in lectum decedit, rursusq; dolor & conuulsio remittit, cumq; surrexerit, si fortè paucos dies huc & illuc oberrarit, postea rursus iisdem conficitur doloribus. Atque hæc ei contingunt, crebroq; mutatur. Si quid comederit, id non nisi ægrè & exustum per inferiora secedit, sed ad pectus cibus defertur, & suffocatio nem facit. Hunc si eodem quo priores modo curaueris, citissimè sanum reddideris. Infusum autem ex ptisanæ coctæ cremore cum melle in aluum iniicito.

Hippocratis de his quæ ad virgines spectant, liber.

Initium mihi ducendum est in hac tractatione Medica ab iis quæ perpetuò sunt. Neque enim fieri potest, vt quis morbo-

morborum naturam perspectam habeat, quod quidē artis
 est disquirere, nisi eam in singularibus, à principio ex qua
 dilcreui sunt cognoscat. Imprimis quidem de morbo sacro
 appellato, de attonitis, de terroribus, ex quibus vehemēter
 homines perterrentur, adeò vt desipiant, & interdum quidē
 noctu, quandoq; verò interdiu, vtroque etiam quandoque
 tempore, dæmonas sibi infestos videre se existiment. Dein-
 de ex huiusmodi visione iam strangulati sunt multi, at mu-
 lierēs plures quàm viri, quòd muliebris natura animi ma-
 gis sit demissi & pusilli. At virgines, quibus prope nuptiarū
 tempus instat vt viro coniungantur, istud sub mensium de-
 fœscum magis experiuntur, cū antea his malis non ad-
 modum conflietarentur. Postea enim sanguis in vtero con-
 tractur, velut qui effluere debeat. Cū igitur exitui via mi-
 nimè pateat, copiosior autem sanguis per cibos & corporis
 incrementum affluat, tunc sanguis effluuio carens, propter
 copiam ad cor & septum transuersum resilit. Vbi igitur hæc
 oppleta fuerint, cor obstupescit, indeq; torpor, & ex torpo-
 re dementia inuadit. Non secus ac si quis diutius sedeat ex
 coxis ac femoribus in tibias & pedes depressus sanguis, tor-
 pore adfert, ex quo pedes ad ingrediendum impotētes red-
 duntur, donec sanguis ad sese reuerterit, qui celerrimè re-
 currit, si steterit in aqua frigida, quæ malleolos superet. Hic
 igitur torpor faciliè repellitur. Citò enim propter venarum
 rectitudinem recurrit, locusq; hic corporis inter præcipuos
 non habetur. At ex corde & septo transuerso tardè recurrit,
 cū venæ oblique sint, & locus præcipuus, & ad delirium ac
 insaniam opportunus. Cū autē hæ partes oppletæ fuerint,
 etiam horror cum febre irruit, febres inerrantes appellant.
 Quæ cū ita se habeant, ob acutam quidem inflammationē
 insanit, ob putredinem clamat, ob caliginem terretur &
 timet, ob oppressionem verò quæ circa cor est, suffocationē
 sibi parant, ob sanguinis autem vitium animis anxietudine
 & impotentia conflietatur & malum contrahit. Quinet-
 iam alium horrendum in modum appellat, & in puteos de-
 scendere ac præcipitare, seseque strangulare iubent, velut hæc
 præstantiora sint omnemque vilitatem excedant. Interdū
 verò citra spectra, voluptas quædam mortis tanquam bo-
 ni cuiusdam expetendæ incellit. Redeunte autem ad men-

tem homine, mulieres cum alia multa, tum verò etiam præ-
tiosissimas vestes muliebres Dianæ consecrant, à vatibus id
iubentibus deceptæ. Verum ad huius mali liberationem
curatio est, si nihil sanguinis effluxum impediatur. Equidem
virginibus suadeo quibus tale quid accidit, ut citissimè cum
viris coniungantur. Si enim conceperint, sanæ evadunt,
Quod nisi fiat, unà cum pubertate, aut non ita multò post,
his tentabuntur, nisi viro iungantur. Ex mulieribus verò quæ
viris iunctæ sunt, sterilibus ista magis contingunt.

Hippocratis de natura muliebri, liber.

DE natura muliebri & morbis ista mihi dicenda sunt.
Potissimum quidem in rebus humanis causam esse di-
uinum numen, deinde mulierum naturas & colores. Quæ
enim admodum albæ sunt, humidiores & ad fluxionem ma-
gis comparatæ, nigræ verò duriores & adstrictiores. Quæ
ad vini colorem vergunt, medium quid inter utrasque ha-
bent. Ad eundem etiam modum in ætatibus contingit, iu-
venes quidem humidiores sunt, fereque copioso sanguine
abundant, seniores verò sicciores, paucòque sanguine red-
dantes. Mediæ, medium quid inter utraque habent. Eum
autem qui ista probè tractare volet, primum quidem à di-
uino numine initium sumere oportet, postea tum mulierum
naturas cognoscere, tum ætates, & anni tempestates, loca-
que ubicunque fuerint. Frigida enim loca ad fluxionem sunt
comparata, calida verò sicca & quæta. Doctrinæ autem ini-
tium a suapte natura humido faciendum est. Si hydrops in
uteris oboriatur, menses pauciores & deteriores contingunt,
deinde de repente deficiunt, venter intumescit, mammae
siccae evadunt, & in reliquis malè habet, sibi que utero ge-
stare videtur, ex quibus eam aqua intercute laborare cogno-
scas. Quin & ex uterorū osculo indicium sumitur, ad tactum
enim gracile deprehenditur, febrisque & aqua ipsam inua-
dit, quoque longius tempus processerit, dolor imum ven-
trem, lumbos, & laterum inanitatem detinet. Hic morbus
ex abortione præcipue oritur, & ex aliis etiam contingit.
Cum sic habuerit, calida lavare, tepescientia admovere o-
portet, quoad dolor non amplius detineat, & medicamen-
tum

tum deorsum purgans propinare. Post medicamentum vero, vteris fomentum ex stercore bubulo admoveo, deinde quod ex cantharide paratur in subditio apponito, tribus diebus intermissis, id quod ex felle conficitur. Vno vero die intermisso, per tres dies infusum ex aceto adhibeat. Et si quidem venter mollis euadat, & febres cessent, ac menses suboriantur, cum viro coniungatur. Sin minus, eadem rursus facito, quoad menses decurrant, & quibusdam in subditio appositis vtatur. Intermediis autem diebus, crethmi corticem, & pæonię grana nigra, & sambuci fructum ex vino ieiuna bibat, eaq; plurimam mercurialem, alliaq; cocta & cruda edat. Cibis mollibus, & polypis, aliisque mollibus vtatur. Quod si pepererit, conualescit. Si vteri ad hepar processerint, de repente vox deficit, dentes inter se collidit, & color niger euadit. Hęc autem de repente cum sana est contingunt. Hic vero affectus præcipue virgines vetulas affligit & viduas, quæ iuuenes pepererunt, & viduitatem experimuntur. Cum sic habuerit, infra manu propulsione facta, sub hepate & præcordiis fascia deligato, oreq; diducto vinū odoratissimum infundito. Naribus graueolentibus admotis suffitum parato, subter vero ad vteros odorata apponito. Vbi ad se redierit, medicamentum deorsum purgans propinato, posteaque lac asininum bibendum, dato. Deinde ad motis ad vteros fomentis odoratis, medicamenta ex buprestii in subditio apponito, postridie vero neropū. Intermissis autem diebus duobus, vteros per odorata infusa eluito, & postero die pulegium subdito. Intermisso vero die vno, suffitum ex asomatibus parato. Atque hæc viduam facere imperato, virgini vero vt viro iūgatur persuadeto. Vteris vero nihil adhibeto, neque medicamentum bibendum dato, sed conyzam & castorium ex vino ieiunæ exhibeto. Caput odoratis ne vngatur, neque ea olfaciat. Si vteri proci derint & foras prodierint, ignis pudenda præcipue & sedem occupat, vrina paulatim stillat ac mordet. Hęc contingunt si recens à partu cum viro concubuerit. Cum sic habuerit, myri baccis & loti ramentis in aqua decoctis, eaq; deposita, intum ventrem, & quàm frigidissima pudenda perfundito, & lauiter trita ex cataplasmate apponito. Deinde vbi aquam biberit, lenticulam, mel & acetū, vomat quoad vteri

subleuati fuerint. Et lecto à pedibus excitato iaceat, pudendisq; suffitum ex graueolentibus admoueat, naribus verò ex odoratis. Cibis autem quàm mollissimis & frigidis vtatur, & vinū aquosum album bibat, nō lauet, neq; cum viro dormiat. At verò si penitus extra pudēda proci derint, velut scrotū propendent, & dolor imum ventrem & lumbos prehendit, progressuq; temporis ad locū suum redire nolunt. Morbus autem inuadit, cū partui vicina vteris laborarit, aut puerperij purgamentis euntibus viro condormierit. Cū sichabuerit, refrigerantibus pudendis admotis, quod foris¹⁰ est vino nigro in quo malum punicū coxerit repurgatum & ablutum, intro retrudito, deinde mel admixta resina infundito, supinaque sursum sublati & extentis pedibus iaceat, postea appositas spongas ex lumbis religato. Cū verò ita habuerit, cibis quidem abstineat, potu autē quàm paucissimo vtatur, quoad septem dies præterierint. Et si quidem sic intro redierint, satis est, sin minùs, summis vteris derasis & calefactis, ablutis & illitis, alligataque ad scalam muliere, scālā ad caput cōcutito, & manu vteros intro trudito, postea eius cruribus alternatim simul colligatis, sic per diem¹⁰ & noctem finito, & paucum ptisanæ succum frigidū, nihilq; aliud exhibeto. Postero autem die reclinatæ coxendici cucurbitulam quàm maximam adhibeto, multoq; tempore trahere finito. At postquam detraxeris, cutem ne pertundito, sed recumbere finito, nihilq; aliud quàm succū exhibeto, quoad dies septem præterierint. Quòd si sitiuerit, aquā frigidam quàm paucissimam dato. At vbi dies septē præterierint, cibis quàm mollissimis & paucissimis vtatur. Quòd si aluum deiciere velit, recumbens deiciat, quoad dies quadraginta præterierint. Deinde surgat & quā minimum ambulet, neq; lauetur, neq; suffitiū ex graueolentibus adhibeat, & parū comedat. Vteri si adheferint, innituntur, & si attigeris duritatem sub lateris inanitate deprehendes, dolor imū ventrem inuadit, & laterum mollitudinem, & lumbos, dolorq; ad crus fertur, neq; extendere potest. Plærunque verò pus colligunt, & linamentorū curatione indigentes, nisi vras, aut feces, fluore pereunt. Vbi sichabuerit, medicamentum deorsum purgans propinato, multaq; calida lauato, & foueto, cumq; recens lota, aut fota fuerit, iubeto vt quæ sen-
sim

fin ad mota manu eam contrectarit, os locellorum detra-
 hat, sufficitq; ex myrrha calonia affuso rosaceo subter pariet.
 Bibat autē prœonię grana nigra quinq; ex vino odorato, ca-
 storio admixto, & in sanā coxam recumbat, eiq; batcarim,
 aut oleum album admoueat, allia plurima, tum cruda, tum
 cocta edat, succum sorbeat, cibisq; mollioribus utatur. Vbi au-
 tem dolor sedatus fuerit, in sanam coxam abduces, deinde
 ex vrina, lauro aspersa, fomentum parato, & à fomento cy-
 claminū adhibeto. Postero verò die lotē suffitū ex aromatis
 admoeto. Præcipuè autem ex hoc morbo infœcunda red-
 duntur. Si uterorum os complicatum fuerit, menses nō sub-
 oriuntur. Si verò suboriantur, pauci sunt & vitiosi, & vbi cū
 viro concreditur, dolet, dolorq; in utero ventrem & lumbos
 detinet. Quòd si digito contrectet & perquirat osculum, nō
 comparet. Vbi ita habuerit, fomentum ex vrina humana ad-
 hibeto, & à fomento lēticulæ decocto lauatur. Deinde post
 lotionem vnguento Ægyptiō utri foueantur. Quòd si ad
 nates odor peruenerit, eā sanam fore spes est. Cūq; dormire
 volet, oleum Ægyptiū ex lana in subditio apponito. Postē-
 ro verò die num magis directi fuerint considerato, postea
 odoratis foueto, & purgantia quæ minimè mordeāt subter
 apponito, postq; subditia æquali aceti parte admixta elui-
 to. Cū verò menses adfuerint, ieiuna & illota, post suffitū
 virum adeat. Ex hoc autē potissimum morbo steriles eua-
 dūt. Si uteri ad coxendicē emineant, tum menses non eunt,
 & dolor ad inū ventrem & lateris inanitatē peruenit, ac si
 digito cōtigeris, os in coxendice deprehendes. Cū ita ha-
 buerit, calida lauato, & allia quàm plurima cōcedenda dato,
 & lac ouillū impermixtum bibat. Et postquā impermixtum
 comederit, deinde fomento adhibito medicamentum de-
 orsum purgans exhibeto. Postquam autem purgata fuerit,
 rursus uteros ex sceniculo & absinthio simul permixtis fo-
 ueto. Vbi verò recēs sorta fuerit, os digito abstrahito, postea
 scillam in subditio apponito, post hoc autē intermissione
 facta, quod cū narcissino conficitur. Quòd si tibi perpurga-
 ta videatur, netopū subter apponito, posteroq; die vngue-
 rum rosaceum. Primò autem mensium die à subdititiis ces-
 sato, postridie verò vbi defecerint, incipito. In mensibus au-
 tem si quidem sanguis erumpat, satis est, sin minùs, cānthā-
 sim

ridas quatuor, refectis pedib⁹, alis, & capite bibat, p^{ro}niq^{ue} nigra grana quinq^{ue}, & sepiæ ova, liniq^{ue} semen ex vino. Quod si dolor & urinæ stillicidium detinuerit, in calida desideat, & aquam mulsam aquosam bibat. Si verò sub primū diem purgata non fuerit, rursus bibat quoad purgatio adsit, quæ ubi adfuerit, ieiuna virum adeat. In purgatione mercurialem edat, & polypos coctos, cibisq^{ue} mollibus vtatur. Morbo autem liberabitur ubi conceperit. Si ex partu minimè purgata fuerit, venter & crura intumescunt, rigor & dolor in venterem & lumbos occupat, quandoq^{ue} etiam ad viscera progreditur, & animo deficit. His per morbi exordia afficitur, procedente verò tempore, causæ faciei partes multum rubescunt. Cum igitur ita habuerit, post fomentū vteris admotum, cyclaminum in subditio apponito. Bibat autem quod cum taxa cōficitur, quoad fluxus emortus fuerit. Vterorum autem ori pingue anserinum, myrrham & resinam tepidam illinito & quàm maximè inducito. Ante cibum mercurialem coctam, allia & porrum edat, & brassicæ succum sorbeto, cibisq^{ue} mollibus vtatur, marinis autem potius & calida lauet. Pinguibus verò & dulcibus abstineat, quoad conualescat. Si vteri pituita redundantes fuerint, flatus intus oritur, & menses albi pituitosi prædeunt, interdum verò etiam sanguis tenuis, pelliculis plenus, neq^{ue} præ humiditate cum viro vult congregi, pallidaq^{ue} & gracilis euadit. Interrogare igitur eam oportet num quod defluit mordeat & exulceret, & si non mordeat, ex cerebro defluere asserito, si verò mordeat ex vetriculo. Si igitur ex vetriculo fuerit, post lenticulæ decoctū vomat, deinde veratro purgato postea in nares indito. Vbi verò superior vetriculus tibi per purgatus videbitur, medicamentum deorsum purgans proponato. Cibis pinguib^{us} & dulcibus abstineat, acres verò exhibeto, vt qui conueniant, nisi pudenda exulcerata fuerint, præstant autem frigidi. Parum lauet, neq^{ue} tamen calida, neque caput. Ieiuna verò hypericum, lini semen, saluiam ex vino diluto bibat. Vbi autem fluxus cessarit, grossorum succo eluito, deinde acerbis. Morbus autem grauis est. Si vteri inflammatione laborent, menses prorsus non eunt, vel pauci & pauci, cumq^{ue} ieiuna fuerit, eam vomitusprehendit, ubi verò quid ediderit, cibos vomitione reiecit, dolorq^{ue} in venterem

trem & lumbos detinet, animiq; deliquium occupat. Vêter autem interdum quidem durus, interdum autê mollis est, flatu distenditur, & magnus euadit, seq; vterò gestare existimat. Quòd si attrectarit, tumor ille euanesceit. Huic velut vterum gestanti, tumor paulatim ad decem vsq; menses increfcit. Cùm verò præterierint decem menses, venter aqua impletur, & vmbilicus extat. Quòd si immisso digito attrectaris, os vteri gracile in seq; confidens deprehendes. Vbi menses comparent, pauci & prauī prodeunt, ceruix & clauicula extenuantur, & pedes intumescunt. Cùm sic habuerit, 10 medicamentum deorsum purgans propinato, & ad vteros quæ purgent neque mordeant in subditio apponito, post quæ vteros æquali aceti acerrimi portione admixta eluito, mercuriale edito, succumq; farina iniecta cum decocta fuerit sorbeto. Hic autê morbus periculo proximus est. Si erysipelas in vteris suboriat, tumor à pedib' exorsus, ad crura & lûbos fertur quoq; lōgius tempus processerit, venter etiā intumescit, rigor, febris, & imbecillitas prehendit, neq; præ dolore quiescere potest, sed seipse difficit. Dolor verò ab 15 imo vterè ad lumbos sursum fertur; deinde sursum progreditur ad præcordia, pectus & caput, seq; mori putat, cumq; remiserit, manus, interdumq; etiā inguina, ctura & poplites inuadit, liuida euadit, & exiguo quandoq; tēpore meliuscule habere videtur, deinde rursus iisdem afficitur, corpus pustulis refertū est, in facie rubores exoriuntur, vehemens sitis detinet, & fauces arescunt. Hic morbus si prægnāti oboriat, perit, alioqui curatione adhibita sanescit. Cùm igitur sic habuerit, si dolor detineat, refrigerantia porrigere vteremque mouere oportet. Quòd si vterò habeat, cibis & portioni- 30 bus vtatur, quibus fœtus minimè perdatur. Si verò alius nō deiciat, per infusum subluo. Verū si vterò non habeat, medicamentū purgans potui exhibendū. Cibis quàm paucissimis, mollissimis & frigidis vtatur, mercurialem & sambucū comedat, & neq; falla, neq; pingua, neq; acria, velut organum, aut thymum, aut rutam Vbi autê febris & stragulatio dimiserit, tumorq; minimè substituerit, medicamentum valentius deorsum purgans postea propinato. Ex hoc autê morbo pauca euadunt. Si vteri præter naturam dehiscant, & menses plus iusto copiosi, & glutinosiores, & frequē-

tes eunt, neq; genitura intus manet. Quòd si digito cõigaris, os dehiscens deprehendes, febris, rigor, & dolor imum ventrẽ & lumbos corripit. Hic morbus ex fluxu sanguineo prehendit, qui exoritur cum menses de repente suppressi eruperint. Cum dolor maximè detinet, tepefactoria in subditio adhibeto, ex iisq; fomentũ vteris admoueto, & medicamentum deorsum purgans propinato, quæq; minime mordeant subdito, & cum acerbis post subditicia colluito, minimumq; lauet. Cibis autem quàm maximè siccis vtendum. Quibus factis nisi conualecat, medicamentũ ex quo per superiora & inferiora purgetur propinato. Cum menses commouebuntur, cumq; cessarint, eandem victus rationẽ adhibeto. Hic autẽ morbus lethalis est. Si vteri ad medicos lumbos fuerint, dolor imum vëtre, deinde crura detinet, cumq; ventris onus deponit, acutiores dolores suboriuntur, stercusq; non nisi vi progreditur, vrina guttatim fertur, & animo linquitur. Cum sic habuerit, adalligata vesicæ fistula, statum in vteros immittito, & fomentum admoueto, aut calida multa lauato, subter pudenda suffitum ex graueolentibus parato, subter nares verò ex bene odoratis. Vbi autẽ dolor cessarit, lenticulæ decocto prius posui exhibito, medicamentum sursum purgans, ex quo ventriculus emoueat, propinato. At postquam vteri ad suam sedem redierint, medicamentum deorsum purgans, postea etiam lac propinato. Deinde fomento ex vino ad vteros admoto, medicamenta quæ ex lauro conficiuntur immittito, & quæ non mordeant, admixto aceto in subditio apponito, postea suffitum ex aromatis parato. Steriles autem & claudæ ex hoc morbo euadũt. Cum fluo albus subortus fuerit, vrina qualis asini apparet, & dolor imum ventrẽ, lumbos ac laterum inanitates detinet, crura ac manus intumescunt, oculorum caua eleuantur, & oculi humescunt, color auriginosus & albus redditur, cumq; deambulat anhelatione corripitur. Hic morbus oritur, si naturã pituita abundas, febricitarit, bilisq; cõmota minimè purgata fuerit. Si igitur ventriculus coarctetur, alui profluvia contingũt, quod si ad vteros verratur, fluxus oritur. Hanc ubi alui profluiũ detinuerit, papaueris albi & rubri æquali portione corticẽ tritum, & spinæ fructũ ex vino aqua reperato, polenta recẽti immissa bibat. Quod si velit,

si velit, mali punici putamen cinere confectū, pari polentæ & farinæ portione iniecta, ex vino bibat, quā minimum verò lauet. Cibis maximè siccis & frigidis utatur. At ubi fluxus cessauerit, medicamentū ex quo superiora purgentur propinato, & lac asininū bibat. Cū verò deorsum purgata fuerit, lac bubulū ad quadraginta dies, si possit, bibat, & impermixtum cælo sereno expositum, vini quarta portione ad aquā ammixta. Sub vesp̄eram autē ubi ebiberit, sorbitionē ex alicaumat. Vbi verò ad diē decimum peruenit, lactis & aquæ decimam partē subtrahito. ¹⁰Quantam autem subduxeris, tantam recēter mulcti tepidi portione bibat, postero verò diē duas portiones, ut in decem portionibus pro modico diluto sit meracū, & ad dies quatuor bibat decima parte subtracta, & ampliore sorbitione adhibita. Cū autē decimam lactis portionem quatuordecim diebus biberit, tertiam aquæ partem affusam ad decem dies bibat, & cibus utatur. Sicq; dies exeunt in totū quadraginta. Vbi quæ natura sterilis existit partus eiicit, primū quidem menses deficiunt, & pauciores contingunt, tempusq; quo prius apparebant superant, deinde de repente copiosi puri & vehementes decurrunt. Et si quidē ei semel defluerint, deinceps pro ratione in vētre habet, sin minus, primò, secundò, ac tertio in mense decurrunt, postea per se fluxus desinet, pallidaq; & gracilis euadit. Medicamentum igitur sursum & deorsum, purgans propinandū, & lac asininum, aut serum postea bibendum, deinde post hæc admoto somento, vter medicamento quod minimè mordeat purgandi, postea aceto colluēdi, deinde suffitus ex aromatis parandi. Hæc autē facito, ut primo mensium diē facta sint, & ut neq; illota, neq; sine cibo maneat, cyceonē insulsum crassum ubi biberit, suffitū ex aromatis asperso netopo & vnguento rosaceo sibi parat, deinde virū adeat. Si acetabula pituita referta fuerint, menses quidem probè eunt, & vtero gerit. ¹⁰Sexum autem ubi validior fuerit, corrumpit. Neq; enim deinere potest, sed dirumpitur. Hunc autē in modum nosces. Humida redditur, & mucosū glutinosumq; defluit, neq; mordet. Et ubi à fluxu purgari desierint, cū mensibus per duos aut tres dies mucis ex vteris procedunt. Hanc grossorum decocto colluere oportet, & ubi bis aut ter acerbis postea collueris, deinceps

medicamentum ex quo pituita purgetur in subditio apponito, mollia fomenta admoueto, & post subditia pari aceri portione admixta eluito, & euntibus mensibus suffitū ex aromatis parato. Deinde à cibo & lotionē abstineas, cum viro dormiat. Cum menses latuerint, dolorimum ventrem detinet, eiq; pondus incūbere videtur, lumbi & laterū inanitates dolent. At vbi ad præcordia irruperint, suffocant, cumq; frequenti vomitione acida reiecerint, modico tempore melius habet, dolor verò ad caput & ceruicem fertur. Vbi igitur aduenturi sunt, si imperū fecerint, tepescientia subter apponito, suffitumq; ex graueolentibus appurato, infra verò ex odoratis, castoriumq; & conyzam potui exhibeto. Cum autē ad inferiora processerint, suffitū per inferiora ex graueolentibus appurato, ad nares autē ex beneolentibus. At vbi dolores quieuerint, medicamentum potui exhibeto, posteaq; lac asininum propinato, deinde succum ex quo vomat dato, & narib⁹ admoueto. Vbi verò purgaueris, fomento ad vteros ex his quæ cū lauro conficiuntur admoto, medicamentum ex narcisso apparatū subter apponito. Tribus autem diebus fomentis intermissis, id quod ex cantharide conficitur in subditio apponito, postero verò die adipē aserinū, deinde tribus intermissis diebus, ex eo quod cum aceto paratur eluito. In purgationibus autē mercurialem ante cibos edat, cibisq; mollissimis vtatur, & acria cōdat, bisq; die calida lauet. Quòd si his factis menses suo tempore non contingunt, cantharidas propinato, & vbi prodierint, ieiuna illora & suffita cū viro dormiat. Si ea quæ in vtero habet fœtum menstruum aut bimestrē perdit & perfere nequit, gracilisq; præter naturā euadit, huic vteri osculū purgare oportet. Neq; enim prius fœtū perferre poterit q̃ ipsius vteri crassi & validi redditū fuerint. Quòd si præter naturā crassior euaserit, vtero non cōcipit. Omentū enim præpingue superincūbens, vteros cōprimit, neq; geniturā suscipere sinit. Huic, vbi gracilē reddideris, medicamentū deorsum purgans propinare oportet, & ad vteros quoad eos purget & flatus excitet, subter apponere. At si vterorū osculū durū extiterit, aut ceruix, quod immisso digito deprehendes, itemq; si in coxendicē obuersi fuerint. Quòd cum sic habeat, nihil acre exhibeto. Si enim os exulceraris, vbi

inflam-

inflammatione tentatum fuerit, periculum est ne penitus sterilis euadat. Verum quæ non mordeant, ex quibus purgetur, subter apponito. Si eam quæ parere non potest purgare voles, & biliosa aut pituitosa fuerit. Quodnam autem ex his sit cognosces, si suppositæ aronæ, dum menses eunt, in sole sanguinem effusum siccare permittas. Et si quidem biliosa fuerit, sanguis pallidus in summa arena extrahit; si verò pituitosa, velut mucus. At certè vtrumlibet fuerit, vbi per inferiora purgaueris, ad vteros subdititia adhibero. Si menses prorsus non eant, si quidem ex dolore cōtingat, primum quidem ventrem deorsum purgato, deinde medicamentum à quo sanguis ex vteris purgetur subter apponito. Postea intermisso vno aut altero die, medicamentum ex quo sanguis purgetur in subdititia apponito. Reliquo verò tempore crethmi corticem ex vino tritum bibat. Si vteri osculum plus iusto humidum fuerit, acria vti mordeatur, & inflammatum admodum durum fiat, subter apponito. Quod si induratum fuerit, acria adhibeto. Quæ enim mordent, saniem diffundunt, postea mollia subter apponito.

10 Quinetiam ad alios morbos non minus apponito. Si puerperæ vteri ad coxendicem aut ad lateris inanitatem incubuerint, ad sanam coxendicem oleum Ægyptium album, aut Baccarinum vnguentum ad mouere oportet, & in sanam coxendicem decumbat. Præoniæ grana nigra quinque, sambuci fructum ad conchæ maioris mensuram, & castorii fabæ quantitatem ex vino bibat, mox lota suffitum adhibeat, potibus & cibis molliibus vtatur, mercuriali & acribus omnibus, præter raphanum & cepas. In vteri strangulatu graueolentia omnia in suffitu naribus adhibenda, bitumen

20 scilicet, sulphur, cornu, lucernæ funiculus, vituli marini adeps, castorium, pudendis verò odorata. At si puerperæ vteri inflammatione laborent, incenditur, & suffocatio detinet. Cum sic habuerit, algam marinam tritam in linteolo extento ex cataplasmate adhibero. Deinde farinam hordeaceam crudam, cinerem sarmentitium, & lini semen, aceto & oleo affuso in massæ subactæ formam decoquito, postea quam calidissimo imum ventrem ex cataplasmate linito. Quod si compacti fuerint vteri, lentibus cum multa mentha in aceto decoctis, vaporem in os naribus ad moris attra-

hat, & ex graueolentibus suffitum adhibeat, mercurialem comedat, & ex succo farinam coctam sorbeat. Quàm citissime & prius quàm dolor detineat, medicamenta exhibere oportet quæ vterorum dolorem sedent, & cibos sumat qui aluum deiciant. At si venter incalescat, per infusum subluo. Quòd si vteri ex partu inflammatione laborent, solani succum in pudenda infundito, & vbi calidus euaserit, alium affundito. Si verò hic non adfuerit, lentisci, aut rhamni, aut betæ, aut cucurbitæ succu expressum infundito, & q̄ in ipsa est mediū tenerrimū derafum, in longitudinem indito, deum cerusam aqua subactam, lana exceptam subdito, sin horruerit detrahit. Si mulier vterorum debilitatem, & a bile suffocationem sentiat, eamque leuiter purgare opus sit, doloremque sedare, peucedani succum ad tres cyathos potui exhibeto. Si in lumbis aut lateris inanitate vteri exterrint, si emouere velis, sulphur & bitumen tritum affuso melle cocto in glandulam crassam efformato, & in sedem immittito, & si vteri sicci euaserint, hæc quàm celesterrimè in subditio apponito. Cùm mulieri vteri duri euadunt, & ad pudenda prominent, inguinaq; indurantur, & ardor in pudendis inest, canceri initia suspecta sunt. Cùm sic habuerit, cucurbitæ interiorem partem terere oportet, & cum sauo aquæ hemina affusa in sedem immittere, & donec purgetur finire. Cùm verò mulieri medicamentum exhibueris, quæ vteros purgant, quæque impellunt admisceto. Potiones aliæ & subter apposita, quæ secundas educere & menses detrahere valent. Cantharidas quinque euulsis alis, pedibus & capite, deinde tribulos mari adjacentes cum radice tritos ad conchæ mensuram, & anthemii lutei interiorem partem tritam quantum concha capit, seminis apii æqualem portionem, & sepia oua quindecim, ex vino dulci temperato potui exhibeto, eumque dolor detinuerit in aqua calida desideat, & mulsam aquosam bibat. Foliorum ranunculi & floris triti stateris Æginæi pondus ex vino dulci bibat. Et vbi dolor detinuerit, cicer album & vuas passas in aqua decoctas & refrigeratas potui exhibeto, eumque stranguria reuauerit, in aqua tepida desideat. Adiantum stateris Æginæi pondere, ex vino albo, æquali aquæ portione temperato, propinato. Violæ albæ semen quantum tribus digitis capere possit.

repollis, ex vino albo eodem modo temperato, bibendum
 dato. Violæ nigræ radice ex vino macerata ad eundem mo-
 dum vtatur. Crinanthemum quod in domibus prouenit, ad
 eundem modum misceto ac propinato. Anchusæ folia ad
 pugillos duos in vino pari aqua temperato decocta bibe-
 da dato. Chamæleontis radicem deraſam, velut in veratri
 potione, ex vino aqua temperato decoctam propinato.
 Brassicæ & porri succum, vtrique laſeris succo ad tres obolos
 admixto, vini albi æquali admixta portione, bibendum da-
 to. Oliuas albas prius quàm oleum inſit in tenues partes di-
 ſectas ſiccato, deinde tuſas & cribratas, in vinū iniectas, bi-
 bendas exhibeto. Hoc & menſes detrahit, & ſecundas eiicit.
 Dictamnium Creticum oboli pondere ex aqua potui exhi-
 beto. Quo epoto ſi ſecundas eiicere non potes, ſambuci ſuc-
 cum coctum pro ſotu iniicito, & cantharidem ſubter appo-
 nito. Hoc etiam ſœtum expellit. Vbi verò morſum attule-
 rit, eo ablato, & vnguento roſaceo leuiter intincto, in ſub-
 ditio apponito quoad liberata fuerit. Populi nigræ Creti-
 cæ grana nouem trita, ex vino bibenda dato, eo etiam ab-
 luatur, ſi difficulter pariat. Conyzam quantum manus ca-
 pit leuiter tritam, porri ſucco macerato, netopo quantum
 conchæ maioris teſta capit admixto, hæc ex vino bibenda
 dato. Menſes detrahit. Peucedanum & panacem pæoniæq;
 radicem ex vino potui dato. Fœtum mortuum & ſecundas
 eiicit. Violæ & portulacæ ſemen, hæc contuſa & mixta ex
 vino albo vetuſto exhibeto. Menſes detrahit. Violæ albæ
 ſemen quantum tribus digitis comprehenditur, & ſtercoris
 caprini globuli quinque aut ſex. Hæc vino odoratiſſimo
 permisceto, ſomento prius ex aqua & oleo immiſſo. In ſedili
 autem ſomentum ad moueto, quo adhibito potui exhibeto,
 & quā citiſſimè in cubili reclinato. Braſſicam autem eden-
 dam, & ſuccum ſorbendū dato. Violæ albæ ſemen quantum
 tribus digitis capitur, ex vino propinato, & in aqua calida
 deſideat. Quòd ſi non habeat, ſcœniculi radices contuſas, a-
 qua muſſa tepida maceratas exhibeto. Fraxini pilulas circi-
 ter decē, ex vino propinato. Hoc valet ad omne vterorū do-
 lorem, & valde vrinā mouet. Laſeris ſuccum orobi quanti-
 tate, & naſturtii ſemen tenuiter trita & permixta ex vino
 aut lacte canino potui exhibeto. Hoc etiam fœtum eiicit.

Medicamentum factum eiiciens. Ranunculum & elaterii parum aceto mixtum & bene temperatum propinato. Ad idem. Brassicæ caulem tenerum in extremitate neto pillitum, affricato. Si menses non eant. Terebinthi fructum tritum, vino & aqua maceratum, & percolatum ieiuna bibendum dato, & calida lauet. Ad menses mouendos. Purpurea grana ieiunæ ex vino potui exhibeto. Ad puerperii purgamenta. Fœniculi semen, & crethmi corticem, & thus ex vino bibenda dato. Tædam quam pinguis simam in vino coctam, & prœniæ grana quinque ex vino trita, in hemina quadrante potui dato. Mercurialis semen & folia ex vino potui exhibeto. Prœniæ grana nigra quinque, & sepiæ ova ex vino propinato. Ad omnem puerperam. Oleo ad infusionem & polentam affuso aut cocto pro sorbitione utatur, & cibis quâ mollissimis. Scammonium ex lacte muliebri tritum, lana exceptum, in subditio apponito. Mercurialis folia trita in linteo subter apponito. Artemisiâ herbam tritam & rosaceo vnguento imbutam subdito. Albam radicem tenuiter tulsam, vnguento rosaceo subactam, subter apponito. Prœniæ radicem, melle, vnguento rosaceo & Ægyptio subactam, ex lana subter apponito. Farinam non lotam ad eundem modum apponito. Lolii & tritici farinam vnâ melle subactam, ex lana subter apponito. Menses & puerperia purgans, quod etiam aquas educit. Radicem struthij laxiter tritam quantum tribus digitis capitur, melle subactam in subditio apponito. Nasitur autem in Andri littoribus. Vteros repurgant. Mercurialis contusa & cucumeris agrestis modicum, ex vino tritum, ea melle subacta subter apponito. Leporis pilos vstos, ex vino tritos, melle cocto & aqua subactos potui exhibeto, & calida lauet. Quod partum purgat. Hordeum decorticatum ad dimidii hemichoenicis mensuram in aqua quatuor heminis coquito, ubi ferbuerit, bis aut ter sorbendum dato. Puerperii reliquias purgato. Sambuci folia affuso oleo cocta bibenda exhibeto, brassicas etiam coctas & porra edat. Vteros purgans. Rhœis folia & fructum ex vino bibendum dato, & infusionem ex vino tritum, polenta iniecta propinato. Misy obolos duos ex vino tritos & subactos in subditio apponito. Lini semen tritum ex vino subactum subdito. Tnsolii semen ex vi-

ex vino propinato. Vbi verò vteri ad lumbos incubuerint, polypos coctos & assos edar, & vinum nigrum odoratum, merum quàm plurimum bibat. Aliæ potiones, medicamenta subditiua & purgantia. Rhoem rubrum & vinacea ex aqua coquito, sitania farina in aquam iniecta, bibendam dato. Farinam in aquam immisam bibendam exhibeto. Mora rubi sicca, leuiter trita, recenti polenta admixta, quantum amborum acetabulum, ex vino odorato aquoso bibat. Terram nigram Samiam ex aqua tritam, astragali quantitate bibendam porrigito. Hypocystidem ex vino præbeto. Ex malis punicis vinosis succo detracto, eo polentam subactam siccato, deinde tenuiter tritam ex vino bibendam dato. Myrti nigre fructum tritum aqua maceratum, polenta immissa bibendum exhibeto. Mali punici dulcis assati drachmam tritam ex vino propinato. Triticum & hordea trita & torrefacta, ac in farinam redacta, ex vino nigro bibenda dato. Mali punici dulcis interiori partem, pari aquæ portione admixta, potui exhibeto. Cicuræ quantum tribus digitis capitur, ex aqua bibendum dato. Farinæ sitaniæ & gipli pares portiones ex aqua mixtas bibendas dato. Mali punici dulcis corticem & malicoria ex vino propinato. Si sanguis ex vteris effluat, viticis folia ex vino nigro potui dato. Ad fluorem & dolorem. Roris marini radicem ex vino propinato. Vterorum aliarum potiones. Cedri baccas, fœli, cuminum Æthiopicum, casie fructum, iuniperi baccas, milium, echinos paruos, melanthium, dauci radicem & semen. Ex aromatis verò, thymum, thymbra, erigen, hypericum, papauer album, crethmi radices & semen, maluarum radices, mercurialis semen & folia, vrticæ semen, saluiam, populum nigram, dictamnium, pseudodictamnium, amomum, cardamomum, helenium, aristolochiam, castorium, adiantum, draconium, peucedanum, rutæ folia & semen, apii semen, fœniculi semen, hipposelini & semen & radices, hippomarathri semen & radices, struthii semen & radices, hyssopum Cilicium, crysimum, pæoniæ, panacen. Horum quodcunque voles aut cum cæteris mixtum, aut per se ex aqua & vino decoctum, ut voles propinato. Optimè purgant & dolores sedant. Maluarum radicem ex aqua dato. Pæoniæ semen & parum cedrini olei admixtum

ex vino propinato, & vterorum dolores sedabit. Ad vteri strangulatum. Castorium & conyzam ex vino albo propinato. Quod si ad nares prorumpat, grani cnidii interiorem partem albam ammixto melle ad nares alline. Aliud dolores sedans. Maluæ radicem, & sceniculi & crethini corticem ex aqua propinato. Stellæ marinas nigras & brallicæ mixtas, ex vino odorato propinato. Myrrhæ obolos tres, coriandri parum, resinam, pæoniæ radicem, cuminum Æthiopicum. Hæc læuiter trita, vino albo macerata, summe tepida propinato. Quod vteros propellit. Ricini radicem potius exhibeto. Si vteri ad cor irruentes strangularint. Viticis & pæoniæ semen ex vino bibendum dato. Hæc subdita acris sanguinem cient. Cantharidas quinque thure & myrrhæ ammixta ad gallæ quantitatem, in longitudinem efformato, & lana circumductam, alboque linteo conuolutam, vnguentoque Ægyptio albo aut rosaceo imbutam, subdito. Buprestin integram, si parua fuerit, si magna, dimidiam, ad prædicta admisceto, & ad eundem modum subdito. Quod si mollioribus vii velint, buprestidibus in vinum iniectis, cuminum Æthiopicum, seseli & annisum addito & feruescificato. Ad decem autem buprestes olei acerabulum admisceto, reliquorum omnium singulorum par sit modus. Myrrham autem admisceto & thuris parum. Ex eo pugillo accepto, velut prius subdititium supponito. Melanthium cum melle tritum, & ex vino subactum, in glandulam efformato, velut in priore subdititio. Aparinem (philistium dicti) ad eundem modum apparatus subter apponito. Tilephii semen eodem modo apparatus subdito. Anemones foliis tritis & linteo exceptis, pauca myrrhæ admixta, ad eundem modum vtor. Quod sanguinem ducit. Glandem Ægyptiam tritam, & ex liliis confectum quod Sulinum dicitur, ex terra Ægyptia, aqua dissolutum, & lana conuolutum subter apponito. Aliud bilem purgans. Cucumeris agrestis medullam læuiter tritam, melle subactam, in glandem efformatam, in subdititio apponito. Colocynthis syluestris interiorem partem læuigatam, melle subactam, ad eundem modum subter apponito. Elaterii potiones quatuor, adipe asferino & caprillo ammixto, dimidiam glandulam formatam, & ex linteo in subdititio apponito. Thlaspi læuigatum, melle

melle subactum, subter apponito. Fici folia pinguiora de-
 rafa, admixtis duabus elaterii portionibus, & nitri quantum
 elaterii, melle subactum subdito. Si vterus pituita laborer.
 Nitrum rubrum, fici interiorem pinguedinem, singulo-
 rum æqualem portionem lævigatam, ad gallæ magnitu-
 dinem efformatam, subter apponito. Cumini folia ex vino
 trita, in linteo subdito. Radicem albam tenuiter tritam,
 melle affuso feruefactam, in glandis formam subter appo-
 nito. Lasæris succum & ficum simul mixta, in glandis for-
 mam subdito. Cucumeris agrestis semen tritum ad eun-
 dem modum. Fel tauri, nitrum rubrum, netopum, cyclami-
 num, horum tritorum quantum gallæ magnitudinem, cy-
 clamini verò maximam portionem, melle admixto in sub-
 ditio apponito. Cephæ caput purgatum, ex aqua tritum, in
 linteo ligatum subdito. Myrrham, salem, cuminum, fel tau-
 ri, hæc melle subacta, linteo imposita supponito. Grana de-
 corticata ferè triginta, & tria Indici medicamēti oculorum,
 quod piper vocatur, & de rotundis altera tria, hæc tria tenui-
 ter trita, ex vino veteri macerata, oleo dulci subacta, lana
 excepta subdat, & lotio abluatur. Tithymalli succum melle
 subactum, linteo exceptum, in subditio apponito. Scillæ
 radicem longitudinis sex digitorum, ad duos digitos lana
 conuolutam subdito. Emollientia alia aquas purgantia,
 sanguinem mensesque nisi diuturni fuerint ducentia, & os
 emollientia. Narcissinum, cuminum Æthiopicum, thus,
 absinthium, cyperum, aliorum quidem singulorum pares
 portiones, narcissini autem partes quatuor, ex linteo tenui,
 mixtas & tritas, in glandulam efformatas subter apponito.
 Cyclaminum tali magnitudine, & æris florem fabæ quan-
 titate, trita, melle subacta in glandem probè efformata
 subter apponito. Pulegium, myrrham, thus, fel suis melle
 subacta & in glandis formam redacta subdito. Alia acerba.
 Rhoem vino nigro subactū in subditio apponito. Cnicū ad
 eundem modum apparatus subdito. Loti ramenta eodem
 modo apparato. Rhoem melle ammixto subdito. Alia
 emollientia. Sulphur, adipem, oui vitellum, farinam,
 melle subacta & leuiter calefacta, quod lana exceperis sub-
 dito. Anserinam pinguedinem & adipem ouillum, ceram
 albam, resinam, vnguentum rosaceum tenui concripto

lintheo excepta subter apponito. Cerui medullam & adipem liquefacta, in vellere subdito. Adipem ouillum aut caprinum, & oui candidum vnguento rosaceo subactum, vellere exceptum, subter apponito. Ad colluendos vteros. Grossos hybernas in aquam iniectas lento igne coquito, deinde percolato, & affuso oleo colluito. Postea malicorio, galla, & loti ramentis in vino acerbo coctis colluito, percolato infundito. Facem vini vltam in aquam inticito, deinde aqua colluito, postea verò malicorio, myrti baccis, rhois foliis ex vino decoctis perluito. Lentisci, saluiaz, hyperici foliis in vino nigro decoctis vitior. Si quid in vteris exulceratum fuerit. Butyrum, thus, myrrham, resinam paucam, ex his colluere oportet. Porra in aqua vbi decoxeris, aqua percolata vino ammixto colluito. Sambuci fructum, anisum, thus, myrrham, vinum, horum succo colluito. Brassica in aqua cocta, in eius cremore mercurialem coquito, pauco lini semine iniecto, postea percolato colluito. Myrrhæ acetabuli quantitatem, thus, seseli, anisum, lini semen, netopum, resinam, mel anseris pingue, acetum album, vnguentum Ægyptium, horum singulorum parem portionem, vini albi heminis duabus macerato, deinde tepido colluito. Mercurialem vbi in aqua decoxeris, percolaris, myrrhæ acetabulum, thuris, netopi, singulorum æqualem portionem admisceto, tepido colluito. Saluiam & hypericum ex aqua coquito, & colluito. Sambuci fructum, lauri baccas, vtriusque parem portionem in vino coquito, deinde vino ad collutionem vitior. Pulegium in aqua cum decoxeris, oleo ad aquam affuso colluito. Anseris pingui & resina liquefactis colluito. Butyrum pauco cedrino oleo ammixto, cum melle liquefeceris, his tepidis colluito. Cyperum, iuncum odoratum, calamum aromaticum, hæc pari portione myrrhæ miscentur. Sisymbrio in vino cocto colluito. Apii semen, anisi, seselios semen, melanthium vino coquito, colluito. Cedrum Creticam vbi vino decoxeris, colluito. Bryoniam albam & myrrham aqua macerato, colluito. Argenti flore vino & aqua diluto, colluito. Elaterii portiones duas aqua macerato, colluito. Cucurbitas agrestes duas vino aut lacte cocto macerato, ad quatuor heminas percolato, colluito. Cucumeris agrestis medulla interiore ad palmi quantitatem

tem in aquæ heminis quatuor decocta, melle & oleo affus-
colluito. Radicis thapsiæ potiones duas, mel & oleum quæ
duabus heminis macerato, & colluito. Veratri duas portio-
nes ex duabus aquæ heminis maceratas, tepidum infundito.
Thlaspeos acetabulum melle admixto, duabus aquæ he-
minis macerato, tepido colluito. Cucumeris agrestis ad
palmæ quantitatem, in aquæ heminis quinq; decoctam, oleo
admixto colluito. Grana cnidia ferè sexaginta, melle aut
oleo macerata infundito. Si natura pituitosa fuerit. Cneori
10 potionem tritam in aquæ mulsæ heminæ Ægineæ mensura
macerato, colluito. Si verò biliosa fuerit. Daphnes portio-
nem odoratæ drachmæ quantitatem, scammonii portio-
nem tritam aqua mulsæ, aut aquæ vuar passæ hemina Attica
macerato. Daphnoidis potionem ad eundem modum ac-
commodato, & si biliosa fuerit colluito. Si verò pituitosa fu-
erit, grana selecta, & succi tithymalli potionem sumito, eoq;
colluito. Ad eundem modum etiam cneorum & peplum ad-
hibeto, & vtriusq; ad eundem modum vti oportet. Collutio-
nis autem copia amplior non sit quàm duarum heminarum.
10 Suffitum autem hæc contusa faciunt. Gallam suffito, & loti
ramenta, oleæ foliis siccis contusis admixta & oleo subacta,
ad suffitum adhibeto. In prunas substratas immisis hordei
paleis humidis suffitum parato. Super oleariæ amphoræ
operculo stæben succendito, & immisis cupressi ramentis
suffitum parato. Scammonium, myrrham, thus affuso vn-
guento ad suffitum adhibeto. Bitumen admixtis hordei pa-
leis ad suffitum admoueto, aut vituli marini pingue admix-
tum suffito. Fraxinum, cupressi ramenta, cyperi radicem,
vnguento rosaceo aspersa ad suffitum adhibeto. Calamum,
20 cyperum, bryoniam, muscum admixto simul aniso & apii
semine, vnguentoq; rosaceo aspersa, ad suffitum admoueto.
Resinam siccam in cinerem calidum iniectam suffito. Cin-
namomum, myrrham, cassiam, æquis singula portionibus
admisceto. Vel crocum admixta myrrha- & muscum æquali
croci portione. Calamum, cneorum, crocum, rosarum folia
zuba suae uolentia sicca & trita croco admisceto, & styra-
cem dimidia croci portione. Hæc læuigata, mixta & sicca,
melle quàm paucissimo cocto subigenda. Ex his omnibus
commixtis suffitus materiam oboli Attici pondere confici-

to. Hi suffitus in stercore bubulo parentur. Stercus autem bubulum in acetabuli olearii formam effingito, quod fundum tenue habeat siccumque sit. Ignis in quo sterces ponitur sit ex vitium sarmentis, cui insidens mulier suffitum accipiat. Galbanum, resinam, mannam, vnguento rosaceo aspersa suffito. Panacis & cupressi ramenta, vnguento Aegyptio albo madefacta suffito. Cinnamomum, nardum & myrrham, vnguento rosaceo irrigata suffito. Viola alba semen, cedri scobem & galbanum melle subacta suffito. Caprini stercoreis globulos & leporis pilos, vituli marini pingui aspersos, ad suffitum adhibeto. Coguli vituli marini pelliculam tenuiter contusam, spongiam, muscum, simul tenuiter trita & mixta, vituli marini pingui excepta suffito. Stercoreis caprini globulos, vituli marini pulmonem, & cedri ramenta suffito. Stercus bubulum, cedri ramenta, & bitumen suffitui adhibeto. Spinæ Aegyptiæ fructum, cedri ramenta, & myrti sicca folia. Hæc tenuiter trita, & oleo ballamino subacta suffito. Aromatibus in vnguentum immixtis suffitum parato. Vinacea tenuiter contusa, cedri baccas, resinam pineam, simul mixta & passo cocto subacta, suffito. Fotus. Stercus bubulum contusum & cribratum, aceti dimidiam portionem immixta decocti erui dimidia portione, leuiter foueto. Post adhibitum fotum, lenticulæ decoctum bibendum dato, farinam sorbendam ac reuocandam exhibeto, & vinum superbibendum. Postero verò die granum cnidium deuorandum dato, sequenti die quod urinā cieat. Ciceris albi partes duas tritas, vix passæ tertiam partē, aqua ad dimidias affusa decoquito, deinde percolatum per noctē sub dio reponito, post die bibendum exhibeto. De cætero saluiam, lini semen, polenta his ambobus admixta, bis die ex vini aqua temperati quatuor heminis dato. Olei dimidias heminas tres, sambuci folia quantum manus plena capit, hæc cocta in craterem calidum effundito, muliere vestibus circumtecta, in sedili collocata, testis calidis immixtis fomentum adhibeto. Sambuci folia quantum manus plena capit, & myrti æqualem mensuram in aquam intectam decoquito, & in percolatam aquam hordei paleas immixtas, decoctas in linteū immittito, deinde ex eo fomentū quā maximè calidum ferre poterit admoueto. Acetum, oleum, aquam.

aquam, melle admixto, hæc valde decoquito. Deinde vesicæ sumta congiū capiente, aut vtriculo ex tenui corio infundito, & tenui panno laneo ad fomentū conuoluito: Cum vero tepidus pannus fuerit, alium conuoluito. Pini corticem & rhois folia in aquam iniecta vehementer decoquito, in aqua diffusa hordei paleas oleo affuso coquito, hæc simul cocta, in pannum immissa ad fomentum adhibeto. Loti arboris & cupressi ramēta, affusa aqua & oleo coquito, quoad simul coxerint, deinde in pannum immissa ad fomentum adhibeto. Aromata in aquæ chœnicem iniecta decoquito, & in aqua furfures triticeos coquito. Ad eundem modum gallam contusam & rhamni corticē vehementer decoquito & triticeos furfures oleo admixto aqua subigito, deinde semiassum panem duas chœnices pendentem conficito, & in panno ligatum ad fomentum adhibeto. Brassicam & porra decoquito, succum ad eundem modum adhibeto. Hordei paleas oleo affuso simul decoquito, in panno ligatum ad fomentum admoueto: Solani & oleæ folia decoquito, ad eundem modum adhibeto: Atq; hæc quidem si humidis uti volueris, velut scripta sunt fomēta adhibenda. Sin siccis uti volueris, panibus exassatis & semiasstatis confectis, ad fomentum vitor. Sed & per testacea panno inuoluta, & per pānos ipsos calidos, & per lenticulata vasa testacea pedibus adhibita, aqua feruente infusa, fomentum admoueto. Iridis radicem tusam & decoctam, ad eundem modū in foru adhibeto. Si aqua in vteris suborta fuerit, menses pauciores, deteriores & longiore tempore fluunt, & interdum duobus mensibus aut paulo plus vtero gerit, quo exacto tempore & fœtum corrūpit, multaq; aqua in ea gignitur. Huic lac & meconii succū propinare oportet, quoad fœt⁹ moueri incipiat: Plurimq; tamen ante hoc tempus abortione corrumpitur, & sanguis ex vteris effluit. Hæc autem non magis ex labore quam aliter ei contingunt. Quod autem hydrops in vteris insidit deprehendes, si leuiter immisso digito contrectaris. Os enim ipsorum gracile, & præ humoris copia euanesceus comperies. Quod si ei non per initia, sed cum iam mouetur fœtus corrumpatur & suffocetur, venter imus intumescit, & ad contactum velut ex vlcere dolet, febris & dentium fremitus eam prehendit, dolorq; grauis & vehemens.

mens ipsa pudenda, imum ventrem, coxendices, laterum inanitates, & lumbos detinet. Cum sic habuerit, ipsam calida lauare oportet. Et qua parte dolor prehenderit, ex tepesfactoriis quod maximè recipiat ad mouere tentato, & medicamentum deorsum purgans potui exhibeto. Tempore autem quantum satis videbitur interposito, & fomento adhibito, cyclaminis aliquantulum panno inditum & ligatum, melleq; subactum ad os vterorum subter apponito. Et cupressi ramenta aqua macerata ad eundem modum subdito. Id autem breuiore aut longiore tempore sinendum, quanto magis mordet & vlcerat, & per specillum stanneum paratum, & digitum similiter iminittendum. Potiones experimento facto quasq; admiserit propinato, & hoc opportuno præsertim tempore cum viro dormiat. Nam si genituram continuerit, & prægnans facta fuerit, ac pepererit, expurgabitur, & cum ipso puerperii purgamento quæ prius in ea suberant. Atque ad hunc modum maximè sana euadet. Si vteri indurati fuerint, os asperum redditur, & menses delitescunt, & cum apparuerint, arenæ similes sunt, eoq; tempore genitura non fit. Quod si etiam digitum ad contrahendum immiseris, os vterorum asperum deprehendes. Cum sic habuerit, cyclaminum & salem tritum, & sicum crudam permixtâ, hæc melle subacta in subditio apponito, & post fomentum admotum, purgatoriis eluito. Mercurialem autem & brassicas coctas comedat, & succum sorbeat, calidâq; lauet. Si vteri tumorem durum senserint, menses absconduntur, & eorum osculum clauditur, neque prægnans fit. Cum sic habuerit, si digito contraharis, os asperum deprehendes, neq; digitum intromittit, febris & dentium fremitus eamprehendit, dolor imum ventrem detinet, laterum inanitatem & lumbos. Quæ ei contingunt si corruptus in ea fœtus computruerit. Quibusdam verò etiam ex partu, & plarumq; aliter contingit. Cum sic habuerit, ipsam multa calida lauare, eiq; fomentum ad mouere oportet. Recens lotæ & fotæ per specillum immisissum os vterorum aperito & dilatato, quod per digitum similiter facito, & subdititia medicamenta, velut in priore scriptum est, adhibeto, potiones eodem modo propinato, eandemq; vut in priore curatione facito. Si vteri ad latera incumbant,

ruffis & dolor detinet, sub costis velut pila sentitur, & ad
 contactum dolor velut ab ulcere, contabescit, pulmonis in-
 flammatione tentari videtur, conuellitur, & gibbosa euadit,
 menses in totum non apparent, quibusdam verò prius
 apparentes euanescent, tumq; cuncte debiliores, & paucio-
 res, aut deteriores sunt quàm antea, neq; eo tempore geni-
 tura intus oritur. Cùm sic habuerit, medicamentum deor-
 sum purgans propinare oportet, & post potionem calida
 multa lauare, & tepesfactoria quæ maximè admittere, admo-
 uere, & in subditiōe ea quæ sanguinem purgant apponere.
 Lini semen tostum, tustum & cribratum, papauer albū cum
 tenui polenta, caseum caprinum sorde & muria deraſa, hæc
 misce, vt casei partes sint duæ, reliquorū verò vna, & cum
 polenta vetere insulsa in vino ieiunę bibenda exhibeto. Sub
 vesperum autem cyceonem crassum melle affuso exhibeto,
 & ex potibus quem præcipuè admiserit propinato, & cre-
 bro foueto. Calida autem perfundito, & cerato leuiter e-
 molliendo à latere retrudito, latus fascia lata deligato, & lac-
 bubulum quam plurimum ad dies quadraginta potui exhi-
 beto, cibus verò quàm mollissimus vtatur. Hic morbus ve-
 hemens est & lethalis, paucaque etiam curata eum effugi-
 unt. Si vteri osculum conuieat, durum velut caprifici fru-
 ctus euadit, & si digito immisso contrectaris, durum & con-
 uersum comperies, neq; digitum intromittit, menses deli-
 tescent, genituram per hoc tempus nō recipit, dolor inum
 ventrem, lumbos & lateris inanitatem detinet, interdum
 verò ad superiora instat & suffocat. Cùm igitur sic habuerit,
 medicamentum deorsum purgans propinato, copiosa ca-
 lida lauato, & quæ os emolliant, in subditiōe apponito, im-
 missoque specillo aperito, quod per digitum eodem modo
 facito, & aqua perfundito. Vbi autem molle fuerit, quæ san-
 guinem purgant subter apponito, potiones, experimento
 tacto quamcunq; admiserit, exhibeto, brassicam comedat,
 & succum sorbeat. Si vteri transuersi fuerint, eorum quoq;
 obliquatum redditur, & menses interdum ei delitescent,
 interdum verò vbi antea comparuerint euanescent, neque
 similes existunt, sed deteriores & quàm antea pauciores, ne-
 que per id tempus genitura intus manet, dolor inum ven-
 trem, ilia, lumbos, & coxam detinet, eamque contrahit.

Cum sic habuerit, medicamentum deorsum purgans potui exhibendum, & calida lauandum, fomentumque admoendum. Cum autem recens fora & lota fuerit, mulier digito ad contrectandum immisso os vterorum dirigat & emendet, & suffitus ex odoratis adhibeatur. Ex positionibus quam maximè experimento facto admittenda exhibeto. Cibis autem mollibus utatur, & allia cocta & cruda comedat, viro condormiat, & in sanam coram decumbat, alteri autem fomentum adhibeatur. Morbus autem ægrè expellitur. Si vteri inflati fuerint, venter attollitur & flatu distenditur, pedes & faciei caux partes intumescunt, color deformis existit, menses per hoc tempus non eunt, debilis est & anxietate premitur, cumq; surrexerit aut progressa fuerit, erectæ cervicis spiratio eam detinet, quicquid comederit aut biberit, eam molestia afficit, gemit & animū magis despondet, quam prius quàm comederit, plarunq; etiam præfocatur. Cum sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinato, calida lauato, & fomentum adhibeto. Interiecto verò tempore aliquo, ex quibus purgetur & mordeatur subter apponito, creberrimè etiam totum corpus foueto, tuncq; subter pudenda suffitum ex odoratis, ad nares verò ex graueolentibus admocto, portiones quæ vteros purgent exhibeto, mercurialem edat, & lac bibat, velut in latus allapsu dictum est. Morbus autem diuturnus est. Alia curatio. Si in vteris sanguinis grumi fuerint, eorum os tanquam orobis plenum existit, & si attritis ita se habere comperies, menses non eunt, neque genitura intus manet. Cum igitur sic habuerit, cyclaminum detracto sorrice, allium, sales, sicum & mellis parum, bene trita & simul mixta in glandulam efformato, & ad vterorum os in subditio apponito, & ex aliis vterorum subdititiis, ea quæ conueniunt, nempe quæ acria sunt, rodunt, & ex quibus sanguis purgatur. Portiones quæ vteros purgent exhibeto, & omnibus derasis, conuoluta circa digitum vesicæ cute aut pellicula, os vterorum deradito. Si vteri intorri fuerint, menses non eunt, neque genitura intus gignitur, dolor inum ventrem, lumbos, & laterum inuicantes detinet, & si digito immisso contrectarit, os vterorum cum valde recesserit contingere nequeat. Cum sic habuerit,

bucrit, medicamentum ex quo sursum ac deorsum, magis
 tamen deorsum purgetur, exhibendum, oriq̃ue & vtero
 præcipuè fomentum admouendum, bisq̃ue die calida la-
 uandum, potiones quas maxime recipere expertus fueris,
 exhibeto, quàm frequentissimè eam viro dormiat, & bras-
 sicam comedat. Si vteri moti suo loco minimè maneat,
 quam verò in partem prolabantur dolores afferunt, incon-
 spicui existunt, interdum verò velut sedes extra prominent.
 Cum quidem supinam decumbere contigerit, suo loco ma-
 10 neant, vbi verò exurrexerit, aut prona incubuerit, aut ali-
 quantum mota fuerit, extra feruntur, plærūq̃ etiam qui-
 escunt. Hanc quàm maximè quiescere minimèq̃ moueri
 oportet, lectumq̃ ad pedes altiorem sternere, & iisdem qui-
 bus supra vti, acerbis perfundere, suffitum ex graueolenti-
 bus subter adhibere, naribus verò ex odoratis. Et malum
 punicum in medio per vmbilicum perforatum, & picem
 quæ maximè conueniat, in vino repectam, neq̃ admo-
 dum expressam, quàm penitissimè in subditio apponito.
 Cum verò aliquid subter apposueris, fascia lata exceptum,
 20 ex lumbis ne elabatur religato, sed vt intus maneat, & quod
 conuenit efficiat, & peplum cum caseo & polenta propina-
 to, velut in vteri ad latus prolapsu scriptum est. Ex potioni-
 bus, expertus quam maximè suscipiat, bibendam exhibe-
 to. Cibis verò quàm mollissimis vtatur, & quàm maximè
 cum viro dormiat. Si vteri plus solito hiarint, menses tum
 copiosiores, tum deteriores, & humidiores, & per longius
 tempus eunt, neq̃; genitura eam attingit, neq̃; intus manet,
 sed contra foras effunditur, & si digito immisso vterorū os
 contrectaris, dehiscens deprehēdes, & imbecillitas propter
 30 menses eam prehēdit, f.brisq̃; & rigor, dolor imum ven-
 trem, laterum inanitates & lumbos detinet. Hæc autem ei
 quidem præcipuè contingunt, si quid in ea corruptū com-
 putruerit & effusum fuerit, accidit etiā ex partu, & aliis alio
 modo. Cum igitur ita habuerit, medicamentum ex quo sur-
 sum purgetur propinare oportet, & cum dolor detinuerit,
 repectoria admoüere, & calida lauare, intermissoq̃; aliquo
 tempore ex infuso colluere, velut in superiore scriptum est,
 & potiones quas maximè suscipiat exhibere, ac in suffitu
 quæ siccant apponere, polypōs etiam & mercurialem edat.

Si vteri læues & lubrici extiterint, & menses copioſiores, & deteriores, humidiores & crebriores contingunt, genitura intus non manet, ſed contrà extra fertur, ſique digitum ad contrectandum immiſeris, os læue deprehendes, imbecillitas eam propter menses, & febris, & rigor inuadit, & dolor ad imum ventrem, lumbos, & lateris inanitates præcipue quidem ſi quid in ea corruptum computruerit, & ex partu, aliq; ex cauſa. Cùm ſic habuerit, vbi dolor detinuerit, curare oportet velut in ſuperiore ſcriptum eſt. Si vteri ad ventrem vergant, dolor acutus & vehemens coxendicem, lumbos ac lateris inanitates detinet, cruſq; claudicat. Cùm ſic habuerit, medicamentum deorſum purgans potui exhibendum, poſtridie verò ſuffitus admouendus. Hordei chœnices duas, oleæ folia tenuiter concifa, gallam contuſam & cribratam, hyoſcyami tertiam chœniciſ partem, hæc mixta & oleo ad dimidiam heminam in olla ſubaſta, per dies quatuor ter die ad ſuffitum adhibeto. Lac bubulum noctu mel & aqua bibat, & calida lauet. Si vteri ad caput vertant, iſtud erit indicio. Naſi venas & ſub oculis dolere exiſtimat. Hanc multa calida lauare oportet, & lauro & myrto in aqua decocto caput etiam lauare, & vnguento roſaceo illinere, ad ſuffitum odorata adhibeantur, & braſſicam comedat, ſuccumque in ſuper ſorbeat. Si ad crura & pedes vertantur, inde cognosces, pedum pollices ſub vnguibus conuelluntur, & crura ac femora dolor detinet. Cùm ſic habuerit, eam calida multa lauare oportet. Fomentum quod maximè ſuſcipiet admouere, graueolentia ad ſuffitum adhibere, ac vnguento roſaceo illinere. Si mulierem ex vteri dolore cibi faſtidium, febris & rigor prehendaſ, pepli albi quinſam dimidie chœniciſ partem, ſeminis vrticæ parem portionem, & caſei caprini de raſi chœniciſ dimidium, hæc vino veteri ſimol emollita, deinde coſta, ſorbenda dato. Si ex partu fluxus prehendaſ, cibi que in ventre minimè maneant, vix paſſæ nigra & mali puni ci dulcis interiora trita, & hædi coagulum vino nigro macerato vtiſor, & caſeo caprino de raſo, tritici que polenta torrefacta inieſta & probè temperata potui exhibeto. Si ex partu ſanguinem vomitione reiſciat, hepatis fiſtula perforata eſt, dolor ad inteſtina & eor procedit, & conuellitur. Hanc calida copioſa lauare oportet,

oportet, & ex tepefactoriis quod maximè suscipiet admo-
 uere, & lac asininum ad dies quinque potui exhibere, post
 hæc verò lac vaccæ nigræ ieiunæ ad dies quadraginta pro-
 pinare, sub vesperum autem sesamum tritū. Hic verò mor-
 bus cum periculo coniunctus est. Cum mulier ex longo in-
 teruallo non conceperit, mensesque apparuerint, tertio vel
 quarto die alumen tenuiter tritum, vnguento subactum,
 lana exceptum subter apponito, & tribus diebus positum
 teneat. Tertio die fel bubulum derafum & linteo impositū,
 10 ubi ramentum oleo madefeceris ac subegeris, in subditi-
 tio apponito, & tribus diebus detineat, altero verò die virū
 adeat. Linum scissum cum calamis fere pugillum tenuiter
 tritum, per noctem vino albo suauissimo maceratum, post-
 ea excolatum in ollula tepefacito, in eo lanam quā mol-
 lissimam intingito, & partim subter apponito, partimque
 detrahito. Si uteros purgare voles, primum quidem ex hor-
 deo oleo madefacto prunis imposito suffitum adhibere o-
 portet, postero verò die carnem ouillam decoquere in hor-
 dei decocto per noctem sub dio expositam. Hordei deco-
 15 ctum congi mensuram esse oportet, valdeque decoquere.
 Cum decocta fuerint, exactè tepida edat, & iusculum insu-
 per sorbeat. Postero verò die thus & pulgium lauriter tri-
 tum, melle subactum, vellere exceptum, triduo subter ap-
 ponito. Quod si ad sedem vergant, & alui excrementa sece-
 dere prohibeant, dolores lumbos, imum ventrem, & ilia
 detinent. Cum sic habuerit, eam calida lauare oportet, ad
 lumbos fomentum admo uere, ex graueolentibus suffitum
 adhibere, quæ uteros purgent & pellant in subditiio appo-
 nere, & quod maximè admiserit potui exhibere. Si os vlcē-
 20 ratum aut inflammatione tentatum fuerit, myrrham, adi-
 pem anserinum, ceram albam, & thus, cum leporis pilis qui
 sub ventre sunt mixta & trita, in vellere mollissimo subdito.
 Si secundæ deuolui nequeant, confestim quidem cibo ab-
 stinendum. Viticis autem folia tenuiter trita ex vino & mel-
 le, oleo affuso tepefacta, hemina mensura potui exhibeto.
 Si uteri inflammatione laborauerint, sambuci foliis quā
 tenerimis in tritici setanij farina crassiore decoctis, sum-
 mē tepidum sorbendum dato. Si uteri trāsmoti fuerint, he-
 deram quā siccissimam, tenuissimè tritam, linteo illiga-
 retur,

tam admovento, & pingue aliud nihil adhibeto. Potui autem exhibeto triticum tenerum non tostum, pepulum assatum, saluiam, cyperum & anisum. Hæc tenuiter trita, vino macerata, cum hordei repurgamenti bis die exhibeto, utraque vice dimidiæ hemioz mensura. Si menses præstituto tempore non eant, brassicæ folia & rutam tenuiter trita, deinde hordei paleas chœnicis mensura maceratas, quoad emollitæ fuerint, per noctem sub dio exponito. Manè verò in heminæ mensura, brassicam & rutam macerato, oleo affuso & permixto potui exhibeto, deinde polypum in vino albo suffocatum comedendum, & vinum ebibendum dato. Quod si voles pisces odoratissimos coctos comedendos & ius sorbendum exhibeto. Si superficialiæ igneæ caliditatis vlcerationes in pudendis fuerint, myrti baccis in vino decoctis pudenda collue. Deinde mali punici dulcis putamina vino decocta, myrrha & resina simul ammixta, vino macerata, linteam imbutum subter apponito. Si stranguria inuaserit, cucurbitâ ore & fundo dissecto, prunis subditis circumpositam, myrrha in ignem inspersa, & muliere super cucurbitam collocata, cucurbitæ summum in pudendum quàm penitissimè immittito, ut plurimus vapor ad pudenda deferatur, & portiones vrinam cientes ieiunæ exhibeto. Quod si ad cor prorumpentes vteri strangulatum inferant, neque decedant, porri & pulegij semen tribus aquæ cyathis maceratum, aceti albi cyatho addito, & mellis tertia cyathi parte, tepidum ieiunæ sorbendum dato. Si ex partu aut abortionis rigor inuadat, iuniperi fructum & saluiam simul trita, aceti albi cyatho macerata, affuso vini albi temperati poculo, inuoluta, & residere permilla, manè verò collata & tepida bibenda dato. Si vteri flatu distenti fuerint, & flatus in inferiore ventre gignatur, dolorque fuerit, saluiam & cyperum tusa per noctem macerato, manè percolarum, purum in ollam diffusum, triticea farina crassiore iniecta, & aceti albi cyatho, lasetis succo ad cyathi mensuram affuso, mixtum & crudius decoctum sorbendum dato. Si in pudendis grauis odor & columella innata fuerit, dolorque detineat, dolorem quidem sedabit apij semen ex vino ieiunæ exhibitum, grauem autem odorem anisum eodem modo datum. At columellam præcidere oportet. Si vlcera in pudendis

edendis innascantur, & pruritus corripiat, oleæ, hederæ, ru-
 bi, & mali punici dulcis folia trita, vino veteri macerato,
 deinde carnem recentem foliis obductam in subditio ap-
 ponito, & per noctem teneat. Ea verò mane eximita, myrto
 in vino decocto pudenda colluat. Si genituram non reci-
 piat, mensibus secundum naturam euntibus, membrana
 ori vteri prætenditur, quod etiam aliis ex causis contingit.
 Id autem cognoscas, si digito ad atrectandū immisso obi-
 cem attigeris. Hæc in medicamento subditio appoenda,
 10 refinam & grisei florem melle subigito, & eo linteum con-
 spurcatum quàm penitissimè subdito, filo in summo alliga-
 to, quod cum exierit, myrto in vino decocta, eo tepido
 colluatur. Si mulierem anhelationes inuadunt, sulphuris
 fabæ quantitatem, nasturtium pari portione, rutam & cu-
 minum Æthiopicum, hæc tenuiter trita, vino macerata, ie-
 iunæ potui exhibeto. Cibis autem abstinendum, & nō cre-
 bro edendum. Si puerpera flatu distenta fuerit ouillum aut
 caprinum iecur cinere obrutum edendum dato, meracius
 ad dies quatuor & vinum verus bibat. Si lumbis doleat, a-
 20 nifum & cuminum Æthiopicum bibat, calida lauet, & à
 balneo bibat. Si menses non eunt, testam crassio rem vstam
 & tenuiter tritam, & origanum anseris pingui decoctum ac
 lauigatum, testæ in linteo commixtum, tepidum subter
 apponito. Si vteri connueant, neque menses comparent,
 colocynthida agrestem, silphij semen, cuminum Æthiopi-
 cum, nitrum, salem Thebæicum, adipem renalem, farinam,
 myrrham omnia seruefacta, simul mixta trita, in glandem
 formata, subter apponito. Si vteri ad viscera versi strangula-
 rint, vinum cedrinum & cuminum Æthiopicum bibat,
 30 calida lauet, & à balneo bibat. Si menses non eunt, anseris
 adipem, netopum, refinam, simul mixta, vellere excepta
 mulier subter apponat. Si verò plus quàm conueniat pro-
 deant, susinum & raizæ linguam in vellere subter apponat.
 Si commoti vteri aliquam in partem procumbant, horde-
 um decorticatum tritum cum paleis, in vinum coniectum,
 cum cornu ceruino vino subactum, vtero ad suffragum ad-
 hibeto. Si secundis liberari nequeat, scæniculum ex vino, &
 oleo, & melle seruefactum potui exhibeto. Si menses non
 comparcænt, eosq; euellere voles, triticeam farinam crassius

mollitam & hordeum oleo affuso coquito, deinde comedendum dato. Si vteri inflammatione laborarent, vmbilici veneris folia & porrum cum triticea farina crassius molita, oleo affuso decocta, edenda dato. Si vteri moti aliquam in partem procubuerint, doloremque exhibuerint, olea scabiam, lauri & cupressi ramenta aqua decocta, linteo excepta, subter apponito. Si vterus doleat, dolorque ad vesicam pertingat, porri semen, ex aqua tritum, ieiunæ potui exhibeto, & tepefactoria admoueto. Si vteri promineant, eos aqua tepida lotos, oleo & vino illitos, rursus intromittito, ex 10 lumbis religato, & graueolentium suffitū adhibeto. Quod si virinam reddere nequeat, post calidæ balneum & forum, cupressi ramenta ad suffitum admoueto, & potiones virinam ducentes potui exhibeto. Si fluor muliebris contingat, suffitū ex acerbis adhibito, stercus asininum derafum, in velle re ligatum super apponito. Sit autem stercus asininum siccum. Si in pudendis vlcera exorta sint, adipem bubulum linito & apponito, & myrto ex vino decocta colluito. Si ex partu os exulceratum fuerit, rosarum florem tenuiter tritum, vino maceratum, ex leporinis pilis subter apponito, & 10 acerbis colluito. Si vteros dolor detineat, alij caput integrū, nitrum tostum, cuminum, hæc leuiter trita, melle subacta, subter apponito, calida lauet, & subcalidum bibat. Si pudenda superficiario vlcere laborent, adipem bubulum, butyrum, anserinum adipem, & susinum permiscero, his pudenda inungito, & aqua tepida colluito. Si sursum prorumpentes vteri suffocent, funiculum lucernarium accensum extinctum ad nares admoueto, quò fumum attrahat, & myrrham vnguento subactam, vellere exceptam subter apponito, & resinam oleo dilutam bibendam dato. Si secundæ 10 non secedant, mazam tritam in vellere ad subdititium exceptam subter apponito. & in pila ex vino tritam potui exhibeto. Si caput, venter imus & lumbi doleant, bilis vteros infestat. Huic igitur medicamentum quod sursum & deorsum purgare potest exhibere oportet calida lauare, & quæ bilem purgent in subditio apponere. Anisum & melanthium vino maceratum bibendum præbeto. Si fluor muliebris obortus fuerit, cancris fluuiialibus ex vino suffocatis, vinum potui exhibeto, quæque siccant ad suffitum & subdititium

ditium apponito. Ad idem. Porri pugillum ex vino tritum
 bibendum dato, siccis & acerbis vtatur. Ad idem. Mul-
 stercus vstum, tenuiter tustum & cribratum, ex vino mace-
 ratum bibat, reliquis quoque ad eundem modum vtatur. Si
 fluor muliebris obortus iam diu tenuerit, spōgiam vstam,
 tenuiter tritā, vino odoro maceratā propinato, & suffitu ad
 hibito reficcato, quodq; restringat in subditio apponito.
 Si vteros purgare voles, nitrū, cuminū, alliū, ficus, hęc tenui-
 ter trita, melle subacta subter apponito, calida lauet, & à
 balneo bibat. Si vteri dolor vexet, cyclamini radicē ex vino
 albo ieiunæ propinato, calida lauet, & à balneo bibat. Si
 lacextinctum fuerit, cætera quidem eodem modo curato,
 potui autem exhibeto fœniculi semen, & radices decorti-
 catas, simulq; butyrum decoquito, cum verò decocta fue-
 rint, refrigerata potui exhibeto. Optimum autem hippo-
 marathrum & hipposelinum simul cocta. Ad idem valet
 porrum tritum aqua maceratum, potui exhibitum, calida
 lauet, porrū & brassicam, & simul decocta cytisi folia edat,
 succumq; sorbeat. Ad idem, porrum tritum aqua mace-
 ratum bibendum dato, calida lauet, saluia decocta, & inie-
 ctis cedri & iuniperi baccis, succo diffuso, vinum affundat,
 bibat, ad reliqua iniectam farinam & bulbum, pauco oleo
 affuso edat, acribus, acidis, falsis, & omnibus oleribus cru-
 dis abstinat. Nasturtium ex vino potum prodest, lac enim
 purgat, calida lauet, & à balneo bibat. Si voles vt mulier cō-
 cipiat, ipsam & vteros purgato, deinde anethum ieiunæ cō-
 edendum dato, vinumq; merum superbibendum, & ni-
 trum rubrum, cuminum, resinam, melle subacta in linteo
 subter apponito, cumq; aqua defluerit, pessos nigros qui
 emolliant in subditio apponito, & cum viro dormiat. Si
 velis vt mulier concipiat, vbi ipsam vterosq; purgaueris,
 linteum detritum quā tenuissimum reficcato in pello
 adhibeto, & melle subactum in glandulas efformatum, fici
 succo imbutum, quoad os apertum fuerit subter apponito,
 deinde magis intrò pellito. Vbi autem aqua defluerit, &
 vino & oleo colluta fuerit, cum viro dormiat, cumq; dor-
 mire volet, pulegiū ex vino cedrino bibat. Medicamen-
 tum fortum ex vteris eiiciens. Cucumeris agrestis succum
 portionis quantitate in mazam efformatum in subditio

apponat, cum antea per duos dies ieiunauerit. Vux tamē
 nix agrestis pugillos duos aqua mulsa maceratos potui ex-
 hibeto. Medicamentum quo fecunditatem explores. Al-
 lium caput vnicum habens decoctum ad vteros subter ap-
 ponito, postero verò die immisso ad contrectandum digno
 consideret, & si quidem os deprehendat, bene se res habet,
 sin minus, rursus subter apponat. Aliud ad explorandam fec-
 unditatem. Netopum parua quantitate vellere inuolutum
 subter apponito, & videto quemnam odorem os redoleat.
 Medicamenta in subditio apposita. Scorpij marini fel in
 vellere conuolutum, & in umbra siccatum subdito. Pulegiū
 siccum tenuiter tritum, melle subactum, in vellere subdi-
 to. Cucumeris semen & testam vltam vino subactam, cum
 pilis leporinis, in vellere subdito. Alumen Ægyptium lana
 inuolutum subdito. Cantharidas vino maceratas in vellere
 subdito. Artemisiā herbam vino maceratam subter ap-
 ponito. Melanthium ex vino albo tritum, in vellere appo-
 nito. Recens enixæ, vnguentum rosaceum & ceram, in vel-
 lere subter apponito. Bulbulum in segetibus nascentem,
 tritum, vino subactū, in vellere apponito. Vini albi veteris
 fecem vltam, vino albo restinctam & tritam, in vellere ap-
 ponito. Galbanū, netopum, misy, vnguento rosaceo esce-
 pta, in linteo subter apponito. Elaterium fere duarū portio-
 num quantitate, & fauum vino subactū, in linteo subdito.
 Butyrum & alumen, melle subacta, in linteo supponito. Scā-
 moniæ succum & adipem cum maza permixtum, vino sub-
 actum, in linteo subter apponito. Si mulier concipere no-
 lit, misyos fabæ quantitatē aqua maceratam potui exhi-
 beto, & per annum non concipiet. Si periculum facere velis
 in muliere, prægnans sit necne, terra erythræa aut rubrica
 oculos illine, siq; medicamentum intrò subierit, prægnans
 est, sin minus, minimè. Si puerperæ pudenda vlcere super-
 ficiario laborarint, amygdalis tenuiter tritis, & medulla
 bonis aqua decocta, modica farina iniecta pudenda illine,
 & aqua in qua myrti baccæ decoctæ fuerint collue. Si vir-
 go calculo laborarit, radicis Æthiopiciæ folium ex vino ve-
 tere drachmæ pondere decem diebus exhibeto, deinde ex
 aqua percolatum diebus viginti, bisque die multa calida la-
 uet. Cataplasmata. Allium, portulacam, apium, loti & cedri
 ramentum.

zamenta, trita simul mixta, aqua mulsa macerata, ex cata-
 plasmate imponito. Rubi folia, myrti folia simul trita, aqua
 mulsa macerata, cum polenta subacta, in cataplasmate ad-
 moueto. Sambuci folia, myrti folia, terebinthi tenerissima
 germina, ad eundem modum ex cataplasmate imponito.
 Lotiramenta, mori folia trita, simul mixta, vix passæ aqua
 macerata, ex cataplasmate imponito. Suffitus. Ovis aut ca-
 præ pingue siccum ac rufum, & hordeum tostum ac cōfra-
 ctum, oleo subactum, ad suffitum adhibero. Cerui cornu &
 oliuas oleum nondum habentes, trita simul mixta ad suffi-
 tum adhibero. Rhoën rubrum & polentam tostam oleo
 subactam suffito. Polentam, sterces bubulum, & hordei
 paleas, hæc oleo subacta, suffitu adhibeto. Lori ramenta,
 rhois folia, & cupressi siccae rameta, vino nigro austero ma-
 cerata, ad suffitum adhibeto. Galbanum, manam, resinam,
 hæc vnguento subacta suffito. Capræ cornu, gallam, suillum
 adipem, & cedriam suffito. Terram à pedibus asinorum de-
 rasam, & sterces asininum, vino nigro macerata suffito. Col-
 lutiones. Myrti folia, lauri & hederæ in aqua decoquito, te-
 pido colluito. Rhois, mali punici & rubi folia in aqua mul-
 sa decoquito, colata colluito. Sambuci & lentisci foliis aqua
 decoctis & percolatis, summè tepido colluito. Fœniculi &
 brassicæ radice rufa, in aqua decocta, affuso oleo, deinde ex-
 colata colluito. Oenanthen, cyperum & vuas passas in aqua
 mulsa vbi decoxeris, colluito. Emolliente aliquo in aqua
 decocto, diffusa aqua, summè tepido colluito. Cupressi ra-
 menta, & amaracum passo aqua temperato, vbi decoxeris,
 colluito. Serpillum & violæ albæ radicem, cum in aqua mul-
 sa decoxeris, colluito. Hypericum, lentiscum, cedri baccas
 aqua decoquito, summè tepido colluito. Fauum, buriyum,
 resinam & anseris adipem aqua vbi decoxeris, colluito. Fo-
 tus. Lolium tostum & molitum in passo meraciore deco-
 quito, decoctum in linteo ligatum forui adhibeto. Lentem
 tostam detracto cortice, in farinam crassiorem redactam
 & in grumos collectam, aqua decoctam, in linteo ligatam
 apponito. Orobum eodem modo apparatus in forui ad-
 moueto, valet etiam saluia ad eundem modum apparatus.
 Saluia & hypericum in aqua decoquito, & hordei paleas in
 decocto coctas, in linteo ad fomētum adhibeto. Lori & cu-

pressi ramenta, vuae passae diluto decocta, ex linteo ligata fotui adhibeto. Olea myrti, hederæ & lauri folia, aqua decocta, & in ipso diluto colato hordei paleas decoctas, deinde in linteo ligatas fotui adhibeto. Cupressi & cedri ramenta, ac hordei furfures, simul mixta, & vuae passae diluto subacta, in pastillum efformato, hunc assatum, calidum, in linteo ligatum, ad forum admoueto. Violæ albæ semen & radices aqua decoctas, ex qua tritici furfures subactos in pastillum redigiro, calidum linteo inuolutum ad forum adhibeto. Serpillum in aqua decoctum, furfuribus triticeis in dilutum iniectis, eodem modo fotui admoueto. Spongiis calidis ad motis lanis mollibus, pannis lancis, & vasis testaceis aqua infusa, vtriculisque ad eundem modum diluto infuso ad fotum vritor. Medicamentum purgans. Si mulierem parere nequeuntem conceptui aptam reddere voles, ad menses animum intendere oportet, biliosane an pituitosa existat. Hoc sic prius cognoueris. Arenam tenuem & siccam soli exponito, cum menses iam fluant, in sole sanguinem effusum siccare finito. Ac si biliosa fuerit, in arena siccatu sanguis, pallidus redditur, sin pituitosa, velut mucus. Vtrum igitur horum contingat, ventrem, siue per superiora, siue per inferiora purgatione indigere tibi visum fuerit, purgato, deinde paucis interiectis diebus, vteros. Vteri fotus. Si duri fuerint vteri neque concipiat, vini quam suauissimi pari aqua temperati, tria semicongia Attica, radicem feniculi & feminis quartam partem, vnguentique rosacei dimidiam heminam. Hæc in ollam magnam nouam vino affuso fundens, ollæ operculum perforato, & arundine imposita forum adhibeto, arundinem cum operculo tollito. Nisi enim cum operculo abstuleris, exurerit. Post adhibitum fotum, scillam veluti infra scriptum est, subter apponito, tandiuque apponito, quoad os vteri molle & latum esse dicat. Quod si exulceratum fuerit, & pustulæ in purgatione exortæ fuerint, si quidem summa labra exulcerentur, anisum & adipem anserinum cum oleo rosaceo tritum, lana inuolutum, carnis bubulæ frustulum pedis pollice crassius, & longitudinis sex digitorum, medicamento illicum, lana conuolutum, & medicamento lana excepto, eius extremitate quod foras spectare debet, filo alligato, quod carnis

est reliquum in uteros qua parte vlcus est immittito. Menses purgantia. Si purgatio non decurrat, cucumeris agrestis interiorem partem trium obolorum pondere, artemisiæ herbæ, thuris obolum tritum, molle ammixto lana inuolutum, ad os uteri per diem quinquies apponito. Vitæ pampinum viridem ex melle tritum, lana inuolutum ad eundem modum subter apponito. Cupressi fructum, cucumeris agrestis interiorem partem, & thus ex eodem melle tritum, lana conuolutum, ad eundem modum subter apponito.

- 10 Cupressi fructum & thus ex eodem melle tritum, lana conuolutum, subter apponito. Abrotanum trium obolorum pondere ex melle tritum, lana conuolutum subdito. Elaterij obolum, & myrrhæ tantundem ex melle tritum, lana inuolutum subdito. Medicamentum purgans ubi mulier non concipit. Tauri urinam ad tres heminas collectam sumito, deinde artemisiam herbam, aut parthenium, aut adiantum, & laurum viridem, & cedri ramenta, tenuiter confusa omnia simul misceto. Deinde in effossa scrobe, & accensis carbonibus olla imposita, urinam tauri infundito, immisisis iis quæ in pila sunt confusa. Postea circumposita sella, artemisiam herbam, aut hyssopum, aut origanum imponito, deinde mulierem collocatâ donec sudet foueto. Vbi sudarit, balneo calido artemisia & lauro iniecta lauet. Deinde subdititium medicamentum apponito, aut artemisiam, aut bulbulum ex vino albo tritum, lana conuolutum in subdititio apponat. Hæc per tres dies faciat, postea cum viro dormiat. Subdititium medicamentum ad conceptum faciens. Ex nitro & thure cum melle glandulam confectam subter apponito. Subdititium purgans & emolliens. 30 Caricam coquit donec grana interiora deponat, id expressum læuissimè tritum, in vellere cū vnguento rosaceo subdito. Aliud actius. Brassicæ, rutæ, æqualibus vtriუსque portionibus tritis ad eundem modum vtitur. Subdititiū aliud tum emolliens, tum purgans. Anseris medullam, aut bouis, aut cerui, fabæ quantitate, vnguento rosaceo, & lacte muliebri terito, velut medicamentum emolliens teritur, deinde eo os uteri linito. Aliud tepidum purgatorium. Anseris medullam nucis quantitate, resinæ lentiscinæ aut terebinthinæ tantundem. His lento igne ex vnguento rosaceo li-

quesactis, velut ceratum conficito. deinde co tepido vteris
 inungito, & pectinem perfundito. Purgationem deorsum
 detrahens & sistens. Præoniæ grana nigra aut rubra tria vel
 quatuor, ex vino trita potui præbeto. Quod si magis detra-
 here voles, præoniæ grana nigra trita ad eundem modum
 bibenda exhibeto. Aliud purgans & detrahens. Lauri bac-
 cas viginti ad summum, & fescilios acerabuli dimidium, tri-
 tum ex vino bibat. Tauri vel trium dimidiorum obolorum
 Atticorum pondere, ex vino tritum; ieiunæ bibendum dato,
 & catapotia efformata exhibeto. farinam sitianiam, myr-
 rhæ obolos tres, croci tantundem, castorij obolum, hæc tri-
 ta cum vnguento rosato in subdititio apponito. Aliud pur-
 gans. Vriticæ semen & maluæ succum cum anseris adipe tri-
 tum, subter apponito. Si non purgetur ex partu, facinæ pol-
 linem quantum tribus digitis apprehenditur, melle affuso
 decoctum, ventri ex cataplasmate imposito, & bibendum
 exhibeto. Vteros aperiens idem etiam purgans. Canthari-
 das quinque aceto albo affuso terito, neque liquidum ad-
 modum facito, sed vt pastillus effingi possit, ficus autem al-
 bæ pinguis detractis granulis & pelle, duplum ad cantha-
 ridas amisceto, tenuiter tritum & lana tenui couolutum,
 subter apponat. Purgans. Si ex partu minimè purgata fue-
 rit, trifolium ex vino potui exhibeto. hoc etiam menses e-
 rumperere facit, & sætum eiicit. Vteros purgās. Si puero im-
 mortuo sanguis remanserit, colocynthida syluestrem tri-
 tam ex melle delingat, aut in subdititio apponat. Sangui-
 nem purgans. Sanguinem ex vteris expelles. violæ albæ so-
 men tenuiter tritum, vino maceratum, si bibendum exhi-
 bueris. Sanguinem eodem modo ex vteris expellit. Rheis
 semen cum rubrum fuerit, ad grana triginta viridia trita, &
 rosas caninas rubras, eo quod rubrum est selecto, potui ex
 vino exhibeto cum sanguis eruperit. Subdititium medica-
 mentum purgans. Si menses non apparent, styracem & o-
 riganum tenuiter terito, & adipe anserino affuso commi-
 scero, postea subter apponito. Subdititium purgans quod
 vteros purgat & euacuat. Absinthij radicem tenuiter tritam
 melle admixto, cum oleo subter apponito. Subdititium me-
 dicamenta vteros purgantia, aperientia & aquam ducenti-
 tia. Scillæ frustum sex digitorum longitudine sumito, par-
 uiv-

ti, verò
 to & la-
 quæ d
 fiant.
 laurur.
 cir, men-
 turni fu-
 minum
 sum, fal-
 so lorum d
 omnia p
 efforma-
 gram,
 & pecto-
 aqua od

to A D
 lie
 celiu
 experta
 sensum
 perioru
 Qui cū
 tum ven
 etiam co
 conting
 partu in
 nas mag
 fieri nec
 eos non
 mulier d
 note la
 mulieri
 cedentes
 si nunqu
 teri, & c
 vterū g

superò digiti crassitudine, cuius duos digitos circumradi-
to & laungato, reliquo lana sordida conuoluta, ea parte
quæ derata est ad os uterorum apposita, per diem & noctem
sinito. Quod ubi lauerit & detraxerit, aqua odorata per-
luatur. Purgans & emolliens quòd aquam & pituitam du-
cit, mensesque pallidos & suberuentos deturbat, nisi diu-
tius fuerint, & os emollit. Vogueuntum narcissium, cu-
minum, quod editur myriham, thus, absinthium, cupres-
sum, salern, oleum rosaceum, reliquorum quidem singu-
lorum congiuntum vnum, narcissi verò partes quatuor, hæc
omnia permixta, tenuissimo linteo excepta, in glandulam
efformato, aut pennam tenui panno circumdatam & deli-
gatam, ac oleo albo Ægyptio intinctam, subter apponito,
& pertotum diem sinito. Deinde ubi lauerit & detraxerit,
aqua odorata perluatur.

Hippocratis de morbis mulierum, liber I.

AD hunc finem modum de mulierum morbis sentio. Mu-
lierem quæ nunquam peperit maiore cum molestia
celarius ex mensibus profluentibus affici, quam quæ partum
experita est. Vbi enim peperit, venulæ ei ad mensium de-
scensum iasant ampliores. Amplas autem ipsis reddit puer-
periorum effluxus, qui purgationis quoddam genus est.
Quicquid vi prorumpit, vicinæ maxime corporis partes,
tum ventris tum mammarum affacim effunduntur. Quin-
etiam corpus reliquum confertim vacuatur. Quod videtur
concingat à nobis est commemoratum in pueri natura, cum
partu in lucem editur. Corpore verò vniuersim effuso, ve-
nas magis aperiri & ad mensium profusionem ampliores
fieri necesse est, ut eosque magis patere, nimium puero per
eos non sine vi & dolore egrosso. Quibus ita constitutis,
mulier quæ puerperij purgamenta experita fuerit, cum mi-
nore labore purgationem menstruam sustinet. Quod si
mulieri quæ iam peperit affectio aliqua contingat, ita ut pro-
cedentes mentes probe epurgari nequeant, ea facilius quæ
si nunquam peperisset, labor ferat. Alluefacti enim sunt va-
teri, & corpus ad repletionem accommodatum, vult quæ
veterum generis simulque magna est in corpore amplitudo. Am-
Rr 2

prior autem fit sanguinis via vbi peperit, vniuersim nimirum euacuato corpore, cumque corpus amplam capacitatem habeat, minorem sentit molestiam, nisi venæ supra modum impleantur, & nimio dolore afficiantur. At verò ei quæ nunquam peperit, cum corpus ad repletionem minimè assuefactum sit, & validius, solidius, & densius existat, cum puerperij purgamenta nondum experta sit, vterique osculum minimè pateat, maiore cum molestia menses prodeunt, pluresque affectiones incidunt, vt proinde menses intercludantur vbi nunquam pepererit. Atque ad hunc modum se res habet, velut antè à nobis dictum est. Mulierem rariore & molliore carne esse quàm virum censeo. Atque cum id ita se habeat, mulieris corpus celerius & magis humorem ex ventre trahit, quàm viri. Si quis enim aquæ in loco humido per duos dies & duas noctes lanas puras imponat, & vestimentum parum densè contextum, æquali cum lanis pondere, iis sublatis & appensis, longè grauiores lanas quàm vestimentum comperiet. Quòd cum sit, ab aqua quæ in vase lati oris est, semper sursum aliquid decedit, lanæque cum raræ sint & molles, eius quod secedit maiorem partem excipiunt. Vestimentum autem, quòd plenum sit & cōsertim contextum, explebitur, neque multum eius quod decedit excipiet. Ad hunc sanè modum mulier cum rarior sit, ampliorem ex ventre in corpus humorem & citius quàm vir attrahet, cumque molli carne sit, vbi sanguine corpus expletum fuerit, nisi ab eo aliquid decedat, carnibus expletis & concalefactis dolor oboritur. Calidiorem enim sanguinem mulier habet, ideoque viro calidior est. Quòd si plurimum ex eo quod accedit secèdat, neque dolor, neque calor à sanguine oritur. Cum verò vir carnis sit solidioris quàm fœmina, neque superiore ventre ita sanguine supra modum impletur, vt nisi aliquid sanguinis singulis mensibus decedat, dolorem suboriri necesse sit, trahitque quantum sanguinis satis esse possit ad nutritionem, cumque corpore non sit molli, neque nimium dolore affligitur, neque vt mulier ex plenitudine supra modum incalescit. Ad id autè multum viro confert, quòd duriter se magis quàm fœmina exerceat. Vehemens enim exercitatio nōnihil humoris deducit. Postquam igitur mulieri quæ nunquam peperit menses

ses delitescunt, neque foras exitum inuenire possunt, hic
 morbus oritur. Id autem contingit, si vterorum os conclu-
 sum aut obtortum fuerit, aut pudendi pars aliqua inuerfa.
 Ex his enim si quid adsit, non ante menses exitum inuenire
 poterunt, quàm vteri ad pristinam sanitatem redierint. Hic
 verò morbus iis præcipuè contingit, quæ angustos habent
 vteros, aut ceruicem extra pudendum sitam. Horum enim
 alterum si adfuerit, neque mulier viri consuetudine frua-
 tur, venterque plus iusto vacuetur, ex hac affectione vteri
 10 inuertuntur. Neque enim vteri in se madescunt, cum mini-
 mè venerem experiantur, amplumque spatium habent, vt
 peruertantur, cum alius plus quàm conueniat vacua, sicca
 & leuis existat. Iisque peruersis interdum contingit vt eorū
 osculum distorqueatur, cum ceruix extra pudenda sita sit.
 Si enim ex veneris vsu madescant vteri, & alius minimè va-
 cuetur, non faciliè peruertuntur. Hæc igitur causa est cur ipsi
 conuiuant, cum nimirum veneris vsum mulier non expe-
 riantur. Intra verò trium mensium spatium si ei decurrentes
 20 menses ea quæ prius inerant eduxerint, perbellè quidem
 affecta erit, aliò qui in has affectiones mulier incurrer. In
 suffocationem subinde incidet, febrisque ac horror, & lum-
 borum dolor, sæpe inuadet. Atque in has affectiones veniet
 si intra trimestre spatium menses ei non prodierint. Intra
 verò quadrimestre spatium, nisi progressi menses prioribus
 viam fecerint, etiam tunc trimestres omnes afflictiones eæ
 magis affligent, maximeque quo tempore menses decur-
 tere consueuerunt, postea minùs. Plærunque verò doloris
 expers videtur. Erunt etiam in quadrimestri spatio hæc in-
 dicia. Vrinam copiosam & crassam subinde reddet, ei ven-
 30 ter indurefcet, maiorque erit quàm antea, dentium stridor
 aderit, ciborum fastidium & insomnia. Atque ista mulieri
 contingent, si intra quadrimestre spatium menses non de-
 currant, curata verò etiam ex his conualefcit. Ac intra quin-
 tum mensem, nisi ei copiosi menses descenderint, etiam ve-
 hementior dolor ingruit. Sexto verò mense iam incurabi-
 lis erit, & iuxta quidem priora signa magis affligetur. Dein-
 de verò ad hæc ista accedent, anxietate vexabitur, & subin-
 de seipsam iactabit, animo deficiet, pituita vomitione reii-
 ciet, vehemens eam sitis corripiet, incenso nimirum ventre

ab uteris sanguine redundantibus, ad contactum maxime-
 que circa pubem dolebit, subindeque acutè febricitabit, utri
 frequenter murmur edeat, agitato nimirum & permeante
 in eis sanguine, neque pro more venter deiciet, neque vesica
 urinam percolabit. Cum mulieri utri ad stomachum qui
 nervosus est irruerint, & in ventrem prociderint, spinæ &
 totius dorfi dolore vexatur, lingua eius frænatur, eamque ob-
 scuram habet, & animo linquitur. Nonnullis etiam vox de-
 ficit, stomachus mordetur, bilis flava foras prodit, spiritus
 offensans est, anxietate premitur, se ipsam iactat, & incen-
 ditur. Postea verò quàm transmodi fuerint & vesica tenuem
 ex uteris sanguinem trahet, tunc urina rubra effunditur, &
 reliquum quidem corpus dolore afficitur, potissimumque
 cervix, spina, lumbi & inguina. Cumque eò devenierit, tum
 venter attollitur, tum crura, & tibie, ac pedes, plus æ quo in-
 tumescunt, & mors instat. Ecce ea hunc quidem habent
 exitum menses sex mensium spacio delitescentes. Quin-
 etiam hæc accidunt. Nonnullis mulieribus cum copiosi
 menses duorum mensium spacio in uteris extiterint, ubi in-
 tercepti fuerint, ad pulmonem feruntur, eademque omnia
 his contingunt, quæ in tabe dicta sunt, neque inde superes-
 se potest. Sed & ista contingunt. Sunt quibus menses puru-
 lenti evadunt, ubi duobus aut tribus mensibus moram fe-
 cerint, idque præcipuè accidit, si à febre exusti fuerint. Pu-
 rulentorum autem hæc sunt indicia. Dolores enim ad imum
 ventrem irruunt, & pulsationes vehementes, neque conta-
 ctum sustinent. Quod si melius habitura sit, menses ei per
 pudendum erumpunt, pusque & sanguis fertur, graueolens
 autem per septem, aut octo, aut novem dies fertur. Antea
 verò quo supra dictum est modo afficitur. Vbi autem re-
 purgata fuerit, optimum quidem si nulla oboriantur vlcera.
 Quod si vlcera remaneant, maiore opus erit curatione,
 ut ne vlcera nimio humore distillant, & grauem odorem
 contrahant. In secunda autem erit, etiam si meliusculè ha-
 beat, si magna in uteris orta vlcera fuerint. Quod si ei per
 pudendum non prodeant, futurum est ut menses in pus ver-
 si supra inguina per lateris multitudinem sine tuberculo e-
 rumpan, per rupto nimirum hac parte pure, & per eam pu-
 rulentia grauis odoris procedent. Quod eam accidit, mini-

me

me superest mulier, & si superfit, perpetuò infœcunda fu-
 tura est. Per hanc enim partem via facta in posterum ei
 menses foras prodeunt, cum hunc in locum vterorum oscu-
 lum procubuerit. Accidit id quoque, nonnullis vbi bime-
 stres, aut trimestres, aut diuturniores menses extiterint, &
 ad lateris mollitudinē irruerint, minimè purulentis men-
 sibus, supra inguina velut tuberculum exoritur, sine verti-
 ce, magnum & rubrum. Quòd plerique Medici quid esset
 ignorantes, disseuerunt, eoque modo mulieres in periculū
 10 coniecerunt. Quòd verò tuberculi speciem refert, hoc mo-
 do suboritur. Cum vterorum osculum ad lateris mollitudi-
 nem incumbat, caro sanguinis fructum percipit, impletur,
 eoque oppleta in molem assurgit. Quandoque etiam vbi
 vterorum osculum transmotum fuerit, eoque in pudendum
 conuerso, perpudendū menses prodierint, subsideat id quod
 ad lateris mollitudinē in tumorem sublatū fuerat. In vteros
 enim transfundit, qui postea foras emittunt. Quòd si os v-
 terorum in pudendū non conuertatur, circa lateris mol-
 litudinem pus colligit, eaque parte mensibus via patet, & in
 20 eadem pericula incurrunt quæ prius dicta sunt. Vertuntur
 etiam ad vomitum menses, & quibusdam ad sedem, quæ-
 admodum à me in virginum Morbis dictum est, & signa &
 labores eosdem, habent, qui illic dicti sunt. Hanc autē viam
 minus in mulieribus quàm virginibus menstrua affectant.
 Cum menses in occulto latent, dolor in finem ventris in-
 stabit, & pondus quoddam incumbere videtur, lumbi &
 laterum inanitates stupendum in modum dolent. Si ve-
 rò menses nullo modo prodeunt, ex morbo crassi, leui
 & glutinosi redduntur. Imprimis igitur venter sursum ac
 30 deorsum repurgandus, deinde vterus medicamento sub-
 dititio, ex quo sanguis purgatur, & intermissis aliquot die-
 bus bibendum aliquod medicamentū, ex quo sanguis pro-
 deat. Bibat autem crethmum ex vino tardoceo. Quòd si no-
 sicquidem ei prosuuant, contingeret vt prægnans esse videa-
 tur, & in viri congressu doleat, ita vt aliquid incubere videa-
 tur, & pondus aliquod in vtre insit, venter prominere, & de-
 sideriis tentatur, perinde ac si vterum gestaret, oris ventri-
 culi morbus afficitur, præcipueque post quinquagesimum diē,
 ventrem subinde dolor detinet circa vmbilicum, & ceruicē

cem, & inguina, ac lumbos. Interdum etiam post duos aut tres menses exactos, ei per pudendum menstrua confertim erumpunt, quique prodeunt carunculas referre videntur, velut ex fœtus corruptione, & nigra sunt. Nonnullis verò vlcera quoque in vteris oriuntur, tumque diligenter animus ad curam intendere oportebit. Plērisque etiam contingit, ut se sexto mense, aut etiam paulò breuiore tempore vterum gestare existiment, venter prominēt, reliquaque ei euenire videntur, quæ vterō gerenti. Postea quibusdam simul atque quintus aut sextus mensis aduenerit, in pus versi menses superiore inguinis parte eruperunt, eaque sibi viam fecerunt. In quibusdam autem vlcera in vteris oriuntur, inferiore etiam inguinis parte, & de vita periclitantur, ac si enaferint, steriles erunt. Nonnullis verò per pudendū erumpunt, & purulenti ac putrefacti prodeunt, ab iisque vlcera in vteris excitantur, & periculum imminet, oportetque ut ne inueterascant diligenti curatione incumbere. Hæc autem etiam si curata fuerit, sterilis manebit. Quod si menses ei non erumpant sex mensibus coerciti, vniuersa illi contingent quæ ei quæ nunquam peperit, cum menses exitum inuenire nequeunt. Ac si quidem curata fuerit, conualescet, sin minus, ad octauum etiam mensem perdurans moritur. Multis verò contingit, si pituitosi menses diutius prodeant, ut pauciores sint quam sanis. Sana autem euadit, si conuenienti ordine curetur. Quod si menses mulieri quidem prodeant, verum pauciores quam conueniat ferantur, vteri nimirum osculo paulum à pudendo descedente, aut sensim ad ipsum concidente, adeo ut prodeant quidē, ab ipsis autem transitis quos pertranseunt obturentur. vbi in vteros descenderint, moderati sanè sensim foras feruntur, toto sanguine ad osculum incumbente. At posteaquam dies quibus purgari assuevit præterierint, sanguisq; relictus in vteris coercitus fuerit, neq; alij subeuntes menses conclusum sanguinem expulerint, verum paulatim semper grauant, primisq; duobus aut tribus mēsis non admodum subeunt. At verò vbi plures menses extiterint, adhuc magis affligetur, neq; quandiu sic affecta est, vterō gestare potest, eaq; febris lentaprehendit, iis potissimum diebus quibus purgari assueuerat. Ipsam autē intermedio tempore febri-

citare,

citare, & inhorrescere, & stomachi morfu laborare vero est simile, copiamque in dies crescere. Subinde etiam corpus dolor occupat, præcipueque lumbos & spinam, & inguina, manuumque & pedum articulos. Neque hæc simul dolent, sed subinde alia atque alia pars, prout secretus sanguis, qui vteris contineri nequit, aliquam in partem suo momento inclinavit, quæque se corporis parte firmit, ea intumescit, & articularum corporis vehemens oboritur convulsio, ex aliisq; antè commemoratis indicis aliud aliàs ei interdum 10 apparet. Hæc si quidem convenienti modo curetur, convalescit, alioqui morbus in septimum mensem, aut etiam longius protractus lethalis evaserit, eamque aliquo articulo mutilaverit, aut aliquas partes ad motionem impotentes reddiderit, si sanguis præ rigore & cibi fastidio quemcunque in locum irruerit, circa nervos concretionem habuerit. Hic verò morbus iis quæ sine viro sunt magis contingit. At si huiusmodi morbi iam commemorati, aut de quibus longior erunt minusque molesti. Eadem autem indicia 10 iidemque exitus contingunt, tum ei quæ numquam peperit, tum ei quæ puerperii purgamenta experta est, nisi curentur. Confestim verò curationem instituere oportet, alioqui statim se morbi produnt. At verò si menses copiosiores quam par sit & crassiores prodeant, cum nimirum corpus natura latum, & uterorum os prope pudendum situm sit, ad hæc etiam frequenti viri consuetudine utatur, & liberaliter epuletur, semel omnino aliquando copiosi delati & cumulate prodeuntes, uterorum os vi sua magis dilatant. Quod si ad hæc nulla accedat vasorum inanitio, sed rursus multa & conferta ferantur, quæ os amplum & corpus reddunt, cumque mulier nimirum liberaliter conuiuetur, venerem appetat, virique consuetudine perfruatur, corpus ad uterum facile confluat, confertaque deferantur, decolor erit quoad sic affecta fuerit. Et si postea morbus aut affectio aliqua incidat, qua corpus conficiatur, simili modo uteri pro consuetudine os amplum habent, corpusque ad eos facile transfluit. Posteaque febris detinet, ciborum fastidio & anxietate premittur, tenuis est & debilis, & lumborum ex mensum profusio dolor aderit, temporeque procedente nisi curatio adhi-

beat, intermedio tempore omnia eam magis affligent, & periclitabitur ut sterilis euadat, aut ut temporis longinquitate & morbo confecta, si quis alius morbus contingat, ex eo moriatur. Prodeunt autem menses crassiores & copiosiores in intermediis diebus, pauciores verò & tenuiores, cum incipiunt vel desinunt. In omni autem muliere si sana sit, euntes menses moderata quantitate prodeunt, ad duarum Atticarum heminarum mensuram, aut paulò plures, aut pauciores, idque ad biduum vel triduum. Longius autem tempus aut breuius, morbum aut sterilitatem portendit. Inspecto verò mulieris corpore considerare oportet, & conjectura ex superioribus facta percontari, num morbosa necne semper degat. Si enim paucioribus aut pluribus solito diebus aduenerint, aut parciore aut copiosiores fuerint, morbofi sunt, nisi naturam morbofam & sterilis ipsa sit. Quod si sic, & mulier ad meliorem permutetur valetudinem facilius est. Prodit autem sanguis qualis est victima, citoque concreuit, si modò mulier valet. At quibus à natura inest ut pluribus quam quatuor diebus purgentur, & admodum copiosi menses ferantur, ex tenues redduntur, earumque sceleris tenuis sunt, & languidi tabescunt. Quibus verò parciore quam tribus diebus purgatio contingit, paucique menses prodeunt, ex crassæ sunt, bene coloratæ, virilesque, neque partus meminerunt, & ne concipiunt ipsæ quidem. At verò si repente suffocatio urgeat, quæ iis potissimum contingit quæ viri consuetudine minimè fruuntur, & senioribus potius quam iunioribus, cum earum uteri leuiiores existant. Id verò tum maximè contingit, ubi magna vasorum inanitio, aut solito vehementior labor accesserit. Vehementi labore resiccati uteri conuertuntur, cum sint vacui & leues. Amplum enim locum quò conuertantur nacti sunt, vacuo nimirum ventre. Conuersi verò iecur appetunt, ei adhærescunt, & ad præcordia impetum faciunt. Vehementiore enim labore plus quam par est resiccati, ad humorem qui sursum est concurrunt ac feruntur. Iecur autem humidum est. Vbi autem hepar appetuerint, strangulatum afferunt, perspirationem quæ circa ventrem est intercipientes. Interdum etiam simul atque uteri hepar appetere cœperint, pituita è capite velut suffocato ad præcordia defluit, nonnunquam etiam

etiam una cum pituita defluxu, ab hepate in locum suum
feruntur, suffocatioque cessat. Descendant autem humore
tracto, eoque grauati. Stridor autem ab ipsis concitatur,
vbi ad suam sedem feruntur, quò cum venerint, post illa in-
terdum venter humidior quam prius redditur. Iam enim
caput in ventrem pituitæ partem demittit. Vbi verò circa
hepar & præcordia vteri fuerint, strangulatum inducunt,
oculorum alba sursum conuertit mulier, & frigida reddi-
tur, nonnullæ etiam liuescunt, quædam etiam dentibus
strident, saliuæ in os confluit, & similes iis fiant qui morbo
Herculeo detinentur. Quòd si vteri circa hepar ac præcor-
dia diutius immoreantur, mulier suffocatur. Interdum etiam
vbi mulier vasorum inanitionem passa fuerit, vehementer-
que laborarit, vteri ad vesicam conuersi, in eius osculum
impingunt, & stranguriam inducunt. Nullum autem
aliud habet malum, & si curatio adhibeatur breui conuale-
scit, nonnunquam etiam sponte. Quibusdam verò ex ni-
mio labore & inedia, ad lumbos & coxas irruentes, dolores
excitant. At si mulier sit corpore malè affecto, & mensis bi-
liosi decurrant, ex hoc facile dignoscuntur. Admodum ni-
gri sunt, interdum verò nigri aut splendidi, parcissimi que
teruntur, & ciuissimè concresecunt, amborumque semen, tum
maris, tum sceminæ languidum euanesceat, neque vtero con-
cipit. Per morbi quidem exordia, purgatur diebus quibus
consequitur, non pluribus. Precedentibus autem mensibus,
pluribus diebus purgatur, & singulis diebus minore quan-
titate mensis apparent. Febres quoque errantes acutæ acce-
dunt, cum horrore & cibi fastidio, subindeque oris ventriculi
morbus, tuncque maximè vexabitur, vbi ei in p[ro]prio men-
sis fuerint. Postquam autem repurgata fuerit, & paulò me-
lius habebit quam antea, postea rursus ad eundem relabe-
tur statum, breui tamen conualescit, si diligēs cura adhibea-
tur. At nisi curetur, progressu temporis eam commemorata
omnia valdè affligent. & dolo[r] modè quidē ventris partē
umbilico inferiorem inuadet, modò verò inguina, quando-
que etiam lumbos, & coxendicis commissuram quæ est ad
sedem, totamque eam partem, quādoque verò ceruicem. Inter-
dum quoque vehemens cōtinget strangulatus, ei que ante ocu-
los caligo obuersabitur & verigo, velut purgatione sursum

missa & resiliente. Corpore enim malè affecto, mulieri pauciores menses contingunt, quibus verò corpus plenum fuerit, his copiosiores menses feruntur. Biliosa verò cum menses prodeunt, animi deiectiono accidit, & subinde cibi fastidium, anxietas, insomnia, frequens ructus, obambulare recusat, animum despondet, neque videre videtur, & metuit. Quòd si curatio adhibeatur, ex his conualefcit, alioqui verò procedente tempore magis semper affligetur. Optimè autem cum ea agetur, si biliosa accedat vomitio, si alius non perturbetur vehementer, & biliosa subeant, muliebreque profluuium non tamen vehemens ei superueniat. Horum enim si quid vehemens in corpus confectum inciderit, in periculo versabitur. Quòd si biliosi humoris aliquid, aut id totum quod molestum est sensim repurgetur, sana euadit. Si verò neque curetur, neque horum quicquam contingat, mulier moritur. Plarumque autè ex hoc morbo muliebre profluuium biliosum consequitur. Quod si eueniat, primis quidem diebus ei pauca apparebunt, per omnes autem dies omninò copiosiora contingunt. Cum verò tempus processerit, ferè semper grauis morbus euadit, biliosaque purgatione prodeunte vteri mordentur & vlcerantur. Ex eo autem etiam adhuc diligentia adhibita curatione conualefcit si ei profluuium coercèatur. At si ex vlceribus vteri inflammatione laborarint, longè acutior morbus erit, & copiosa, graueolentia, ac purulenta erunt quæ ab vteris prodibunt, & continenter tanquam à carnibus effluent, omniaque prius commemorata eam magis affligent, efferataque magis vlcerà reddentur, donec eam euincant. Quòd si etiam curetur, sterilis erit propter cicatrices. At si mulier malè affecto sit corpore, & pituitosi menses ferantur, id inde dignoscitur. Pelliculosi enim ei apparent, & velut araneorum telæ distenti, aliquantumque subalbicant. Id autem ei contingit, cum corpus & caput pituita oppleta fuerint, neque ea per nares, neque per sedem, neque per vrinæ viam subducatur, sed in mensium decursu, & sanguinis perturbatione, vna cum purgatione foras exeat. Atque cum hæc ita se habeant, ad duos aut tres quidem menses nihil ægrotat, longiore autem temporis progressu, nisi diligens cura adhibeatur, magis affligetur, & febris errabunda prehendet, cibi fastidio

subin-

subinde & oris ventriculi morsu vexabitur, præcipueque affligetur cum mensium tempus instabit. Cum autem repurgata fuerit, pauco tempore habita superiorum ratione, meliusculè habebit, postea ad eundem statum redit. Quòd si minimè curetur, sed temporis progressus fiat, omnia contingent, quæ cui biliosi menses ferebantur, quoad ei fluxus reprimatur. Ad id verò ferè consequitur profluuium pituitosum, aut alia quæ paulò post explicabo. Quòd si præterea semper accrescat, quotidie decurrunt modò quidem congesta, modò verò pauca. Quandoque verò velut ex carnibus aqua prodit, quandoque velut sanies, in eoque multi sanguinis grumi insunt, & tanquam acetum terram abradit, & quacunque mulierem contigerit mordet, vterosque exulcerat. Quò cum deuenierit, in cæteris quidem velut prior afficitur, minùs tamen quàm illi caput dolebit, neque hinc vlcera contingunt tam turpia, neque tam magna, neque purulenta, neque tam graueolentia, verùm aliquantò minùs. Diligenti autem cura adhibita conualescit, etiam si longius morbus processerit, neque ferè moritur. Verùm si affecta fecunda esse nequeat. At verò quæ viri consuetudine perfruuntur, & nequeunt vterum gestare, interrogandæ sunt an illis menses contingant, necne, & purulenti sint, aut frigidi. Si quidem igitur ita affirmarit, an protinus genitura effluat, an postridie, an perendie, aut sexto, aut septimo die. Itaque si confestim post congressum exire responderit, vteri osculum rectum non est, sed obliquatur, neque genituramprehendit. Quòd si dixerit postero die, aut tertio, aut quarto, vterus nimio humore madet, quo genitura diluitur. Sin sexto & septimo, genitura computrescit, putrefactaque exilit. Si igitur per initia genitura non excipiat, imprimis os vteri curandum est vt rectum sit. Si verò postero & tertio die diluatur, vterus & caput curanda sunt. At si computrescat & exiliat, & vterus, & corpus vniuersum nimio humore madens procurandum. Atque hæc singula ad hunc modum dignoscere oportet. Cuiusmodi autem purgatione opus habeat, dignoscetur hoc modo. Cum menses eunt, linteam attritum palmi parui magnitudine complicatum in tenui cinere extendito, deinde vt in hoc defluant, quæ decurrūt, curato. Sint autem lintea duo, seorsum vtraque,

diurnum quidem & nocturnum. Et diurna quidem postea die eluere oportet, nocturna verò ubi per diem & noctem in cinere iacuerint. In ablutione autem cōsiderandum quælia sint detrita lintea, ubi in sole resiccata fuerint, quod tamen umbratili loco fieri optimum fuerit. Si igitur pituita impedimento fuerit, imucosa erunt lintea detrita. Sin propter sanguinem & bilem contingat, tum fusca, tum subliuida erunt. Quibus perspectis & accurata mentis acie exploratis, vniuersum quoque corpus inspiciro, multane purgatione indigere videatur, necne, ad calorem intentus, ætatem, virium robur, anni tempestatem, & victus ratione qua viuntur. Curatio verò rectè instituitur, si ubi vniuerso corpori consultum fuerit, vteris etiam & osculo: de lam adhibeas. Quod si conuiuat, aperiendū; si vteri in obliquum versi fuerint, dirigendi; si humidi, resiccandi, reliquaque per contraria præstanda. At verò omnibus proponendum eadem curatio adhibenda, nisi cum menstrua detrahenda sunt. Quibus enim euor, iis nihil detrahendum, sed quicquid inest in mensibus vitii id summouendum, si tum pituitosi, tum pelliculosi sunt, & sanie perfusi, tenues aut albi, si grumosi atque etiam nigri, ac carbunculosi, aut caliginosi, aut acres, salii, retribidi, purulenti, hæ omnes causæ, quod vteri conceptum impediunt, penitus tollendæ. Quibus igitur pituitosi & membranosi menses sunt, eæ carne abundant, os valde humidum est, sputum copiosum & glutinosum. Si quid vel acidum, vel acre degustarint, oris salua liquidior & insulsa erit, & ad quoduis cibi aut potionis genus turbatio cōsequitur, his venter inhibetur & attollitur, nausea adest & multa corporis iactatio, ex capite fluxio demittitur, & omnia obducit, magnamque adducit humoris copiam, & partes sub oculis liuidæ sunt, & flatu distentæ. His toto corpore foras adhibendus, & à cibo, & ieiunis frequens vomitus ciendus, quin etiam infusa aluus mollienda, sed leuibus omnino medicamentis, & quæ minimum bilem educant. Semel tantum cibis sumendus frequentique exercitatione utendū, & in victus ratione siccissimo cibo, & potu parcissimo moderatiore. Præstiterit autem ut aluus seruetur quæ facile soluiatur. At verò vteros, si huic victus rationi non cesserint, medicamentis subdiutius minimè mordacibus purgare oportet.

oportet. Semper autem ante purgationes præmittendum
 fomentum, priore quidem loco fomētum ex sceniculis, de-
 inde quod sit per aromatum suffitum. Fetus autem & me-
 dicamenta subditiua admoueto ea consideratione adhibi-
 ta, ut omnia rectè & conuenienter fiant, quo tēpore menses
 eunt. Si igitur pura, sincera & sanguinea appareant, tum vi-
 rum adeat ineunte purgatione menstrua, præstat tamen ea
 desinente, sed tamen adhuc eunse potius quàm penitus ces-
 sante. Cùm autem ad virum accessura est, suffitum aliquem
 10 adhibeat ex odoratis adstringentibus quæ in hanc rem pa-
 rantur, idq; per ollæ operculum & arundinē adhibeat, ad-
 sperso io cinerem calidū medicamento. Quo asperso, oper-
 culum & arundinem circumponito, eamq; sedentem suffi-
 to. Cumq; suffitum capere opus erit, plumbea fistula uten-
 dum, quò ad aperto osculo suffitus excipiat. Deinde post-
 quam laxerit, rursus in lecto plumbea fistula subdatur,
 quæ deinde subtrahita cum viro congregiatur. Quòd si quæ
 à viro emittuntur, non sint ei manifesta, cruribus distentis
 & alternatim positus quiescat. Ieiuna autē esse debet eo ipso
 20 die, nisi cyceonem insullsum ex aqua sumere velit. Quod
 cerè faciendum cùm suffitum adhibere volet. Post autem
 viri congressum, si mulier postero die genituram continue-
 rit, neq; altero die exciderit, à cibis & balneis arcenda. Po-
 lentam autē insullam ex aqua bis terq; die bibat. Ea q; victus
 ratio sex diebus, aut quod præstiterit, septem seruāda: si quæ
 à viro emittuntur post congressum non exciderint, totoque
 tempore illora maneat, & studiosè motum vitet. Quòd si
 deambulare volet, loco adæquato & plano, non acclius, neq;
 declui, obambulet. Molliter etiam desideat si concepe-
 30 rit, reliquamque eandem victus rationem ad dies triginta
 obseruet. Balneo autem abstineat, aut si quando lotionem
 opus fuerit, pauca ea q; non admodum calida viatur. ca-
 put tamen ne madesfaciat. In cibo panibus vtatur, & maza,
 si volet ex carnibus, palumbo & similibus, marinis, quæ
 aluum sistunt. Inhibendus autem olerum omnium vltus.
 Vino vtatur nigro, & carnibus assis potius quàm elixis,
 tum cicuribus, tum ferinis. Atq; ista quidem si conceperit
 ad hunc modum facienda sunt. Si verò non conceperit,
 sed postero aut tercio die quæ viri sunt nimio humore

diffluentia foras prodeant, vteros humidiores esse constat, quos prius exposito modo curare oportet, dum sicciore euadant. Cum verò sicci esse videbuntur, hac arte curandi. Optimum est emolliens medicamentum, posteriore & anteriore parte adhibitum, donec ad pristinam naturam redeant. Tum rursus virum adeat, cum non amplius multi, sed pauci & bene colorati menses feruntur, & impetu quodam in venerem excitatur. Quinetiam aliis diebus complexu viri frui licet, si vteri bene habeant. Vbi autem prædictis diebus viri complexum experta fuerit, si commode apparati vteri fuerint, & decem aut duodecim diebus genituram continuerint, tum ne virum adeat. At si non conceperit, vteri autem bene valeant, id enim plerisque contingit, cum imbecilli vteri ex affectione aliqua alimenti penuria laborant, aut propter frequens medicamentum, aut foris, non prius genituram ferre queunt, quàm in consuetudinem venerint, aut robur acquisierint. Quod quibusdam hoc modo cognoscitur. Cum mulieri genitura exciderit, quod sit postero die, aut tertio, aut etiam tardiùs, crassa & velut mucus coacta exeunt, nisi vitium aliquod subsit, aut propter alium vteri morbum genitura admittatur. Cum igitur talia visa fuerint, vteros quidem curare non satis est, sed reliqui corporis cura habenda est, quò ei laudabilis huiusmodi habitus comparetur, hoc corpus sit compactum & iusta mole præditum. Balneis paucis, sed multis & leuibus laboribus vtatur, ab acribus & falsis arceatur. Vomitionibus vtatur ante dies quibus menses fieri consueuerunt, & rursus omnimodam abstinentiam adhibeat, ac reliqua quæ commemorata sunt perficiat. Ea quidem his curatio conuenit. At quibus statim à viri complexu effluunt quæ à viro immissa sunt, his vterorum osculum in causa est. Cui ad hunc modum curatio adhiberi debet. Si quidem admodum conuiueat, fistulis tædaceis aut plumbeis aperiendum, mollis quoque foris ex sceniculo admouendus. Per substititiam etiam medicamenta purgandum, quæ vteros attenuent, & directos constituent. Post purgationes autem & foris infundenda quæ causam oppugnent. Quibus verò os detortum in coxendicem prolapsum est (eiusmodi enim quedam contingunt quæ vterum impediunt quo minus genituram

fusci.

suscipiat) cum igitur tale quippiam contigerit, fetus ex odo-
 ratis admouendus. Post forum autem immisso digito leni-
 ter contrectata muliere à cora auellendum. Quod cum ab-
 ductum fuerit tādaceis & plumbeis fistulis, iuxta prædi-
 ctam rationem dirigendum. Cum autem directi & aperti
 fuerint uteri, per emollientia subdititia medicamenta re-
 purgandi, reliquaque iuxta præscriptum modum facienda.
 Cum uteri plus æquo aperti fuerint, purgatione indigent.
 Post purgationes autem operæpretium est collutiones &
 suffitus ex aromatis adhibere. Si verò propius accesserint
 quam conueniat, vomitionibus & suffitibus ex rebus gra-
 uolentibus indigent, quoad in suum locum redeant. Præ-
 scripta quoque victus ratione utendum. At si osculum præ-
 piugue sit & crassum, eamque ob causam non concipit, sina-
 pi coctum ieiuna edat; & vinum merum superbibat. Ni-
 trum etiam rubrum in subdititia medicamento apponat,
 cum cumino & resina. Præstiterit autem nitrum vino dilue-
 re, vnā cum resina, cumino, & vnguento albo. Aut cornu
 cerui vstum, & hordeaceæ farina: crudæ duplum cum vino
 admisceto. Quod si his nō leuetur, porris decoctis insideat,
 aut sagum contritam in subdititia apponat, & allia recentia
 comedat, & aqua mulsā superbibita vomat. Quibus autem
 genitura in utero immoratur, ibiq; putrescit, & molestiam
 excitat, atriplicis agrestis semen, vel succum cum melle vel
 cumino delingendum dato. Cum verò grauis odoris fue-
 rint non concipit. Portulacam igitur cum anserino adipe
 permisceto, & in subdititia apponito. At quibus quæ à viro
 immissa sunt, sexto vel septimo die putrefacta effluunt, his
 ab utrisque contingere est vero simile. Si humor biliosus &
 saluginosus affluat, ad hunc modum curationem, per vera-
 trum aut scammonium, aut peplium adhibere oportet. Hęc
 enim tum sursum, tum deorsum piritam bilemque purgant,
 statusque deducunt. Antè purgationes tamē fortibus ex odo-
 ratis utendum, & post fetus per subdititia purgato, eodem
 quo in superioribus modo. At post subdititia & purgatio-
 nes emollientibus vritor, & in subdititia mercurialem, artemi-
 sisam herbam, & anemonem, veratrumque alburnum aut ni-
 gram apponito. Atque hæc quidem per medicamenta cura-
 tio his hoc modo conuenit. Victus verò rationem habita-

totius corporis muliebris ratione, ad id accommodato, siue illa siccior siue carnosior videatur. Quæ quidem si aridior fuerit, pluribus balneis, opsoniis omnibus elixis, rum marinis, tum carnib⁹, vino etiam aquoso, oleribus coctis, & pinguib⁹ quibusq; ac dulcibus vtatur. Hæc enim ferè humiditatem tum reliquo corpori, tum vteris conciliant. Sin verò humidior fuerit, sic affecti vteri horum nullo indigent, sed contrà, neq; hæc attrectare, neq; recenter lauare, neq; suffitum adhibere oportet, cum hæc quidem periculum creare soleant. Et si humidiores quàm eorum naturæ conueniant extiterint, siccare sanè & suffitum admouere oportebit. Quèd si biliola ad eos confluant, medicamentum quod bilem purget exhibendum. Sin autem saltuginosa, lac aluminum, & vinum, aliaq; præsidia. Oportet autem considerare morborum viribus, & explicatis vt decet causis, ex quibus morbi oriuntur, ad reliqua hac via procedere, & eorum quæ sunt in locis curationem instituere. Et quæ quidem osculorum nimis patentium causa à conceptu prohibentur, in his oscula rectè apparare oportet, vt probè sint explicata. Cum verò nimia humiditatis copia prohibuerit, in hanc intentionem esse oportet, vt ne impediatur, mulierum rebus omnibus diligenter expensis, siue quid ex toto corpore agitari videatur siue ex ipsis vteris, siue ab vtriusq; Vteris autem ea cura adhibenda, vt neq; humidi sint, neq; admodum exarescant. Sed sicciores quidem, eò copiosorem succum bonum habeant quo aridiores existunt, vt per eiusmodi humorem pingues potius quàm macilentæ euadant. Humore verò nimis redundantes & madidi, eatenus siccandi, vt aliquis humor relinquatur quo perfundatur, neq; nimis resiccentur, cum nimirum nimia horum superantia valde vitanda sit. Concipiendi autè facultatem habet ea quæ neq; humiditate redundat, neq; etià exarescit, nisi horum aliquid ex prisca natura insit. Ad virum autè eam accedere oportet, curatione recepta, desinentibus aut incipientibus mensibus, præstiterit tamen etià vbi desierint. Atq; his potissimum diebus faciendum est periculum an concipere possit, cum sint ii maxime opportuni. Quod si non statim concipiat, cætera belle habeant, nihil vetat quo minus aliis etià diebus cum viro congregiatur. Hæc enim exercitatio propensiores quodammodo ad

do ad id eas facit, venaque laxiores fiunt. Ac si quæ à viro
 prodeunt vnâ cum eo quod à muliere emittitur: ita con-
 currerint, citius concipiunt. Hæc enim ea causa est, quibus vel
 statim, vel longo post tempore genitura effluit. Ac de his qui-
 dem hæc dicta sunt. Si verò humidius vterorum os fuerit, at-
 trahere genituram non possunt. Subter autem appositis acri-
 bus utendū. Compunctus enim & incensus stomachus in-
 terdū firmus redditur, quadâ verò ex parte cū eo cognatio-
 nem habet. Quod si in callum obdurerint, præstiterit actia
 in subditio apponere. Mordent enim quæ tenuia sunt &
 ignea, & callum liquant. At si callus emollitus fuerit, emol-
 lientibus curato, quæ minimè mordeant. Quod si ex longo
 intervallo non concipiat, non apparentibus mensibus, ter-
 tio aut quarto die alumen tenuiter tritū, vnguento dilutum,
 vellere exceptū subdito, quod per tridū contineat. Quarto
 verò die fel bubulum aridum, oleo feruefactum, eoque tenuē
 lanuginem imbutam in subditio apponito, quod etiā tri-
 duo contineat, quo postridie exemit, cum viro congregia-
 tur. Si mulier genituram non recipiat, mensibus secundum
 naturam euntibus, membrana prætenditur, quod etiam ex
 aliis causis contingit. Id autem cognoscere, cum digito quod
 obtinetur contigeris. Subdititium medicamentum confe-
 ctum ex resina & æris flore cum melle, eoque; linteolum infu-
 ctum, quàm maximè intro apponito, eius extremo filo alli-
 gato. Quod cum eduxeris, tepido vino in quo myrtus deco-
 cta sit mulier abluatur. Præstiterit autem membranâ vindi-
 qua; abscindere. At verò nonnullæ mulieres facili concipi-
 unt, foetus tamen perferre nequeunt, sed statim sub ternū
 aut quartum mensem perduntur, nulla causâ, neque cibo mi-
 nimè idoneo accedente. Eiusque rei prædicta causa est, idque
 maximè vbi vteri incrementum foetus subduxerūt, aut ipsis
 alius vehementer contubatur. Eoque tempore quo foetus
 perdunt, imbecillitas, febris vehementis, cibi que fastidium ac-
 cedit. Ad id hæc quoque causa accedit, si vteri aut à natura, aut
 ex vlcibus in his subortis lubrici fuerint. Si namque vteri laxi-
 tore correpti fuerint, interdum foetum continentes mem-
 branæ, minùs quàm conueniat adhærescunt, condensatis
 nimirum vteris. Quæ singula is agnoscat, qui in hæc sedu-
 lo inquirat. De laxore autem constabit, si mulier alia

(neque enim aliàs deceat) vteros dum vacui sunt contrecta-
rit. Quòd si iis menses eunt, confertim feruntur. Quibus-
dam etiam contingit vt fœtus maturos ferant. Diligens ve-
rò adhibita cura, sperabilem partionem facit. Ac de his sic
quidem serēs habet. Si mulierem, quæ antea non poterat,
puerperam fieri voles, menses spectandi, an pituitosi sint,
an verò biliosi. Inde autem nosces. Arena tenuis & sicca dum
menses feruntur supposita, in sole sanguinis aliquid infun-
dito, & siccarei permittito. Quòd si quidem biliosa fuerit, sic-
catus in arena sanguis pallid⁹ erit; si verò pituitosa, ad instar
muci. Horum quodcunque fuerit, ventrem purgato, siue
sursum opuserit, siue deorsum, postea vteros purgato. Si
verò voles vt concipiat, hederæ grana septem, aut foliorum
succum singulis mensibus desinentibus menstruis, ex vino
veteri potui exhibeto. Ex malicorio etiam in vino odorato
meraco cocto glandem efformatam, ad meridiem vsque
subdito, aut alumen Ægyptium tenuiter tritum in vellere
ligatum supponito. Quo deinde simul vt sol occiderit de-
tracto, vino odorato eluatur. Hæc autem cessantibus men-
sibus facienda. Sed & hæc sic serēs habet. Vbi repurgatæ
mulieres fuerint, tum potissimum concipiunt, viri congres-
su potitæ, & genitura robur acquirit si tempestiuè liberis
operam dederint, virique semen faciliè commiscetur, & si
temperamentum acceperit, cum eo germanam init societa-
tem. Tunc enim maximè vterorum os apertum est, & dis-
trentio quædam etiam post purgationes manet, venæq; ge-
nituram attrahunt. At contra prius tum os vterorum con-
niuet, tum sanguinis copia magis refertæ venæ, genituram
non æquè trahunt. Quòd si genitura continuo cursu deflu-
at, neque mulier viri complexum appetit, neque eo potita
concepit, lumborum & coxendicum dolore vexatur, eamq;
febris lenta detinet, viriumq; debilitas & animi deliquium
accedit, interdumq; vteri sua sede non manent. Si igitur præ
copia effluat, eam missam facere optimum. Si verò vterus
laxetur, in victus ratione alica vtatur, carne suilla, aut pa-
lumbo, aut vino nigro. Potionibus autem his quæ aduersus
muliebre profluuium paulò post describentur. Nunc verò
de prægnantium morbis dicendum. Mea sententia, si muli-
eri fœtum duorum aut trium mensium, aut grandiorē

vtero

vtero gerenti, menses confestim singulis mensibus prode-
 ant, ea vt tum extenuetur, tum debilis reddatur necesse est.
 Interdum etiam quandiu menses prodeunt, febris corripit,
 cumque fluunt, & vbi effluerint ex virore pallefcit, quan-
 tumvis parcè fluant. His vteri plus æquo dehifcunt, & fœtus
 incrementum effluere sinunt. Vbi enim mulier vterum ge-
 rit, fenfim à toto corpore sanguis in vteros defertur, & velut
 in orbem id quod in vteris est circumfiftens, ipsum auget. Si
 autem vteri plus æquo dehifcant, sanguinem singulis men-
 sibus, sicut prodire consuevit, effluere sinunt, & quod in vte-
 ris continetur tenue & debile euadit. Verùm si diligens cura
 adhibeatur, tum mulier, tum fœtus meliùs habet. Si verò
 nulla adhibeatur, fœtus corrumpitur. Quinetiam ipsa in
 periculum venit ne diuturno morbo teneatur, si ei longior
 quàm conueniat purgatio prodeat. Sed & post corruptio-
 nem periculum etiam imminet, vteris nimirum magis
 apertis. Si verò mulieri vtero gerenti caput pituita re-
 dundat, pituita acris in ventrem fertur, & ex capite in
 ventrè cum imperu decidit, eamque febris leuis inuadit, qui-
 busdam etiam palpitaciones quæ aliquantulum exoluun-
 tur, vbi increscunt graues sunt. Quòd si appetentiæ deiectio
 & imbecillitas detineat, periculum est ne breui fœtus cor-
 rumptur, ipsaque nisi sedulo curetur in periculum vitæ veni-
 et: vbi autem euaserit, nimirum cum alius sit fluida, eam
 confestim comprimere oportet. Multa quoque sunt alia ex
 quibus fœtui corruptionis periculum impendet. Si enim
 quæ vtero gerit ægrotarit, inualida sit, & onus vi sustulerit,
 aut plagam acceperit, aut saltarit, aut inedia laborarit, aut
 animo defecerit, si copiosius aut parcius alimentum sumse-
 rit, aut metu correpta & consternato animo fuerit, aut vo-
 ciferetur, aut intemperanter viuat. Est enim cibus & potus
 copiosior corruptionis causa. Quin & ipsi vteri ita sunt à
 natura comparati vt abortionem faciant, si flatulenti, den-
 si, magni, parui extiterint, aliisque similibus affectionibus la-
 borarint. Si mulier quæ vterum gestat, ventris aut lumborum
 dolore conflietetur, metus est ne ruptis membranis fœtum
 quem vndique cingunt, abortionem eiiciat. Sunt autem quæ si
 acre quiddam aut amarum præter consuetudinem ederint
 aut biberint, fœtus perdunt, cum adhuc tenellus puellus in-

tus existat. Si quid enim puero præter consuetudinem contingat, adq; si paruulus adhuc fuerit, moritur. Et si (que modum diximus) eiusmodi ederit aut biberit mulier, ex quo tenello adhuc puero, ventrē ei exturbari necesse sit. Fœtis enim alui molestiā vteri sentiunt. Quod si mulier plus æquo laborarit, eiq; venter coarctetur aut dilaceatur, sic quoq; fœtus perit, cū nimirū ex nimio labore incalcescat, & a venter cōprimatur. Plærunq; enim cū admodū sunt exigui, inualidi existant. Quin & grandiusculi fœtus etiā corrumpuntur, vt proinde mulieres mirari nō debeant, si nolēs fœtū corrumpāt. Summa enim cura prouidētiaq; opus est, vti vteris fœtum perferat & enurriet, coq; in partu liberentur. Si verò quæ ex vtero gerit aduersa vtatur corporis valetudine, fueritq; biliosa & doloribus diuexetur, subindeq; febricitet, os amarefcat, lingua ex virore sit pallida, oculi velut regio morbo suffusi, vngues biliosi, & acris vrina, eaq; tū vel maximē si febricitet aliās atque aliās ei contingent. Vbi verò biliosa ei purgatio obrigerit, omnino metuendum erit fœtus etiam imbecillos fore. Si biliosa per aluum egerat (quod quidem ferē contingit) meliusculē deget. Ac si puerperii purgamenta biliosa, aut atra sunt admodum, ferēq; pinguedo accedit, sensimq; feruntur, neq; citō concrescunt, tumq; primo quidem tempore facilius feret, postea molestius, minoq; quā conueniat purgatio consequitur. Cum enim corpus aduersa fruatur valetudine, ei pauciora & deteriora puerperii purgamenta prodibunt. Eodem autem omnino modo afficitur acea cui menses feruntur biliosi, neque tamen tamdiu agrotabit, ad eademq; pericula, signa & commutationes morbus deueniet. Aut enim iis vomitio biliosa, aut per aluum purgatio in hoc morbo contingit, vteriq; exulcerantur. Multa autem cura mulier indiget. Cū igitur tale quid contingit, cū minimē moritur, infœcunda tamen erit. Si verò nihil horum contingat, nec ipsa se dulō curetur, sed puerperii purgamenta ipsi in occulto delitescant, intra vnum & trigésimum diem ferē perit. Huic medicamentum quod bilem educat propinato. Confert & anisum, & quæcunque vrinam mouent. Prodest quoque vomitionem ciere, & sudores elicere, aluumq; prisnæ cremore melle, ouis, & malux decocto eluere. Quibus vterum gerentibus

tribus ad septimum aut octauum mensem, mammarum
 ventrisq; plenitudo de repente subsidet, mammaeque exte-
 nuantur, & lac non apparet, puerum aut periisse, aut viuere
 aut debilem esse asserendum. Si enim uterum gestent, &
 menses appareant, & abortiones fiant, si copiosi & graue-
 olentes fuerint, aut morbo si fetus redduntur. Si mulier vte-
 ro generis pituitosa fuerit, caput dolet, subindeq; febricitat,
 pituita in capite voluitur, & granitatis sensum habet & fri-
 goris, in corpus secedit & venas, cum caput repletum fue-
 rit. Plumbi etiam colorem refert, & vomitione pituitam
 reddit, lingua exalbescit, vrina ferè exalbida redditur, frigi-
 da est, perturbatio adest, & ægrè mouetur. Vbi autem pepe-
 rerit, purgatio pituitosa procedet, & in qua membranulae &
 velut araneorum telae distentae apparebunt, iisdemque qui-
 dem omnibus afficietur, quibus ea cui menstrua pituitosa
 ferebantur, minus tamen diu ægrorabit, morbusq; eadem
 pericula, signa & commutationes habebit. Ei enim vomitus
 pituitae continget, & procedentes affectiones eadem ac su-
 periori. Eodem uamq; modo puerperii purgamenta & men-
 ses pituitosi dependent, breuiori tamen quam menses tem-
 pore. Ac nisi ea purgatio quæ diu morâ traxit affatim erum-
 par, intra quinque & quadraginta dies petat. Quod si puerpe-
 rii purgatio pituitosa ei prodierit, diligenti tamen curatio-
 ne adhibita mulier conualecet: sed per initia statu disten-
 detur, si sana euaserit, cum grauis futurus sit hic morbus.
 Huic medicamentum quod pituitam educat exhibendum,
 & lac caprinum coctum cum melle mixtum. Quibus sæpè
 oblati si non cedat, nasturtium exhibendum, aut cartha-
 mum, aut cneorum, aut polypodium, aut serum, aut ex sali-
 bus compositum medicamentum, & quæcunque pituitam
 laxant & foras educunt. Sed si mulier quæ vtero gerit sub
 commemoratis affectionibus lienosa fuerit, dum menses
 fluunt aquæ similia & pituitosa dimittit, & procedunt puerpe-
 rii purgamenta aquas referentia, & interdum quidem copio-
 sa, interdum verò pauca veniunt, idemq; contingit ac si aqua
 ex carnibus reddatur, non secus ac si quis carnes cruentas
 abluat, quandoq; verò paulò crassiora, neq; concreverunt.
 Eademq; patietur omnia quæ illa cui aquosi menses prode-
 unt, eademque pericula & mutationes morbus habebit.

Futurum enim est ut fluor aquosus oboriatur, aut purgatio in occulto delitescat, & ad ventrem & crura, aut ad pectus, aut aliquam ex his partibus conuertatur, eademque pericula imminerebunt, quæ prius dicta sunt. Si grauida intumescat, vrticæ semen quàm plurimum cum melle & vino odorato temperato bis die in potu exhibendum. Si prægnantem bilis molestia afficiat, prisanæ succum exhibeto, rhoë rubro aut mori arboris fructu asperso, frigidum autem sorbendum dato & conquiescet. Si suffocatio de repente in vtero gerentem incidat, quod accidit potissimum vbi mulier vehementi labore & inedia confecta fuerit, cum per vehementem exercitationem vteri incallescant, & paucior fœtui suppetit humiditas, cumque vterus nimirum sua cauitate plus æquo inanis existat, fœtus ad hepar & præcordia nimirum humore scatentia recta fertur, vehementemque de repente suffocationem afferet. Perspirationem enim quæ circa ventrem sit intercipit, & loquendi impotentia mulierem detinet, oculorum partes albas sursum conuertit, reliquaque vniuersa patitur quæ commemorata sunt, si quæ non præguans vteri strangulatu laborauerit. Et cum primum mulieri vtero habenti suffocatio incipit, pituita etiam in præcordia à capite defluit, corpore nimirum spiritum trahere non valente. Quod si vnà cum pituita descensu, fœtus à pituita delatus, & secum attracta tota humiditate, in suum locum venerit, mulier conualescit. Excitatur autem stridor, dum fœtus locum suum deserit, mulierisque venter ferè fluidus redditur. Sed si breui ad suum locum fœtus non veniat, tum duo fœtui molestiam afferunt, pituita quæ à capite deorsum delata ipsum grauat, & permanens refrigerat, & loci insolentia. Tumque is periclitabitur, & mulier suffocabitur, nisi quis breui magis accommodatam victus rationem adhibuerit. Ac de his quidem sic se res habet. Si verò mulieri vterum gerenti iam pariendi tempus instet, ac parturiendi dolores derineant, diuque in enitendo labore, is transuersus, aut in pedes ferè exit, incipit autem prodire præstiterit. Quod si transuersus exeat, grauis euadit affectio. Non secus enim ac si quis in ampullam oleariam angusti oris, oliuæ nucleum immitat, qui transuersus non facillè educitur, eodem planè modo etiam mulieri

mulieri grauis est affectio vbi fœtus transuersus descendit, sic enim moleste educitur. Graue verò etiam est si in pedes prodeat, & plerumque aut matres, aut puelli, aut ambo etiam perierunt. Id quoque magnopere in causa est, cur non facile exeat, si mortuus, aut syderatus, aut duplicatus fœtus fuerit. Vbi vterum gestat mulier tota pallida redditur, quoniam qui in ea purus est sanguis semper quotidie è corpore aliquantulum stillat, & ad fœrum fertur, ei que in alimentum cedit, cum que paucus in corpore sanguis existat, eam pallidam esse necesse est, semperque abhorrentes cibos appetere, & ad ventrem sanguinea subire. Debilior etiam redditur, quod sanguis imminuitur. Mea autem sententia, mulier vbi partui vicina est, crebrum spiritum emittit, si que purgatio incipiat, vter plenus est, & à calore vrgetur. Tum vero potissimum crebrum spiritum ducit, vbi partui proxima est, tumque præcipue lumborum dolore affigitur, cum siquidem lumbi à fœtu colliduntur. Toto verò intermedio tempore oris vetriculi dolore subinde premitur, cum nimirum venter, ac præcipue vterus, fœtum vndique complectatur & comprimat. At si puerperæ vterus flatu impleatur, ouis aut capræ iecur cineribus contritam, deinde coctum, in cibum sumendum, & vinum vetus meracius, si nihil prohibeat, per dies quatuor bibendum, si longius absit à partu. Quod si lumborum dolore consistetur, anisum & cuminum Æthiopicum bibat, & calida lauet. Si verò frequens anhelatio (asthma vocatur)prehendar, sulphuris fabæ quantitatem, cardamomi, rutæ, & cumini Æthiopici parem modum, hæc trita, vino macerata, ieiunæ potui exhibeto, & cibis frequentibus abstineat. Si in partu purgatio copiosa decurrat, vterus contrahitur, & vesica & intestinum, neque sterco, neque vrinam continent, sed emittunt. Oua igitur sorbenda dato, & panem subcineritium edendum, & quæ scripta sunt reliqua. Si quæ adhuc in partu est, sicca fuerit, nec nisi agrè humectetur, oleum bibendum, & loci oleo calido, & maluæ decocto calido perfundendi, & cerato liquido illinendi, adipe etiam anserino cum oleo infuso. Sin autem parere nequeat, resinam, aut cuminum, aut pini corticem ad suffitum adhibeto. Qui in partu, aut ex partu vteri tumores contingunt, eos, vti Medici faciunt, constringere

non oportet, verum præstantissima medicamenta adhibenda, cumini Æthiopici quantum tribus digitis continetur, anisi & seseleos quantum quinq; aut sex, radicis pæoniæ, aut etiã semenis concham testæ maioris dimidiã. Hæc ex vino albo grati odoris ieiunæ præcipuè exhibeto. Aut dauci Æthiopici radicem, seseli, pæoniæ radicem, ad eundem modum. Aut hipposelini, aut dauci Æthiopici semen eodẽ modo, aut crethmi radicẽ. aut cumini Æthiopici quatuor Atticorum obolorum pondus. Aut piper, anisum, daucum, pæoniæ Atticæ radicem, hæc ex vino albo trita propinato, aut myrtidani duos aut tres furculos, & cuminum Æthiopicũ, & pæoniæ radicem, aut etiam lini semen similiter, quod etiam rufientibus pueris in cibo exhibet, cum oui vitello asfaro, & sesamo torrefacto. Si puerperæ pudenda vlcere supersu iario laborent, amygdalas tritas & medullam bubulæ aqua decoquito, paucaq; farina iniecta pudenda illinito, & myrtillorum decocto eluito. Iam verò de puerperij purgamentis & his quæ post partũ prodire solent, nobis est dicendum. Vbi mulieri aut puerperij purgamenta nõ expurgantur, aut mens non eunt, aut induratur vterus, & lûborum dolor adest, & laterum quidem inanitates, inguina, femora & pedes acerbè dolent, vter attollitur, & horrores per corpus cum impergerũpunt, ex his verò febres acutæ oriuntur. Hanc cum sit habuerit, si quidem febris expers sit, balneis curato, caputq; oleo anethino illinito. Maluæ decoctũ, aut in id affusum oleum cyprinum, ad infusum, doloris leniendi gratia adhibeto. In omnibus autem morbis in quibus foras conducit, præstiterit post forũ pingui aliquo perungi. At si febris detinet, à balneo abstinendum, foribus autem & repesacientibus imus venter & lumbi curandi. Ex medicamentis autem quæ ad vterum faciunt, quædam potui sunt exhibenda, admixtis sepiæ ouis & castorio. Deinde farinam cû rura coctam, aut prisanæ succum sorbendum dato. Si verò mulieri vnã cum puero in partu humor vt conuenit, non effluat, quinetiam si quidẽ caput in se humorem calore attractũ contineat, in partu & paulò antè caput ei dolebit. Quod si cumalatus in ventrem veniat, vbi cõmotus fuerit, ipsa conturbabit, nihilq; vltius. Succurrendum autem, vt nec corpore malè affecto, succedens inde alui profluuiũ, ipsa

affligat. Quod si ex capite delata fluxio, ad puerperij purgatione se conuertat, multumq; commoueat, melius habet. Si verò plus æquo, diligenter curam adhibeto. Sin ad ventrem se conuertat, facilius vtiq; puella exitus pateat. At si modica purgatio mulieri procedat, vehementer dolor liberos occupat, omnesq; partes pudenda cōplectentes, & caput intumescunt, femoraq; incenduntur, ex ore & naribus pituita valde aquosa effluit, caput dolet, febris & horror detinet, intumescit, dentes fremunt, venter & vesica ei cōstringentur, oculus obuertit, & caliginosa cernit. Si mulieri partu liberata purgatio nō expedire prodeat, exstuantib; nimirum vtris, eorumq; osculo coniuuent. Vteri autē ceruix in sese vadit; concidit, simul ac puellus exorsit. Si quid enim horū adfuerit, ei purgatio non prodibit. Si verò ei non procedat purgatio, euenit vteā febris & horror detineat, & vti vter magnus euadat. Quod si eā atigeris, totum corpus dolet, præcipueq; si quis venter attingitur, subindeq; oris ventriculi morsu cōflatur, lumborū dolore veratur, cibis fastidium adest, vigilia & corporis cōpunctio. Deinde quinto aut sextimo die quādoq; venter exturbatur, & nigra, subindeq; admodū graueolentia demittit, & vrina qualis asinina redditur. Quæ si subeant, melius illi esse videtur, curaq; adhibita breui conualecet, alioqui in periculū venit ne ei vehemens alui profluuium succedat, & puerperij purgamenta in occulto delitescant. At si venter ei non exturbetur, neq; purgatio sponte prodeat, neq; ei citò conuenientia adhibeatur remedia, tempus autem procedat, à multis cōmemoratis affligetur, quibus accedet vt in periculum veniat, ne velut plumbum huiusmodi & in aquam intercutem incidat, eiq; vmbilicus ab vteris sublatus prominebit & nigrior quàm circumambientes partes euadet. Quæ vbi euenerint, superesse mulier non poterit. Pereunt autem aliæ alio tempore, prout corpus & affectio se habet. Primum tamē ac vigesimum diem non excedunt, itaque ferè vsuuenit. At si illi vel per medicamentū, vel sponte purgatio eruperit (id enim vsuuenire solet vbi vteri à sanguine cū impetu de repente confertim delato, os relaxarint) si inquam erumpat, graueolentia & putulenta repurgantur, interdumq; etiam nigra, tumq; melius erit, & adhibita cura conualecet. Vlcera autem in vteris

etiam oriuntur, putrefactis nimirum puerperij purgamentis. Quæ si oboriantur, maior cura adhibenda erit, ne illi vlcera increscant & computrescant. In periculum autem incurrit ne moriatur aut sterilis reddatur. Si verò vlcera in vteris insint, hæc signa sunt. Cum procedit purgatio, velat spina vterum peruadere videtur, eam ardor corripit, venterque potissimum inuadit. Ad contactum partes infra vmbilicum non secus dolent, quam si vlcus purum nervosum contigeris. Deinde vehementes in vteros dolores subinde incidunt, interdumque febris ad manum mitis, & quædamque deferuntur puerperij purgamenta maligna, purulenta & grauitus olentia. Istaque signa se produnt si vlcera in vteris fuerint, magnaque cura indigent. Atque ij quidem sunt huius morbi exitus. Quod si puerperij purgatio primis quidem tribus aut quatuor diebus prodierit, deinde ei de repente perdat, in similes, sed minores quam superiores affectiones incidit, eandemque subit morbus commutationem, diuturnus tamen & priore lenior erit. Rectè autem instituta victus ratione mulier superest, si citò eius cura suscipiatur. Ac de hoc morbo sic se res habet. Si verò ex partu non purgetur, venter intumescit, lien, & crura, febris detinet, rigor corripit, dolores ad lumbos irrumpunt, interdumque etiam ad viscera, & perfrigeratur, febrisque detinet, pulsi debiles sunt, interdum verò etiam acuti, modò elati, modò deficientes. Hæc incunte morbo patitur, & sic se habet, procedente autem tempore, caua faciei partes rubescunt. Quibus ita habentibus, cibos leues exhibeto, & si quid turgat, medicamentum per inferiora purgans propinato, si biliosa quid fuerit, quod bilem purget, sin autem pituitosa, quod pituita. Post hoc vteris fomentum ex odoratis adhibendum, & in verum emolliens in substitutio apponendum. At si duro corpore fuerit, osculum per totum diem fouendum, & emollientia supponenda, deinde calida lauandum, & fistula plumbæ imponenda. Post hæc autem salis grana & myrrham in panniculum lacerum illigatam, & picem coctam, in velere exceptam admixtis aromatis, ita vt par cuiusque sit modus, & parua gallæ magnitudinem æquet, per diem & noctem supposito. Deinde verò intermissis tribus diebus ex iisdem foueto. In substitutio autem grana cnicidia demto corripit

rice appo
is grana
optimo a
inuolutu
videatur,
deatur,
ex cucum
de netop
quarum,
piofa quæ
ro purga
fuerit, an
osculum
& oleo n
de, vino
sum tibi
quidem
grano, h
vinum m
tempo
to quod
conuale
tatur, qu
lia, & bra
gitos for
tur, dulci
per bibe
tur, id qu
lieti pau
ta ferant
peruerfi
de con
morfu, &
re loco
culos de
spinam
bra ad n
bris & h
tuitosa,

rice apponito, quantum ad duas potiones satis erit, & piperris grana tenuissimè trita, oleo Ægyptio albo & melle quā optimo admixto. Hoc lana obductum & circum pennam iouolucum toto die ac nocte supponito. Et si tibi purgata videatur, sinere præstiterit. Si verò purgatione indigere videatur, duobus intermissis diebus, rursus medicamentum ex cucumere syluestri per diem & noctem supponito. Deinde netopum, rosaceum odoratissimum, & cerui adipem liquatum, per diem vnum in vellere subiicito, & calida copiosa quā blandissimè fieri poterit lauato. Simulatq; verò purgatoriis & calida circum partes affectas expurgata fuerit, anserino adipe & myrrha ac resina tepida, vterorum osculum illinendum & fouendum. Postero verò die, vino & oleo narcissino vteros eluat. Quòd si narcissinum desit, vino solo. Hæc autem vno die ante mensium decursum tibi facienda. Vbi autem menses decurrerint, primis quidem diebus melanthium Cyprium tritum affuso salis grano, hoc lana exceptum in corpore paulum contineat, & vinum merum odoratum ieiuna in super sorbeat. Vno autem post mensium cessationem die, supposito medicamento quod ex pulegio conficitur, virum adeat, & si conceperit, conualescit. Cibis autem in purgatione accommodatis vtatur, quibus mercurialem incoquere prodest, & porra, allia, & brassica admiscere & granum. Insculum ad tres digitos sorbeat, opsoniis marinis potius quā carnibus vtatur, dulcibus autem & oleosis abstineat. Ieiunæ autem semper bibendum quod ex tæda comparatur, donec expurgetur, idque profluentibus mensibus multum bibat. At si mulieri paulò parciora quā conueniat puerperij purgamenta serantur, tanquam angustiore vterorum osculo, iisque peruersis, aut aliqua pudendi parte ab inflammatione valde conuiiente, mulier grauiter febricitat, oris ventriculi morfu, & totius corporis dolore vexatur, & præ angore statelo loco nescit, ad brachiorum, crurum & lumborum articulos dolor ingruit, isque loca quæ sunt circa ceruicem, & spinam & inguina infestabit, & nonnulla corporis membra ad motum impotentia reddentur. Deinde remissa febris & horror admodum manifestus. Vomitione autè pituitosa, amara & acria reiiiciunt. Atque cum eo statu sit, cō-

tinget tamen si ei diligens cura adhibeatur, ut ipsa conu-
lescat, alioqui claudicat, & corporis partes ad motum im-
potentes redduntur. Hic autem morbus non admodum steri-
lem mulierem facit. Si vlcerati quidem vteri fuerint, neque
puerperij purgamenta, ut decet, adfuerint, omnibus partibus
dolebit, & nisi magna vlcera fuerint, cura adhibita breui
sanitatem recipit. Viceribus autem in vteris suboris exacta &
diligens cura adhibenda est, quippe cum in molli parte &
bene sensibili existant, & in nervosa cavitare, multaq; cum ea
partes consensionem habeant, sine puer, stomachos, mens
concurritur, deprauatur, nec facile intelligere solet. At si mu-
lieri angustum vterorū osculum fuerit neq; puerperiorum
purgationem demiserit, inflammatione tentantur, quæ nisi
breui diligenter curetur, omnia eam magis affligent & ve-
ter odor inde promanat, exitusq; intumescit. Quod si vteri
inflammatione tentati non fuerint, suapte sponte malū exit
grauoleas & liuidum, aut nigrum & glutinosum existit, &
mulier à puerperij purgamentis expurgatur. Interdum ve-
rò minimè exeunt, verum id mulieri exitum portendit, nisi
quis celeriter venam incidat, aut aluum emolliat. Praestat
etiam aluū per infusum eluere. Quod si promptè vomuerit,
etiam vomitus ciendus. Satiis etiam urinam & sudorē pro-
uocare. Atq; horum, cum res postularit, occasio optima est.
Quod si mulier à partu paulò ampliùs quàm par sit purga-
ta fuerit, id eam etiam cōtingit, si vteri lato ore fuerint, aut
ex his venis quæ ad vterum tendunt, quædam ex violento
fœtus egressu perruptæ fuerint, eā levis febris & rigor pre-
hendit, calorq; toto corpore, nonnunquam etiam horror &
cibi fastidium, & in totum exacerbitur, extenuabitur, debi-
lis erit, ex virore pallefcet, intumescet, & cibos aut rursabitur,
si quid verò comedat aut bibat, non coquitur. Quibusdam
autem etiam aluus & vesica cum impetu effunditur, & hor-
ror magis detinet. Ac de his sic se res habet. Si verò puerperæ
pudendum aliqua ex parte obturatum fuerit (quod etiam
iam ipse vidi, ubi os pudendi vlceratum est) & ubi in partu
per vim egresso puero exulceratum fuerit, quid contin-
git superficialio vlceri simile, valdèq; inflammatur, & labra
ex inflammatione, cum nimirum exulcerata sint, in sese con-
cidunt, mutuoq; cohzrent. Fit autem refrigeratio, & ambo
labra

labra con-
Quod si p-
nunc affli-
in reliquo
da. Locust
adhibetur
qui à pue-
hæc pude-
obstruere
sanaque
que ei su-
cumque
trum ver-
pue irruat
etiam ple-
At si per c-
si morbu
lieri euen-
primū
profluere
que leuic-
euiat. S
cum imp-
to delice-
bre spirat
que à san-
affligere
spumosu
gram &
quum co-
nat. Mu-
uerlabi-
erit, sed v-
netur. C
exeat, ne
diuerter-
fiet, neq
valde ru-
ubi etia

labra conuident, quæ purgationis reliquias constringunt. Quod si purgatio prodeat, vlcera non utiq; coaliscunt. At nunc affluit & aliena carne incrasset. Ut. Ea igitur velut quæ in reliquo sunt corpore sananda, & ad cicatricem perducenda. Locus autem leuis sit, & æquabilitatem habens, si cura adhibetur. Iisdem autem malis affligitur mulier quibus vteri qui à puerperij purgamentis minimè repurgantur, & adhuc pudendi dolor accedit, quod tactu deprehendit sibi obstructum esse, idque fatetur & sedulo curata repurgatur, sanaque & fertilis euadit. Quod si sedulo non curetur, neque ei sua sponte purgatio erumpat, vlcus maius reddit, cumque nihil demittat, periculum est ne vlcera in cancerum vertant. Si verò in muliere puerperij purgatio ad caput irruat, thoracemque & pulmones (id enim contingit) etiam plerumque confestim moriuntur, si illic detineatur. At si per os & nares probè prodeat, incolumis euadit. Quod si morbus paulò diuturnior reddatur, eadem vique mulieri eueniunt, quæ de virgine sunt commemorata, cui cum primùm menses comparuerint, ad superiora cum impetu profluuerunt. Sed mulier diutiùs supererit quàm virgo, et quæ leuiorcs erunt affectiones, quoad pulmo purulentus euadat. Si verò per os non prodeat puerperij purgatio, sed cum impetu delata sursum vertatur, puerperia in occulto delitescunt, neque pro ratione procedunt, tussis & crebræ spirationes (asthmata dicta) eam corripiente, oppletoque à sanguine pulmone, latus & dorsum magno dolore affligetur. Cum tussit, siccum per tussim relinquit, aliàs verò spumosum expuitur, at progressu temporis sputum subnigrum & turbidum apparet. Pectus calor maior quàm reliquum corpus detinet, cum nimirum ipsum sanguis calefaciat. Mulier etiam febricitat, eiq; aluus adstringetur, cibû auersabitur, insomnio & fastigio torquetur, neque supererit, sed ut plurimum intra vnum & viginti diem morietur. Quod si purgatio impetu sursum delata per os non exeat, neque ad pulmonem vertatur, ei ad faciem puerperia diuerrent, quæ admodum rubicunda erit, & caput ingrauescet, neque id citra dolorem dimouere poterit. Oculi etiam valde rubicundi erunt, & ex ipsis sanguis tenuis affuerit. Est ubi etiam nonnullis sanguis ex naribus profuit, qui si ef-

fundatur, hoc modo diuturnior morbus euadit. Neque in hoc morbo acutè audire solent, oris ventriculi morfu tentabitur, eructabit, mente erit alienata, & delirationes furiosæ existunt. Quibusdam verò peruerforum oculorum ferocia adest, tamque omnia malè habebunt, non secus ac si ad pulmonem (velut dictum est) purgatio diuertat, præterquam quòd minimè tussiet, neque talia expuentur, neque dorsum consimiliter dolebit. At cura diligenti adhibita conualefcit. Neque verò magna spes est ut superesse queat. Ac si forte supersit, surditas aut in totum cæcitas succedet. Atque is est huius morbi exitus: Si à partu profluuium corripit, neque cibaria in ventrè maneant, vnam passam nigram, & mali punici dulcis granula terere oportet, iisque ex vino nigro dilutis vtitor, caseo caprino derafo, & polenta triticea torrefacta aspersa, hæc probè temperata exhibeto. Quòd si à partu sanguinem vomitione reiciat, hepatis fistula perforata est, & dolor ad viscera pertingit, corq; conuellitur. Hanc calida copiosa lauare oportet, & quæ maxime suscipiet tepefacientia adhibere, lacq; alinum diebus septem aut quinque propinare. Post hæc autem lac vaccæ nigra ieiunæ, si ferre possit, ad dies quadraginta propinandum, vesperi autem sesamum contritum. Hic verò morbus periculo non caret. Quoniam autem pacto lac gignatur, à me dictum est in puelli generatione ex partu, aliaque eodem modo. Si lac deficiat porra trita & aqua macerata potui exhibeto, calida lauet, & in cibo porra & brassicæ comedat. Cytisi autem folia incoquito, & decoctum sorbeat, Quin & fœniculi necnon radicis illius decoctum propinato, & hordeum decorticatum vnà cum butyro coctum & refrigeratum, potui exhibeto. Ad hoc etiam conducit hippomarathrum & hipposelinū, & cytilus, quæ simul omnia lac copiosum reddunt & augent. Capræ Scyriæ, præcipueq; casei, ad id conducunt. Sed & saluiam coquito. Aut ex iuniperi baccis aut cedri fructu expressum succum, vino affuso bibat, & reliqua affuso oleo edat. Ab acris, acidis, salis, & omnibus oleribus crudis arceatur. Cardamum etiam ex vino potum ad id valet, lac enim etiam expurgat. Calida lauet, & à balneo bibat. Viticis etiā semen ex vino potui præbeto. Quin & betæ succus propinatus lac copiosum facit.

Post

DE MORBIS MULIER. LIB. I. SECT. V. 659

Post eum sesamum, & hordeum trimestre in pilam coniectum, trita omnia, succo per linteolum transcolato & expresso, melle admixto & amamelidis, deinde ex vino nigro bibenda dato. Cum mulier peperit, neque secundis est liberata, ea dare præstiterit ex quibus puerperij purgamenta potissimum expurgantur, allia cocta, aut assa, ex vino & oleo, cum paruis polypis & sepiolis. In prunis verò quicquid istorum volueris. Castorium autem aut nardum bibat. Rutæ etiam ieiunæ ex vino nigro dulci bibenda, aut sine vino. Quod si vinum dulce desit, mel admiscere commodius. Brassicam unā cum ruta & mercuriali decoctam assumat, & ex seminibus vtero dicatis aliquod bibat. At si puerperia in grumos concreverint, & dolor in infimo ventre oboritur, porra cocta exhibeto, quæcunque sylvestria & sativa erunt, pingua autem omnia facito. Tertio verò etiam quoque die clementiore cælo lauandum. Iis enim frigus est adversum. Post balneum autem inungere præstat, neque multa calida vti. Si secundæ statim à partu non discesserint, imi vteris dolores in lateris inanitate suboriuntur, & rigores, ac febres. Quod si secundæ exierint, mulier etiā sanescit. Placenta verò putrescunt, sexto tamen aut septimo die, aut etiam posterius exeunt. Huic medicamenta quæ præscribam exhibere oportet, & spiritum continere. Omnibus autem præstare novimus artemesiam herbam, & dictamnium, ac alba violæ flores. Et laseris succus ad fabæ Græcæ quantitatem ex aqua potus præstantissimè valet. Quod si his secundæ excludi nequeat, cibis abstinendum. Deinde agni casti folia ex vino & melle trita, & affuso oleo repacta, ad hæminæ mensuram potui exhibeto, & foras prodibunt. At si mulieri in vteris parrus involucrium relictum fuerit, id hoc modo contingit. Si vi abruptus umbilicus fuerit, aut si per imprudentiam eius quæ umbilicum secat, prius quàm fœtus involucrium ex vteris prodierit, sectus fuerit, vterique secundas nimirum lubricas & madentes sursum attrahunt, & arctissimè complectuntur. Fœtus enim involucrium ex pelli umbilico proteditur, & ex vteris postremus exit umbilicus. Si enim priore loco exiret, non vtiq; per ipsum ad puellum alimentum periret, cum ex eo propendear. Cum verò quæ prægnans est fœtum menstruum aut bime-

Te

strem corrumpat, secundæque foras prodire nequeant, ipsa autem extenuata sit, huius corpus sanè purgare & opimum reddere oportet. Neque enim putrefacti fœtus exeunt, nisi vteri robusti & bene compacti fuerint. Si mulieri fœtus inuolucrū intus remanserit, nisi vteri amplo ore fuerint, parci-
 cior quàm conueniat purgatio prodit, venter durus & magnus euadit, frigus detinet & febris acuta, dolor totum corpus, præcipuè verò ventris partem vmbilico inferiorem occupat, pondusque in vteris ac tormina non aliter quàm fœtu existente sentiuntur. Diligenti tamen cura adhibita, breui putrefactam fœtus inuolucrum elicit, sanaque euadit. Si ex partu vlcera-
 tus vterus fuerit, rosarum floribus medendum, quinetiam adstringentium decocto colluendus. At si os vlcera-
 tum & inflammatione tentatum fuerit, myrrham, adipem asnerinum, ceram albam, thus, cum pilis leporinis qui sub ventre sunt mixta, & læuiter trita, in vellere subdito. Si ex partu vteri inflammationem conceperint, febris leuis corpus detinet, & oculorum caligo adest. Ventrem verò incendium nunquam deserit, siti & coxendicum dolore vexatur, imus venter vehementer inuemescit, & alius rufus batur, deiectio mala est & graue olēs, vehemens febris inuadit, cibi fastidium detinet, & ad finciput dolor pergit, neque ventriculi stomachus potus & cibos attrahere, neque etiam coquere potest. Ac nisi confestim curentur, plurimæ intereunt, venter autem in causa est. Sambuci folia quàm tenerrima, in farina crassiore tritici sitanij decocta, per quā tepida sorbenda dato, aquam mulsam vinumque aquosum exhibeto. Ad imum ventrem cataplasmata refrigerantia imponenda, & cibus quàm paucissimus sumendus, venter sistendus, & capiti medendum. Ad præcordia quoque & vterorum sedem cataplasmata adhibenda. Cum sedes aut alia quædam pars doluerit, iuniperi baccas, aut lini & vrticæ semen terito, & potui exhibeto. Si ex partu dolor est, resinam terebinthinam, mel, & vinum tepidum sorbitione exhibeto. Quod si vteri inflammatione laborent id sedabit. Quod si nulla vteri parte dolor est, amygdalas amaras tenuito, & olæ tenera folia, & anisum, & erysimū, & organū, ac nitrum. Ex his mixtis & ad læuorem tritis, vterorū colliria conficito. At si inflammatio cum dolore detinuerit, ad
 rosā

DE MORBIS MYLIER. LIB. I. SECT. V. 683

rosarum folia, cinnamomum, cassiam, in vnum ad leuiorem trita, netopum affundito. Et pastillis drachmæ vnius pondere confectis, ollæ fictili recenti igne candenti, superinstita muliere & vestimentis contacta, in vterum suffragum immittito. Hoc dolores sedabit. Si verò vteri ex partu laborauerint, febris leuis detinet, inferiore autè parte imus venter velut igne accensus est, interdumque ad coxam vsque intumescit, dolor etiam infimum ventrem & laterum inanitates occupat. Quæ per aluū secedunt, biliosa sunt & graueolentia, ac nisi sistatur, de repente perit. Sic igitur affecte aluum refrigerare oportet, ea cautione adhibita ne perhorrescat. Bibat autem, si non sistatur, farinæ crassioris decoctū, panis farinam comedat. Mali autem punici vino si succum aqua temperatum, sorbendum dato, lentium autem lomento aspergito. Quo decocto, lentem, cuminum, salem, oleum, & acetum misceto, hoc frigidum sorbendum dato, & lentulam aceto conditam, vinum Pramnium generosum superbibendo. Aliis autem omnibus cibis abstinendum, quoad febris soluta videatur. Quod si visum fuerit, etiam lauet. Si verò imbecilla fuerit, polentam bibendam dato, sique debilior, ex aqua frigida. Cibus offerendus leuis, qui minimè vacuet, vbi febris remiserit. Hic autè morbus acutus est & lethalis. At si recens enixæ vteri inflammatione laborent, venter incenditur & intumescit, & suffocatio ad præcordia detinet. Sic affecte muscum marinum, quæ in pisces iniiciunt, in pila contusum, farina hordeacea cruda admixta, fermenutio cinere, & lini semine tosto, ex cataplasmate admoueto. His autem agitatæ, & aceto oleoque subactis, mixturam quandam crallam conficito eaque donec velut in farinæ massam coëant coquito. Hoc quam calidissimum in cataplasmate apponito, & si opus est, ad infellum adhibeto. Si recens puerperæ vteri inflammatione conceperint, intumescunt, cumque puerperij purgamenta restiterint, clam distenduntur, quod accidit, cum frigore densati fuerint. Hos si quidem perfrigescant, calefacito. At si conflagrarent, & frigus dimiserit, medicamentum subditiuum quod inflammationi aduersetur subiiciendum, simulque lauandum & foru vtendum, & medicamenta quæ describam adhibenda, vaporque in os & nares attrahendus. Quod

Tt 2

si strangulatus accesserit, lentes cum aceto, sale, & origano multo decoquito, & ut appositi medicamenti nidorem attrahat facito. Mercurialem etiam comedat, & in eius succo coctam farinam sorbeat. Quam celerrimè autem, & priusquam dolor detineat, medicamenta exhibeto quæ uterorum dolorem sedent, & cibi aluum subducentes, assumendi, & si venter inflammetur, quam citissimè per infusum subluendus. Si uteri pituita redundant, in iis status suboritur, & menses prodeunt pauciores, albi, pituitosi, interdumque sanguis tenuis, purus, membranis plenus, nonnullis etiam conturbatur, terque mense comparet, neque pre nimia humiditate viri congressum expetit, neque ad veni-rem exercendam incitatur, & extenuatur. Dolor autem in utero ventrem lumbos & inguina occupat. Quod si quod effluit mordeat, & summas osculi uteri oras ulceret, diuturnam ferre fluxionem asserendum. At si minimè copiosa fuerit, lentiusculæ decoctum cum veratro, ut vomat exhibeto. Deinde in nares infundito, & medicamentum deorsum purgans propinato, & cibis acerbis abstineat. Quod si grauitate & frigore prematur, & torpor detineat, lac & vinum odoratum exhibeto. Hypericum autem, lini semen, & saluam, ex vino odorato aquoso ieiuna bibat, & uteros vino vna cum fece eluat. Quod si ulcerati fuerint, duobus aut tribus diebus intermissis, ter ex grani Cnidij decocto colluito, post hæc verò ex adstringentibus. Si verò adhuc ulcerati fuerint, myrti & lauri decocto abluito, & medicamento ex argenti flore illinatur. Grauis autem hic morbus est, paucaque ex eo euadunt. Si uteri acerbula pituita oppleta fuerint, menses pauciores contingunt, & si uterum gestet, ubi foetus robustior euaserit, cum corrumpit. Neque enim confirmatur, sed elabitur. Ex eo autem cognoscas quod humida redditur, quodque effluit, mucosum & viscidum fit, qualia ex aluo feruntur, nec mordeant, & in mensium cursu, ubi sanguis purgari desierit, per duos aut tres dies mucosa ex utero effluit, horrorique & calor minimè acutus detinet, præterquam quod non desierit. Hanc grossorum decocto, à quibus aqua depurgatur, bis vel ter colluito. Vbi autem purgata fuerit, deinceps adstringentibus utatur. Mollia subditiua medicamenta, ex quibus pituita purgatur supponito, & uteros lauri decocto foueto,

foueto, deco-
riat, suffur-
neo abstine-
numque; pa-
tura obuol-
nascatur. m-
pus deficiunt
staccescunt,
tur. Atque ex
Quin & in v-
gracile & l-
Quoque lon-
lumbos, la-
hic ex aborti-
fes delituer-
neat, tepe fa-
camentum
camento ex-
tum ex can-
aut triduum
colluendi. C-
pro ratione
in subditiua
cem, & pa-
ex vino iei-
cruda & co-
caterisque; n-
carnibus.
uteris oria-
& diuturni-
eunt, venter
mescunt. V-
lum, & vte-
eo aqua eff-
corrumpi-
fit, lac & p-
ante hoc t-
sanguine
labore qu-

foueto, decoctoq; cum aceto colluito, & cum menses cessarint, suffitum ex aromatibus adhibeto. Postea cibo & balneo abstinendum. Mulier autem virum adeat, & cibos vinumq; parè assumat, calidè se contineat, lanceis tegumentis crura obuoluar, oleoq; illinat. Si aqua intercus in vteris innascatur, menses pauciores & prauis contingunt, & ante tempus deficiunt. Venter imus inotumescit, & mammae solidae flaccescunt, & in reliquis malè habet, vteroque gestare videtur. Atq; ex his quidem aquam esse intercutem cognoscas.

17 Quin & in vterorum ore sui notas edit. Ad contactum enim fragile & humidum apparet, rigorque & febris inuadit. Quoque longius tempus processerit, dolorimum vterem, lumbos, laterum inanitates & inguina occupat. Morbus hic ex abortione contingit & aliis de causis, cumque menses delituerint. Hanc copiosa calida lauato, & si dolor detineat, tepescientia admoueto. Vbi autem quieuerit, medicamentum deorsum purgans propinandum, & vteri medicamento ex stercore bubulo fouendi, deinde medicamentum ex cantharide in subditio apponendum, & biduum aut triduum intermittendum, & si robur adsit, Netopo vteri colluendi. Quod si venter mollis reddatur, febres cessent, & pro ratione menses procedant, cum viro etiam dormiat, & in subditiorum usu persistat, & die intermisso crethmi corticem, & pæoniæ grana nigra quinque, sambuciq; fructum ex vino ieiuna bibat, mercurialem quamplurimam, alliaq; cruda & cocta comedat. Sub somnum mollibus & polypis, cæterisq; mollibus vtatur, & opsoniis marinis potius quam carnibus. Quæ si pepererit, conualescit. Si aqua intercus in vteris oriat, menses pauciores & deteriores contingunt, & diuturniores, iustoque pauciores, aut paulò copiosiores eunt, venter, quæq; supra pubem sunt, tibiæ & lumbi intumescunt. Vbi autem longum intercesserit temporis interval- lum, & vterum gestarit, fœtum perdit & eiicit, vnaque cum eo aqua effunditur, fereq; mulier moritur. Sanguis autem corrumpitur, & aquosus fit. Huic quoad fœtus moueri possit, lac & pepli infusum potui exhibeto. Vt plurimum autè ante hoc tempus corrumpitur, & abortione reiiicitur, vteri- que sanguine & aqua diffunditur. Hæc autem nihilo frequentius ex labore quam aliis de causis contingunt. Aquam autem esse

intercutem dignoscas licet, si digito ad contrahendum in-
misso, ipsorum os gracile & humore redundans deprehea-
deris. Quod si in ipsa foetus non circa initia, sed iam bimo-
stris, tum corrumpatur, tum suffocetur, venter imus in tu-
morem attollitur, & ad contactum velut vlcus dolet, ingens
que febris eam & dentium fremitus inpadit, & dolor vehe-
mens pudendum, & imum ventrem, & ilia, idemque ac-
tus & assiduus laterum inanitates & lumbos occupat. Cum
ita affecta fuerit, si dolor adsit, eam calida lauato, & repefi-
cientia admoueto, periculo facto quodnam maxime ipsa
admittat, medicamentumque deorsum purgans exhibeto.
Intermissione autem temporis quanta ei satis esse videbi-
tur facta, etiam colluito & foueto, & cyclaminum melle
subactum, tenui linteo exceptum, vterorum ori subdito, &
cupressi ramenta aqua madefacta eodem modo supponi-
to. Idque quo plus mordet aut lacerat breuiore, aut lon-
giore tempore faciendum. Et paratum specillum stannei
digitumque eodem modo intromittito. Potiones etiam quae-
cumque maxime approbat propinato, & opportunitate ma-
ximè captata cum viro dormiat. Si enim genituram com-
prehenderit & pragnans fuerit, quae etiam intus incrant,
vna cum ipsa delata, per inferiora expurgabuntur, eaque
praeipue ratione conualescere poterit. Si verò ex aqua &
magnoliene mulier in aquam intercutem labatur, lien a-
quosus ex eiusmodi affectione euadit. Cum vehemens fe-
bris hominem detinuerit, neque dimiserit, sitisque valida
corripuerit, & biberit, neque vomitione quicquam refudo-
rit. Quod enim ad vesicam defertur, per urinam redditur.
Lien verò quod est reliquum, ex ventre ad sese raptum susci-
pit, cum sit rarus & spongiae similis, & prope ventrem sitat.
Hisque ita se habentibus, si neque exudarit, neque venter
demittatur, ex eo splen attollitur, idque magis si aqua epor-
ta fuerit. Ac si quis ipsum attrahat, mollis est velut lana to-
mentum, interdumque etiam durus ac renitens. In tumorem
autem sublatus & oppletus, per venas in corpus transmi-
tit, praecipueque in omentum & partes ventrem ambientes,
& crura. In corpore enim ubi in vnaquaque parte plus quam
par sit, aut quam continere possit affuerit, altera ad al-
teram transmittit. Ex eo verò semper hydrops subsequitur.

ubi lien nat
Quibusdam
brem contin
tre adfuerit
mulier sibi n
nam, tum st
nea vratur vi
menfes de re
nonnunqua
entis carnes
ac neque cor
prius quam
que magis si
tollitur, & n
venter afflig
intra paucos
mè, pro supe
dem relabit
adhibeatur,
ret, & contin
sim proflue
non succeda
non relaxa
quam præg
lenietur, v
tata. Subin
pars sub v
cies atque ad
nullis quida
horum alie
lieris vita sp
spes reliqua
tit affecta.
omnia his
tumque etia
autem (vt d
uia, quaeq;
res morbo
priusquam

DE MORBIS MULIER. LIB. I. SECT. V. 665

vbi lien natura rarus & laxus ad sese trahere consueverit. Quibusdam verò hoc morbi principium etiam citra febre[m] contingit, si incendium quoddam internum in ventre adfuerit, velut pituita in ventrem delata, idque si in siti mulier sibi minimè tēperet, neq; vesica neq; aluus, tum vrinam, tum sterco[s], vt æquum est, transmissint, neque idonea vtatur victus ratione. Quòd si hydropelaboret, copiosi menses de repente, quandoque etiam pauci descendunt, & nonnunquam velut aqua ex carnibus fiunt, velut si quis cruentas carnes abluerit, interdū etiam paulò vehementiores, ac neque concrefcunt. Eam crebra spiratio (asthma dicta) prius quàm menses prodeant inuadit, & splenis dolor, idque magis si quid dulce ederit, venterque in tumorem attollitur, & magnus redditur. Ac vbi plus solito comederit, venter affligitur, & subinde lumbi dolent, ipsamque febris intra paucos dies occupat. Cumque repurgata fuerit, optime, pro superiorum ratione, habere videtur postea in eundem relabitur statum. Quòd si (vt conuenit) diligens cura adhibeatur, conualefcet. Alioqui & fluor muliebris apparet, & continuò per totum corpus velut sanies quedam sensim profluat, tumque diligentiore cura opus est. Si verò fluor non succedat, sed vteri per hæc quæ prius inerat menses non relaxant, & venter ei magnus reddetur, & pondus tantam prægnanti inerit, & in eius ventre velut pueri motus sentietur, vteris nimirum aqua oppleris, & in iis aqua agitata. Subinde enim in iis aqua tanquam in vitre fluctuat, & pars sub vmbilico ad contactum dolet, iugulum, thorax, facies atque adeò oculi extenuantur, & papillæ attolluntur. Nonnullis quidem venter & crura aqua replentur, quibusdā verò horum alterum. Quòd si ambo impleantur nulla de mulieris vita spes superest. Si verò horum alterum, est quoque spes reliqua exigua, si diligenter curetur, neque admodum fuerit affecta. Diurnus autem est hic morbus. Hæc autem omnia his quæ nondū pepererunt magis contingunt, plerumque etiam his eueniunt quæ partum expertæ sunt. Sunt autem (vt dictum est) periculo proxima, & ferè acuta & graui, quæque adeò non facile quis intelligat, quòd cum mulieres morbo affliguntur, interdū tamen se ægrotare nesciunt, priusquam seniores effectæ, morbos qui menstruorū ratio-

neproueniunt expertæ fuerint. Tum verò & necessitas, & temporis diuturnitas, eis morborum causam declarat. Atque adeò interdum dum non intelligunt quam ex causâ ægrotent, immedicabiles morbi euadunt, priusquam Medicus ab ægrotante rectè morbi causam ediscat. Eas enim etsi cognoscant, enunciare pudet, turpeq; sibi esse ob imperitiam & inscitiam reputant. Simul etiam Medici falluntur, cum morbi causam non exactè inuestigant, sed tanquã viriles curent, & multas vidi ab eiusmodi affectionibus cõsumtas. Verùm confestim exactè morborum causa peruestiganda est. Multum enim muliebres morbi & viriles curatione discrepant. Si verò vlcerati fuerint, vnà cum pure sanguis expurgatur, grauis odor cõtigit, & dolor acutus lumbos, inguina & infimum ventrem inuadit, isq; sursum ad laterum inanitates, costas & scapulas peruenit, interdumq; ad iugulum pertinet, morsumq; percipit, & vehementem capitis dolorem, mensq; alienatur. Temporibus autem successu tota intumescit, eamq; debilitas, animi deliquium, febris leuis & perfrigeratio occupat. Præcipuè verò crura intumescunt. Morbus hic ex abortuprehendit, si qua corrupto & intus putrescente puella, non expurgata fuerit, totumque corpus incendium occupat. Inuadit etiam ex fluoribus muliebribus, siq; ad eos acris & biliosæ confluxerint, mordent. Si ita se habere offenderis, cum dolores quidem detinent, multa eaq; calida lauare oportet, & tepescientia quæ parte dolor detinet admouere. Quòd si dolor ad superiores partes pertingit, validaq; sit mulier, totam foueto, ciq; medicamentum deorsum purgans bibendum exhibeto. Et si anni tempestas tulerit, serum lactis decoctum quinq; diebus, si ferre possit, superbibendum dato. Sin serum desit, lac asininum coctum per tres aut quatuor dies potui præbetor. Post lactis potum, eam aquis & cibis accommodatis refecito, carnibus ouillis tenellis, iuuenibus & aniculis, betaq; & cucurbita. Abstineat autem salis, acris, & marinis omnibus, itemq; porcinis carnibus, bubulis & caprinis. Panes autem comedat. Quòd si animi deliquia detineant, neq; sit valida, & perfrigeretur, sorbitionem assumat. Nonnulli verò sic capite dolentibus lac propinant, quòd capitis dolore vententur, quidam verò aquam quòd animo linquantur. Ego

cōtra,

contrâ, si ca
aquam existi
lac bene faci
colluito, p
tribus aut qu
pido colluito
cum butyro
medicamen
autè argenti
ctu, cenani
mens, cro
singulorum
& crocus, o
uorem per
mellis crass
die exhiben
cisthum & s
bere videbi
dum, deino
do exhiben
ctassandum
struetur, fo
duntur. H
dicamenta
prænoxia ra
aqua temp
re & sanie
oritur) ven
velut vlc
net, dolor
mum vent
bus autem
dilaniatum
sua sponte
uato, & q
& spongia
eluito, en
debitur.
mixto me

contrā, si capite doleant & mentis læsio adsit, conuenire
 aquam existimo, cum verò morsus & acrimonia inest, his
 lac bene facit. Cum verò tibi validior esse videbitur, vteros
 colluito, primū quidem medicamento ex fæce, post hæc
 tribus aut quatuor intermissis diebus, brassicæ decocto re-
 pido colluito, ac rursus tribus intermissis diebus, decocto
 cum butyro. Quod si his factis vteri sanitati restituantur,
 medicamento quod ex malicorio paratur colluito. Vlcera
 autē argenti flore, galla, myrrha, thure, spinæ Ægyptiæ fru-
 ctu, cenanthe syluestri, chrysocolla, squama aris, loti ra-
 10 mēno, croco & alumine Ægyptio vsto illinito. Quorum
 singulorum vna sit æqualis portio, alumen autem, & galla,
 & crocus, omnium portionem æquent. Trita verò & ad la-
 uorem permixta omnia, vino albo duci diluito, deinde ad
 mellis crassitudinem decoquito. Hoc vt illinatur bis quoti-
 die exhibendum, vbi prius aqua tepida lora fuerit, in qua
 cisthum & saluiam decoxeris. Ex quibus vbi tibi melius ha-
 bere videbitur, die vno lac caprillum coctum propinan-
 dum, deinde lac bubulum eodem quo in superioribus mo-
 20 do exhibendum. Post lactis potum, ci bis quā maximè in-
 crassandum, & vt concipiat procurandum, sanitati enim re-
 stituetur, ferè autem ex hoc morbo euadunt, & steriles red-
 duntur. Hæc verò sanioribus rarò accidunt. Post ea me-
 dicamenta lini semen torrefactum, sesamum, vrticæ semen,
 pzonix radicem amaram tritam, ex vino odorato nigro
 aqua temperato bibat. Si exulceratis vteris sanguis cum pu-
 re & sanie effluat (hic enim morbus ex his putrescentibus
 oritur) venter imus intumescit, & extenuatur, contactūque
 velut vlceratus dolet, febris & dentium fremitus eam deci-
 30 ner, dolorque acutus & assiduus ad pudenda, pubem, infi-
 mum ventrem, lateris inanitatem, & lumbos vrget. Mor-
 bus autem præcipuè quidem ex partu inuadit, si quid in ipsis
 dilaniatum cum putruerit, itemque in abortione, & aliās
 sua sponte. Sic affectam vbi nactus fueris, multa calida la-
 uato, & qua parte dolor detinuerit, eiusmodi tepefactoria
 & spongiā ex aqua calida supposito, acria & acerba vitando
 eluito, emollientibus admixtis prout opportunum tibi vi-
 debitur. Et ex lini semine & sambuci fructu, cum melle
 mixto medicamento comparato, co vitator. Calida lauato,

& sumta spongia aut lana molli, aqua calente imbuta, p-
denda & vlcera repurgato. Deinde vino meraco rursus im-
buta spongia aut lana, ad eundem modum vutor. Postea
hoc medicamento quoties opportunum tibi videbitur, in-
ungito. Deinde resina & adipe suillo simul mixtis, hoc me-
dicamento saepe interdum & noctu inungito. Post quæ lini
semen torrefactum, contusum & cribratum, papaueris albi
semen & polentam tufam & cribratam, & casei caprilli colli,
sorde & salugine derasa, amarum cum polentæ polline per-
misceto. Deinde unam medicamenti portionem & casei, &
polentæ, sub auroram ieiunæ, ex vino austero temperato
propinato. Vesperti verò admixtum cyceonem crassum ex-
hibeto, & ex muliebribus potionibus quancunq; lubes ad-
miserit propinato. Et ista quidem tantisper dum copiosior
sanguis effluet, & acuti dolores detinuerint, paulumq; inter-
miserint, facito. Vbi autem vlcus imminutum fuerit, & do-
lores leues longiorēq; tempore occupant, medicamenta et
quibus per inferiora potius quàm per superiora repurgari
debeat propinato, intermisso tanto tempore, quantum ne-
cessarium videatur. Mulierq; in alta sella reclinata, lenibus
fomentis fouenda est, si occasio crebrò postulare videatur.
Quibus factis sana euadit. Hic autem morbus lentior est &
lethalis, & ex quo paucae euadunt. At si vehementer vlcera-
uerint, sanguis cum pure expurgatur, & grauis odor adest.
Cumq; dolor prehenderit, quæ circa profluiū contingunt,
velut partus dolores affligunt, temporisq; successu crura &
pedes intumescunt. At huic tanquam hydropi Medici me-
delam adhibent, cum tamen non sit eiusmodi. Huius curam
cum susceperis, imprimis calida lauato & calefacito, acri-
busq; & emollientibus, ac adstringentibus ex aqua & vino
colluito. Tum Cratæogoni & polycnemi cū melle decocto,
lana imbuta pudenda perlinēda, & resina cum melle & adi-
pe suillo illinenda. Propinandum etiam lini semē & sesamū
torrefactū, cum caseo caprillo, & polenta omnibus admix-
ta. Hæc autem ieiunæ ex vino propinanda. Ad vespertum au-
tem magna mellis copia affundenda, istaq; quoad sanguis
purgabitur, & dolores acuti detinuerint aut aliquantulum
intermiserint vsurpanda. Cum verò parcius prodierit, & do-
lores leuiore diutius detinuerint, medicamentū deorsum
purgans

purgans ex intermissione propinandum. Quibus factis cō-
ualēscit, generationis tamen spes nulla adest. Quæ in vteris
exulcerationes, ex abortione, aut alia de causa oriuntur, ear-
omnes quocunq; curationis genere opus esse videatur, ha-
bita totius corporis ratione curandæ sunt, siue ex toto mu-
lieris corpore petendam esse curationem existimaueris, siue
ex ipsis vteris. An verò ab ipsis vteris, hoc pacto dignosces.
Quæ quidem ab ipsis vlcerationes fiunt, purulentam & cō-
sistentem purgationem reddunt, quæ verò non ab ipsis, te-
nuem & sanie permixtam. In quib⁹ igitur fluxiones sunt te-
nues, eas quidem medicamento curare oportet, & exhibere
quod sursum ac deorsum purget, imprimis verò sursum.
Quòd si quidem post medicationem fluxiones pauciores &
mitiores fuerint, aut intermittant, rursus ad eundem modum
medicamentum purgans exhibeto. Post medicationem au-
tem eam victus rationem præscribito, ex qua maximè sicca
mulier euadat. Quod continget, si tertio vel quarto quoq;
die toti corpori foras adhibueris, & ab iis confestim vomitio-
nes citaueris. Post vomitiones autē & foras, victus ratio-
ne instituto, vt illora permaneat, aquæ potu & pane in cibo
vutatur, opsonio verò nullo, præterquā vino nigro meracio-
re, olere etiam nullo. Cū verò vomitionē paras, tum vsus
est vt multis & acribus oleribus impleas, multis etiā cibis &
opsonio quocunq; libuerit, necnon etiam vino aquoso co-
pioso impleas, & à fotu multa calida lauet. Atq; hac curatio-
ne ad huiusmodi fluxiones vtendū. Præstat tamen in vterisq;
medicamēti purgantis potione vtī, vomitiones ciere & sur-
sum trahere. Melior quoq; est desiccās victus ratio, sine vllō
balnei vsu. Ad vteros verò hanc curationem adhibeto. Pri-
mū quidem aqua in qua sambuci folia incoxeris foueto,
deinde post fotum sine gmate ex vini fæce colluito. Si quidē
putredo in vlceribus adfuerit, & quæ prodeunt graueolētia
sint, sine gmate meraciore, sin autē nihil tale adsit, dilutiore.
Post fotum autem aqua, in qua myrtum & saluiam incoqui-
to. Post hoc, vino mero, albo, tepido colluito. Cū verò à
collutionibus morderet, tum pura reddita iam sunt vlcera.
Fæce igitur vini dilutiore, & vino nigro colluere oportet.
Post vinū, adipem suillū recentē liquefacito, anseris pingue-
diuē, si adsit, admisceto, sin minūs, aliā quandā, præcipueq;

gallinaceam. Quæ si non adfuerit, vetustam aliquam pinguedinem sumito, eaque tepida colluito. Post hæc autem vinum per alteram collutionē ad os vteri infundito. Quid si vlceratū fuerit, penicillos ex emollientibus factos subdito. At si admoti ardorem excitarent, mulieri detrahete iussæ, ei vt aqua tepida lauet quali colluebatur imperato. At si ad hanc victus rationem fluxiones minimè decedant, minores tamen sint & vehementer mordeant, quæq; effluunt biliosa fuerint & salsa, neq; interiora tantum, sed & exteriora vlcèrent, commutata victus ratione, toto corpore hæmectanda erit, quò fluxiones quàm dilutissimæ & quàm minimum mordaces euadant, balneis multis calidis, mara, oleribus coctis pinguibus omnibus, piscibus carulaginei generis, cum cepa & coriandro in muria dulci coctis vtratur. Cum pinguedine autem multa coquendi sunt. Carnibus omnis generis, excepta bubula & caprina. Hæ enim cum aceto & fœniculo decoctis vti licet. Vino melito fuluo, aquoso, liberaliore lactis potione cum vino dulci. In reliquo, quæ ad collutiones spectant, iuxta commemoratam rationem facienda. Atque ea quidem nunc est exposita huiusmodi fluxionum curatio. In quibus autem purulenta & compacta defluunt, in his quidem totum corpus nullò modo mouere oportet, sed collutionibus vti, & ex his totam curationem instituere. Ex collutionibus autem eadem quæ antea dictæ sunt, nunc perficiendæ, eodemq; modo. Describentur verò etiam à nobis aliæ paulò post. Hæc etiam vlcerebus medentur. Ceruinus ad ps recens in subditio appositus. Colluere tamen quàm primum sapo oportet. Optimum etiam cerasam affundere, si vlcera adsint, & narcissinum oleum. Cibis etiam mollissimis & minimè acris vtendum. Quòd si sordida fuerint & serpent, proximumque locum mordeant, purgato, carnemque nonnam producito, eamque ad cicatricem perducito. (facile enim relaxantur, & ad malignitatem deueniunt) crebroq; lauato. At si mulier ex abortione vulnus accipiat, aut ex acris subditis medicamentis exulcerentur vteri, (qualia multa mulieres semper dum sibi medentur sentiunt) fortis-que corruptus fuerit, neque mulier expurgetur, verum ei vteri vehemēti inflammatione laborent, & conuiueant, neque

neque purgationem, nisi prius emissio sanguine qui est in
 fetu, effluere sinant. Hæc siquidem curetur, breui conua-
 lescit, sterilis tamen est. Quod si ei sponte puerperii purga-
 menta eruperint, vlceraque curata fuerint, sic quoque steri-
 lis erit. Si verò ei quidem purgatio contingat, vlcera verò
 minimè sedulo curentur, periculum est ne putredinosa ex-
 istant. At si ei iam morbo attritæ purgatio continenter eat,
 moritur. Quod si in partu fetu non secundum naturam
 prodeunte, vteri etiam vehementer exulcerati fuerint, ea-
 dem patientur quæ illa cui ex fetus corruptione vteri vlce-
 rati fuerint. Siq; ex fetus corruptione, aut ex partu vteri ex-
 ulcerati fuerint, easdem commutationes eisdemque exitus
 morbus habet. Ac si omnia puerperii purgamenta emise-
 rint, minor labor erit, nisi grandia vlcera fuerint. Quæ si
 diligenter curetur, breui conualescit. Ad curationem au-
 tem citò animum attendere oportet, si vlcera in vtero fue-
 rint. Nimirum enim cum tenello loco existant, celeriter in-
 crescunt, breuique putrescunt. Vlcera verò curato non se-
 cus ac ea quæ in reliquo corpore exoriuntur, studendo vt in-
 10 flammatio arceatur, repurgentur, impleantur, & ad cicatri-
 cem perducantur. Aqua autem non vinum potui dandum,
 cibique pauci non multi exhibendi. Qui verò fetus per ab-
 20 ortiones liberari nequeunt, quod nimirum ii toti, aut eo-
 rum partes maiores existant, aut minores, sed transfueri &
 imbecilles, si quidem eiusmodi sint secundum naturam, vbi
 prius calida multa laueris, ex his quæ recenserebo medica-
 mentum aliquod exhibeto. Quod si exitu affectato non fa-
 cile discedant, cum sint secundum naturam, iis sic habenti-
 bus sternutatorium aliquod adhibeto. Naribus autem ap-
 30 prehenfis, & ore compresso sternutandum, quò quàm maxi-
 mè fieri poterit, efficax sternutatio reddatur. Concussioni-
 bus etiam vtendam quas hoc modo parare possis. Lecto al-
 to, firmo & substrato, mulierem supinam reclinato. Pectus
 autem & axillas, & brachia, fascia aut loro lato & molli ve-
 lut cingulo comprehensa, ad lectum alligato, & crura re-
 curuata malleolis vinculis injectis contineto. Quæ cum ad-
 ornaueris, mollium virgultorum aridorum fascem, aut ali-
 quid huius per simile, tam bellè disposito, vt lectum in ter-
 ram proiectum, non sinat pedibus qui ad caput sunt terram

attingere. Tum eam manibus lectum apprehendere iubeto, & lectum à capite sublimem habere, vt in pedes propensum deat, ea cautione adhibita, vt ne mulier præceps feratur. Hæc autem dum ita parata fuerint, & lectus in sublimem erectus, à posteriore parte virgulta arida ponenda, & quam maximè dirigenda, vt dum lectus proiicitur, pedes terram minimè attingant, sed intra virgulta arida contineantur. Ab vtroq; verò pede hinc & illinc vir vnus eam attollat, vt lectus recta decidat, plano & æquabili momento, ne quid in eo diuellatur. Concutiendum autem maximè simul ac partitionis dolores vrgent. Quod si fœtus quidem decesserint, confestim cessandum, alioqui per interualla concutienda, & suspensa in lecto continenda. Hæc igitur ad hunc modum facienda, vbi rectè & secundum naturam decedunt. Cætero autem liquido priùs illinere oportet. Id autem in omnibus eiusmodi circa vterum affectionibus est optimum, & malus ac fœnigræci decoctum ad perfundendum, aut potius prisanæ triticæ cremor. fovere etiam sedem & pudendum ad inguinâ vsq; oportet, & in fœtus parâdi, idq; tum vel maximè, cum vehementes parturiendi dolores vrgébunt, nihilq; aliud animo agitandum. Eam verò quæ manus medicas adhibet, oscula emollientibus dilatare oportet, idq; sensim facere, vmbilicum verò vnâ cum fœtu extrahere. Qui verò conduplicantur fœtus & in vterorum osculum incumbunt, eos siue viuos, siue mortuos, retrò protrusos iterum vertere oportet, vt in caput prodeant secundum naturam. Cum autem retrò protrudere aut vertere voles, supinæ reclinatæ molle quiddam coxis substernere oportet, atq; etiam lecti pedibus aliquid supponere, quo altiores à pedibus decumbentis esse queant. Quinetiam vt coxæ capite sint altiores, nullum verò capiti cervical subsit, ad ea prospiciendum. Cum verò retrò protrusus fœtus huc & illuc circumagatur, sublatis lapidibus pedibus lecti suppositis, & eo quod coxis subditum fuerat, & lectum & coxas in pristinum statum restituito, capitiq; puluinar supposito, istaq; ad hunc modum curato. At verò qui brachium, aut crus, aut vtrumque viui fœtus foras emittunt, eos oportet simul ac de exitu significationem fecerint, priùs commemorato modo intrò retrudere, in caput obuerrere, & in

viam

viam adducere. Nec non eos fetus qui complicati in par-
 tu, in lateris inanitate, aut in coxam illapsi sunt dirigere
 ac conuertere oportet, prætereaque in aquam calidam se-
 dentem collocare, donec perfundatur. Quibus verò mor-
 tuis aut crus, aut brachium foras prominet, hæc quidem
 optimum fuerit, intro si fieri possit retrudere, & vtraque in
 caput conuertere. Sin minus hoc fieri possit, sed intume-
 scant, ad hunc modum secato. Caput gladiolo dissectum,
 instrumento quod confringat (*mispor* dicitur) comminui-
 to, & ossicula per ossium vossellam, extrahito, aut vnco at-
 tracto, ita ad claviculam vti firmiter adhæreat immisso, non
 confestim, sed paulatim remittendo, & rursus adurgendo
 extrahito. Vbi hæc foras extraxeris, & in humeris hæserit,
 vtraque brachia cum humeris ad ipsos articulos secato.
 Cumque ea abstuleris, si fieri quidem possit vt exeant, reli-
 qua etiam promptè extrahito. Quòd si nihil cedit, pectus
 totum ad iugulum vsque dissecto, ea tamen cautione, vt
 ne ad ventrem sectione penetres, & aliquam in foetuius
 partem denudes. Excidit enim venter & intestina, atque
 etiam stercus. Et si quid horum excidat, maius negotium
 facessit. Costas autem contundito, & scapulas conduci-
 to, posteaque reliquus fetus facillè prodibit, nisi iam circa ven-
 trem intumescat. Si quid enim eiusmodi euenerit, fetus
 ventrem leuiter perforare præstiterit. Flatus enim tantum
 ex ventre erumpit, atque ita facillè prodibit. At si mortui
 fetus brachium aut crus foras exciderit, vtraque si fieri
 quidem possit, intrò retrudito, & foetum rectè constituito,
 idque mihi videtur optimum. Si verò id fieri nequeat, quic-
 quid foris prominet, quàm penitissimè fieri poterit reseca-
 to, & reliquum manu altè immissa protrudito, & foetum in
 caput vertito. Cum autem puellum inuertere aut excinde-
 re voles, vngues è tuis manibus resecat. Gladiolus autem
 quo excindes, incuruus sit potius quàm rectus. Cuius ca-
 put circumtegito, digito indice leniter pertractando, eum-
 que præmittendo, veritus ne vterum attingas. At molæ
 conceptus hæc causa est. Vbi copiosi menses extiterint, &
 paucum ac morbosum semen conceperint, & minimè ge-
 minius conceptus gignitur, & venter tanquam vtero ge-
 rentis impletur. Nihil autem in ventre mouetur, neque in
 mammis lac innaescitur, pectus verò surgescit. Hæc igitur

biennium, sæpe etiam triennium sic affecta est. Et si quidem una caro nascatur, mulier perit. Neque enim superesse potest. Sin verò multæ, copiosus ei sanguis & carnosus perpendendum erumpit, Quod si id moderatè fiat, seruat, alioqui profluuiò correpta perit. Atque ea quidem est huius morbi conditio. Discernere autem oportet plenitudinem, quodque in ventre non moueatur. Mas enim tertio mensis, foemina verò quarto motionem habere consuevit. Vbiigitur elapso tempore non mouetur, profectò morbus est. Et & huius rei magnum argumentum, quòd lac in mammis non gignitur. Hanc potissimum quidem curato, ita primūque totius corporis foribus, deinde per infusum sedem eluito, quo copiosus sanguis erumpat. Fortassis enim mulierem medicamento concalefacta, foetum ipsum commouens, cum quid conctetum esse putetur. Quinetiam per infusum vteros eluito, quò sanguinem educas. Sin minùs, subditiuè medicamentis vehementissimis ex buprestis vitior, & dictamnum Creticum ex vino propinato, alioqui verò castoris etiam testem. Eiq̃ue cucurbitulam parte postica ad laterum inanitatem admoueto, copiosumque sanguinem detrahit. Idque facito quàm maximè adhibita illarum conditionis ratione. Atque hæc quidem de morbis ex puerperiorum purgamentis abortis dicta sunt. In quibus non parua insunt pericula. Acuti enim sūt, & qui citò transmutantur, grauiusque affliguntur quæ primū pariunt, quàm quæ iam partionem expertæ sunt. Feruntur autem puerperii purgamenta mulieri quæ prospera fruitur valitudine satis abundè, primū Atticæ heminæ & dimidiæ mensura, aut paulò copiosiora, deinde ad huius rationem pauciora quoad desinant. Feruntur autem velut sanguis è victima, si sana est mulier (vt diximus) & sana futura est, citoque concrefcit & expurgatur. Post partionem quoque mulieri sanæ plarumque contingit, vt puella edita longissima purgatio fiat per duos & quadraginta dies. Periculi tamen expers est, quæ diebus quinque & viginti purgatur. Puero autem edito, diebus triginta, vt longissima sit purgatio, etsi extrapericulum est quæ sit diebus viginti. Ac in his quæ seorsum corrumpunt, pro horum dierum ratione purgatio continet, & iunioribus quæ abortionem faciunt, paucioribus diebus,

diebus, senioribus verò, pluribus. Eadem autem sunt puerperii purgamentorum affectiones, tum ei quæ sætus corrumpit, tum ei quæ peperit, si menstruum sætum corruperit, periclitantur tamen magis quæ sætum corrumpunt. Abortiones enim maiorem molestiam quàm partiones afferre solent. Neq; enim citra violentiam abortio contingit, siue ex medicamento, siue potione, vel cibo, vel subdititiis medicamentis, vel ex re alia quapiam contingat. Vis autem mala est. Hoc enim casu periculum est ne vterus vlceretur, aut inflammationem contrahat, quod est periculi plenissimum. Lac autem quomodo gignatur à nobis dictum in puelli natura qui partu editur. Vbi autem prægnans est mulier, ei menses ferè prodire non solent, præterquàm nonnullis paucis. Quod enim ex cibo ac potione in sanguine est dulcissimum, ad mammas vertitur, & velut exugendo trahitur. Reliquumq; corpus magis vacuari, minusque sanguine redundare necesse est. Quod hoc modo cõtingit. Sunt autem quedam quæ natura lac non habent, easq; lac ante tempus deficit. Ex quæ à natura solidam & densam carnem habent, ideoq; cum via densa sit, neq; ex vêtre ad mammas satis humoris defertur. Quod menses detrahit. Elaterii quantum ad duas portiones satis sit sumito, cui ouiculæ adeps ex renibus admiscetur, pari cum elaterio copia, minimè conterito, duas glandes subdititias parato. Aut melanthium ex tritico terito, aqua subigito, & glandes duas subdititias conficito. Has autem paucis antè diebus quàm prodire debeant supponito. Cum verò non prodeunt, rigores & febres excitant. Emollientia ex quib; aqua & arena purgatur, menses etiam, nisi diutius restiterint, educunt, & vteri osculum emolliunt. Narcissi, myrrhæ, cumini, thuris, absinthii, cyperi, singulorum æquales portiones, narcissi verò solùm quadruplum sumito, cui lini erudi lanuginem pectini insidentem ammisceto, hæc cum organi decocto terito, glandem effingito & supponito. Aut etiam cyclaminum ad astragali magnitudinem admisceto, & æris florem ad fabæ quantitatem tritum melle excipito, glandem efformato & supponito. Aut pulegium, vel myrrham, thus, suillum fel & bubulum cum melle agitatum, glandulam effingito. Si menses non cant, anferis adipem, ætopum, resinam, simul permixta & lana

excepta, mulier in subditio apponat. Medicamentum subdititium purgans & emolliens. Caricas probè percoctas & expressas læuissimè terito, deinde in vellere cum vnguento rosaceo subdito. Acrius efficies si brassicæ & rutæ vtriusque dimidio trito, ad eundem modum vtaris. Purgans. Anseris, aut bouis, aut cerui medullæ ad fabæ magnitudinem, vnguentum rosaceum & lac muliebre affundito, in medicamento formam terito, vteri osculum inungito. Aliud subdititium emolliens. Anseris medullam nucis quantitate, ceram fabæ magnitudine, resinæ lentiscinæ & terebinthinz ad fabæ magnitudinem. His cum vnguento rosaceo lenito igne liquatis, velut ceratum conficito, deinde ex eo tepido os vteri inungito, pubem perfundito. Aliud purgans. Farinam sitaniam, myrrhæ obolos tres, croci tantundem, castorii obolum, hæc ex vnguento irino trita in subditio apponito. Aut vrticæ semen, & maluæ succum cum adipe anserino simul permixta supponito. Aliud subdititium purgans si menses non appareant. Ad styracem & origanum tenuiter trita & permixta anseris adipem affundito, & supponito. Aliud subdititium purgans, quod tum vteros purgat, tum sanguinem vacuat. Absinthii radicem tenuiter tritam, cum melle & anserino adipe admixtam, in pello apponito. Aliud subdititium purgans. Detractis a buprestis capite, pedibus & alis, quod est reliquum terito, & ficus interioriorem partem admiscero. Sit autem duplum quod in ficu pingue est. Hoc vteros inflat, & viribus defectis est optimum. Aut mercurialis folia ad læuorem trita in pello supponito. Hoc tenuem biliosam purgationem educit. Idem etiam artemisia quod mercurialis præstat, & efficacius purgat. Veratrum nigrum ex aqua tenuiter tritum, etiam quam velut è carnibus educit. Et verò alumen & resina hoc idem efficit. Cyperus, absinthium, aristolochia, cuminum, sal, mel, hæc omnia simul trita in pello subdito. Veratrum etiam ex vino dulci, cum farina lolii & tritici melle subactum, in vellere subiicito. Medicamenta subdititia vbi quæ deuantur minimè purgarint. Mercurialem, myrrham, violam albam, cepam acerrimam, melanthium, & mentham (si ferre possit) simul mixta in pello apponito. Subdititia medicamenta acia sanguinem ducentia. Cantharidas

quinque

quinque exceptis pedibus & capite, & myrrham & thus simul commisceto, melle addito. Deinde oleo rosaceo aut Ægyptio intinctum per diem supponat, & ubi morsum sensent detrahendum, rursusque in lac muliebri & vnguentum Ægyptium immergendum. Hoc autem per noctem supponendum, & aqua odorata perluendum, & adipe supponendus. Conuenit & buprestis si parua fuerit, detractis alis pedibus & capite, si verò magna, non erunt hæc admiscenda, quæ cum cantharidibus, sed per se ponenda, & similiter in pello admouenda. Quòd si leuiore opus fuerit, ad buprestis vinum admisceto, & cuminum Æthiopicum, tum vnam passam, tum anisi & seseleos pollinem, ex vino seruesfacto affusoque tenuiter tritum in pastillos drachmæ vnius pondere effingito, & his myrrha & thure admixtis, subditiua medicamenta supponito. Eodem autem modo quo cum cantharidibus faciendum. Melanthium ex tritico tenuiter tritum, ac melle subactum, in pello apponito. Aut hoc ipsum melanthium cum melle tritum in glandem effingito, circum pennam verò obducito. Medicamentum subditiuum efficax. Mandragoræ & cucurbitæ agrestis succum cum lacte muliebri in pello subiucito, aut vini albi veteris facem siccam vstam & vino restinctam. Cucurbitam etiam agrestem, mercurialem, nitrum & erysimum. Citiùs detrahit & mandragoræ radix, cantharis, serpillum, lauri baccæ, vnguentum irinum, laurinum. Tithymalli succum permisceto & agitato, & visco detracto ad orobi magnitudinem exhibeto. Ex his subditiuum medicamentum conficito optimum. Quòd si copiosius profluat, vino per se proluat, aut æris vsti aliquid dilutū, tepidum lana exceptum, in pello subdito. Conceptum iuuans. Cedriæ acetabulū, adipis bubuli tenuiter triti drachmas quatuor, his simul contritis pellos effingito. ieiunæ subdito, & decumbens ieiuna toto die permaneat. Bis autem supponatur, mane & vesperi, post mensium cursum, & post cœnam lauet, & cum vito dormiat. Aut melanthium contusum in linteo ligatum, anserino adipe iniecto, supponendum dato. Aliud conceptū iuuans, quod mulieri ad curationem adhibeto vt concipiat. Vrinam veterem sumito, & ferri scoriam, quæ in duo fragmenta diuidi possit. Postea muliere in sella collocata, totū

corpore & capite circumtecto, & pelui ad pedes subiecta, tria circiter scorix fragmenta candentia iniicito. Sit autem hæc vetus vrina ferè congi mensura. Et in his eam foueto, triginta ferè immisis in fomentum candētibz scorix frustulis. Postquàm fomentum adhibueris, vrina caput conficato, tantisper dum foras adhibetur lapidibus ignitis iterum extinctis, iterumq; calefacto fomento. Post hæc autem caput plurimùm lauato, aqua in qua polium & viticis multa folia decoxeris, idq; diebus septem facito. Ter autem in singula hæc fomenta suffitus admouendus prius quàm caput detergeatur. A balneo verò inungatur oleo laurino. Post cœnam autem vbi cepas melle intinctas comederit, & mulsam tepidā ad quatuor heminas biberit, deinde vbi comederit, paulumq; continuerit, vomitione reiciat, supinūq; reclinata rutam in auribus & naribus contineat. Panem quoque fermentatum ad sextam chœnicis partem, ex iure galli gallinacei, quod apii chemam habeat contritum in cibum offereto, & rursus tantundem in cœna dato, idemq; per septem dies facito. Deinde verò aluum ex infuso per dies septem eluito. Constet autem infusum ex drachmis quatuor resinæ, mellis acetabulo, Platæensium oleo pari mensura, furfurum tritici sitanii cremore, nitri spuma, & ouis tenuibus. Infusi autem cremor heminx octo, ex his tres cremoris ptisanæ. In latus autem decumbenti infusum adhibeto, parumq; lauato. Septem verò glandes die subdito, easque quoad colliquescant contineat. Consistent autem thure, nitro, galbano, & melle cocto. Cibo verò eodem vtatur. Suffitum autem ex asini albi pilis & lupi stercore adhibeto. Ex quibus magnam copiam in prunas iniicito, & mulierem sella collocata & circumtecta suffitum adhibeto, ea cautio-
ne vt ne aduras. Si quæ prius peperit parere nequeat, nitrum, resinam, myrrham, cuminum Æthiopicum, & vnguētum simul trita in pello supponito. Aut pulegium sic cum in linteo supponito. Sed & pulegium bibat, cum dormire voler. Aliud conceptum iuuans. Mulier quæ conceptionis indiget, victus ratio perscribenda, facta eius cibi & potus potestate quam lubenter admitter. Mulieris autem viro alia quæque exhibeto, præter allia, cepas, legumina fresca, laseris succum, & ea quæ flatum gignunt. Ab his verò abstineat.

abstineat. Infusum similiter conceptum iuuans, si non concipiat. Lac mulieris lactantis, mali punici recentis grana trita & expressum succum, & testudinis marinæ perineum adustum, tritum, in pudendum infundito. Aliud quod similiter infunditur non concipienti. Lac, resinam, & dulcis mali punici succum, hæc cum melle permixta omnia infundito. Ad conceptum faciens. Bulbi albi semen aut florem ex melle tritum, vellere conuolutum per triduum supponat. Quarto verò die maluam agrestem quæ lato est folio, cum lacte muliebri tritam & lana conuolutam supponat, deinde cum viro dormiat. Ante autem pulegium cum farina coctum sorbeat, & pulegium tenue ex vino bibat. Quod si hæc refugiat, conyzæ odoratæ contusæ succum expressum, & vino mixtum ieiuna bibat. Aliud conceptum iuuans. Asparagi semen eodem modo ex vino bibat. Aliud ad conceptum. Chorion mulieris, & vermium quæ in carne gignuntur capita contrita, & alumen Ægyptium anserino adipe dilutum, in vellere ad vteri osculum supponat. Aliud ad idem. Æruginem, æris florem, vtriusq; semiobolum, thuris masculi, aluminis scissilis, fructus vitis agrestis, gallæ, myrrhæ, malicorii, resinæ polii, singulorum obolum ex melle tritum post triduum bis die supponat. Quod si fortè actius fuerit, anserinum adipem, & nitrum tostum admisceto, vinumq; eius robore virato exhibeto. Aliud conceptum iuuans. Vermis ex carnibus qui caudam habeat tres aut quatuor partes sumito, & origanum ex rosaceo vnguento laxiussimè tritum, penitus ad vteri os apponito. Aliud ad conceptum. Portulacam tritam cum adipe anserino, myrrha, porri semine, & felle bubulo, lana conuolutam ad vteri os apponito. Si menses quidem copiosè eant, neq; tamen concipiat, floris æris obolos duos, & aluminis scissilis tantundem, ex melle laxiussimè trita, deinde lana excepta, ubi mulier lanam in linteo filo deligarit, sibi interea penitissimè subdat, sic tamen vt filum foras emineat. Deinde ubi probè purgata fuerit, abstrahat, & vino odorato in quo myrti folia decoxerint, proluatur, & virum adeat. Subdititium ad conceptum. Mel, myrrham, myricæ fructum, resinam liquidam, anserinum adipem, omnia simul trita in vellere conuoluta sublicito. Subdititium ad conceptum,

quod vterum, si quando conuiueat, neque concipere queat, valde dilatare potest, & aquas expurgare. Anchusam parquam sumito, lentiscum, cuminum, cyperum, cucumerem agrestem, nitrum rubrum, sal Ægyptium, & anchusam magnam. Hæc omnia leuissimè trita, linteo cernito. Mel sumito, lento igne decoquito, & vbi deferbuerit, ceram & resinam admiscero. Deinde commixtis omnibus oleum affundito, & ab igne detractum, tepidum lana in orbem conuoluta exceptum, quoad purgata fuerit, in vterum subdito. Aliud conceptum iuuans. Si velis vt mulier concipiat, præter ea purgatoria quibus vitur etiam ad virum accedere oportet. Et decem lauri baccas nigras, thuris pugillos tres, & cumini pusillum, ex melle trita, lana succida conuoluta, semel die ei subdito, semel autem auferat per quatuor dies, & postea per eos dies cibo sibi temperet. Conceptum præpedient. Si concipere non conueniat, misy fabæ quantitatè aqua dilutam potui exhibeto, & per annum (penè dixerim) non concipiet. Quæ ægrè parienti partionem accelerant. Lauri radicem derafam, aut baccas ad dimidium acetabulū concalesctas ex aqua potui exhibeto. Partionem accelerat. Dictamnium ad duos obolos tritum ex aqua calida bibat. Aut abrotoni drachmam, & cedri baccas, & anisum, ex vini dulcis veteris cyatho trita, affuso aquæ cyatho, potui exhibeto. Hoc prodest ante partus dolores exhibitum. Aut dictamni obolum, myrrhæ obolum, anisi obolos duos, nitri obolum. Hæc ex vino dulci trita, affuso cyatho, & aquæ calidæ cyathis duobus, potui exhibeto, deinde calida lauato. Partum facilem reddens. Resinam terebinthinam, mel, oleum ad duplam horum portionem, vinum odoratum quàm suauissimum. Hæc simul mixta tepida crebrò bibenda dato. Quinetiam vteri si inflammati fuerint, sibi restituendi sunt. Aliud facilem partum faciens. Cucumeris agrestis albi fructum cera obductum, deinde lana punicea conuolutum, ad lumbos alligato. Quòd si prægnans diutius immoretur & parere non possit, sed pluribus diebus partus doloribus disruciatur, sic autem iuuenis & ætate florens, multoque sanguine redundet, venas in malleolis secare oportet, & virum habita ratione sanguinem dextrahere. Post hæc calente corticis lauri decocto lauare. Vitis autem

tem semen & dictamni Cretici, vtrunque pari portione, ex vino albo aut aqua porui exhibeto. Subditium verò medicamentum parato, galbanum, lauri baccas, & oleum rosaceum, lana inuoluta in pello subdito. Partum accelerans. Filicis quernæ radicem ex vino tritam propinato, & adiantum tritum oleo dilutum cum vino mero inungendum. Quod puerperæ puerperii purgamenta probe repurgat. Testudinis marinæ adhuc viuens secur recens, in lacte muliebri tritum, vnguento irino & vino subactum, in subditio apponito. Aut mercurialem tritam in vellere subdito, aut artemesiam tritam similiter ex lana supponito. Aut mercurialis & cucumeris agrestis modicum eritum, vino & melle subactum, in pello admoueto. Puerperii purgamenta ex partu expurgans. Triticum trimestre detracto cortice fractum ad dimidiam chœnicem, in aqua heminis quatuor decoquito, cum autem deferbuerit, bis aut ter in sorbitione exhibeto. Aliud. Sambuci foliis in aqua decoctis, aquam in potum fundito. Brassicas autem coctas edat, porra, fœniculum, anisum, polypos & carabos. Aut rhois folia & erysimum ex vino polenta aspersa, in potum dato. Aut misy duorum obolorum pondus tritum, ex vino maceratum, in pello subdito. Quod menses & puerperii purgamenta præcipuè expurgat, aquam etiam & alia educit. Sruthii radicem læuiter contusam, ad pugillum vnum, melle subactam in pello supponito. Producitur autem præcipuè in Andri insulæ littoribus. Aliud quod similiter purgat. Erysimum in aqua decoquito, & vbi efferbuerit oleum affundito & refrigerato, ex eoque suffitum adhibeto. Conducit etiam succum adhibere, & mollibus cibis.

10 vii. Hoc puerperii purgamenta expurgat. Erysimum leniter terito, & corticem statu expellito, cum autem purum reddideris, ad læuorem terito, & instillata aqua salem & oleum ammisceto, & farina aspersa decoquito, & sorbendum exhibeto. Si menstrua purgatio deorsum non feratur, puerperialis substituerit. Cucumeris agrestis interiorem partem ad tres obolos sumito, artemisæ herbæ & thuris obolum, hæc trita & melle admixto, lana inuoluta in subditio ad vteri osculum apponito, idque noctu semper & interdiu dierum quinque spatio facito. Aut vitis pampinam

recentem tritum, cum melle mixtum lana inuolutum, ad eundem modum, in pello supponito. Aut cupressi fructum & thus tritum, simulque rosaceo & melle subactum, lana conuolutum in subditio apponat. Aut abrotoni drachmam, & cucumeris agrestis interiorem partem oboli ponderetrita, & thus cum melle, lana conuoluta in pello subdito. Aut elaterii obolum, & myrrhæ tantundem, ex melle trita, lana conuoluta in subditio apponat. Aut cupressi fructum, & cucumeris agrestis interiorem partem, & thus cum melle mixta, lana obuoluta, in pello subiiciat. Medicamentum purgans si ex partu non purgetur. Trifolium in vino albo potui exhibendum. Idem etiam in subditio appositum menses ut erumpant efficit, & foetum expellit. Vteros purgans cum extincto puero sanguis intus remanserit. Cucumerem agrestem tritum ex melle delingat, aut in subditio apponat. Ad omnem puerperii purgationem si non probè respondeat. Erysimum affusa polenta & oleo decoquito, ubi decoctum fuerit sorbitione accipiat, & cibis quam mollissimis utatur. Aut scammonium ex lacte muliebri tritum, vellere exceptum, in pello subdito. Aut glycyrrhizam melle subactam cum vnguento rosaceo aut Aegypto in vellere supponat. Aut farinam lotam similiter in subditio apponat. Bibat autem crethmi semen & seseleos, ac rutæ semen, aut succum, ita ut utriusque obolos duos simul tritos ex vino meraco exhibeas, si non febricitet. Subdititium medicamentum secundas relictas eiiciens. Prius autem ex decocto foliorum sambuci fomentum admovento, & subdititium ex cantharide subiicito. Hoc debilibus medetur. Quod si vellicet & mordeat, eo confestim ablato, lanam rosaceo intinctam subiiciat. Subdititium quod secundas educere valet, menses foetumque syderatum detrahere. Cantharidas quinque alis auulsis, cruribus & capite, deinde tribulum marinum cum radice & foliis contusum, ad conchæ mensuram, & chamomelli & seminis apii æquales portiones, & sepiæ oua quindecim, ex vino dulci diluto in pello subdito. Cumque dolor detinuerit, in aqua calidæ solio desideat, & aquam mulsam aquosam & vinum dulce bibat. Quinetiam eius contriti staterem Eginetensem ex vino dulci propinato. Quod si dolor detinuerit

ciera alba & vuas passas in aqua coquito, refrigeratum decoctum potui exhibeto, vbi stranguria vexarit, etiam in aqua tepida desideat. Hoc secundas expellit. Cucumeris agrestis succum in mazam subactum in subditio apponito, vbi prius per biduum cibo abstinerit. Hoc nullum inuenias prestantius. Medicamentum ad explorandam fecunditatem. Alium caput habens vnicum decoctum, per horam in subditio apponito. Aliud fecunditatem explorans. Netopi modicum lana conuolutum in pello subiucito, & videto num eius odor ad os perueniat. Subdititia medicamenta. Felscorpj marini lana exceptum, & in vmbra siccatum, in pello subdito. Aut pulegium siccatum & melle subactum, in vellere subiucito. Aut aris florem cum melle linteo illigatum in subditio apponito. Aut cucumeris agrestis semen, & testam combustam, ex vino & pilis leporis subacta, in vellere supponito. Aliud subdititium. Alumen Aegyptiu lana exceptum, in subditio apponito. Aut cantharidas tritas, vinoque subactas supponito. Aut artemisiam herbam vino maceratam, in subditio apponito. Aut melanthium ex vino contritum in vellere subdito. Aut bulbulum ex tritico tritum, vinoque maceratum supponito. Aut vini albi veteris fecem combustam, vinoque albo restinctam & tritam, in linteo supponito. Aut galbanum & netopum, & misy ex vnguento rosaceo in linteo subdito. Aliud subdititium. Elaterij quantum duar potiones, & sauum ex vino in linteo subdito. Aut butyrum & alumen melle subactum, eodem modo. Aut scammonij succum & adipem in mazam commixta, vinoque subacta, ex linteo introducto. Potiones quae secundas vtero detentas educendi vim habent. Colocynthidis agrestis partem anteriorem ex lacte muliebri tritam, in linteo subdito. Ad idem. Silphium fabae quantitate ex vino propinato. Aliud foetum etiam excludens. Mulierem ex axillis comprehensam vehementer concutito. In potu vero agni casti folia ex vino dato, aut dictamni Cretici obolum ex aqua tritum exhibeto. Aut conyzae foetidae manipulum porri succo dilutum, netopo ad plenae cherae mensuram addito, haec laxiter trita ex vino propinato. Aut tædam pinguis simam vino dulci ad tres cyathos affuso decoquito, addito galbano ad tres obolos & myrrha. Deco-

Etum vbi crassitudinem acceperit, tepidum potui exhibeto.
 Aut porri succum & myrrham, cum vino dulci simul. Aut
 portulacæ semen ad læuorem terito, ex vino autem albo
 veteri exhibeto. Aut populi nigre Creticæ grana nouem
 ex vino nigro bibat. Aut ranunculi herbæ folia, & floris
 triti drachmæ Æginensis pondus, ex vino dulci bibendum.
 Quod si secunda adhuc intus adhæserit, membranæ verna-
 tionis anguinæ obolum ex vino tritum propinato. Aut apij
 radicem, & myrti baccas decoctas, per dies quatuor in po-
 tu assumat. Aut cuminum Æthiopicum & castorium oboli ¹⁰
 pondere. & cantharidis parum, hæc ex vino bibenda exhi-
 beto. Aut fœniculi radicem ex vino cum oleo & melle fer-
 uesactam propinato. Si secunda non decedat, conyzam
 tritam in vellere subiicito, bibere autem præstat. Aut cony-
 zæ quantum manus capit, porri succo & neropo conchæ
 maioris quantitate admixto hæc ex vino bibat. Hoc secun-
 dam educit, menses deturbat, & fortum imperfectum ex-
 trahit. Cantharidas quinque, alis, cruribus, & capite auulsis,
 deinde tribuli marini cum radice & foliis contusi conchæ
 quantitatem, & chamæmelum recens tritum æquali copia, ²⁰
 apij semen, & oua sepia quindecim, hæc omnia ex vino dul-
 ci diluto permixta, cum primùm dolor detinuerit potui ex-
 hibenda. Quinetiam in aqua calida desideat, aquam verò
 mulsam dilutam, & vinum dulce album bibat. Secundam
 expellere valet holoconitides dulcis radix, quæ bulbum re-
 fert, & parua est velut oliua, hanc ex vino tritam potui ex-
 hibeto. Quæ si exigua quidem fuerit, duæ exhibendæ, sin
 maiuscula, vna satis est. Ex seminibus autem cuminum Æ-
 thiopicum & seseli Massiliense admisceto. Aut folium Li-
 bycum siccum ad dimidiam chœnicem ex vini cyathis tri-
 bus decoquito, ex eo ad dimidias decocto bibat. Aliud. Vi-
 ticis semen, seselios æqualem portionem & myrrham simul
 trita ex aqua potui exhibeto. Quæ fœtus expellit. Agnum
 album recentem acetabuli quātitate, ex vino albo grati o-
 doris læuiter tritum potui exhibeto. Aliud. Castorij aut sa-
 gapeni obolū, bituminis drachmam vnā, nitri duas, hæc
 omnia ex vino dulci trita, & olei hemina dimidia, ieiunæ ad
 duos obolos bibēda exhibeto, & calida probè lauato. Aliud
 quæ calidè habet vires. Echinos marinos tres integros ex vino

grā.

grati odoris læuiter tritos, potui exhibeto. Aliud. Menthæ paruum fasciculum, rutæ, coriandri, & cedri aut cupressi semen, ex vino odorato potui exhibeto. Et ex echinis, si adfuerit, sæpiuiculè sorbitionem accipiat, ad eundem deinde modum calida lauet. Aliud eodem modo. Anisum, cedri baccas, apij semen, cuminum Æthiopicum, fœfeli, cuiusque acerabuli dimidium ex vino albo læuiter tritum bibendum dato. Aliud similiter faciens. Dictamni fasciculum, seminis dauci drachmas duas, & melanthij tantundem, ex vino albo læuiter tritum in porum exhibeto, & calida multalauato. Danda autem hæc ad vim morbi respectu habito. Aliud. Galbanum oliuæ magnitudine ex oleo cedrino tritum in subditio supponat. Hoc etiam fœtum perdere, & secundam morantem detrahere valet. Aliud quod infusum secundas eiicit. Cùm fœtus ex frigore mortuus computruerit, si ventus frigidus fuerit, crocum læuiter tritum drachmæ pondere, ex anserino adipe in vterum infundito, ibiq; diutissimè finito. Potio ad id probè conduens. Conyzam grati odoris læuiter tritam, ex vino odorato aut syrmaæ potui exhibeto, & calida lauato. Alia similis potio ad puerum & vitia quæ intus sunt. Æruginem tritam cum melle & syrmaæ potui exhibeto. Aliud subdititium fœtum mortuum expellens. Æris limatam scobem molli linteo exceptam, ad os vteri apponito, & iuuabis Testam recentem cum adipe anserino tritam sibi supponat. Aliud subdititium. Nitru cum resina decoctum, in glandem efformatum, gallinaæ adipe intinctum, in subditio apponito. Aliud subdititium, ~~quod~~ vulgo est nuncupata herba, huius radicem non longo tempore ad vmbilicum admoüeto. Aliud. Cucurbitam agrestem, & murium sterus læuiter contrita, in subditio apponito. Aliud quod alligatur. Resinam & gallinaæcum adipem simul trita & mixta ad vmbilicum & ventrem alliget. Aliud subdititium. Hederæ albæ fructum & cedri scobem tritam & in glandulas efformatam sibi supponat. Aliud. Testudinis marinæ cerebrum cum croco Ægyptio, & sale Ægyptio tritum & commixtum, in glandes formatum sibi supponat. Suffitus fœtum eiicere & ventris sanguinem educere valens. Salicis foliis in ignem coniectis suffitu parato, & circumlocatam mulierem tantisper finite,

dum fumus ad vterum penetrarit. De abortionis curatione. Vbi mulier abortionem fecerit, neque puer exierit, siue cōputruerit ac intumuerit, siue aliud quid tale contigerit, porri & apij succum ex vtrisque collectum, & per linteum expressum, olei rosacei heminam, adipis anserini quadrantē, resinæ obolos tres in oleo liquatos, hæc omnia, mulierē a pedibus excitata, in vterum infundito, & vt decumbens quam diutissimē detineat iubeto, deinde per quatuor dies in sella collocato, & puer putrefactus foras prodit. Sin minus salem Ægyptium sumito, & cucurbitam agrestem viridem, ex melle commixtam & tritam edēdam præbeto, quam sumta in hanc & illam partem commoueatur, salem Ægyptium & muscerdam, cucurbitam agrestem, mellis tem-cocti quadrante affuso, resinæ drachmam vnam in mel immitte, & cucurbitam & muscerdam, omnibusque vt decet contritis, glandes efformatas ad vterum quandiu tempestiuum videbitur apponito. Aliud fœtum excutens, quod etiam puerum veluti sidere tactum eiicit, Helxinem ex vino tritam propinato. Alia potio eiectoria, quæ puellum sugillatum extrudit. Radicum veratri nigri tenuiter tritarum pugillum vnum, & myrrhæ fabæ quantitatem, ex vino dulci propinato. Aliud quod expellit. Coriandrum cum radice & netopum vbi in subditio apposuerit, deambulet. Infusum ad fœtum, quod puellum immortuum eiicit. Crocum tritum affuso adipe anserino, & excolatum in vterum infundito, & quam diutissimē relinquito. Ad fœtum immortuum corrumpendum & eiiciendum. Aluminis scissilis drachmam vnam, myrrhæ tantundem, veratri nigri obolos tres, ex vino nigro tenuiter trita in glandulas efformato, & propius supponito quoad sensim dissoluatur. Collutiones vteros purgantes si ex partu aut inflammatione exulcerati fuerint. Grossos hybernas affusa aqua decoctas, excolato & deponito, deinde oleum tepidum affundito & permisceto. Duabus autem ad summum heminis colluito. Omnes vero collutiones ex quibus infusa parantur, mensuram istam non excedant. Malicoriū & mannam in vino nigro austero decoquito, deinde vino diffuso, ex eo colluito. Aliacollutio. Vstā vini fæcē aqua liquefacito, ex ea colluito. Deinde malicorium, myrti baccas, iuncum odoratum & lentes in vino deco-

decoquito, vino diffuso eo colluito. Alia collutio. Butyrum, thus, resinam, cum melle simul liquefacito, vinoque affuso, tepido colluito. Aut sambuci fructum in aqua decoquito, eaque percolata, apium, myrrham, anisum, thus simul terito, vinoque odorato pari cum aqua mensura affuso, & per linteum excolato, tepido eluito. Aliud. Brassicam, mercurialem, lini semen, & ipsam linum viride in aqua decoquito, eaque percolata eluito. Foliorum myrti acerabulum, myrrham, anisum, mel, resinam, vnguentum Ægyptium, tritis omnibus & vnitis, vini que albi quam odoratissimi heminis duabus affusis, percolato tepido eluito. Aut lauri baccis & pulegio in aqua decocto, & vnguento rosaceo affuso, eo tepido eluito. Aut anserino adipe resinæ permixto, & ad hoc affuso vino, tepido colluito. Aliud butyrum & oleum cedrinum, cum paucis melle tepefacito, ex eo eluito. Aut lauri baccis, aut melle, butyro, iunco & calamo odorato, muscoque marino in vinum coniectis & decoctis, deinde percolatis, sic quoque eluito. Aut apij semen, seseli, myrrham, anisum, melanthium, in vino coquito, vinum percolatum per infusum immittito. Aut cedro in vino decocto, vino eluito. Aut hedera in aqua decocta, decocto eluito. Aut elaterij, aut betonice quantum ad duas portiones satis est, in aqua decoquito, & decocti tepentis duabus heminis colluito. Aut cucumeris agrestis interiore parte ad digiti magnitudinem in aquæ duabus heminis decocta, affuso ad aquam melle & oleo, ex eo colluito. Aut radice thapsiæ quantum ad duas portiones satis est, laute trita, & affuso melle ac oleo aquæ duabus heminis diluto, tepido colluito. Aut veratro nigro quantum ad duas portiones satis sit, vino dulci & aqua diluto, colluito. Aut granis cnidiis circiter sexaginta laute tritis, affuso melle, oleo, & aqua colluito. Collutio corroborans si vlcera pura fuerint. Grossos hybernas terito, & affusa aqua per diem totam macerato, & oleo affuso colluito. Aut malicorij & loti arboris ramentis in vino nigro decoctis. Cum autem impura fuerint, ex iisque sordes terentur, fæce vini vsta ex vino & aqua colluito. Aut malicorio, rhoë coriaria, myrti & rubi foliis in vino nigro decoctis colluito. Collutiones ad inueterata vlcera. Brassicæ succo decocto eluito. Et mercurialem itidem, & paucum nitrum rubrum

ammisceto, myrrhæ acetabulum, thus, fœseli, anisum, apij semen, netopum, resinam, mel, adipem anserinum, acetum album, & vnguentum Ægyptium. Hæc omnia simul lauter terito, deinde vini alibi duabus heminis diluito, tepido colluito. Aut mercurialem in aqua decoquito & percolato, aut myrrhæ acetabulum, thus, fœseli, netopum, cuiusque pari portione addita, tepido colluito. Aut saluia & hyperico in aqua decoctis, ex ea colluito. Aut sambuci fructum & lauri baccas, vtrorumq; pares portiones in vino decoquito, deinde cum vino colluito. Aut pulegij decocto eluito, aut adipe anserino cum resina liquato, similiterque cedrini olei modico affuso, & cum melle dissoluto, tepido colluito. Aut argenti florem, vino, melle & cera liquatum, cyperum, iuncum odoratum, & calamum (quæ sanè etiam vnguento admiscuntur) & iridem, ac muscum in vino decoquito, & colluito. Aut apij semen, anisum, fœseli, myrrham, melanthium in vino decoquito. Aut Creticam cedrum in vino decoquito, decocto abluito. Aut hederâ Creticam in aqua decoquito. Hæc facienda si vulnus adfuerit, & myrrha aqua dissoluta colluito. Aut elaterij potiones duas ex aqua infundito. Aut cucurbitas agrestes duas in vino aut lacte cocto, ad quatuor heminas maceratas, percolatas infundito. Aut cucumeris agrestis parte interiore, palmæ magnitudine in aquæ heminis quatuor decocta, melle & oleo affuso, opus istud effcito. Aut thapsiæ radice quantû ad duas potiones satis sit, vino dulci cû aquæ duabus heminis macerata, tepidè colluito. Aut veratri quantû ad duas potiones satis sit in vini dulcis heminis duabus diluito. Aut Thlaspios acetabulo vnâ cû melle ammixto, ex aquæ heminis duabus diluito, tepido vñtor. Aut cucumeris agrestis palmi magnitudine, & cneori quantum vnica portione satis sit, in aquæ heminis quinque decoctis, melle & oleo affuso colluito. Aut granis cnidiis circiter sexaginta, ex melle & oleo cum aqua dilutis, perluito. Si ex partu alui profluuium correpta fuerit, vñ passam nigrâ bibat, & mali punici dulcis interiorè partem, hœc diq; coagulû. Hæc vino nigro diluta, & caseo caprino potetâq; triticea conspersa, potui exhibeto. Triticû autem leuiter torrefacito. At si ex partu sanguinè vomitione reddat, huic hepatis fistula vulnerata est. Hæc lac asininum bibat, deinde

deinde bubulum (quod facile fit) per dies quadraginta, etiamq; sesamum, tritum quoad bene habeat. Lac autē ieiuna bibat. Si ex partu sedis dolor adsit, iuniperi baccas & lini radicem decoquito, decoctū quatuor diebus bibendum dato. Lactucę etiam semen cum anserino adipe tritum comedat. Si ex partu vteri inflammationem conceperint, solani succum, aut betę, aut rhamni per infusum immittito. Si ex partu crus claudum ab vteris redditum fuerit, neq; recta stare queat, hyoscyami semen conchę maioris mensuram, ex vino nigro tribus diebus bibat. Leuem autem mētis emotionem, quę ex eius potu contingit, soluit lactis asinini calix in potum exhibitus, deinde medicamentum ex quo picuita purgatur. Suffitus autem per triduū paretur ex sandaracha, cerato, & pilis leporis. De inflāmatione ex partu. Si ex partu vteri inflammationem conceperint, solani succum intra pudenda per infusum immittito, aut apij, aut rhamni, aut betę, aut cucurbitę succum ipsum expressum. Aut sambuci partem mediam tenerrimam in longitudinem derasam, indito. Aut absinthium ex aqua tritum & lana exceptum, si verò inhotrescat, auferto. Aut vmbilici veneris folia, & porra, ex crassiore tritici farina decoquito, oleoq; insuper affuso exhibeto. Quę bilē ex vtero purgant. Cucumeris agrestis partē internam læuiter tritam, melle subactā, & in glandem efformatam subdito. Medicamento autem exhibitio sursum & deorsum purgare oportet, & calida lauare. Anisum verò & melanthium in subditio apponito. Aut colocyntidos agrestis interiorem partē læuigatā & melle subactam, in pello apponito. Elaterij quantū ad quatuor portiones satis sit, adipe anserino aut caprillo admixto, in oblongiore glandem efformatum supponito. Aut nitrum, cuminum, alliū, sicū, omnia leuiter trita & melle subacta in subditio apponito. Calida autem lauet, & à balneo bibat. Aut thlaspi læuiter tritam, melle subactam in pello apponito. Aut veteris ficus abrasam pinguedinē, cum elaterio quantum duas portiones satis sit admiscero, & pari cū elaterio nitri portione, melle subactum in subditio apponito. Aut peucedanū ad tres cyathos potui exhibeto, Et anisum & melanthiū vino macerata bibenda dato. Aut elaterium quantum ad portiones quatuor satis sit, ouillo adipe ammixto sibi

supponat, quod ubi detraxerit, aqua odorata eluatur, quæ leuiter adstringat. Aut elaterium quantum ad tres potiones satis sit, cum adipe ouillo, circum pennam in glandem composito, eaque detracta aqua sufficienti eluatur. Aut thlaspis quantum potione datur, cum melle exhibeto. Collutio si biliosa fuerit. Elaterio quantum ad duas potiones satis sit aqua macerato, oleum narcissinum affundito, & tepido colluito. Aut colocynthidas agrestes duas ubi ænogalacte cocto ad quatuor circiter heminas maceraueris, vna quidem percolato, & ammixto oleo narcissino colluito. Alia collutio biliosa & pituitosa. Cucumeris interiore parte palmi magnitudine aquæ potabilis quatuor heminis decocta, melle & oleo anthino ammixto, ex ea colluito. Pituitam & bilem purgans. Grana cnidia sexaginta in aqua decoquito, melle & oleo anthino admixto, ex ea colluito. Aut cnestro in quinque aquæ potabilis heminis decocto, duabus percolatis, melle & oleo anthino cum narcissino ammixto, colluito. Collutiones purgantes. Grossis hybernis vstis & aqua maceratis, ad aquam excolatam oleo ammixto colluito. Postea malicorio, galla, loti ramentis perluito, quæ in vino nigro decoquere oportet. Aut vini facæ vsta & aqua vtitor. Deinde his colluito, myrti foliis, & rhoë coriaria, in vino nigro odorato decoctis. Postea etiâ lentisci foliis, hyperico, saluia, in vino nigro odorato decoctis colluito. Aut brassicam aqua decoquito, in eaq; mercurialē, & nitri rubri exiguum decoquito, ex aqua perluito. Elaterium quantum ad vnam potionem sit satis, cum oleo narcissino aut anthino tepidum per infusum immittito. Quod si biliosa fuerit, colocynthidas duas in lactis asinini decocti quatuor heminis macerato, deinde oleo narcissino & anthino ammixto colluito. Aut cucumeris agrestis interiore partem palmi magnitudine, aquæ potabilis heminis quatuor decoquito, mel & oleum anthinum affundito. Hæc collutio pituitosæ & biliosæ contulerit. Collutio pituitam detrahens. Granum cnidium cum mandragoræ decocto terito, ex eo enim copiosa & varia sit purgatio. Allij caput vnicum, nitrum, ficus interiore partem pinguem, hæc aquis portionibus leuiter trita in glandē gallæ magnitudine efformata, supponito. Aut cumini folia ex vino trita in vellere subdito.

dito. Aut terræ albæ quantum ad vnam potionem satis sit. Aut radicem albam læuiter tritam, & melle affuso seruefactam, in glandemq; efformatam supponito. Aut laseris succo sicco emollitas, & in glandem efformatas. Profuerit etiā cucumeris agrestis semen eodem modo tritum. Aut fel tauri, nitrum rubrum, netopum, cyclaminum, horum gallæ magnitudinem, cyclamini verò maiorem portionem, hæc melle ammixto quæ curatur sibi supponat. Subdititium cyclamini caput purgatum ex aqua terito, tenui lanugine exceptum subdito. Aut myrrham, salem, cuminum, fel tauri cum melle eodem modo. Aut grana tria decorticata Indici medicamenti oculorum, quod piper vocatur, & rotûdi tria, hæc læuiter trita, & vino veteri tepido diluta, circum volutis pennam in glandis formam obducito, huncq; in modum intromittito. Aut rithymalli succum melle subactum. Aut scillæ radicem longitudine sex digitorum, duorum digitorum crassitudine, lana conuolutam subdito. Aut ipsam scillam sine radice tritam, eodemque modo lana conuoluito, deinde supponito. Collutio vbi mulier pituitosa fuerit. Veratrum quantum ad duas portiones satis sit, vini dulcis duabus heminis dissoluito, & permixto colluito. Si purgatione opus habere videatur, porrum incoquere oportet, aut sambuci fructum, aut anisum, thus, myrrham, vinum. His omnibus tritis, ex eorum decocto colluito. Aut brassica in aqua decocta, in eius decocto mercurialis incoquito, & paucopercolato eluito. Aut cnestri quantum ad vnam potionem satis sit, melle dissolutum immittito. Spectadi autem menses sunt, nū biliosi, aut pituitosi fuerint. Aut arenam, tenuem, siccam, loco soli exposito substernito, & vbi menses defluunt, sanguinem affundito, & resiccare sinito. Et si quidem biliosi fuerint, sanguis in arena siccatus pallidus redditur, si pituitosi, velut mucosa conspiciuntur. Si igitur pituitosi fuerint, cnestrum quantum ad potionem vnam satis sit, aquæ mulæ hemina dissoluito, ex eo colluito. Hoc emolliens medicamentum purgat, aquam & pelliculas educit, & subruentam saniem. Menses etiam detrahit, nisi diuturniores fuerint, & vterorum osculum emollit. Unguentum narcissinum, cuminum esculentum, myrrham, thus, absinthium, cyperum, vnguentum rosaceum, polentam, ho-

rum cuiusque pares portiones, narcissini verò quadruplum. Hæc omnia terito, admixta tenui lini crudi lanugine, quæ pectini adhærescit, & tenui linteo circum pennam inuoluto, deligato, in glandem effingito, & in oleum album Ægyptium intinctum supponito, & tota die finito. Vbi verò lauerit & detraxerit, aqua grati odoris perluatur. Aliud purgans medicamentum, aquam educit, & pelliculas, mucos, & subcruentam sanicem. Myrrham, salem, cuminum, fel tauri, hæc simul mixta & melle subacta, tenui linteo imposita, subiicito, totumque diem intus finito, deinde ubi lauerit, eo ablato aqua odorata perluatur. Aliud. Salem, cuminum, fel tauri melle subigito & subiicito. Estilphium cum ficu misceto & supponito, deinde vnguento rosaceo perfundito. Aut grana cnidia cortice purgata, & quantum vna portione satis sit trita, in glandem fingito. Aut allium, nitrum rubrum & ficum, cuiusque pares portiones, melle admixto in pello subiicienda dato. Et ubi detraxerit, ceruinum adipem vino liquatum supponito. Aut piperis grana quinque, cum paucis elaterio, muliebri lacte paulatim instillato, in vellere vnguento intincto subiicito, eodemque modo detrahit. Aut quod in ficu est pinguisimum, & elaterium ad portionem vnā, & nitri rubri cum melle æqualem portionem, ad eundem modum. Aut fel tauri, nitrum rubrum, netopum, cyclaminum, æqualibus portionibus, ex melle velut gallæ magnitudinem fingito. Aut fel tauri oleo Ægyptio intinctum supponat, quo detracto, rosaceo illinatur. Aut cucumeris agrestis longi exempto semine interiorem partem, ex lacte mulieris masculum alentis, & myrrham puram, mellis exiguum, & vnguentum Ægyptiū, terito & supponito. Aut cucumeris agrestis partem interiorem desiccata, absque semine contundito, & iniecto melle decoquito, & glandem oblongam effingito, oleoque albo intingito. Aut cucurbitam agrestem ad eundem modum, & elaterij quantum ad tres portiones satis sit, cum farina aqua subacta terito, & in glandem efformato. Aliud similiter. Tria grana cnidia detracto cortice ad portionem vnā, decocta affuso melle supponito, aut vnguento rosaceo perfundito. Quæcunque autem sibi glandem supponunt, cum prius omnia in glandem coacta fuerint, deinde

de tenue linteum lanæ obducere oportet, & vnguento Ægyptioglândem intinctam subdere. Hæc autem præcipuè pelliculas educunt & auferunt. Medicamenta subditiua vehementer purgantia, quæ magis quàm superiora aquas, mucosâ, & pelliculas educere queunt. Piperis grana maiuscula quatuor, aut parua, si opus videatur, ad elaterij portionem admixta, lauiter terito, & lacte muliebri instillato, cū pauco melle subactum, id ex lana molli pura circum pennam linte tenui conuolutum, vnguento albo Ægyptio intinctum supponito. Per diem autem adhæreat, deinde ubi detractum fuerit, ceruinum adipem subdat. Subditiua medicamenta purgantia, si potiones non purgant. Meccuriale cum myrrha tritam in pello supponito. Medicamenta subditiua quæ similiter purgant, secundas eiicere valent, menses detrahère, & fœtum syderatum foras propellere. Cantharidas quinque; alis auullis, cruribus & capite, deinde tribulum iuxta mare nascētem, cum radicibus & folijs tundito, & enanthemi viridis interiorem partem, cum pari seminis apij mole terito, additis sepiæ ovis quindecim, ex vino dulci dilutis. In aqua calida desideat, & aquam mulsanam aquosam bibat, vinumq; dulce. Et intriti stateris Æginensis pondus ex vino dulci bibat. Vbi verò dolor detinuerit, cicetum alborum, & passularum ex aqua decoctum, refrigeratum propinato. Cū stranguria prehenderit, in aqua calida desideat, & vinum dulce bibat. Quod in omni morbo aperire & purgare potēs est. Myrrha modica, salvia & aniso contritis vitior. Purgans medicamentū quod in fecundam purgare valet. Si vteri osculum rectè habuerit, forū ex stercore bubulo sicco, tuso & excusso ad quatuor chœnices exhibeto. Aceti autem heminas decem addito, & vrinæ bubulæ tantundem, & mariorū saluginis heminas viginti. Hoc diutius leniter foueto. Deinde ubi elota fuerit, ex lenticulæ decocto epoto, & melle cū aceto mixto ebibito, vomat. Et pro sorbitione farinā exhibendo, vinumq; vetus sereno cœlo per noctem expositum insuper bibendum. Cibo verò eodie abstineat. Postero autem die granum cnidium deuorādū exhibeto, & tertio die medicamentum, quod vrinā ciet, passulas & cicera alba ad duas chœnices, affusis aquæ tribus semicongiis. Deinde percolatum sereno cœlo per noctem

exponito, & postero die bibendum dato. Quinetiam subdititiis medicamentis vtor. Medicamentum quod infusum menses purgat. Stercus bubulum in conchæ maioris formam effingito, cupressi ramenta subigito & commisceto, in sole siccato, in id suffimenta iniicito. Ad similem affectionem. Si menses non eunt, spinæ albæ contrita folia & percolata, ac tepida infundito. Linimentum purgans, quod vteros expurgare potest. Porri & cardamomi semen tritum, vino & lacte cocto maceratum, imo ventri illinito. Emolliens linimentum. Aquam autem, mucos & pelliculas educit, & puerperij purgamenta deturbat, nec exulcerat. Myrrhæ optimæ partem dimidiam, & salis granum similiter, & picem aromatibus conditam, hæc læuiter contusa commisceto. Sit autem myrrhæ ad salem & picem dimidia. Hanc contusam in tenue linteum ad gallæ magnæ quantitatem iniicito. Sint autem duo lintea, vti vnum interdiu, alterum noctu contineat, quoad colliquescat. Calida autem lauatur, deinde vbi detraxerit, perluatur aqua odorata. Medicamentum infœcundam purgans, si os bene habeat. Si infœcundam cures, stercus bubulum sole exiccatum, & excussum ad quatuor chœnicas Atticas, adiectis aceti heminis decem, erui farinæ chœnice, & aquæ marinæ heminis viginti, hæc tepida diu in foru adhibeto, deinde lenticulæ decocto propinato, & melle ac aceto admixto vomat, farinam sorbitione sumat, & vinum odoratum insuper bibat. Cibo autem eo die abstineat, postero autem die grana cniidia deuoranda dato, tertio verò die medicamentum vrinæ ciens. Si verò voles, vinum albū & cicera alba ad duas chœnices, affusis tribus aquæ semicongiis. Ex eo detracto dimidio, reliquum cœlo sereno noctu exponendum, & sequenti die paulatim bibendum, & subdititiis medicamentis vtendum. Si voles vt mulier concipiat, ipsam & vteros purgato, deinde ieiunæ farinam edendam, & vinum meracum insuper bibendum exhibeto, nitrumq; rubrum in subditicio admoueto. Et cuminum ac resinam melle subactam ex linteo supponito. Cumq; aqua effluerit, subdititios talos nigros ad emolliendum subiicito, & viro condormiat. Quod si os connueat, fici quoq; succū in subditicio sibi supponat, quoad reseratum fuerit, & protinus aqua eluatur. Accipitis
verò

verò stercus ex vino dulci tritum ieiuna bibat, rumq; viro condormiat. Aut vbi menstrua desierint, anseris aut vulpis stercore, ex rosaceo vnguento trito, pudendum illinat, & viro condormiat. Si vlcera acria fuerint, & inflammatione laborent, hac collutione vtor. Anserinum adipem & resinā misce, iis aqua tepida dilutis colluito. Aut melle cum butyro mixto liquefacto colluito. Aut bryoniæ albæ radicis detrasæ conchæ minoris quātitatem, cum myrrha & melle ad eundem modum admisceto, his ex vino nigro odorato solutis, & tepidis colluito. Si dum purgatio fertur summa labra exulcerata & pustulis referta fuerint, carnis bubulæ frustum sumito, butyrum aut anserinum adipem, anisum, aut granum caidium, aut spodium Cyprium, his omnibus triscarnem obductam in pello subdito. Si vlcera oriantur & mordeant, carnem bubulam adipe oblitam supponito. Ac si sordida fuerint, infusum & fomentum ex mori radice adhibeto, deinde etiā pinguedinis aliquid ex vino dulci bibat. Si in pudēdis vlcera oriantur, bubulo adipe linito, aut myrto in vino decocta, vino colluat, aut oleæ, & rubi, & mali punici foliis decoctis. Sit autem vinum Pramnium. Atq; hæc quidem ad hunc modum facienda. Et Persæ arboris videlicet folia læuiter terito, & pudendis in subditiōe admovento. Aut anethi & apij semen contritum illinito. Si pudenda superficialiis vlcerebus laborarint, ad hunc modum curare oportet. Carnem bubulam longitudinis ferè duorum palmorum, & crassitudinis manubrij, ad vesperam vsq; in pello subdito, sub noctē tollito. Postero verò die rursus ad meridiem vsque subdito, & vinum dulce cui mel admixtum sit insuper bibat. Collutio ad vlceratos vteros, & si stranguria prehenderit. Porrum, sambuci fructum, seseli, anisum, thus, myrrha, & vinum æquali ad horum decoctum mēsurā. His mixtis & feruefactis, ac modicè refrigeratis colluito. Aut mel, butyrum, medullam & ceram intromittito, & illinito. Ad vlcera quæ in pudendis sunt & pullulant, oleæ, rubi, hederæ, & mali punici dulcis folia, læuiter trita, vino veteri diluta, in vellere noctu pudēdis apponito, & cataplasmate admovento. Cū verò dies illuxerit, detrahitō, & myrri baccis vino decoctis colluat. Aut anserino adipe & resina liquefactis colluito. Aut butyro & cedrino oleo cum pauco melle am-

mixto colluito. Hæc vterorum vlcera exsiccant. Argenti stæ-
zem ex vino terito, & colluito, aut butyro cum melle. Aut
bryoniam albam & myrrham, cum vino melle macerato,
Vino verò nigro tepido postero die colluito. Aut lentisci
foliis in aqua decoctis, ex ea postea colluito. Aliud ad vtero-
rum os vlcera tum. Butyrum, thus, myrrha, resina, medulla
cerui, ex his colluito. Aut lenticulam in aqua decoquito, &
cum ea percolatâ colluito. Cùm verò aqua ex vteris fluxe-
rit, & vlcera morsum intulerint, anserino adipe & ouo illi-
nito. Aut ouillum adipem & suillum, & lentem ex vino co-
quito, & ex eo pari aqua temperato colluito. Hoc etiam vl-
cera in pudendo perfundenda. Mannam thuris, rubum, &
pini corticem apponito, & horum decocto perluatur. Me-
dicamentum fœtum mortuum eiiciens. Galbanum oliuæ
magnitudine, linteo conuolutum, oleo cedrino intinctum,
ad os vteri in subditio apponito. Aliud. Calamum odora-
tum & cucumeris agrestis interiorem partem ex adipe an-
serino terito, umbilicum verò & imum ventrem obligato,
& ex eo exiguo in lanam instillato, ad vterorum os in subdi-
tione apponat, & ab eo paulatim detrahitur. Aliud. Rubiam
tufam & cedri ramenta, aqua affusa cœlo sereno nocte ex-
ponito, deinde sub auroram ad dolores exhibeto. Aliud.
Laseris drachmæ vnius quantitatem, & succi porri acetaba-
lum, cedrini olei dimidio cyatho paruo admixto potius ex-
hibeto. Aliud. Fel tauri oboli aut dimidij oboli pondere, ex
vino tritum exhibeto, aut farina aqua macerata obductum
deuorandum dato. Aliud. Cancros fluuiatiles quinque, la-
pathi & rutæ radicem, & furni fuliginem, omnia simul tri-
ta, & aqua mulla permixta, & cœlo sereno per noctem ex-
posita, ieiuna tertio quoque die bibat. Aliud. Cucumeris a-
grestis partem interiorem laui teritam, cedrina pice sub-
actam, lana conuolutam, filo circum pennam deligatam,
intro sibi subdat. Pars autem pennæ crassiuscula foris ex la-
na paulum extet, vbi verò sanguis apparuerit, detrahatur.
Veratri nigri surculum, sex digitos longum, lana obuolu-
tum, ita vt eius extremū nudum relinquatur, deinde intro
quàm penitissimè sibi supponat, cùm verò extremum san-
guine infectum fuerit, detrahatur. Aliud. Veratrum nigrū,
cantharidas & conyzam ex aqua terito, & in glandem mole-
lem

lem sex ferè digitos longam efformatam exiccato, & vbi induerit lana obuolutam supponat, extremum verò cedria illinatur, & nudum maneat, cumq̃ sanguis apparuerit, detrahatur. Fœtum eiiciens. Fœtum iatus mortuum aut syderatum eiicit ranunculus & elaterij exiguum, ex aceto meraciore commixtum, & potui exhibitum. Aut brassicæ tener cauliculus, extrema parte netopo illitus, intromittatur.

*Notha quedam ad calcem lib. i. de morbis
Mulierum adiuncta.*

TVFIS infantuli remedium. Thapsia cum polenta in os indita. Aliud. Oui assati exemptum vitellum, cum sesamo albo rosto, sale & melle delingendum præbeto. Ad pueri aluum soluendam. Lanam succidam melle intinctam indito. Quòd si adultior iam fuerit, ceparum interiores partes ex melle tritas indito. Si lac deficiat, farinam setaniâ elotam, melle & oleo ammixto tepidam insuadito. Puerorum crebram spirationem (*ασθμα* dictam) sedat thus ex vino dulci, & balnei abstinencia. Medicamentum quod purget. Glandulas conficito ex mellis hemina, anisi acetabulo, bituminis drachmis duabus, felle bubulo, myrrhæ drachmis tribus, elaterio quantum ad portionem satis sit. Hæc admixto anserino adipe, æneo vase coquito. Vbi uti voles, glandes adipe anserino molli illinito, lana verò ouilla vitior oleo autem lentiscino, cui cinnabarim admiscere poteris. Vomitum tollit ocymi succus ex vino albo. Aliud. Farinæ setaniæ percolatum decoctū, aut mali punici dulcis & acidi expressus succus, postea melle ammixto. Medicamentum quod exedit sic conficitur. Veratrum nigrum, sandaracham, æris squamam, singula æquali portione seorsim terito. Vbi autè læuiter tritum fuerit, ad vnam partē dupla calce admixta, cedrino oleo subacta illinito. Exurens medicamentum ad hunc modum paratur. Æris flos sincerè combustus quoad ruber euadat, eo læuiter trito vitior. Nigrum medicamentum. Squamam, æris florem, vtrunque seorsim terito, læuiter tritum sic permisceto. Duo aut tria medicamenti genera conficito. Vnum quidem vehementissimum, quod æris florem ad squamam tertiam habet partē. Al-

terum quod quartā habet partem, tertium verò quod quin-
tam. Hoc medicamentum ad omnia adaptatur. Medica-
mentum quod illinitur ad anginam, roris marini semen,
staphis agria, absinthium, elaterium, mel. In podagricis do-
loribus tumores nitro læuiter trito aqua subacto, velut ca-
taplasmate obducito, tribus diebus ne lauato. Cùm verò
laueris, rursus nitro crudo rubro, cum paucis melle trito, eo
velut semper vtendum. Igne ambusta illinc portulaca cum
farinæ massa aqua subacta, & lactuca rubra ad drachmam
vnam. Id dolorem omnem tollit ex aqua semiboli Attici
pondere. Ophthalmica medicamenta. Ærugo, fel capræ,
myrrha, hæc omnia soluantur, simul trita, læuigata, vino
albo diluito, deinde in arundinem coniecta, sicca ad vsum
adhibeto. Quod puluere inspergitur. Misy præparatum in
pila terito, chrysididis cinerem lotum admisceto. Sintra-
tem cineris partes tres, & misyos vna. Misy in Maza com-
burito, ea cautione ne effluat. Liquefcit enim dum torretur.
Probè verò vstum punicei fit coloris. Aliud. Cerusa ad eun-
dem modum cum misy vsto admiscetur, velut fit in chrysi-
tididis cinere, & in misy transit. Aliud isto vehementius. Spo-
dium Cyprium ex fuligine lotum, cerusa, & misy vstum.
Spodij autem ad cerusam duas partes esse oportet, & misyos
vnam, foliorum anemones contusorum succum exprimito,
& ad solem in æris rubri vase cooperto, ne quid incidat, ex-
ponito. Cùm verò crassum euaserit, pastillos formato, de-
inde siccato. Cùm verò desiccatum fuerit, quàm maximè
poteris vrito, deinde refrigeratum læuiter terito, & ad
parem spodij ex fuligine loti portionem admisceto, deinde
netopo instillato paulum terito, mox melle diluito, postea
reficcatum in capsula ærea, ad vsum reponito. Aridum
molle. Spodium Cyprium, chalcitis illota læuiter trita, ros
æris, hæc æquali portione misceto, & læuiter terito. Ari-
dum aliud. Spodium Cyprium, chalcitis læuiter trita, & ci-
nis chrysididis illotus, hæc inter se diligenter terito. Aliud
aridum. Spodium vstum, chrysis, & æris spuma æqualibus
portionibus læuigata. Aliud. Vux immaturæ succus, & spo-
dium Cyprium. Vux immaturæ grandioris succum, ex lin-
teo in vase æris rubri exprimito, aceti albi acerrimi tertia
parte admixta, sicque in Sole decoquito, & quinquies die
ver-

versato. Cum verò crassus succus euaserit, chalcitidis cypriæ cinerem leuiter tritum iniicito & permiscero. Cumque sex vel septē diebus succus in Sole positus fuerit, ad succi heminam Atticam, cineris drachmas octo iniicito. Quod si acrius voles, cineris minùs, sin lenius, plus adiicito. Post hæc resiccato, quoad pastilli formari queant. Deinde ad fumum intus suspensum, tam diu resiccato quoad testaceum euadat, ne cum teritur in sese coeat, mox sic vitior, & loco minime humido reponito. Aliud aridum. Spodium, chalcitis aceto albo subacta, deinde pastillos confectos resiccato, cumque resiccatum fuerit læuiter terito, eo quidem oculum illinere optimum, vinumque vetus dulce simul incoquito. Ad albuginem. Populi nigrae lachrymam, lac muliebre, his permixtis vitior. Ad oculi lachrymam & dolorem. Mali punici dulcis expressum succum in vase æreo coquito, & nigrum velut picem reddito, æstate Soli exponito, deinde liquido sublinito. Si lachryma bundus ac lippus oculus fuerit. Cum vua alba, valde matura & gracilis in vite fuerit, decerptam excolato, deinde in Sole siccato. Cum siccum fuerit deradito, æruginis semioboli Attici pōdus admiscero, postea eo sublinito. Hoc oculis inspergitur. Plumbum & spodium æquis portionibus, myrrhæ decima pars, papaueris succi exiguum, vinum vetus, aridis tritis vitior. Scillæ, spodii, cerulæ, chartæ combustæ pars tertia, myrrhæ pars decima. Si viles pilos è corpore euellere, vitis lachryma cum oleo inungito. Quod si oculum depilare voles, vbi decerpseris inungito, & cum tenui curicula discedet, ruborque & boni coloris erit. Ad læuitatem intestinorum, lentes & triticum setanum ad duas chœnices aqua macerato, deinde cum hæc mollia euaserint, vt edi possint, in pila aut mortario læuigato, postea aquæ heminis sex affusis vehementer agitato. Quod à rutro discedet in ollam effundito, melle pauco affuso coquito, vbi vehementer coctum fuerit, tortefactum edendum dato. Quod si sitiat, vinum quàm vetustissimum bibat, eo vtatur quoad conualescat. Si quis grauedine detineatur, myrrham læuiter tritam melle admixto linteo excipito, nares confricato. Alui infusum pituitam educens. Thapsiæ quantum portione vna satis sit, aut vuæ passæ grana quadraginta, aut grani enidii, aut cnestri quantum ad vnam

portionem satis sit, mellis autem semiheminam admisceto, aut olei tantundem aqua marina diluito, in qua surfures aut ptisana decocta fuerit, quoad pinguis euaserit. Aut adipem betæ succo liquato, & nitri drachmas decem admisceto, aut salis acetabulum plenum in aquam marinam immittito. Quod si bilem educere uoles, succi lateris quantum una portione satis sit, elaterii sesquidrachmam, colocynthidis agrestis drachmæ pondus terito, & iisdem quibus prius diluito. Si uero vehementius ducere uoles, cucumeris agrestis interiorem partem, ad drachmæ quadrante, aquæ dimidia hemina maceratam in aluum infundito, & si in exitu mordeat, postea ptisanæ cremore colluito. Aliud. In lacte asinino cocto, aut in succo betæ ad tres heminas, cucumeris agrestis interiorem partem macerato, sale admixto, melle & oleo, postea uero ptisanæ cremore colluito. Cucurbitæ agrestis drachmam tritam, & prius lacte asinino maceratam, hæc eadem misceto. Cucumeris agrestis interioris partis drachmam, elaterii quantum una portione satis sit, salis pugillum, mel, oleum, aqua marina diluito. At si stercus educere uoles, nullum medicamentum propinato, uerum aliis utitor. Ad intestinorum difficultatem infusum. Mali punici dulcis cortices in uino plurimum decoquito, quoad dimidium remaneat, olei heminæ quadrante admixto, & thuris drachmæ quadrante. Unguenti rosacei heminæ dimidiū, ptisanæ cremor, aqua marina cocta. Veratri quantum ad duas portiones satis sit terito, aquæ hemina dimidia diluito, olei æquali portione admixta decocto in scaphulam effuso colluito. Mala cydonia dissecta aqua macerari finito, cumq; aqua odorem habueris, potui exhibeto. Ptisanæ lomentum in aquæ congiū immisum decoquito, dum pingue euadat. Mala dissecta decoquito, fauum mellis aqua macerato, simul terito, ubi subdulcis fuerit percolato, apii folia immittito. Aliud. Vuam passam albam in aquam immisam, calaminthem, aut fauum mellis in aqua subdulci conterito.

Hippe-

Hippocratis de mulierum morbis,
liber secundus.

Fluor albus senioribus magis quàm iunioribus contingit, fulvus virisque, ruber iunioribus. Et fluor quidem ruber ex f. bre quidem oritur, magis verò ex abortione. Quinetiam ex mensium suppressione contingit, cum re-
 tenti subito magna copia proruperit. Cōtingit verò etiam
 10 ex partu, & ex febribus, & sanguis magna copia affluit, grumi sanguinis excidunt, dolor iuguli & ceruicis tendonum suboritur, & corporis torpor, crurum perfrictio. Interdum
 verò si copiosior sanguis effluerit, nasus etiam in dentes effundit, sudor que multus effluit. Ad hæc quoque oris ven-
 triculi morsus & perfrictiones contingunt, & febres bilem sinceram effundentes & pruriginosæ, crebroque eodem die rigore corripiuntur, rursusque sudoribus disfluunt. Quan-
 doque etiam ex superioribus locis, quandoque verò ex inferioribus, eis conuulsiones suboriuntur. doloresque acuti & vehementes
 20 parturientibus non absimiles, ad inguina veniunt. Interdum verò stranguria detinet, os siccum est, sitis urget, lingua aspera, pedum pollices contrahuntur, & ad suras femora contendit, lumborum ingētes dolores adsunt, & manuum ad motum impotentia. His ita contingentibus, tum à claviculis ad iugula, ad malas & linguam nervorum distentiones fieri consueverunt. Et ex his paulò post in posteriora à tendinibus iuxta spinam & lumbos tendunt, sicque morbi violentia pereunt. Inchoantibus igitur fluoribus ad hunc modum victus rationem denūciare oportet. Sub diluculū quidem
 30 medicamentū aliquod ex his quæ describā, quo potissimum opus esse videatur, ad fluores potui exhibeto, idque ter aut quater. Et si copiosus sanguis feratur, victus rationē instituito, si quidē sine febre fuerint, ex cibariis, si verò febricitant, ex sorbitionibus. Ex sorbitionib. autē maxime cōueniunt panicum, lenticula, farina setania cocta, alica decocta sorbilis, zea percocta. Ex porionib. verò polēre pollen tenuissimus ex aqua, & contusa ex panib. decerpta fragmenta, & tenuis ex hordeo recēti farina aqua macerata, quæ etiam infusa delingenda. Ex cibariis verò panis exallatus in cinere,

pro opsonio autem leporis caro, columbi & palumbis, tum elixa, tum assata, hædina caro assata, absq; vlllo condimento, aceto intincta, capræ aut bouis hepar in cinere assatum, oui tenue aut vitellus, caseus sine sale. Oulus nullum neque coctum, neque crudum gustandum, balneis abstinentum, manus ambæ vinculis ex lana succida intorta deligandæ, ita vt laqueum ad superiores cubitorum & poplitum partes supra genua iniicias. Et sublatiis mammis cucurbitulas modò quidem dextra, modò etiam sinistra parte adhibeto. Quòd si admotis cucurbitulis suboriatur spirandi difficultas, eas detrahitò, sanguinemq; ne educito. Medicamentis verò subdititiis iis vitior, quæ describam ad sanguinem sistendum accommodatis. Siquidem ex his fluoribus superstit, copioso abeunte sanguine, tum color apuæ similis, tum facies subrumida est, oculi intumescunt, crura turgescunt, vtetus humidus est semperq; præter modum apertus est, & aquosa effluunt, velut carniarum crudarum succus. In his si vires validæ fuerint ieiunis vomitiones ciere oportet, & a vomitionibus prandium exhibere. His paucus potus confert, vinum nigrum meracius, balnei abstinentia, aut frigida balneum, deambulationes, semel die cibis, omnia liccantia. Quòd si per hæc non restituantur vtteri, nec confidant, neque à fluxionibus vindicentur, adhibita virium corporis ratione, si quidem robusta sit, elleborum dare oportet. Si verò dicto non paruerit, caput purgandum, & post purgationem reliquam victus rationem ad eundem modum adhibeto, velut in his quæ non pariuunt. Adhibendæ verò in considerationem etiam sunt mulierum tum naturæ, tum colores, tum ætates, & anni tempestates, & loca, & venti. Aliæ quidem frigidæ, aliæ humidæ & fluidæ. Aliæ verò calidæ quidem, sed sicciore & stabiles sunt. Nam quæ supra modum albæ sunt, humidiores & fluxionibus opportuniore existunt, nigre verò sicciore & adstrictiores. Quæ verò colore sunt subfusco & vinoso, medium quiddam inter vtrasque obtinent. Ad eundem etiam modum circa ætates contingit. Iuenculæ enim humidiores sunt, fereq; similiter copioso sanguine abundant. Vtulus verò sicciore paucum habent sanguinem. Quæ autem in medio sunt positæ, medium quiddam inter vtrasque habent,

bent, in ætatis æquilibrio constitutæ. Eum autem qui hæc rectè tractare volet, mulierum naturas, & temporum opportunitates, & ætates, & anni tempestates, & loca, & ventos, semper dignoscere oportet. Si fluor in vteris gignatur, copiosus sanguis fluit, & grumi concreti excidunt, dolor ad lumbos, laterum inanitates, & imum ventrem detinet, qui durus est & contactus dolet, rigor & febris acuta prehendit, imbecillitas innascitur, omnia præter humeros & scoptula operata dolent, calor & rubor detinet, venæque duræ sunt ac renitentes. Hic morbus ex abortionibus præcipuè oritur. Quinetiam contingit cum menses diu retenti de repente affatim proruperint. Huic ita habenti grossum siccam, contusam & cribratam, in linteolo ligatam, in subditiuo apponito, & imo ventri refrigerantia admoueto, ea cautione ne inhorrescat. Postquam fluor constiterit, oleæ agrestis foliis in acerrimo aceto decoctis, pudenda perluat. Bibat autem vinacea, aut rhoë rubro in aceri acerrimi hemina dimidia decocto, pudenda abluat. Aut mora rubi rubra, siccata & tenuiter trita, cum farina setanea, æquali portione mixta, ieiunæ potui exhibeto. Quod si vehementius voles, setaneæ farinæ duas partes iniectas & ammixtas propinato, neque lauet. Cibis autem vtatur siccis & vino nigro generoso. Si verò intumuerit, sedato iam fluore, medicamentum deorsum purgans propinato. A medicamento potione vteros grossorum decocto, postea etiam acerbis colluito. Si sic affecta adhuc humecta fuerit, suffitum quoad exiccet adhibeto. In fluore rubro sanguis qualis recenter iugulatae victimæ fluit, & per interualla sanguinis grumi, quandoque verò etiam fluorem rubrum eiicit, venter imus attollitur, extenuatur, inflatur, induratur, ad contactum velut vlceratus indolescit, febris & dentium fremitus detinet, dolor est ad ipsa pudenda, pubem, lateris inanitatem, lumbos, tendinem, ventrem, pectus, & scapulas, reliquaque omnia dolent, impotentia & animi demissio detinet, & color vertitur. Hæc circa morbi initia inuadunt. Quod si hæc omnia producantur, longè magis debilitatur, & manifestus est morbus, cavitates sub oculis assurgunt, & pedes intumescunt. Hic autem morbus ex partu præcipuè prehendit, si quid in ipsa vellicatum non exierit, sed intus

computruerit, scetusque exasperatus fuerit. In hanc si circa initia incideris, cum dolor adfuerit, spongiam madefactam admovento, & linteum rarum, molle derafum, aqua frigida imbutum ventri iniicito, frigidaque perfundito, lectumque à pedibus excitatum sic sternito, medicamentumque aliquod ex his quæ mulieribus debentur, facto eius periculo quodam lubentiùs assumat, propinato. Apii semen tostum conuandito & cribrato, & irionè eodem modo, & peplyi semen cum polenta cribratum, & vrticæ semen similiter, & oleastri scabiem, gallam, rutam, origanum, pulegium cum polenta cribratum ac subactum, & farinæ hordeaceæ crassiores partes tostas, & farinam triticeam commolitam, caseumque caprinum abrais sordibus, aliorum quidem singulorum parem portionem miscero, origani verò & rutæ, & scabiei & gallæ dimidium, hæc mane ieiunæ antequam moueatur potui exhibeto. Miscenda autem sunt ad vsus, si actria prodeant, & in Cyceone danda. Sit autem medicamenti pars vna, casei vna, polentæ vna. Sub vesperam autem melle ammixto potui exhibenda. Et hæc quidem facienda quoad morbi exordia fuerint, & multus sanguis paucò intermisso tempore fluxerit, grauesque dolores tenuerint. Sin verò patior sanguis & breuiore tempore fluxerit, quæ sanè deorsum aut sursum secedunt propinato, pudendaque lenibus fomentis, vt semper occasio tulerit, foueto. Et zcam vnà cum cortice contusam, & caprisici grossos siccatas, tusas & cribratas, & oleæ folia similiter, singulorum æquales partes ex cataplasmate admovento. Lacque bubulum, aut coctum, aut crudum propinato, vt opportunum esse videbitur, ad id quod probè habet attendendo. Nam languidus & lethalis hic morbus esse videtur, paucaque ex eo euadunt. Cùm mulieri sanguis fluit ex locis sub articulis, hæc ex partu aut labore corrupta est. Hoc fluorem esse muliebrem quidam Medici existimant, est verò aliud quiddam. Hoc quidem ex articulis aliud quiddam est, & ex lumbis, & ex coxendice glutinosum simul cum sanguine defluit. Illud verò ex vteris & cavitare venarum, purus sanguis. Huic per inferiora suffitus parandus. Zex contusæ semisextarium paucò aceto subigito, vt ne penitus vteros humectes, etiam sulphuris semiobolum ad zcas contritas admixtum,

mixtum, & aceto subactum per noctem ponito. Mane vero accenso multo igne, ea quæ dolia olearia oburant, admixtis fulloniis sordibus, & serpentis semine imposito. Ablato verò multo igne, excitato potissimum fumo vitio. Sellam autem pertutam esse oportet, in qua mulier circumlecta, ne quid perspiret, confideat. Medicamentum verò cum aceto paratum, & serpentis semen, in ignem inspargitur. Quinetiam myrrha admixta efficax est, quæ etiam sufficu cruorem ex pudendis abstergit. Quod si satis esse videatur, crysini semen torrefactum, tritum ex vino exhibitum. In fuluo fluore copiosum & graveolens tanquam ex ovo aspectu inuiso effluit, vteri inflammatione laborant, dolor ex lumbis & inguinibus erumpit, quæ pdeunt copiosa sunt, & nisi liberetur, celeriter fluentia. Quin & si tempus accedat, quæ restant quàm maximè putrefacit. Rigor eam prehendit, & tanquam carnum allatarum succus effluit, & vnà cum his febres vehementes & rigores corripunt. Ex huiusmodi fluoribus multæ pereunt, paucae verò euadunt. Et si quidem initio in manus sumseris, ad hunc modum curare oportet. Si quidem febre careant & viribus valeant, veratrum exhibendū. Ex quo intermissis tribus aut quatuor diebus, medicamentum deorsum purgans exhibendum. Post purgationem autem hæc victus ratio institui debet, vt quæ fluunt aquosa sint & leuia. Mane quidem ieiunæ medicamentum aliquod ex his quæ ad fluorem describam exhibendum, aut vino inspersum bibendum. Post autem exhibitum medicamentum, alia ad curationem victus ratio instituenda, vteri verò ad hunc modum curandi. Si quidem inflammatione laborent aut conniueant, fomenta emollientia quoad vterorum os molle euadat, admouere oportet. A fomentis, collutiones quibus opus esse videbitur, siue magis purgantibus, siue magis emollientibus infundendæ. Post collutiones, emollientia in subditio apponenda. Quod si os non facile soluatur, fomentis & subdititiis quæ ego describam emolliendum, quoad apertum sit. Quod si ex his fluxiones minimè sedentur, caput purgandum, sicquæ victus ratio instituenda. Si quidem febris expers sit, lac asinum bibendum, oleribus coctis & domesticis & agrestibus vtendum, allio excepto, porro, brassica & raphano longo.

Ex marinis autem raia læui, scorpio, congruo, torpedine, anguilla, passere, gobio. Incoquendi autem sunt cum cepis & coriandro, in muria dulci & pingui, & probe cocti assu-
mendi. Carnibus autem vtendum suillis maximè, deinde verò agninis aut ouillis, elixis potiùs cum iure, quàm assis. Vino albo, mellito, aut aquoso. Balneis excepro capite, non admodum calidis, neque multis. Quòd si sub hac victus ra-
tione vteri humecti fuerint, & ab vlceratione quidem & in-
flammatione liberentur, pro balneis, his abstinendum, pro
vinis fuluis, nigris vtendum, & pro dilutioribus, meracio-
ribus, pro polenta, panibus, pro piscibus, carnibus assatis,
cibisque omnibus desiccantibus, quibus in alui profluvio
vtimur. Collutionibus omnibus, præterquàm vino & aqua
abstinendum. Suffitus autem ex adstringentibus parand.
Optimum est vt concipiat. Quòd si iuencula fuerit fre-
quentes vomitus ieiunæ prouocandi, deinde paulum pran-
dendum. Atq; ista victus ratio his fluoribus est accommo-
data. In fluore albo effluit quid album velut asini vrina, fa-
cies intumescit, & partes sub oculis vtrisque, oculi quales
hydropelaborantibus, & aspectu deformes, à quibus splen-
dor abest, gramiosi & caligantes, corpus colore apuam
referens & pustulosum, venter imus in tumorem sublatu,
in maxillis sensim excitantur rubores parui, aquosi & ma-
ligni, & in cruribus tumores, quos si digito presseris, nota
affigitur, non secus ac in farinæ massa aqua subacta, os sali-
ua plenum est, cum ieiunæ fuerint, aut veluti aquam acidam
vomitione reiecerint, oris vetriculi morsus sentiuntur. Quòd
si ad accliuem locum processerint, frequens spiratio & suf-
focatio celerius corripit, crurum perfrictio, & genuum im-
potentia, in ore superficialia vlcera (æ phlegma dicta) subori-
untur, vterus præter modum dehiscit, & in osculum graphis
velut plumbum decumbit. Dolores ad femora se exten-
dunt, & inferiores omnes partes, ab imo ventre inchoan-
do, ad pedes vsque, perfrigerantur, plantæ torpescunt, neq;
incedere possunt. Has ab his morbis vindicare difficult.
Nam & cum ætate longiùs progrediuntur, & labores con-
senescunt, nisi secunda aliqua fortuna sponte contingat,
quæ solutionem afferat. In his quidem quod redundat, me-
dicamentis quæ bilem non purgant est exhauriendum.

Quia

Quæ & quæ vrinæ mouent potui exhibita his conducunt, & capitis purgationes, balnei abſtinentia, epithymum albumopotum, obambulationes, & omnis victus ratio deſiccans. Quæ cum fecerint, non proſus quidem conualeſcunt, ſacilius tamen degunt. Fluoris albi curatio. Album & ſuppallidum expurgatur, cumque vrinam reddit, morſum & lincinationem percipit, vterus exulceratur, febris acuta detinet, calor multus, ſiris & inſomnia, & mente alienantur. Cum quid feſtinanter egerit, ipſam crebra ſpiratio (*dicta*) detinet, & membra ſoluuntur. Huic peplum album propinare conuenit, & vrticæ ſemen, præſtat etiam mali punici dulcis radicem & folia, & rhoëm, & gallam. Hæc ex vino acerbo propinanda, & mali punici ſuccum admixto caſeo caprino, zeas & groſſos hybernas, oleæ folia, & eiſdem ſcabiem ad ſuffitum ſubter apponito, cum cortice cucumeris agreſtis ad tertiam partem addito, reliquis verò æquali portione. Sorbitiones ex oleribus coctis, amygdalis & ſeſamo aſſumat, penſilibus geſtationibus & vehiculis vtatur, neque quieſcat. Alius fluor. Copioſum effluit quale ouillum lotium, colore album, totaque intumeſcit, in tibiis tumidæ quædam laxæ & rubicundæ cutis eminentiæ exurgunt, ſi que digito contrectaris, in tibiis & pedibus foſſularum veſtigia inſiguntur, ſi quid ederit, impletur ac intenditur, cumque in viam ſe dederit, & opus aliquod confece- rit, crebra & frequens ſpiratio dolorque ipſam prehendit, colorque interdum albus & ſuppallidus. Huic ſi vires valeant, iuuenis ſit, cæteraque compareant, per initia medicamentum ſurſum & deorſum purgans exhibeto, caputque pereæ quæ pituitam purgant, ſi pituita redundarit, purgato, ſi verò bile, per ea quæ bilem. Et ſi anni tempus ferat, neque natura lienofa fuerit, ſi que aliquid ex ſupra dictis aſ- fuerit, ſerum decoctum quamplurimo tempore potui exhibeto, ſub veſperam autem vinum dulce aquoſum, ſi opus ſit, cibum verò ne attingat. Si verò imbecilla fuerit, pauciſſimam ſorbitionem aſſumat, neque lauet. Vbi autem tibi opportunum eſſe videbitur, à potu ceſſet, & poſt purgationem cibus vtatur, à pinguibus ſibi temperâs, acribus, dulcibus, ſaliſis, & oleribus acribus. Piſcibus vtatur ſaxatilibus, & carnibus ouillis, gallinacis, & leporinis. pane fermenta-

tato, aut hordeo fredo. Oleribus etiam coctis vtatur, & agrestibus esui aptis, & domesticis, acerbis exceptis, maneq̃ue & à cibo obambulet. Ex quibus si tibi fortior esse videatur, vteros ex facce vini colluito, tribusq̃ue aut quatuor intermissis diebus, postea acerbis eluito, & mora iniecta, si quidem sicca fuerit, quiescito. Quod si natura biliosa aut pituitosa fuerit, ex victus verò ratione & potione medicamentorum emaciata, vires colligere nequeat, lac bubulum per quadraginta dies, calidum ex vacca assumat. Pituitosam tamen præstiterit cibus quam paucissimis vti, quamdiu lac biberit, cuius mensura sit sex heminarum Atticarum. Initium autem à duabus faciendum, & singulis diebus unam addat, donec ad sex perueniat, paulatimq̃ue ad minorem quantitatem descendat, & post lactis potum, cibus & victus ratione reficito. At post lactis potionem, manei iuuo stomacho adiantum siccum, contusum, per cribrum exquissorium transmissum bibat, ex vino nigro odorato temperato exhibitum. At si morbus reuertatur, hanc totam foueto, rursusq̃ue medicamentis per inferiora purgato, posteaq̃ue vteros colluito, si quidem natura pituitosa fuerit, per granum cnidium, aut thapsiæ radicem, Si verò biliosa, per scammonia succum, & colocynthidem agrestem. Hanc enim in vas coniectam, duabus aquæ heminis affusis decoquito. Huius decocti dimidio, mel, & oleum narcissinum, vel anchinum ammisceto. Sit autem mellis hemina quadrans, olei verò mensura ad mel sesquialtera. Postea autem, melle & vino, & oleo solo colluito, sufficimq̃ue adhibeto, & trium aut quatuor dierum mora interposita, adiantum bibat. Quod si vtero conceperit, morbus reuertitur, quo casu mulier perit. Cum autem seniores hic morbus inuasit, vteri computrescunt, paucæq̃ue admodum euadunt. Fluor alius in quo expurgatur quale quid ex ovo crudo pallidum subalbidum, vlcusque in pudendis excitat, pedes & tibiae intumescunt, caux sub oculis partes in tumorem attolluntur, oculi humidi sunt & gramiosi, siq̃ue incedat, crebra anhelatio eam inuadit, & imbecillitas contingit. Quod si euaserit, morbus pituitosus fuerit, nisiq̃ue repurgata fuerit, bile vehementer commota febricitat. Seniores autem hic morbus quam iuniores magis inuadit. Cum autem sic habuerit,

habuerit, si quidem admodum intumescat, medicamentum deorsum purgans potui exhibeto, quod pituitæ & bili medeatur. At si non valde intumescat, eamque pituita vrgear, medicamentum sursum purgans exhibeto, & si quidem valida fuerit, veratro purgetur, sin minus, medicamentum quod bilem & pituitam educat exhibendum. Post medicamenta autem plurimis diebus serum coctum cum paucis sale potui exhibeto, & metham insuper edat. Vesperi verò cibum ne attingat, paucam autem sorbitionē assumar, & vinum dulce, si opus sit, superbibat. Quod si serum non adfuerit, lac asinum decoquito, & quatuor diebus exhibeto. Vesperi verò eadem facito, si febris per noctem non detineat. At si natura lienosa; aut flatuosa sanguine defecta fuerit, neq; serum, neq; lac bibat, alioqui per medicamenta deorsum purgato, & vbi opportunum tibi fore videbitur, vteros colluito, primum quidem bis aut ter medicamento ex vini facce parato. Post hoc autem scammoniae succo, dulci vino ad heminam Atticam affuso, & olei heminae quadrante, maxime quidem narcissini. Postero verò die vini hemina colluito, adiecto mellis quadrante, & resinæ tertia mellis parte, olei verò & mellis æquales sint portiones. Quod si quæ à collutione secedunt, pituitosa seruantur, rursus colluito, trium aut quatuor dierum mora interposita. Postea granum cnidium detracto cortice, quantum ad duas potiones satis sit infundito, & iisdem colluito. At si granum cnidium non adfuerit, thapsiæ radice quantum potione vna satis sit infusa, postea ex iisdem colluito. Postquam autem quæ secedunt his collutionibus expurgata fuerint, & si quid cruciati, velut ab ulcere, cōtigerit, acerbis deinde colluito. Posteaq; si ipsa interrogata, os vterorū durum esse, ac dolore detineri dixerit, ad eundem modū ex eo quod cum butyro paratur colluito, quoad vteri resiccati fuerint, & sana esse videatur. Intermediis autem collutionū diebus, sambuci fructum bibat, & leporis coagulum, pepli corticem, vrticæ semen, mali punici dulcis corticē, tritis cuiusq; æqualibus partibus. Polenta autem ammixta & adianto, ex vino odorato ieiunabit. Cibis vratur mollibus, neque salis, neque acribus. Carnes piscibus meliores, volucrum videlicet aut leporina, & calida non multa lauet. Quod nisi fluor leuā-

mentum faciat, sed relinquatur, & vteri humectentur, medicamento ex malicorio suffitum admovento, posteaque virum adest, & si vtero conceperit, conualefcit. At seniores se recolligere non possunt, sed præ virium imbecillitate pereunt. Alius fluor. Fluit sup pallidum & glutinosum quale quid ex ovo, venterque imus in tumorem exurgit, durusque euadit, & ad contactum dolet, dentibus stridet, febris detinet, dolor pubem occupat, pudenda, imum ventrem & lumbos, animi deliquium adest, anxietudines, perfrictiones, & sudor copiosus, pulsus ad manum leniter ferientes, languidi, deficientes, confestimque pereunt. Quod si superstes euadat, color ei immutatur, & velut fauus existit, cutisque corporis digito pressa emollitur, in eaque nota infigitur, velut in farinæ massa aqua subacta, pedesque & crura in tumorem attolluntur. Morbus autem contingit præcipue, si quid his in partu vellicatum fuerit, aut intus compotruerit. Iis vero quæ prouectæ iam sunt ætatis magis contingit, neque huiusmodi morbus admodum mitis est. Alius fluor. Qualis ex assatis carnibus humor purgatur, & pudendum vlceratur, & quamcunque aliam corporis partem stillando attigerit. Et rigor, febris acuta, crebra, magna, simulque horror corripit. Dolores autem in omnibus fluoribus similes. Hæc tota intumescit, & partibus vmbilico inferioribus, & cruribus, colorque auriginosus euadit. Huiusmodi autem fluor ex eo contingit, cum sanguis exturbatus aliquantum biliosus extiterit, neque purgatus fuerit. Cum sic habuerit, medicamentum bibendum exhibendum, si quidem valida fuerit, ex veratro, si vero debilis fuerit, ex radice & elaterio, & postremo lac caprinum, aut medicamentum quod deorsum bilem & pituitam purget exhibeto. Vteros autem medicamento ex brassicæ succo colluito. Mentham autem bibat, hypericum, lini semen, singula ex vino nigro austero, hæc ieiunæ bibenda præbeto. Si vero vlceratum pudendum fuerit, postea butyro colluito, deinde indicamentum purgans potui exhibeto, vlceraque butyro, resina, myrrha, & argenti flore linito, myrti autem & saluæ ex aqua decocto tepido perluatur. Cibis autem vtatur neque salis, neque acris, vt ne mordax vrina reddatur, & marionis abstineat, carnibus babulis, ouillis, porcinis, reliquis vero

carni-

carnibus coctis vtatur. In cibo panem assumat, & vinum odoratum, vetus, nigrum bibat. Quibus factis si non conualecat, totam foueto, & postero die medicamentum sursum purgans exhibeto, deinde ex intermissione, rursus deorsum purgans. Et si quidem fluor perseveret, post medicamenta decoctum serum quotidie potui præbeto, sub vesperam verò sorbitionibus vtatur, vino verò dulci, albo. Quòd si serum desit, lac asininum coctum diebus quatuor bibat, vesperi autem iisdem vtatur. Post hæc autem lac bubulum calidum per dies quadraginta bibat, & per diem nihil (vt ita dicam) edat. Id enim est optimum cum ab huiusmodi lacte purgetur, nutriatur, fluorque obtundatur. Vesperi in cœna auicularum carnem assam paucam sumat, & panis subcinericii parum. Vinum verò nigrum, vetus, generosum insuper bibat, quoad lac biberit, si copiosa cant, & acce ali- quid commoueatur. Quòd si his factis concipiat, conuale- scit. Quæ verò seniores sunt, his quandoque morbus re- uertitur, ac pereunt, iuueniculis autem minimè lethalis est. Diuturna autem est saniosi floris curatio, in quo tale quid suberuentum fluit, qualis ex assatis carnibus succus, ac ve- lut muria mordet, pudenda rodit & exulcerat, vterus in am- bitu exulceratur, & circum femora aliasque partes. Si in ve- stimenta destillarit, ea inficiuntur, nec nisi ægrè eluuntur, venter attollitur & durus euadit, contactus dolet, calor pu- denda occupat, ad sedem dolor est, ad imum ventrem & laterum inanitates, coxendices & lumbos, debilitas adest, & color velut auriginosus mutatur. Quòd si cum tempore morbus progressum faciat, hæc omnia multè magis inua- dunt, oculorum cauitates attolluntur, pedes & crura à lum- bis intumescunt. Hic autem morbus corripit, cum quid in abortione aut partu de foetu dilaceratum fuerit. Fomenta autem admouenda, & suffitus adhibendi, propinandaque omnia quæ fluxum reprimunt, & lac asininum aliaque porri- genda, & vomitus si opus sit ciendus. Si verò febris expers fuerit, aut debilis detinuerit, foris siccus melior est. Cum vteri ad caput conuersi fuerint, eaque in parte suffocatio desi- nit, caput grauitate afficit, aliis verò alia quapiam parte fi- nis continetur. Hoc autem indicio est. Narium venas & quæ sub oculis sunt sibi dolere conqueruntur, & sopor detinet,

& spum. scit cum meliusculè habet. Hæc copiosa calida lauanda, si verò non auscultet. frigida, & circa caput lauri & myrri ex aqua decoctum refrigeratum apponendum, caputq; vnguento rosaceo illinatur, & subter suffitus ex odoratis admoueat, naribus verò ex graueolentibus, brassicam edat, succumq; sorbeat. Si verò vteri ad cor procedentes strangulatum inducant, & sursum impulsus aer violenter feratur, anxietate vexatur, & vomit. Quibusdam autem statim tractus vterus deorsum procedit, & stat^o extra fertur. Hæc quidem spumosa vomit, huic verò quies contingit. At quibus non abscedit, porri semen, & peplum tritum tribus aquæ cyathis dilutum potui exhibeto. Prodest etiam aceti albi cyathus potui exhibitus. Aut iuniperi semen, & saluum, aceto aut vino ad res huiusmodi ammixto. Calefieri autem oportet, aut anserinum adipem, cerarum refinatum, & picem simul calefacere, & glandes subdititias conficere. Cum autem ad præcordia allapsi fuerint, strangulatum inducunt. Tunc cum morbus in summo fuerit, & vomitus feruidus acris prehendit, & pauco tempore leuius habet, dolorq; caput & collum in totum occupat, tepesfactoria admoueto, si supra strangularint, sub naribus verò, sensim progrediendo, graueolentia in suffitu adhibeto (si enim vteri confertim ad inferiora consistunt, etiam turbatio oritur) infra verò quæ sunt grati odoris, & castorium ac conyzam potui dato. Vbi autem ad inferiora tracti fuerint, inuisa in suffitu subter adhibeto, naribus verò odorata. Ac si dolores cessarint, medicamentum deorsum purgans propinato, posteaque lac aluminum, aut serum bibendum præbeto, nisi ab ortu lienis affectibus obnoxia fuerit, aut sanguine defecta, aut decolor, aut aures tinnientes habuerit, quibus cognitione quædam à iuuentute morbi in consuetudinem venerint. Superiorem autem ventrem ne moueto, oculorum enim caliginem sentient, aut circa fauces molestia aliaq; aderunt, polysanæ verò succum exhibeto. Quod si promta sit ad vomitionem, etiam vomat. Collutio autem ex narcissis optima, subdititium verò ex cantharidibus paratum. Si vteri ad præcordia institerint, strangulatur velut sumto veratro, & non nisi erecta ceruice spirat, & vehementes oris ventriculi morsus sunt, quædam etiam saluam acidam interdum vomitione.

mitione reiciunt, & os aqua impletur, cruraque perfrige-
 scunt. Ex nisi breui vteri à præcordiis discesserint, voce
 deficiunt, partesque circa caput & linguam torpor de-
 tiner. Ad vteros quidem subdititium ex lana quam penitissi-
 me in fistulam intrusa apponito, eamque pennæ circum-
 uolutam, aut vnguento albo, aut Ægyptio, aut myrteo,
 aut baccarino, aut amaracino intingito. Naribus verò me-
 dicamentum nigrum, ad caput paratum, specillo exceptum
 obducito. Quod si desit, laseris succo nares linito. Aut
 10 pennæ aceto intincta, nares purgato, easque illinito, aut ex-
 citato stercutamento apponito. Cum autem osculum &
 interior via occlusa fuerit, castorium ex vino potui præbe-
 to, nares verò phocæ adipelinito. Lanam in subditio ap-
 positam quoad vteri sibi restituti fuerint finito, vbi autem
 dolor quicuerit, detrahendum oportet. Quod si ea detracta
 rursus reuerterit, eodem rursus modo lanam apponito, na-
 ribus verò suffitum adhibeto, capræ nigro, aut ceruino cor-
 nu derafo cineri calido insperso, ut fumo potissimum exci-
 tato, nidorem per nares sursum quoad eius fieri maximè
 20 poterit attrahat. Suffitum etiam admovento ex phocæ adipe
 in testa prunis imposta, capite obuelato & superimminen-
 te, ut odor penitissimè penetret, & instillato adipe ipsa occlu-
 so ore sursum nidorem maximè attrahat. Atque hæc facien-
 da si vteri ad superiora ferantur. Si vteri ad hepar vertantur,
 de repente mulier voce deficit, & dentes confertos habet, &
 color liuidus euadit. De repente autem sic afficitur cum sa-
 na existit. Contingit autem præcipuè vetulis virginibus &
 viduis, quæ etiam partum expertæ viduæ permanent. Con-
 tingit verò maximè infœcundis omnino, & iis quæ ex partu
 30 steriles existunt. Neque enim puerperii purgatio fertur, ne-
 que intumescit vterus, neque mollis redditur, neque vo-
 munt. Cum sic habuerit, tumorem ab hepate manu leuiter
 ad inferiora repellito, fascia præcordia deligato, & vteri o-
 sculum aperito. Vinum autem quàm odoratissimum dilu-
 tum infundito, cum oportuerit etiam naribus fœtida suffi-
 tu admovento, ad vteros verò odorata, & quæ ad suffitum
 sunt accommodata. Ac vbi sanaueris, medicamentum de-
 orum purgans potui exhibendum, quod bilem purget, si
 quidem biliosa fuerit, si verò pituitosa, quod pituitam.

Deinde lac asininum decoctum propinandum, vterus odoratis fouendus, & medicamentum quod cum buprestis conficitur in subditiis apponendum, postero vero die Neronium, ac rursus duobus intermissis diebus, vterus odoratis colluendus, deinde vnius diei intermissione facta, aromata ad suffitum adhibenda. Hæc viduæ facienda, optimum est autem si concipiat. Virgini verò ut viro iungatur persuadeto. Naribus nihil adhibendum, neque medicamentum ieiunæ bibendum. Castorium & conyzam ex vino quàm odoratissimo diebus viginti bibat, neque caput odorato iungat, neque odorati aliquid olfaciat. Si vteri ad latus inflammatione laborent, tangenti durum apparet, & cum præcordia attigerint, strangulant, pituitam acidam vomit, quæ dentes stupore afficit. Postquàm vomuerit, meliuscule habere videtur. Cum verò ad inferiora impetu feruntur, interdum ad alias ventris partes discedunt, præcipue verò quandoque ad laterum inanitates feruntur, & ad vesicam, stranguriæqueprehendit, & ad sedem, ventrisque onus deponere videtur, mensesque solito citius aut tardius contingunt, aut huic non confestim apparent. In hoc morbo si ad superiora strangulatus inducatur, tepefacientia ad-mouenda, & naribus suffitus ex graecolentibus adhibendus, vtero verò ex odoratis, & conyza scæmina cum castorio ex vino ieiunæ bibenda. Vbi autem ad pristinam naturam redierint placide suffitus adhibendi. Bibat quæ vnam ducunt, eaque faciat quoad dolores detinuerint. Vbi autem cessarint, totam foueto, deinde si quidem biliosa fuerit, medicamentum deorsum purgans, quod bilem ducat, potui dato; si verò pituitosa, quod pituitam, & lac asininum, aut serum caprinum decoctum propinato. At si lienosa fuerit, neque lac, neque serum propinato. Et in purgationibus cibis, mollibus & aluum deiicientibus vtatur. Pisces autem carnibus sunt meliores, vterisque fomentum ad-moueto, eosque per subditiis purgato & colluito, & postquam suffitum ad-mouerit, virum adeat. Soluitur autem morbus vbi vtero conceperit. Si vteri in latera incumbant, rursus & ad latus dolor detinet, durusque tanquam pila insistit, & contractus dolet velut ulceratus, contabescit, videturque affectus esse similis pulmonum inflammationi, in gibbum

gibbum contrahitur, menses non comparent, quibusdam etiam ubi comparuerint disperduntur. Tunc autem prodeunt imbecilli, pauci & prauī, neque per hoc tempus fit generatio. Cum sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinato, multa calida lauet, reperficientia quæ lubēs suscipit admoueto, eaq; ex quibus sanguis purgetur in subditiōe apponito. Lini semen torrefactum, tustum, cribratū, papauer album profunt, & salua cum tenui polenta, & caseus caprinus muria derafa. Hæc permixta, ut casei pars sit vna, & polentæ insulsæ pars vna, ieiunæ ex vino potui præbeto. Cum autem vespera aduenerit, cyceona crassum affuso melle potui exhibeto, & portiones quibus opus erit propinato, crebrò foueto, calida perfundito, per ceratum vteros leniter, molliter & æqualiter à latere depellito, latus fascia lata religato, & lachubulum magna copia per dies quadraginta potui exhibeto. Cibis autem quàm mollissimis utatur. Morbus autem vehemens est & lethalis, paucaq; sic curatæ euadunt. At si vteri in lumbos & lateris inanitatem decubuerint, sitq; sublimis spiratio, suffocatio detineat, crebraque eam anhelatio corripiat, neque moueri vult, thus tritum, aut bitumen, aut cicutam, aut myrrham, melle affuso excipito, glandulam longam ac crassam effigiro, & in sedem indito. Si vteri ad medios lumbos sese conuoluerint, imum ventrem dolor detinet, crura contrahuntur, coxendicum iuncturæ ad sedem dolent, cumque ventris onus deponit, dolores acuti detinent, præ violentia exiguum stercus prodit, vrina stridet, & animi abiectio inuadit. Cum sic habuerit, alligata ad vesicam fistula, oleum calidū in vteros infundere oportet, fomentum admouere, aut multa calida lauare, in oleum & aquam desidere, & suffitum ex graueolentibus ad pudenda adhibere, naribus verò ex odoratis. Postquam autem dolor quicuerit, medicamentum sursum purgans exhibendum, inferiorem verò aluum agitare non oportet. Cum autem vteri ad suum locum redierint, medicamentum deorsum purgans bibendum dato, & lac asinum, si minimè lienosa fuerit. Deinde fomento admoto vteros medicamento, quod cum lauro paratur perfundito, & subditiū medicamentum purgans quod nō mordeat in pello apponito. Deinde suffitu ex aromaticis suscepto, virū

adeat. Quod si concipiat conualefcit. Verum plæræq; infecundæ & cruribus captræ plærunque redduntur. At quibus osculum aliò inclinat, & in coxëdicem incumbit (hæc enim dum fiüt vterum purgari, & genituram liberosq; fufcipere prohibent) hanc odoratis fouere oportet, & post fomentum leuiter digito immiffo contrectata muliere à coxendice abducere, poftëaq; tædulis & plumbea fiflula dirigere. Neque enim celeriter cogetur, vt dictum eft. Cum autem ad naturalem ftatum redierit, & vteri aperti fuerint, per fubdititia mollia purgato, reliquaq; conueniëntia facito. Quibus vteri in coxam incidunt, nifi celeriter decidunt, rursusq; fuo loco reftituantur, coxæ adhærefcentes reficcantur. Os autem obuerfum eße & in fuperioribus detineri neceffe eft, cumq; obuerfum fuerit, conuiuere, ex auerfione autem & conclufione durum effici, vteri que os conuiuere & laxum eße. At conclufi vteri menses ad mammas remittüt, & ad pectus afcendere cogunt, venter imus attollitur, & in expertæ vterum gellare fibi videntur, cum iis eadem qualia prægnantibus ad feptimum aut oclauum vique mensem contingat, venter que pro temporis ratione increfcatur, pectus attollatur, lac que gigni videatur. Hoc autem tempore elapfo mamma extenuantur, & minores redduntur, idemq; venter contingit, & lac confpectum effugit, cumq; ad tempus peruenit in quo fe parituram exiftimabat, vëtris moles euanefcit & fubfidit. Que cum eueniunt, vteri paruo tēpore vehementer contrahuntur, eorumq; osculum deprehendi non potest, adeò omnia in fe contrahuntur ac reficcantur, & in mammis tubercula dura exoriuntur, quædam quidem maiora, quædam verò minora. Hæc autem minimè fuppurant, fed femper duriora fiunt, ex his deinde occulti cancri pullulant. Aduenientibus autē cancris, prius os amarefcit, & que comederit omnia amara eße videntur. Ac fi quis plura exhibuerit, fumere recufant, & cohibenda faciunt, mente alienantur, oculi duri fiunt, neque acutè cernunt, ex mammis dolores ad iugulum & fcapulas perrumpunt, papillæ aridæ fiunt, ipfæ que toto corpore extenuatæ fiunt, nares ficcæ & obductæ, neque eleuantur, fpiratio eft immixta, & nihil odorantur, in auribus dolor quidem nullus, fed interdum callofa concretio innafcitur. Cum igitur hæc

usque processerint, coualescere nequeunt, verum ex eiusmodi morbis pereunt. Sin autem prius quam huc peruenerit curetur, & menses soluantur, sanescit. Eas autem ad hunc modum curare oportet. Ante omnia quidem si adhuc validam curandam susceperis, habita reliqui totius corporis consideratione, quacunque tandem purgatione indigere videatur, medicamentum purgans exhibeto. Sic autem constituto corpore, ad vterorum curationem accedito. Quod si totum corpus minimè agitandum videatur neque causæ inde moueri, sed vteri per se morbofi sint, ad hunc modum curam auspicari oportet. Imprimis vteri sic fouendi. Ollam duas sextulas capiètem sumito, operculum imposito, & ne quid expiret accommodato, deinde operculi fundo pertuso & foramine facto, in foramen arundinem cubitali longitudine indito. Probè autem operculo, adaptatam esse arundinem oportet, vt nihil omninò transpiret. His præparatis, operculum luto obductum ollæ imposito. Quibus factis scrobe duorum pedum altitudine, ea verò magnitudine quæ ollam capiat effodito. Deinde ligna incèdere oportet, quoad fossam ignitam totam reddideris. Quæ ignita reddita, ligna & prunas videlicet crassissimas & accensas subducere oportet, cinerem autem & suppositam cineri calido fauillam in scrobe relinquere. Vbi olla efferbuerit, vaporq; sursum delatus fuerit, si quidem admodum calidus sit, subsistendū; sin minus, summa arundinis parte in vteri osculum indita, ei insidendum, postea fomentum admouendū. Quod si refrigerit, prunas accensas admoueto, ea cautione adhibita, vt ne acutum fomentum reddas. Sin verò admotis prunis plus æquo acutum fomentum reddatur, prunas detraxito, fomentum autem sereno cælo apparare oportet, vbi ventus non spiret, neq; refrigeret, & vestimentis vndique contactam esse. In ollam autem allia sicca iniicienda, eaquæ minutatim magis fracta, quàm quæ contusa sunt, & aqua quæ tribus digitis excedat, vt macerentur, affundenda, vitulique marini adeps infundendus. Sicquæ calefacere & fomentum longo tempore admouere oportet. Post fomentum autem, si valida fuerit, totum quidem corpus voluptatis gratia lauet, plurimum autem lumbos & partes vmbilico inferiores. In cœna autem maza, panis & allia cocta

exhibenda. Postero verò die si quidem à fomento exoluta fuerit, is dies intermittendus, alioqui rursus fomentum adhibendum. Adhibito fotu osculum contingere iubeto, ut considerare possit num fomentum ipsam vteros flatu compleuerit. Impleti enim flatu vteri, osculum valde obuersum & in coxam incumbens, velut directum magis restituunt & aperiuntur. Cùm igitur eiusmodi fomentum id efficere possit, in hunc modum adhibendum. Vbi autem fomentum admovebis, alia immittenda, & vituli marini adeps affuendus, idque faciendum quoad vteri inflati, osculumque sursum valde tractum esse videatur. Ex hoc enim foris hæc contingent. Post fomenta eadem quæ prius quàm foueretur adhibenda. Cùm autem emoti & facile solubiles vteri fuerint, fomentum ex fœniculi radicibus adhibendum. Alia olla ad eundem modum apparanda, radices fœniculi probè lotæ, contusæ in ollam immittendæ. & aqua affusa fomentum eodem modo admoendum. Post hæc lauandum, & sub vesperam in cœna maza sumenda. Quod si panem volet, bulbulos & sepiolas paruas, hæc vino & oleo incoquenda, & esui præbenda. Inter fouendum osculum contingere tentandum, aut per fomentum vteri proximè adducendi. His ad dies quinque vel sex fomentum admoendum, hominis habita ratione. Et si quidem exoluatur aut debilis reddatur, quantum opus est temporis interponere, alioqui si non exoluatur, per totum diem fomentum adhibere. Post fomenta verò talos subdititios ex tæda pinguissima supponere tentandum. Sint autem oleo illiti, & sex digitorum longitudine facti, quinque vel sex numero, forma in acutum tendente. Ex his alius alio sit paulò breuior, crassitudo verò quantum digiti indicis, forma autem digito similis in summo tenuissima, sensim ad crassitudinem ducta. Læuissimi autem & rotundissimi conficiendi, animaduersione facta ut ne vllum fissum adsit. Supponendus autem primùm tenuissimus, quo subdito quiescat, obseruatione facta ne excidat. Ac primùm summam partem supposito, deinde semper magis simulque tædulam obtorquendo, etiam intrò trudit. Cùmque paruam partem admisserit, in ea parua parte subsistendum, cautione adhibita ne excidat, deinde rursus eodem modo protrudendum, quoad vterorū

oscu-

osculum ad quatuor digitos intrò subierit. Quem cum admiserit, alter post hunc, simul ac prius appositum abstulerit, velut osculo adhuc recto & aperto, antequàm subsidae apponatur. Quod contingeret, si hic quidem detrahaatur, alter verò supponatur. Plumbum autem oportet in similem formam crassissimi pessi tædacei ducere, quod cauum sit, ut quid contineat, & plumbi capacitatem eo modo fabricatam esse, quali ad vlcera fabricatur, ut penicilli os læue sit ac minimè vulneret. Hæc autem velut tædaceos pessos formatum. Hoc modo efformatum penicillum plumbeum, adipe ouillo triro impleto, atque vbi præparatus fuerit, tædaceam quidem glandulam subducito, plumbeam autem imponito. Quod si subditus plumbeus pessus ardorem exhibeat, is eximendus, tædaceus verò rursus apponendus, & plumbeus in aquam frigidam intinctus, deinde rursus apponendus, & tædaceus detrahendus. Semper autem aliquid adherere oportet, & interdum quid tædam continere præstat, noctu verò plumbum. At si surgere velit, id faciat ea observatione adhibita, ut penicillus quiescat, alioqui statim post supponendus. Si verò ex pessulis tædaceis qui apponuntur nullū admittat, tenuiorem quoad admittat efficit, & ex his ad illa reducito, & ut obediant efficit. Quod si neque osculum aperiri possit, neque vteri prope accedant, rursus ad pristinam curationem reuertendum, à prima ad secundam, quoad emolliantur, & proximè accedant. Atque vbi aperti fuerint, subdititia medicamenta confecta apponito. Sint autem oliuæ magnitudine, atque horum alterum apponendum, quoad colliquescat, deinde alterum supponendum. Cum verò subdere voles, subdititium ex resina paratum, oleo rosaceo aut irino intingito. Discedit enim ab ore vterorum. At prius plumbeum pessum apponi oportet, ut recto ore in interiorem eius partem attrahatur. Deinde emollientia in subditio admouenda. Ante subdititia autè posteaque calida lauet. In cœna autem aliquid ex commemoratis piscibus marinis exhibendum. Exhibendum autem duobus aut tribus post apposita subdititia diebus, consideratione adhibita an vterorū osculum bene habeat, purumque sit. Tumque ab huiusmodi subditio quiescendū, post hoc verò emolliētia admouenda. Vbi autem os vtero-

rum inflammatione laborarit, rursus eodem modo medicamenta in subditio apponenda, reliquaque eodem quò dictum est modo facienda. Cùm corpus bene habuerit, velut dictum est status immittendus. Quin etiam os & vteros ad hunc modum inflare oportet. Subdititium medicamentum ex ficu confectum apponito. Duo autem eadem facito, & antequàm subdas, fomentum ex sceniculo prius commemoratum admoueto. Post fomentum postero die medicamentum supponito. Cùm supponere voles, postquam ante omnia subdititia lauerit, sic supponito. Postero autem die emollientia conferunt, quandiu inflammati fuerint. Post inflammationem autem reliqua prædicta ratione facito, eademque ex hoc subditio, quæ de priore facito. Quod semel subditum maneat, abundè vteros inflasse videatur, & quiescendum. Sed si quædam opus habuerit, rursus eodem quo prius modo supponendum. Post hæc autem cùm rectè tibi habere & tempestiuum esse videbitur, fomentum ex aromatis propinato. Apparatur autem hoc modo. Cyperum rufum quantum conchæ testa capit, calami odorati tantundem, iunci odorati parem portionem, cardamomi tantundem, & cumini Æthiopici, anisi, turæ siccæ, hyperici, & seminis sceniculi. His apparatis vini austeri albi odoratissimi heminas sex in ollam effundito, contusum quadrantem aspergito ac permisceto. Deinde ynguentum Ægyptium quàm optimum ad trium obolorum pondus affundito, aut amaracinum, aut irinum exquisitum. Quo affuso, agitato, & molle fomentum plurimo tempore adhibeto. Ante fomentum autè lauet, & duobus aut tribus diebus foueto. Cùm foueri desierit, operculum aliquod fomēto imponere oportet, vt ne transpiret, postea verò tædaceis & plumbeis pessulis vti tor. Cùm autem duobus aut tribus diebus fomentum admoueris, duobus aut tribus aliis intermittito. Intermediis verò diebus bis die lauato. Porrum coctum edat & crudum, raphanos, nasturtium, alia assa & eocta, potus sit meracior, & prius commemoratis piscibus marinis vtatur. Vbi intermissi dies præterierint, fomentum adhibere oportet, modica de singulis contusis quantitate ad prius fomentum inspersa, & vino si opus esse videatur, ac oleo affuso, hoc forū vii. At postquam à fomen-

tis bene habere videatur, & osculum molle, ac vt conuenit
 apertum esse, vterique prope accedere, post fomentum po-
 stero die medicamentum ex myrrha confectum supponen-
 dum. Duo autem subdititia esse oportet, post purgationem
 verò postero die emollientia subter apponere, quoad vteri
 inflammatione liberati fuerint, post hoc autem tædaceis &
 plumbéis pessulis vtendum. Postea autem dierum intermis-
 sione, vt videbitur, facta, inflammationis vterorum ratio-
 ne, & virium corporis coniectura adhibita, rursum velut scri-
 ptum est, fomentum adhibendum, si quidem prius fomen-
 tum adhuc satis esse videatur, in id immissa, vt prius, ad suffi-
 tum accommodata materia, vinoque & oleo affuso. Sin ve-
 rò illud inutile esse videatur, aliud denuo apparandum.
 Oportet autem in vnaquaque subdititij medicamento ap-
 positione, recentissimum medicamentum adhibere, quo-
 ad subcruenta purgentur, quæ cum purgata fuerint, quie-
 scendum. Victus ratio hoc modo instituenda. Interrogan-
 da est quibus diebus ei menses profluant, à quibus initio
 ducto hæc victus ratio præscribenda. Primum quidem co-
 piose calida lauet, capite excepto. Cum cessauerit, caseum
 acrem & rutam vino nigro æquali aquæ portione tempe-
 rato dissoluito, deinde poleara aspersa, confestim à balneo
 potui exhibeto, postea prandium suo tempore præbeto.
 Mazam aut panem edat, & porra cocta aut cruda, & prius
 descripta omnia id genus acra, interdumque leguminis
 frefi decoctum spuma non detracta, cum multa laseris sco-
 be, & aliis multis incoctis. Pro opsonio vtendum piscibus
 cartilaginei generis omnibus coctis, cum aceto mulso ap-
 paratis, bolbidiis & paruis polypis, ex vino & oleo coctis.
 Laseris semen contritum bibendum, & quamplurimum in
 prandio & cœna edendum. Post cœnam cum quiescere vo-
 let lauandum. Hac victus ratione vtatur ad dies quinque vel
 sex, post quos mane quidem ieiunæ, sambuci fructum ad
 baccas sex ex vino meraco exhibeto, & sepię oua decem aut
 duodecim. Hæc simul læuiter trita, mane ieiunæ potui præ-
 beto. Post hoc medicamentum potionem exhibeto, & in-
 termissione aliqua facta lauet. Rutam bibat & caseū, siceo
 quo præscriptum est modo prandeat, tardius verò cœnet,
 semperque bis die ipso lauetur. Hæc autem victus ratio ad

dies tredecim vel quatuordecim obseruetur. Quib. elapsis, medicamenta deuoranda ex laseris succo fabæ magnitudine conficito, eaque primùm exhibeto, posteaq; reliqua que præscripta sunt facito. Post hanc autem dierum quioque & viginti victus rationem, cætera quidem eodem modo facito. At ante prandium cum prandere volet, quatuor ferè alij nucleos, & caseum acrem astragali magnitudine ante terito, & modica polenta ammixta massam conficito, eamque primùm comedendam exhibeto, ante cœnam verò meracum sorbeat, sicque cibum capiat. In reliquis eandem victus rationem seruet. Nouem autem diebus ante mensium tempus, hoc primùm exhibeto, & cum ouis & sambuco, cuminum Æthiopicum & castorij obolum addito. Cum verò duo reliqui dies fuerint, ab his quidem omnibus potionibus & deglutiendis medicamentis liberanda, medicamentum verò ex tæda præparatum lotæ ieiunæ exhibendum. Post autem medicamenti potionem, mercurialem & brasificam simul ex aqua cocta exhibeto, aceto mulso, sale, lasere & oleo condita. Hæc in prandio edenda præbeto, & succos sorbitione sumendos, & potum meraciorem bibendum. Pro opsoniis polypodio cocto aut sepiolis vtendum, & hæc quidem prandeat. In cœna verò carnem caprillam, aut ouillam, aut agninam coctam, & porra, aliaque acria quæcunque volet assumat. Accena autem lauet, istaque victus ratione postremis duobus diebus vtatur. Quod si ista victus ratione menses detracti non fuerint, mense sequenti eadem victus ratio ab initio ad duos vsque postremos dies instituenda. Quorum duorum posteriorum dierum priore, subdiurda iuxta superiorem rationem parata supponenda, medicamento ex aqua confecto, prius tamen lota supponat. Attendendum autem ad vteros quomodo se habeant, & vt semper omni tempore bene habeant, & osculum rectum apertumque sit, & si ita visum fuerit, ante subditiorum appositionem fomentum admouendum. Quod si menses affatim effluerint, si quidē copiosi fuerint, balneis paucioribus, reliqua; victus ratione ac curatione vtendū. Si verò pauciores, pluribus. Quod si paruum de se significationem præbeant, eadem rursus victus ratione & curatione vtendum, quoad menses appareant. Cum verò semel processerint, his

vtero

vero concipere optimum. Atque hæc est omnium huius-
 modi morborum curatio. Si uteri coram contingant in eam-
 que procumbant, dura ad lateris inanitatem euadit, imi
 ventris dolor est, & ad ipsam lateris inanitatem, lumbos &
 crura ingruit ac extenditur, pus colligunt, & ea quæ per cõ-
 cerptia sūt linamenta curatione indigent. pereuntque nisi
 quid feces aut vras. Vbi sic habuerit, medicamentum deor-
 sum purgans propinandum, & copiosa calida lauandum, &
 vteris fomentum adhibendum, vrinaque verus infundenda
 & feruesfacienda, & supra peluis cavitatem mulier vestibus,
 vt ne quid exhalet, collocanda. Vbi autem vrina refrigerit,
 malleæ ignitæ in vrinam iniiciendæ, & fomentum adhiben-
 dum, quoad se obtusè cernere, & animo deficere dicat. Cal-
 lida autem lauandum, posteaque digito immisso contactu
 osculum in sanam coram attrahendum, & noctu emollientia
 subter apponenda. Vbi autem directum esse dixerit, suf-
 fitu ex odoratis prius adhibito, rursus emollientia quædam
 supponito, quinetiam per tres dies pessulos plumbeos, quo-
 tidie vnum, post quos bryoniam albam, aut scillam per tres
 dies. Deinde verò adhibitis in considerationem mensibus,
 perpende num biliosi sint, num verò pituitosi, num etiã san-
 guis corruptus sit. Quod si sanguis ei purgandus sit, quod-
 cunque maximè tibi opus esse videbitur supponendum,
 posteaque cum his colluendum. Subditicia autem apponē-
 da quoad purus sanguis educatur, eaque triduo peragenda,
 Ceruinum autem adipem liquatum, molli lana eo imbuta
 subditicio apponat, deinde pulegium per diem post ad-
 hibitum ex odoratis suffitum, sic virum adeat. Quod si ex
 partu morbus contingat, postquam ex vrina fomēto pror-
 sus purgata fuerit, confestim ad odorata veniendum. de in-
 de cum lota fuerit, oleum album Ægyptium, ad sanam co-
 rædicem apponat, & in eam decumbat. At si ne his quidem
 vteri transmurentur, ieiuna pæoniæ grana nigra quinque
 ex vino odorato bibat, & in cibo allia cruda, & assata, & co-
 cta comedat, opsoniis verò quàm paucissimis vtatur. Quod
 nisi conualescat, ea sicuti de priore dictum est, purganda. Ex
 hoc morbo nisi statim concipiant, infœcundæ redduntur.
 Sed si ad hunc modum habeant, menses non contingant,
 neque febris succedat, medicamentis primùm per superio-

ra maximè purganda, si verò debilis sit, per inferiora. Et post medicamenti potionem tibi pituitosa esse videatur, ieiuna, & cum cibo vomat, & ut plurimum conualefcet. Si vteri ad coxendicem decurrant, menses cum crassi sint, non eunt, dolor ad imum ventrem permeat, & ad lateris inanitatem, morsumque percipit. Cum sic habuerit, copiosa & calida lauanda, ei que alia plurima comedenda danda, & lac abundè bibendum, deinde vinum merum, tota fouenda, & medicamentum sursum purgans exhibendum, si verò debilis sit, infra. Quòd si curata fuerit, vteris fomentum ex sceniculo cui absinthium ammixtum sit admoueto. Post recens adhibitum fomentum os vterorum placidè digito in sanam coxam retrahito, tum corpus, tum in ambitu affectas partes emollientibus leniendo, & subdititium ali- quod emolliens apponito, postea verò plumbeos pestos, confestimque scillam, deinde intermisso vno die narcissum. Vbi tibi pura videbitur, netopum in lana supponat, postero verò die oleum rosaceum. At euntibus mensibus, non subdere præstiterit. Si non eant, cantharidas quatuor, sine alis, pedibus & capite, pæoniæ grana nigra quinque, sepiæ oua, & seminis apij parum ex vino propinato. Et si dolor adfuerit stranguriaque detinuerit, in aqua calida dissideat, aquamque nullam aquosam bibat. Quòd si non purgetur, rursus medicamentum bibat. Si verò prodeat, ieiuna virum adeat. Sed si non prodeat, mulieris vires spectando, dato quod detrahat, tuncque ad virum accedere tutum est. Si enim concipiat, conualefcit. Si verò multa purgatio prodeat, mercurialem edat & polypos teneros coctos, cibisque mollibus utatur. Si vteri puerperæ ad coxendicem aut ad lateris inanitatem adhæserint, ad alteram coxendicem oleum Ægyptium album aut rosaceum apponendum, in sanam autem coxendicem decumbere præstat. Bibat etiam pæoniæ grana nigra quatuor, & sambuci fructum iatædis, conchæ testæ maioris quantitatem, & castorium fabæ magnitudine, cibisque mollibus utatur. Ante cibum conueniet mercurialis cocta velut brassica, ius autem sorbeat, & acria comedat, exceptis raphano, cepa & nasturtio. Optima etiam est lactuca. At quicumque ab vteris morbi contingunt, hoc est cum vteri loco moti fuerint, ij alias alio

irruunt.

DE MORBIS MVLIER. LIB. II. SECT. V. 715

irruunt Quocunque autem irruerint, eò vehementes dolores feruntur. Quòd si quis vesicam contingat, dolorem excitant, neque urinam recipiunt, neque ad genituram trahunt, vtrique dolent, ac nisi celeres solutiones contingant, tandem vteri in locis ad quæ decubuerint, suppurat. Quod contingit in laterum inanitatibus, & in inguinibus, & supra pectinem. Sic autem per initia cùm dolor detinuerit, curare oportet, & tepescientia ad mouere, & in calida morari. In ea enim desidere bonum est, aut per spongas ex aqua calida expressas fomentum adhibere, aut medicamentum aliquod ex his quæ vtero conueniunt in potu sumere. Quòd si his non soluatur, medicamentum deorsum aut sursum purgans si opus fuerit, vtro tandem indigere contigit, exhibendum. Istud autem ad hunc modum dignoscet. Si quidem ad inguina, pectinem & vesicam vterus impigerit, eæ medicamento per superiora purgante indigent. Si verò ad lateris inanitates & præcordia, medicamento per inferiora purgante. Huiusmodi autem morbi senioribus potius quam iunioribus, in mensium defectibus contingunt. Accidant etiam iuenculis, vbi diutius viduæ permanserint. Quòd si ad sedem vteri vertant, alui deiectiones prohibentur, & dolores lumbos, & imum ventrem, ac rectum intestinum detinent. Cùm sic habuerit, ipsa lauari calida debet, & lumbis fomentum ad moueri, posteaq; subter suffitus ex graueolentibus adhiberi. In subditio quæ vteros purgant & pellunt apponenda, & ex iis quæ conducunt, quæ potissimum admiserit propinanda. At si ad inguina & urinæ vias decumbant, dolores vehementes contingunt, crurata præscunt, & urinæ via obstruitur, neque urinam emittit. Ad hunc autem modum curanda est. Naribus quidem beneolentia & vnguenta adhibenda, graueolentia autem ad vteros in suffitu ad mouenda. Quælibet autem occasio ad commouendos vteros satis est, si quid vitij habeant. Id enim vel ex pedum & lumborum frigore contingit, & ex salatione, animi consternatione, lignorum sectione, cursu ad accliuem vel decliuem locum, & ex aliis plurimis. Hæc igitur spectanda sunt, ad totum corpus prospiciendo, vbi præsentis morbi solutionem acceperint. Eiusmodi enim omnia magis aut minus affligere necesse est. Et postquam

eminuerint, hac maximè parte de repente morbi se prodūt. Cū igitur hæc soluta fuerint, aliū ex toto homine coniectura capienda est. Quæ crurum perfrictiones aut torpores ex refrigeratione in vterorum morbis contingunt, ex omnes vteros in altum subleuāt. In his vbi prolapsi fuerint calidam ad vteros & ambientia loca affundere, eosque ac crura excalescere oportet. Si ex partu vteri in dextram obuersi fuerint, puerperij purgamenta non eunt, dolor imum ventrem, lumbos, & laterum inanitates detinet, crus dextrum grauitas & torpor occupat, neque etiam inclinata mulier vterorum os contingere poterit, sed læues & vehementer planos deprehēdet. Cū ita habuerit, medicamentū ex quo sursum & deorsum magis tamē deorsū purgetur propinato, toriq; corpori ac præsertim vteris lene fomentū adhibeto, bis die calida lauato, potiones periculo facto quas lubēs admittat exhibeto, frequēter cū viro dormiat, & brassicā edat. Si vteri in sinistrā partē aut coxā inclinarint, dolor acutus & vehemens lumbos, ac laterum inanitates, crusque detinet, & claudicat. Cū ita habuerit, medicamentum infra agitans potui exhibere oportet, posteroque die subter suffitum admouere. Hordei chænices duas, & oleæ folia minutim concisa, gallam contusam & cribratam, hyoscyami tertiam chænices partem. Hæc mixta & cum olei hemina dimidia in olla noua agitata per dies quatuor ad suffitū subter adhibeto, noctu verò lac bubulum, mel, & aquam bibat, & calida lauet. Si vteri transuersi & obliquati fuerint, eorumque osculū, huic menses partim quidem delitescunt, partim etiam antea comparentes discedunt, nec similes inter se eunt, sed prauī, & pauciores quā antea, neque hoc tempore genitura intus manet, dolorque imum ventrem, lumbos & coxam detinet, eaque detrahitur. Cū sic habuerit, medicamentum bibere oportet, calida lauare, & fotum adhibere, statimque à fotu & balneo digito ad leuiter contractandum immisso, mulier os vterorum corrigat & dirigat, & suffitum ex odoratis adhibeat. Potionem quoque exhibeto, quancunq; maximè admittere experientia cognoueris. Cibis autem vtatur mollibus, alliaque edat & cruda, & cocta, viro condormiat, & in sanam coxam decumbat, ad alteram fomentum admoueat. Hic autem morbus ægrē
disce-

discedit. Quòd si vteri proximè accedant, crebrò vomendū vteris verò suffitus ex graueolentibus adhibendus, donec in pristinum locum collocati fuerint. Viçtus autem ratione minimè emolliente vtatur. Si vteri extra naturam processerint, pudendum imumque ventrem igneus calor detinet, vrina crebrò sensimque stillat, pudendumque vehementer mordetur. Hoc autem accidit, vbi recenter à partu cum viro dormierit. Cùm igitur ita habuerit, myrti baccas & lotiamenta in aqua decoquito, decoctumque ecçlo sereno per noctem exponito, sicque quàm frigidissimo pudendū perfundito, & læuiter trita propiùs admoüeto. Deinde lentū decocto cum melle & aceto epoto vomat quoad vteri sursum retrahantur. Lectum autem à pedibus excitare oportet, & suffitum pudendo ex graueolentibus adhibere, nati- bus verò ex odoratis. Cibis vtatur quàm mollissimis & frigidis, vinumque album aquosum bibat, neque lauet, neque cum viro congregiatur. Si vteri prorsus extra pudenda proci- dant, penduli sunt velut serotum, dolorque imum ventrē, lumbos & inguinaprehendit, progressuque temporis in pri- stinum locū reuerti nolunt. Prehendit autem morbus cū recens à partu laborarit, aut adeò defatigata fuerit, vt vte- ros leniter attigerit, aut in puerperij purgatione cum viro coierit. Cū ita habuerit, refrigerantia lenientia pudendis admoüere oportet, & quod extra est repurgatum, malico- rio in vino nigro decocto abluere & intrò retrudere, dein- de mel & refinam liquefactam, pari cuiusque portione, in pudendum infundere. Supina etiam pedibus altioribus ex- tentis decumbat, postea admotas spongas ex lumbis reli- gato. Quamdiu autem sic habuerit, cibis quidem abstineat, potu verò vtatur quàm paucissimo, donec septem dies præ- terierint. Ac si sic quidem obaudire ac redire consueuerint, abundè est. Sin minùs, extremas vteri oras derasas & ablu- tas, picato illinito. Deinde pedibus ad scalam alligatis, ca- pite deorsum collocato, manu intrò retrudito, postea laua- to, eiusque cruribus alternatim colligatis, sic per noctem & diem finito, & paucum pisanæ succum frigidum, aliudque nihil exhibeto. Postero die reclinatæ ad coxam cucurbitam quàm maximam affigito, diutiùs trahere finito, & vbi de- traxeris, cutem ne pertundito, sed reclinatam finito, nihilque

præter ptisanæ succum exhibeto, donec septem dies præterierint. Quod si sitis detineat, paucissimam aquam bibat. Vbi autem dies septem præterierint, cibis quam mollissimis & paucissimis utatur. Cum verò aluum exonerare vult, id recumbens facito, dum dies quatuordecim præterierint. Postea tepidis fomentis colluatur, præstat autem ut calida velut ex sole utatur, & quam minimū ambulet, neque lauet. Aluum ne solueris, cibis autem paucissimis utatur, neque acribus, neque salis, & pudendis suffitum ex graueolentibus admoueat, cumque obambulare cœperit, subligaculum gestet. At si vterorum os extra pudenda procidat, cum nimirum vterorum ceruix extra pudenda sita & ampla sit, quod magis infœcundis contingit, præcipueque ex defatigatione vbi plurimū laborarit mulier, & vteri calles facti exudarint, ipsorum os per ceruicem eueritur, quod nimirum loco magis humido, lubrico & calido quam antea existat. Quod cum contingat, vteri extra rectā ad frigus feruntur, eorumque os inuersum exit. Si quidem breui curata fuerit, conualefcit, sed penitus infœcunda remanet. Sin minùs, os ei durum semper extra erit, indeque subinde sanies glutinosa & graueolens fluet. Quod si menses prodeant, & adhuc ea ætate sit, lecto decumbendum. Huiusmodi autem morbus temporis progressu incurabilis redditur, & foras pendulis vteris ad senectutem perueniunt. At si vteri extra promineant, eos aqua tepida ablutos, & oleo ac vino illitos, rursus intrò reponito ac religato, suffitum ex graueolentibus subter adhibeto, ad nares verò ex odoratis. Sed si diutiùs foras promineant, & cum stupore perfrigescant, copiosam calidam ut resoucantur affundito. Quod si iam statu distendantur, etiam aceto ad aquam amixto, aut lauri aut myrti decocto foueto, placideque retrudito, & si obaudierit cerato vnguento linito, sin minùs, aqua perluito, pauco aceto tepido affuso, deinde inungito. Vbi contabuerint, ablutos, ut dictum est, intrò reponito, reliquaque prius commemorata facito. Oleum autem neque aliud quid pingue, neque quod pinguedinem habeat, adhibendum. Si vterorum osculi pars quædam in rugas siuata fuerit, menses non eunt, aut pauci, & prauī, nec sine dolore, cumque cum viro dormit, olet, & quicquid ex congressu vit

emiserit, exit, neque attingi paritur, neque genituram attrahit. Dolorimum ventrem & lumbos detinet, neque vterorum os contectarum apparet. Cum igitur ita habuerit, fomentum ex veteri vrina adhibeto, deinde ex lenticula decocto admixto melle & aceto vomat, mox calida lauet. Postea in phialam argenteam aut aeneam oleo albo Ægyptio & sale infuso, obuelara mulier circum phialam confideat. Et si quidem olei odor per os subierit, ipsam parituram affirmato, posteroque die sanam fore, tuncq; bono animo esse iubeto, ac vbi dormire volet, oleum Ægyptium exvellere in subditio supponat. Postero verò die prospiciat si quid vterorum os magis directum sit, quòd si affirmet, per tres dies fomentum ex odoratis adhibeto, & subdititia quæ minimè mordeat supponito, purgatoq; & postea ex odoratis & emollientibus totidem quot antea diebus colluito. Cum autem menses ierint, ieiuna & illora virum adeat, suffitu ex aromatis adhibito. At plæraq; ex huiusmodi morbo, nisi cura adhibeatur, infecundæ redduntur. Si vteri exulcerati fuerint, & quàm maximè foras prodeât, manibus oleo pingui illitis intrò reponito, & myrrhæ sinceræ tres pilulas deuorandas exhibeto, & laurum viridem tritam vino dissolutam bibat, sicque sanitati redditur. Si pudenda in angustum coarctata fuerint, subditicium imponito. Anisi & apij semen, læuiter tritum, ad pudenda in subditio apponito. Si suo loco non maneant vteri, sed modò quidem hanc in partem, modò in illam eant, ita vt dolores excitent, neq; verò comparent, interdum autem velut sedes extra prociidunt, & vbi quidem supina fuerit, loco manent, vbi verò steterit, aut ex somno surrexerit, aut prona incubuerit, aut alio quodam modo se mouerit, exiliunt, plærunq; verò etiam quietem agent. Hanc quàm maximè quietâ ac placidâ esse, minimèq; moueri oportet, lectûq; à pedibus excitatû esse, & vomitionibus vti. Sursum enim reuellendi sunt, & acerbis perfundèdi, graucolentiaq; in suffitu subter adhibenda, naribus verò odorata, & malû punicum medium ex umbilico perforatû, quodcunq; maximè conuenire videatur, vino tepefactum, si nihil prohibuerit, quàm penitissimè subdendum, deinde lata fascia excipiendum, & ne elaboratur religandum, sed intus maneat, & quod opus est effice-

ciat, & peplium cum caseo & polenta propinandum, quemadmodum in procidentia scriptum est. Potiones etiam, periculo facto quasunque maximè admittat, potui exhibendæ. Cibis autem quàm molliſſimis utatur, neque viro condormiat, quoad se in locum suum receperint. Si vteri loco suo excidant, hederam sicciſſimam tenuiter tritam, in linteo ligatam propiùs admoueto, & neque pingue quicquam adhibeto. Potui verò exhibeto triticum priùs tuſum, & papauer album, ſaluiam, cyperum & anisum, hæc lauiſſe tritata, ex vino macerata, cum hordei purgamentiſ, bis die potui exhibeto, vtraque portione dimidiam heminam. Si ad crura & pedes se vertant, sic noſces. Pedum magni digiti ſub vnguibus conuelluntur, & dolor crura ac femora detinet, & in femoris neruos incumbit & premit. Cùm ſic habuerit, copioſa calida crebrò lauanda, & ſi ferre poſſit fouenda, & ſuſtitus ex graueolentibus ſubter adhibendus, femoraque oleo roſaceo inungat. Quòd ſi de repente voce deficiat, crura, genua, & manus frigidas deprehendes, & ſi vterum attrectaris, ſuo loco non eſt, cor palpitat, dentibus fremit, ſudor copioſus erumpit, & alia quæ morbo comitiali correpti patiuntur, & auribus exudant. His copioſa frigida cruribus affundenda, reliquaque velut priùs dictum eſt facienda. Si commoti vteri aliquam in partem irrumpant, & dolorem excitent, oleæ ſcabiem, lauri & cupreſſi ſcobem in aqua coctam, vellere exceptam, in ſubditio apponito. Vbi verò mulier ſtatim à partu onus viribus maius ſuſtulerit, aut conſternata fuerit, aut ligna ſecuerit, aut cucurrerit, aut alia quædam eiufmodi fecerit, vteri ob hæc plerunque excidunt, interdum verò ad ſternutationem, præcipueque ſi per vim excitata ſternutatione nares apprehenderit. Vteros aqua tepida proluere oportet, poſtea betæ ſucco ſeruefacto eodem modo, deinde vino meraco nigro. Ac ſi his non cedunt, emolliétia facere oportet, eaque priùs quàm refrigerentur facere, & leniter intrò reponere, cruraque inter ſe alternata extendere, & iis molle aliquid ſubdere. Ex à potu præcipue arcendæ, cauendumque ne venter exturbetur & naribus odorata exhibenda. Poſtea ſi non quieſcant, ſed moucantur, has veratro purgare oportet, ac niſi ſatis ſit, vomitiones ciere, minimè lauare, ſilere & quieſcere.

Si

Si vteri inflati fuerint, venter inflatur, attollitur, resonat, pedes & faciei cauitates intumescunt, color deformis redditur, menses delitescunt, neq; eo tempore genitura intro suscipitur, crebra spiratione laborat, os spumat, & anxietudine premitur, cum ex somno expergiscitur, spiratio quæ erecta ceruice obitur ipsam detinet, quicquid comederit aut biberit, eam molestia afficit, gemit, & magis animum abicit, quam prius quam edat & suffocatur, nervi contrahuntur, vteri & vesicæ dolent, neque manus contactum admittunt, neque vrinam profundunt, neque genituram recipiunt. Cum sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinare oportet, calida lauare, crebroque toto corpore insidere, interdumq; ad vmbilicum vsque fomentum admouere, intermissione verò facta, ea à quibus repurgetur, neq; mordeatur, in subditio apponere. Suffus ex odoratis pudendis adhibeatur, naribus verò ex graueolentibus. Potiones exhibeto quæ vteros purgant, eosq; in locum suum pellunt, mercurialem comedat, posteaq; lac bibat, velut de latere scriptum est. Morbus autem diuturnus non est. Si in callum induerint vteri, tum os asperum redditur, tum menses delitescunt, cum verò eunt, asperi tanquam arena apparent. Quod si etiam digito attingatur, vteri os asperum deprehendes, velut callus semper adhærescit. Cum sic habuerit, cyclaminum tritum, salem, ficum, simul misceto. cum melle glandulæ conficiendæ, & fomento adhibito purgantibus colluendum. Mercurialem autem & brassicam coctam edat, & succum sorbeat ac porrum, calidâq; lauet. Si vteri in callum indurescant, tum menses occultantur, tum eorum os conuiuet, neq; concipit, & aliud quid esse videtur. Quod si attigeris, tanquam saxum illic esse videtur, os asperum est. & multas habet radices, non læue aspectu, neq; digitum admittit, si quis ipsum penitus inspiciat. Febris cum perfictione inuadit, & dentium fremitus, dolorq; vteros, imum ventrem, laterum inanitates & lumbos detinet. Hæc autem ei contingunt, si corrupti menses computrescant, interdum verò ex partu, frigore, aut praua victus ratione, & alio modo. Medicamentum igitur propinandum, multaq; calida lauandum, & oleo vtendum, fomentumque admouendum. Post recens balneum aut forum, immisso specillo

eorum os aperiendum & diducendum, quod & digito similiter faciendum, emollientiaq; velut dictum est in subditio apponenda, & portiones similiter propinanda, eodemq; modo curandum. At si vteri tumore duro obduruerint, eorum os durum redditur, & conclusum est, neq; menses eunt, sed pauciores & deteriores sunt, febris & rigor inuadit, dolor ad inum ventrem, lumbos & lateris inanitates irruit. Cum sic habuerit, copiosa calida lauato, & tepesfactoria apponito, si dolor detineat vteris diutius leniter ex decocto cucumeris agrestis fomentum adhibeto, deinde emollientia in subditio apponito, idq; tribus diebus facito. Quod si ad contactum vteri os molle appareat, tribus suppuratoriis linamentis confectis, intortum ex lino crudo linamentum immittito, primum quidem tenue, alterum verò paulò crassius, crassissimum autem parui digiti crassitudine, at digitorum quinq; longitudine, quæ adipe anserino illita supponito, & glandem emollientem indito, fomento prius ex odoratis adhibito. Aut nitri tantillo illinito, vt ne vulneret. (neque enim pun gere oportet) & per duos dies apponatur, decessit autem velut cortex & cutis crassa. Tribus autem interpositis diebus, cyclaminum cū narcissino subdito. Quod si ista non purgarint, tum cum multa mentis reputatione, medicamentū quod cum buprestis paratur supponito, & per diem apponatur, & si vehementer mordeat, glandem extrahito, pudendum aqua calida perluito, & in oleo insidere facito. Postridie verò à balneo, cerui adeps liquatus, cum molli lana subactus, in subditio apponatur, & si tibi adhuc purgatione indigere videatur, tribus intermissis diebus, supponito quod cum narcissino paratur, postridie verò neotopum. Deinde rursus tribus intermissis diebus, vteros odoratis & pinguis colluito, postridie verò pulegium vno die subdito, & sequenti die ex aromatis fomentum adhibeto. Cibis autem acribus vtatur, & marinis piscib⁹, aut carnibus. Euntibus autem mēsis castorium bibat, & ieiuna, illota, post adhibendum sufficium & ebibitum cyceonem ad virum veniat. At si vterorum os genituram minimè suscipiat, sed sterile fuerit & clausum, post calidæ balneum, per tres dies glandulam plumbeam, vt dictū est, subdat emollientibus vtatur, supina recumbat, in aquam calidam insideat, & la-

nam.

nam vnguento imbutam in subditio apponat, quæ noctu
 porius apponenda est. Ad coxas vestes laneas aut molles li-
 neas apponito, ne corpus in alterutram partem defluat. In
 mollihus subditiis, myrrham pinguisimam, picem, ceram
 & adipem anserinum apponat. Et myrrhæ quidem pars sit
 dimidia, reliquorum verò dupla, in vellere autem supponi-
 to. Duo verò parentur subditiis, ex quibus vnum per diem
 post balneum loræ apponatur, alterum verò per noctem,
 quoad emollitū sit, quod vbi subdixerit, aqua odorata cir-
 10 comablatur. Vel grana cnidia quindecim cortice detracto
 sumito. Sit & Indici medicamenti aliquantulū, in lacte mu-
 lieris masculum lactantis, si ita visum fuerit, tritum. Admi-
 scenda autem cerui medulla, & quæ dicta sunt cum pauco
 melle. Sit etiam lana mollis pura, & per diem supponatur.
 Quod si vehementius parare voles, myrrhæ pusillum quid
 admisceto. Optimū autem oui candidum, adeps caprinus,
 mel & oleū rosaceum his permiscendum. Oleum autem ad
 ignem tepescito, quod destillat vellere exceptū supponito.
 Aut anserinum adipem rubrū suauiter conditū & vnguen-
 20 tum rosaceū, hæc permixta vellere excepta supponito. Opti-
 mus autem est anserinus adeps & ouillus, cera alba, resina,
 netopum, oleum rosaceum, hæc simul liquato & misceto. A
 balneo autem tepida intra ad vterorum os apponat. Aut
 cerui medullam, anserinum adipem liquatum, rosaceo aut
 irino oleo subactum, ex vellere autē admodū molli suppo-
 nito. Mulieri cum vteri duri extiterint, & ad pudenda pro-
 cesserint, inguina indurescunt, in pudēdis ardor est, omnia-
 que ad cancerum vergunt. Vbi sic habuerit, cucumeris agre-
 stis interiorē partem & fauū terere oportet, & affusa aque
 30 hemina, in sedem immittere, vt purgetur. Si vterorum os ex
 siccitate induruerit, aut ceruix, vbi digito contrectaris co-
 gnoscēs. Ac si ad coxam volutetur, acre nihil adhibeto. Peri-
 culum enim est, si vlceretur, aut inflammatione laboret, ne
 penitus infœcunda reddatur. Et verò quæ non mordent, ex
 quibus purgetur, in subditio apponito. Cū autem duri
 fuerint vteri, eaque parte dolor adfuerit, in subditio ap-
 ponito, velut cerui medullam, aut anserinum adipem, aut
 suillum, & vnguentum irinum cum melle, aut oui luteum,
 ex cera alba emollitum ex cataplasmate imposito, &

hordeaceam aut triticeam farinam cum aqua & ruta coquito. Si vteri clausi fuerint, ipforum ora dura euadunt, neque amplius genituram recipiunt, sed inde vbi cum viro concubuerit ac crura mouerit secedit, dolores inum ventrem, lumbos & inguina detinent, menses nullo modo profluunt, aut pauci, prauis & decoloris. Cùm sic habuerit, multa calida lauato. Post balneum verò castorium admixta prœniz radice ex vino nigro odorato exhibere oportet. In cibis victus rationem qualem puerpera adhibeat. Quòd si menses conspicui fiunt, diei vnus mora interiecta, totam foueto, & medicamentum potui exhibeto, si verò assuefactæ fuerint, sursum aut deorsum purgans, si indigere videatur. Lacigitur asininum aut serum exhibeto, leniter foueto, emollientia vtero, cyclaminum & narcissinum adhibeto. Cucumerum autem agrestium paruorum medullam, semine detraeto concisam, lacte mulieris masculum lactantis affusoreto, myrrha sincera ammixta, & melle quàm optimo, & oleo albo Ægyptio. Hoc medicamento non liquido, sed sicco confecto lanam mollem puram obducito, & oleo albo Ægyptio intinctam post balneum subter apponat. Subligaculum autem adhibeat, & sub tecto maneat cùm purgabitur. Vbi autem tibi satis esse videbitur, quiescito, alioqui aliud rursus imponito. Post hoc verò lanam mollem in rotundum conuolutam, netopo iniecto, die vna subterponito, postero autem die, oleum rosaceum in vellere, deinde rursus ceruinum adipem, liquatum etiam ipsum in vellere. Semper autem ante subdititia calida lauet, & longo tempore odoratis leuiter foueatur. Postea verò die vno, si quidem pituitosa fuerit, medicamento quod cum grano cnidio conficitur, colluito. si verò biliosa, cum scammonia parato. Post hæc autem vtraque, postridie narcissino cum vino dulci colluito. Quòd si narcissinum desit, anthino aut irino præstantissimo. Sit autem olei pars ad vinum tercia. Deinde duobus intermissis diebus, medicamentum cum pulegio apparatus, vno die supponat. Si verò menses profluant, ieiuna tribus diebus castorium cum vino albo odorato bibat. Vbi autem menses desierint ac diu constiterint, lauet, & aqua frigida perfusa, cyceonem insulsim bibat. Cibum non attingat, cum viro duobus aut tribus diebus dormiat.

miat. Quo autem tempore purgatur, mercurialem aqua decoquito, decoctum exprimito, allium, cuminum, & salem leuiter tritum, & oleum cum his permisceto, & paulo affuso decocto feruefacito, hoc ante cibos edat. Allia cocta & assata quàm plurima sumat. Quòd si mercurialis minimè tenera fuerit, læuiter trita, cum brassica, vt mitescat, coquenda & condienda, & si concipiat, conualefcit, omniaque ritè & ordine procedunt. At si vterorum os conuiueat, durum velut caprificus euadit, & si digito contrectatis, durum ac conuolutum deprehendes, digitum non intromittit, menses delitescunt, neq; hoc tempore genituram recipit, dolor imum ventrem, lumbos & laterum inaitates detinet, interdum verò sursum instat & suffocat. Cùm sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinare oportet, copiosa calida lauare, quæ os emolliunt in subditio apponere, & demisso specillo linitorio aperire, digitoq; similiter læue reddere. Cùm verò molle fuerit, quæ sanguinem purgant in subditio apponito, potiones & quodcunque aliud libenter admittat, exhibere tentato, brassicam edat & succum sorbeat. Si vteri conuiueant, & menses non appareant, colocynthidem agrestem, cuminum Æthiopicum, nitrum, salem Thebaicum, renum adipem, farinam, myrrham, resinam, hæc omnia simul feruefacta, læuigata, permixta, & in glandem efformata supponito. Si in vteris sanguinis grumi fuerint, eorum os velut orobis plenum existit, & si contigeris, ita se habere deprehendes, menses non eunt, neque quoad ita habuerit, genitura intus manet. Cyclaminum cortice detracto, allia, salem, ficum, mel paucum, hæc trita & simul mixta in glandem efformato, & ad os vterum apponito, aliaque subditicia, quæ acria sunt & rodunt, quibusq; sanguis purgatur, & potiones, quæ vteros purgent exhibeto. Si præter naturam vteri dehiscant, menses copiosi, glutinosi & crebri feruntur, genitura intus non manet, os dehiscit, neque genituram attrahere valet, & febris & rigor inferiorem ventrem & lumbos inuadit. Morbus autem ex profluuiio sanguineoprehendit, contingit etiam vbi menses suppressi de repente affatim eruperint. Victus igitur ratio antea dicta est. Curatio autem per subditicia instituenda, per initia quidem

purgantia simul & emolliētia, deinde paulatim adstringentia, partesq; infra vmbilicum per spongas ex myrti aut rubi aqua fouendæ, aut oleæ foliorum decocto, aut rosarum, aut cœnanthes, aut vitis. Si vterorum os plus quàm in mēsi bus consuevit, dehiscat, hoc modo menses omnes copiosiores & deteriores, liquidiores & diutius eunt, neq; genitura attingit, neq; manet, sed contrā foras exit, & si permaneat, os ductum comperit, & imbecillitas propter menses occupat, leuis est & inualida, & vltra procedit. Vires autem exoluntur, & febris lenta & rigor, dolorq; inum ventrem, laterum inanitates & lumbos occupat. His autem præcipuè afficitur, si quid in ea corruptum computruerit, & condensatum fuerit, quædam etiam ex partu afficiuntur, aliæ etiam alio modo. Cùm igitur sic habuerit, medicamentum potui exhibere oportet, & facilius indicatione soluetur, & si dolor detineat, tepescientia ad mouere, frigida lauare, & intermissione facta colluere, potionesq; quas cunque præcipuè admiserit exhibere, & quæcunque siccant in suffitu ad mouere. Polypos & mercurialem edat. At nisi vteri velut contineant claudantur, in aqua myrti, lentisci, vitis aut oleæ foliorum, aut rosarum decocto desidendum. Viētus autem ratio quæ dicta est in fluore rubro imperanda. Optimè autem ei auxiliantur sitis, frequentes vomitiones, & balneorum abstinentia. Cùm plus æquo aperti & minimè oclusi fuerint, & purgatione indigent, & collutionibus, & suffitibus. Quod si laxæ ac lubrici fuerint, menses copiosiores, deteriores, liquidiores & crebriores decurrunt, genitura intus non manet, sed cùm effluerit, discedit, & si digito os attrēctaris, læue deprehendes. Imbecillitas eam propter menses inuadit, & febris & rigor detinet, dolor etiam inum vētrem, lumbos, & laterum inanitates occupat, idque præsertim si quid in ea corruptum computruerit, & ex partu, atq; alio modo. Cùm igitur ita habuerit, curatio quacūq; parte dolor detinet, quæ in superiorib. scripta est adhibenda. Si vteri inflammatione laborarint, menses occultantur, & ceruix tenuibus veluti aranearum telis implicatur, febris acuta est & mentē tentans, menses ei pauci & prauī comparēt, ieiunæ vomitus quidam ei aduenit: cùm autem comederit, ea euomit, dolor inum vētrem & lumbos detinet, animo deficit, & toto corpore perfri-

perfrigeratur. Venter autem partim quidem durus, partim
verò mollis est, & inflatur ac attollitur, vteroque gestate se
existimat. Quandoque verò vteris moles inanis videtur, ven-
terque aqua impletur, umbilicus prominulus extat, os exte-
nuatur, de repente menses cum stridore pauci & pravi com-
parent, circa iugulum & cervicem extenuatur, & pedes pre-
sertimque plantę intumescunt. Cum sic habuerit, medicamē-
tum deorsum purgans propinandū, subdititia & grati odo-
ris fomenta vterō admouenda. Per diē pessuli plumbei sup-
ponendi, & antē appositionē decocto calido minimē mor-
dente lauandum, & post appositionem hac collutione vten-
dum. Cnești portiones duas aquę hemina decoquito, deco-
cto percolato admixta olei narcissini aut anthini hemina
colluito. Post hæc tribus diebus intermissis, deinde eo quod
cum aceto paratur colluito, & ante cibum mercuriale cum
paucō vino decoctam velut brassicam comedat, & succum
sorbeat. Quod si perseveret, medicamenta ex quibus aqua
ex vteris purgetur potui exhibenda. Cibis vtatur panibus &
oleribus coctis, mollibus, marinis potius quā carnibus,
10 vel animalium trunculis, coctis, mollibus, vehementibus
exercitationibus ante & post cibum vt plurimum vtendum.
Frigida quā minimū lauetur, & à dulcibus & pinguibus
quibusque abstinat. Diebus autem inter purgationes me-
diis, adiantum ex aceto aqua temperato ieiuna bibat. Mor-
bus autem lethalis est, paucæque ex eo liberari possunt. Si ex
vteri inflammatione non concipiant, menses occultantur,
cumque ieiuna fuerit, vomit, cum verò comederit, dolor
imū ventrem & lumbos detinet, totus venter modō qui-
dem durior, modō verò mollior redditur, neque ferē sibi re-
13 sistitur. Venter magnus euadit, neque purgatur, sibi que præ-
gnans esse videtur, & eodē modo quo prægnantes afficitur,
& si ventrem attigeris, leuem tumorem velut vteris depre-
hendes, cumque partionis tempus instare visum fuerit, vteri
confidunt, & menses pauci & pravi decurrunt. Hinc medi-
camentum deorsum purgans propinandum, & quę pur-
gent in subdititia apponenda, purgata verò sanitati restitu-
tur. Si inflammationem senserit vterus, contrahitur, quod
si quid corruptum fuerit & recruduerit, febris acuta & ma-
gna horrorque detinet, partes circa pudenda durę sunt,

stupendum in modum afficitur, mordetur, & impetu fer-
tur. Ac si quis immisso digito contrectet, rursus peius ha-
bet, & mordetur, caput & incipit dolore afficitur, caligo &
frontis sudor adest, extrema perfrigerantur & tremunt, in-
terdum sopor occupat, audire non solet, neque aliquid vte-
rus efficit, multam est cibi fastidium, neque stomachus, neque
ventriculus omnino cibum attrahit, vociferatur, cum im-
petu profilit, dolor est ad pubem, inguina, lumbos, & occul-
ta muliebris pudendi loca, celeriterque moriuntur. Quod si
dolores summam debilitatem inducant, velut spongiis ca-
lidis ex aqua & oleo expressis focus adhabendi, & mollia
subdititia supponenda, ex medulla ceruina, adipe anserino,
cera alba, & oui luteo, aut ceratum picatum cum resina sub-
dendum. Vino autem aut lacte caprino purgandum, aut
iure gallinaceo. Vinum autem non bibat, & ptisanæ cre-
morem sorbeat. Hoc ad vterorum dolores infunditur. Si
dolor solum vrgens & violentus fuerit, caligo quædam in
vteris inest, neque spiritus exit, sed illic vitium manet. Ad
hunc igitur modum curare oportet, attriplicis agrestis se-
men, & betas simul tritas, læuigatas, tepidas, in vteros in-
fundito. Quod vterorum dolores sedat. Vini suauissimæ
quali aqua temperati, tres semicongios Atticos, radicum
fœniculi & seminis trientem, olei rosacei heminam dimi-
diam. His in ollam nouam iniectis, & vino affuso, postea
fotum admoueto. Scillam autem etiam in subditiis appo-
nito, quoad os molle & apertum fuerit. Cumque in purga-
tione pustulæ circa os vteri innatæ fuerint, sic curato. Cat-
nem bubulam aut butyro, aut adipe anserino & aniso læui-
ter tritis illitam, in pudendum indito. Si erysipelas vteros
occupet, pedes, mammæ & corpus intumescunt, dolor
ipsam detinet, erectæ cervicis spiratio contingit, ad late-
rum mollitudinem dolor est, ad ventris partem inferio-
rem, pectus & caput, tremor & torpor manus detinet, in-
guina & poplites tremunt. Quandoque verò in inguinibus
liuidæ euadunt, & paucio tempore etiam alleuat hic color.
Præcipuè verò mammæ cognitione quadam attolluntur.
Veruntamen non admodum dolet, febris & rigor inuadit,
vultus rubet, siccis vehemens viget, & hepar resiccatur. Hæc
si in prægnantem incidant, perit, neque liberari poterit. Si
erysi-

erysipelas in vteris oriatur, tumores maximè liuidi à pedibus exoriuntur, & ad crura tota & lumbos perueniunt. Quò autem longius tempus processerit, etiam thorax affectionem sentit & intumescit, tota perfrigeratur, febris magna detinet, rigor densaq; spiratio inuadit, animi deliquium, imbecillitas, totius corporis dolor, animum desponder, & mens vacillat. Affectio ex inferiore ventre sursum fertur ad lumbos, dorsum, præcordia, pectus, ceruicem, caput, stomachum, & mori videtur. Cùm verò dolor solutus fuerit, torpor lumbos, inguina & crura occupat, liuores in poplitibus contingunt, & paruo tempore melius habere videtur, deinde rursus affligitur, corpus pustulis impletur, faciem apparentes & manifesti rubores inuadunt, fauces resiccantur, & lingua exasperatur. Hic morbus si prægnantes detineat, interficit. Alioqui medelam adhibere, & lac asininum propinare purgareq; oportet. Si verò neq; sic solvatur, ventrem mollibus refrigerantibus medicamentis refrigerato, & subdititiis minimè grauib; & leuib; paulatim purgato, & vomitum ciecto. Confert autem sambuci 10 folia cocta cum origano, aut thymo, aut ruta sumere, si verò febris dimiserit, etiam vinum & cibos dulces exhibere, pauca tamen curantur. Aqua intercus si in vteris oriatur, menses cum anxietate, aquosi, neq; admodum cruenti prodeunt, vterus etiam intumescit, & venæ, & maximè vicinæ partes, prægnans euadit, deinde suffocatur, mammae defluunt, imus venter durus est, cumq; eo totus circumambiens locus intumescit, doletq; si quis eum attigerit, febris & dentium stridor detinet, dolorq; vehemens lateris inanitates & lumbos occupat, in somnis semen effundit, & peius habet. 30 Hanc calida lauare & tepesfactoria apponere oportet, medicamentum autem potui exhibere, & lenibus fouere. Cyclamini obolos tres in linteo deligatos in subdititio apponat, & cupressi aqua macerati succum, & cantharidas tritas modico tempore supponat, id per multum tempus efficax est. Subdititium medicamentum. Cumini chemæ mensura, & vua passa alba. Aliud. Vrticæ semen, ari radix, horii quod lubet leniter subdito. Vbi expurgaris, colluatur, eoq; detracto pudenda colluito, simulq; viro condormiat. Quò si factum maturum perferat, tota expurgatur & sana redditur.

Aaa

Est & alia similis vterorum aqua intercus, in qua sanies quodam subcruenta defluit & purgatur, pudendaq; ac circumambientes partes vehementer mordet, & tanquam murum ulcerat, quamcumq; in partem distillarit, eam ulcerat, & color est qualis in morbo regio. In reliquis autem magnacopia velut in aliis profluuiis muliebribus expurgatur. Morbus autem lentus est, & alioqui lethalis euadit. Si vtericant, hanc velut quæ fluore albo detinetur curato, lac asinini propinato, gracile reddito, & per prius commemorata medicamenta medelam adhibeto. Quæ delinguntur in aqua intercute. Si aqua ex vteris effluat, sulphur & anserinum adpemp delingat. Si ventus intra vteros fuerit, flatu exit cum stridore, tota intumescit, & febris ardorq; detinet. Ad hoc præ dolore vehementi impetu fertur, neq; viri congressum admittit, & coitum valde auersatur, neq; se erigere potest, velut pondus quoddam vteris incubit, caput dolet, anxia voce defecta est. Quod si dolor vrgeat, vociferatur, omnis dolor occupat, & lumbos, & pubem, & sedem, lotium supponitur, venter suffocatur, mētri exoptat, præcordia conteduntur, stomachus mordetur, os amarefcit, acida & sineer vomitione reiecit, frequenter eructat, & melius habet, alioqui intumescit, & si contrectaris, & renititur, & dolet. Vteri igitur aqua mulla, aceto mulso, & oleo colluere oportet, minimumq; tritum aut anisum, & lini folia trita, & gallinæ acis stercus cum ouis, ex aqua infundere. Subditiis autē & portionibus quas describam vtitor. Insidendum autem in oleo calido, iniectis aromatibus, iunci odorati flore, aut in lauri decocto, aut aqua marina. Optimum autem mollibus collationibus ventrem purgare, aut glandem ex lana illota cum melle supponere, velut infanti venter soluitur. Qui si adulter fuerit, cepam oleo aut melle intinctam supposito, aut rauti fel, aut nitrum cum melle, aut mali punici acidi nucleum, melle & hordeacea farina ammixta. Si mola ex crassa genitura intus adhærescente generatur, saturciā ex aceto & aqua tenuiter tritam, id liquidum potui exhibeto, aut hyoscyami semen læuigatum, & muria, laseris succo & aceto colluito, aut si opus sit ex aqua. Optimum autem aquam mullam ex lentium, aut erui, aut violæ floris decocto immittere. Si verò qualia igne perusta purgata fuerit, myrtum decoqui-

to ac perluito, myrrham & netopum in vellere subterapponito. Si ventus in vteris fuerit, & mordeat, & quæ penetrat calorem igneum excitet, ex ardore intumescit, dolet, viri congressum respuit, & coitu admodum grauat, inus venter distenditur ac intumescit, & neque stare recta, neque erigi potest. Cum ita laborantem deprehenderis, ventum & genituram in vteris esse scito, eamque ob causam mulierem nunc agrotare. Mel, ceram, lini folia tenuiter trita, & adipem gallinaceum, hæc ex vino odorato tepè facta, in vteros per infusum iniicito. Lini folia bibat, aut semen tritum lana involutum ad os vteri apponat. Quod si non satis efficax fuerit, irinum cum croco illinito, lini folia, adipem gallinaceum, tenuiter trita, lactem muliebris diluta, derasa ex renibus liateis lahugine excepta & illigata ad os vterorum apponito. Quod si carnosior pinguedo exoriatur, quod tabefaciat imponito, & modicè extenuato. Quæ enim admodum extenuantur, raræ sunt & abortionem faciunt. At si vterus semen non recipit, sed emittit, neque calorem in se habet, instrumentum aliquod fabricandum, cui cum insederit, vapor in vterum ingredietur, circum quod in ambitu vestes imponendæ. Suffitus autem ex casia parandus, cinnamomo, myrrha, æquali horum cuiusque portione iniecta & sapâ subacta, parum etiam lauandum, parumque cibi sumendum. Conducit etiam subdititium eiusmodi. Myrrham tenellâ cum melle in glandulam oblongâ ducto, idque sæpius virium ratione habitafacito. Iuant etiam pelecini in tritico nascentes, cum myrrha triti. Mel coctum cum tædis agitatam ad fabæ Egyptiæ quantitatem subterapponito, & fel tauri, & rhoes rubri parè portionem. Conyza herba apio crispo similis est, ad mare in locis arenosis nascens, cuius odor intolerabilis, hanc cum melle & vino in subdititio apponito. Aut bolbium, quod in triticis præcipue Egyptiis cernitur, acre, cumino Æthiopico simile, hoc & allium & nitrum simul permixta, supponito, prius tamen lauet. Vbi mulierem capitis, sinapitis & ceruicis dolor infestat, & vertigo circum oculos obuersatur, terretur, si mæsta fuerit & vrinæ nigræ, similiaque ex vtero ferantur, anxietas & animi mæror detineat, bilis atra in vteris inest. Curato

autem, cucumeris agrestis partem interiorem vetustam & anniculam, fel taurinum, æris florem cum bacchare terito, subdititia conficito, medicamentum propinato & lauato. At vbi mulieri vteri cum dolore morsum sentiunt, & cum pruritu pungitur, bilem flauam cum vrina reddit, vterus dehiscit, & oculi quales morbo regio affectis sunt, bilem in vteris inesse scito. Totum igitur corpus, tum etiam ipsos vteros subdititiis medicamentis quæ bilem educant expurgare optimum. Vbi perfrigeratur vterus, & pondus incumbere videtur, color minimè splendet, condensatus est vterus, cum sic habuerit, eo quod pituitam ducit purgare & extenuare oportet, crebroq; vomere. Cum mulieri os male oluerit, gingiuarq; nigræ & prauæ fuerint, leporis caput & mures tres seorsum vrito, duorum musium ventrem eximito, iecur & renes minimè, & in pila lapidea marmorum lapidem album terito & cribrato, deinde cuiusque partem portionem misceto, & dentes confricato. Oris autem partes etiam confricare oportet, deinde quoque lana maximè succida & aqua colluere. Lana verò succida melle imbuta, dentes & gingiuas, partesque internas & externas conficet. Anisum autem tritum & anethi semen, & myrrham duorum obolorum pondere, vini albi meri dimidia hemina diluito, hoc colluat, & diutius ore contineat, hoc autem crebrò faciendum, ieiunæq; & à cibo os colluendum. Optimum est paucò cibo vti, & valētissimos cibos sumere oportet. Hoc medicamentum dentes purgat, eosque bene olentes reddit. Vocatur autem Indicum medicamentum. Cum mulieri mamma aspera redditur, stybis semen aut ruber aqua & oleo coctum, mammis in cataplasmate obducito, & betæ folia iniicito, deinde ex linteo in pilei acuti aut tate formam conficito, tanta magnitudine vt mammam capiat, sic mammam immitto. Si verò suppuret, incidito, & curationem per linamenta ex lana succida adhibeto, eandemq; superponito. Postea lenticulam coctam cum polenta mixtam ex cataplasmate admoueto. Vbi in mulieris pectore aut recto intestino tenues ac minuti lumbrici ascarides dicti suboriuntur, viticis semen aut folia cum fellis bubuli obolo permisceatur. Cedrino verò oleo subacta, & lana succida bene carminata excepta, tertio quoq; die per noctem & diem

& diem imponat. Postero verò die vbi detraxerit, calida la-
 uet, & alliis coctis & crudis vescatur, & ascarides exeunt ac
 moriuntur. Muria autem colluere oportet. Hæc faciem de-
 coram reddunt. Hepar tauri cum oleo terito, cum vino au-
 tem mero illinito. Fel autem recens corrumpit. Quinetiam
 prisaæ cremor similiter faciem emundat, & ouorum can-
 didum, & lupinorum & orobi farina, cum sicibus in cata-
 plasmate imposita. Brassicæ etiam radix & semen. Hæc et-
 iam lentigines tollunt, itemq; alcyonium. Quod si ex pul-
 vere facies doluerit, cerato liquido ex rosaceo, aqua frigida
 affusa inungito. Hoc faciem erugat. Plumbaginem in pila
 lapidea terito, & affusa aqua menstrua pastillos conficito, &
 vbi siccati fuerint, & oleo dissoluti, faciem rugas ferentem
 inungito. At si capilli defluant, ladanum cum rosaceo, aut
 anthino vnguento terito, & cum vino illinat, aut cretam ci-
 moliam cum vino, aut rosaceo, aut omphacino, aut acacia.
 Quod si cum cutis glabritie decendant, cuminum, aut ster-
 cus columbinum, aut raphanum tritum inducito, aut cum cepa
 conficet, aut beta, aut vrtica. Faciei maculas ephelidas di-
 10 ctas cerui decoctum tollit, betæ ius, ouorum candidum, pri-
 sana, aut cucumeris agrestis radix sicca, cum vini facie trita
 & illita, aut mori folia admota. Aut sesamo trito, aut amy-
 gdalis amaris defricari. Aut vrticæ semen, aut allii cortex
 illigatus, & lepidium. Quod impetigines omnes aufert. A-
 cetum, thuris pollen, pumex, sulphur cum aceto, cardamum
 agreste vstum & in cinerem redactum, viperæ exuvium, ru-
 micis agrestis radix, hæc cum aceto vinoso terito. Quod si
 pustulæ adsint, etiam lithargyro vritor. Portio ad fluorem
 muliebrem rubrum faciens. Cornu cerui vstum, duplo fa-
 10 rinæ hordeaceæ crudæ commisceto, eamque ad vinum
 pratnium aspersam bibat, & sistitur. Alia similis portio.
 Adianti radicem tritam, & cicer tostum, ac lentium lomen-
 tum ex melle bibendum, & potui exhibendum. Aut farina
 setanæ acetabulum, gummi albi dimidiam partem, thu-
 ris pollinis tertiam, iunci odorati modicum, aut pini, aut
 cupressi parum, hæc aqua diluta potui exhibeto, de die au-
 tem bibat. Aut cornu cerui vrito, & cum farina hordeacea
 cruda & cedri baccis quinque terito, vinum nigrum auste-
 rum tædaceum ammiscetur. Aut mali punici dulcis assati

succus cum vino nigro potui exhibendus. Aut cupressi bac-
cæ tres aut quatuor, myrti bacca: nigrae, aut simul, aut per
se, considerato corporis muliebri robore, cum vino au-
tem propinanda. Aut castorii obolus cum vino austero
tritum propinandum. Potio ad fluorem muliebrem & quem-
uis vteri morbum. Pæonia semen, rhois radices, cuminum
Æthiopicum, & melanthium ex vino albo exhibeto, aut fe-
rulam derafam acerabuli quantitate, & porri succum ex vi-
no albo aqua temperato, quod etiam fluentem ex naribus
sanguinem sedat. Aut malum punicum in vino nigro deco-
quito, & detracto cortice, quod intus est tritum cum po-
lentæ polline ex vino nigro potui exhibeto. Aut linum aut
erysimum tostum, oleæ viridis folia, nigram radicem, pe-
plum plenum, hæc simul trita ex vino aqua temperato bi-
benda dato. Aut coagulum asininum, mali punici dulcis
radicem, gallam, æquis portionibus omnia, & mali punici
dulcis succum ex vino bibendum dato, aut lapathi semen
cum gallæ parte exteriori circumrasa. Hæc simul terito,
deinde cyceonem confectum porrigito. Si sanguis copio-
sus ex vteris effluat, viticis folia ex vino nigro exhibeto. A-
cerba vino nigro commixta, profluuium sistunt. Ad fluo-
rem muliebrem & dolorem. Cachryos radicem ex vino ni-
gro bibendam dato. Quod si copiosior fuerit, terebinthi
fructum tritum ex vino & aqua dilutum bibere oportet. Si
fluor muliebri contingat, cancris fluuiialibus ex vino suffo-
catis, vinum cum aqua potui exhibeto. Quod si adhuc flu-
xus feratur, promalum torrefactum & tritum ex vino, aut
porri succum exhibeto. Si verò multus fluor decurrat, muli
stercus vstum & læuigatum ex vino exhibeto. At si diu fluor
detinuerit, sponsia vsta confert, quam tenuiter tritam ex
vino odorato exhibeto. Quæ ad fluores ex cataplasmate
adhibentur. Allia, portulacam, apium, loti & cedri ramenta,
læuigata simul admisceto, ex his aqua mulsâ dissolutis
cataplasma efficitur. Aut rubi, rhamni & oleæ folia tenuiter
trita simul misceto, aqua mulsâ diluito, & cum polenta ex
cataplasmate admoveo. Aut sambuci & myrti folia ex ca-
taplasmate adhibeto. Aut loti ramenta, mori & rosæ folia
cum vva passa. Fotus ad fluores muliebres. Loliaceam farin-
nam tostam, posca meraciore decoctam, & linteo illitam in
sore

foru adhibeto. Aut lentem coctam, & detracto cortice in
 farinam crassiore & in grumos redigito, & in aqua deco-
 quito, eodemq; modo ex cataplasmate adhibeto. Aut eruū
 ad eundem modum admoueto. Confert etiam saluiam aut
 hordei paleas in saluiæ aut hyperici decocto coquere, & ex
 cataplasmate imponere. Loti & cupressi ramenta, ex vuz-
 passæ infuso decocta, linteis induta, in fomento adhibeto.
 Aut oleæ, aut hedere, aut myrti folia ex decocto admoueto,
 & cum his hordei paleas coquito. Aut in aromatum deco-
 cto simul furfures triticeos coquito. Aut vuz passæ infuso
 triticeos furfures decoquito. Aut violæ albæ semen & radi-
 ces decoquito, in decoctum furfures triticeos iniicito. Aut
 ex decocto furfurum triticeorum calido lana conuoluta ca-
 lida foueatur. Aut in serpilli decoctū furfuribus ad eundem
 modum iniectis. Fortis verò si dolor vrgeat etiam ex spon-
 giis calidis & lanis mollibus adhibendus, aut ex vasis testa-
 ceis & vesicis aqua affusa & oleo calido plenis. Collutiones
 ad fluores muliebres. Myrti, lauri & hederæ folia in aqua
 decoquito, tepida colluito. Sambuci & lentisci folia aqua
 decoquito, percolata summè tepida colluito. Aut cœnanthæ,
 cypri, vuz passam aqua mullâ decoquito, & colluito,
 aut cœnigraci aqua. Vel rubi decoctum, vel oleæ viridis, vel
 cupressi, vel serpilli, vel mali punici, vel radices violæ albæ,
 vel lentisci, summè tepidum infundito. Vel id quod ex bu-
 tyro, resina & adipe anserino paratur. Aut quod ex suilla me-
 dulla & adipe est paratū. Suffitus ad fluores muliebres. Hor-
 deum tostum prunis impositum ad suffitum adhibeto. Aut
 cerui cornu cum oliuis immaturis. Aut rhoem rubrum &
 polentam torrefactam, cum oleo & vino ad duplam portio-
 nem. Aut paleas hordei & sterus bubulum eodem modo
 adhibeto. Aut loti ramenta, rhoem, cupressum, siccum, ex
 vino nigro austero, in suffitu admoueto. Aut galbanum, aut
 thuris pollinem, aut resinam vino macerato, aut ceruinum
 cornu, aut gallam, & sistitur fluor. Alia ad suffitum materia.
 Scrobem effodere oportet, & vinaceorū duas circiter choe-
 nices Atticas torrefacere, cinerem in scrobem iniicere, &
 vino odorato asperso irrigare, & mulier sese vestibus con-
 uolens, circumsecat & suffitum adhibeat. Aut capræ œsy-
 pum dictam (hoc est sordem ad nates adhærescentem)

siccā, tusā & tostā, cum hordeo freso oleo subactā, in suffitu adhibeto. Aut hordeum multum, aut eius paleas in prunas iniectas, aut cupressi ramenta vnguento respersa, suffitu adhibeto. Aut cicutam, aut myrrham, aut thus affuso vnguento suffito. Aut bitumen & hordei paleas eodem modo. Aut cupressi radicem oleo rosaceo aspersam suffito. Aut calamo iunco odorato, cypero, apii semine, aniso, oleum, rosaceum affasum suffitu adhibeto. Ad eundem autem modum resinam subiicito, cinnamomum, myrrham, cum rubi aut rosarum foliis suauolentibus, pusillo croco addito & styrace. Hæc omnia simul terito, & oboli Attici pondere in cinere sarmentitio, aut in stercore bubulo ad instar acetabuli efformato, suffitu admoueto. Si autem ignis ex vitis sarmentis succensis. Mulierem autem prius quam odorem sentiat, superimpositam esse oportet, quandoquidem si odor excitatus fuerit, præstat non suffire. Subdititia medicamenta ad fluorem rubrum. Myrrha & bolbium cum melle tritum optimè supponitur. Aut rosæ aqua decocta, quas sanè tenuiter tritas, ex vnguento rosaceo lana exceptas, in subditio apponito. Aut loti florem aqua decoquito, deinde ex vnguento rosaceo terito, & in vellere ad os vteri admoueto. Aut cyperum, irim, anisum æquis portionibus singula, ex vnguento rosaceo tenuiter trita, intra os vteri iniicito. Aut myrti nigre foliis ex vino albo pini corticem admisceto, & similiter facito. Aut cupressi fructum & thus, parē cuiusq; portionem, ex vnguento simul terito & subdito. Si fluorem exiccare opus sit. Calamintham vino nigro decoquito, & maceratam ex linteo imponito. Aut hyoscyami folia & cicutam simul coquito, similiter porra, maluam, ceram & adipem anserinum admisceto, deinde tepida ad pudenda apponito. Aut vinum merum cum resina & mali punici cortice decocto terito, & ad eundem modum supponito. Aut enicum ex vino tritum in subditio apponito. Aut loti scobem similiter. Aut lentisci folia, aut rhoem melle cocto permixtum subdito. Quod si non cesset, susinum aut blitum herbam linguæ similem, ex vellere in subdititiū pessum efformato. Ad aquæ profluuium subdititiū medicamentum & insusum. Si mulieri aqua ex pudendis effluat, resinam siccā, myricæ folia, lini semen ex vino terito, ex adipe

ex adipe gallinaceo permisceto, & in pudēda per clysterem
 infundito. Farinæ purissimæ conchæ testam maiorem, aut
 amyllum in vellere ad os vteri in subditio apponito. Aliud
 quod eodem modo infunditur. Vbi aqua ex pudendis ef-
 fluxerit, myricæ folia, thuriferæ arboris fructum & resinam,
 ex anserino adipe trita, in pudenda per clysterem iniicito. Si
 ex fluore aquoso circa pubem dolor est. Viticis semen ex
 melle terito, pubem cataplasmate probè obducito. Si fluor
 sanguineus, albus, aut qualiscunque fuerit. Sulphur & man-
 dragoram ex vino meraco tritam lana exceptam subdito,
 & supina dormiat, immotaque maneat. Aut mali punici
 cortices siccos ex vino Pramnio tritos potui exhibeto. Ad
 fluorem album potio. Hederæ albæ semen, & pini corticē
 ex vino austero præbeto. Aut cornu cerui vsti partē vnā, fa-
 rinę verò hordeacę crudæ partes duas, cedri baccas quin-
 que ex aqua terito, & potui exhibeto. Ad vteri strangulatū.
 Castorium & conyzam ex vino per se, & ex eodem vtrunq;
 permixtum bibat. Aut bituminis trium obolorum pondus.
 Aut phocæ adipis quantum bis digito capi potest. Radices
 proniæ dimidiam portionem, ex vino odorato potui exhi-
 beto. Vbi verò simul cum tussi strangularint vteri, sanda-
 rachæ oboli pōdus, sulphuris ignem non experti tantundē,
 & amygdalas amaras repurgatas tres vel quatuor commi-
 sceto, ex vino odorato exhibeto. Quòd si quidem procidat
 vteri, hordeum tenuiter tritum cum paleis, & cornu cerui
 oleo subactum, in suffitu admoueto. Cū verò sursum fue-
 rint, & cor & stomachus opprimitur, ibique substiterint,
 myrrham aut resinam, aut netopum, aut castorium, aut la-
 seris succum propinato. Cū vterus strangulatum intule-
 rit, spiritus autem coaceruatus sursum proruperit, & graui-
 tas detinuerit, mens attonita fuerit, sermo defecerit, totius
 corporis perfrictio & spiratio offensans adest, oculi hebe-
 scunt. Caput quàm citissimè radito, fascia supra vmbilicum,
 si opus fuerit, imposita retrudito. Castorium autem & co-
 nyzam, rutæ decoctum, cuminum Æthiopicū, raphani se-
 men, sulphur, myrrham exhibeto. Ad nares quidem gra-
 ueolentia, ad vteros verò suauiter olentia admoueto. Quòd
 si sustinuerit, etiam grani cnidij partem anteriorem albam
 melle subactam & permixtam naribus illinito. Aut schinū
 ex adipe

tenuem, scillæ speciem, si mordeat. At cum dolor & stragulatio detinuerit, maluæ radicem, aut acetum inlsum, aut sceniculi corticem & crethmum ex aqua bibendum dato. Præstat autem ructum ciere, erectâ sedere, aut veratronaribus admoto sternutamentum excitare. Si verò sub sepro transuerso collocati esse videantur, de repente vox deficit, præcordia dura sunt, stragulatur, dētes inter sese illidit neq; vocata audit. Naribus igitur oportet lanam succensam ad suffitum adhibere, bitumine in ignē immisso, & castorio, & sulphure, & pice. Inguina verò & femora interiore parte suauissimo vnguento illinere. Aut stellas marinas nigras & brassicā ex vino odorato mixtam bibat. Aut myrrhæ tres obolos, coriandri parū, resinam, pæoniæ radicem, cuminū Æthiopicū, hæc ex vino albo trita, & aqua, aut aqua mullā diluta, summē tepida potui exhibeto. Iuuat etiam peucedanum, aristolochia, cepē lachryma, panaces ex vino aut aqua summē tepidum exhibitum. Vteros in pristinum locum reducit ricini radix pota, aut cuminū Æthiopicum, aut apiū, aut sceniculi & anisi semen, piper, aut myrrha, aut papaueris succus epotus. Si cor suffocatur ab vtero comprimitur, & difficilis ac crebra spiratio detinet, viticis & pæoniæ semen ex vino bibere oportet, aut abrotonū, & panaces, & ammoniacum, aut rutam, aut somniferi papaueris succum. Si rursus eodem modo habeat, melanthium læuiter terito, melle subigito, & velut glandulam efformatam, penna conuolutam, in subditio apponito. Aut philistium ad eundem modum supposito, aut telephium, aut anemones folia trita, in linteum detritum indita, & pauca myrrha admixta. Si vteri in lumbos incumbant, neq; suffocatio caput attingat, Polypos coctos edat, & vinum nigrum odoratum, meracū quā plurimum bibat. Quando verò tanquam ad viscera versū strangulatint, vinum cedrinū, & cuminum Æthiopicum bibat, calida lauet, & odoratos foras admoueat. Si vteri flatu distenti fuerint, aromata omnia in vnguentum iniiciantur, & laurus, & myrtus, & saluia, & cedri ac cupressi ramenta. Hæc tusa & læuigata cribrato, & in vinum odoratum inspergito, & oleum rosaceum affundito. Si verò transmoti vteri oppresserint, hordeū cum repurgaueris, & coru ceruinum ex vino subacta ad suffitum adhibeto. Cum

sur-

sursum procedentes strangulant, succensum funiculum lu-
 cernariam sub naribus extinguito, quò fuligo & fumus in-
 trò penetret, picemq; & castorium, peucedanum & myr-
 rham, vnguento diluta, vellere excepta, in subditutio appo-
 nat, resinam verò oleo dissolutam bibat. Si valdè strangula-
 rint potio exhibenda. Aut testudinis marinæ obolos tres,
 ex vini albi hemina aut cyathis tribus propinato. Aut cedri-
 po oleo in lucernam infuso, eam accendito, & extinctam
 naribus admoneto, aut cornum quàm foedissimum eodem
 modo, aut lanam succentam mulieris naribus ad suffitu m
 adhibeto, aut bituminis modicum ex vino albo tritum bi-
 bat, aut erysimi conchæ testam & castorium ex vino albo
 bibendum dato, & lauet. Quòd si etiam tussis adsit, sanda-
 rachæ obolum, sulphuris ignem minimè experti obolos
 duos, amygdalas amaras detractò cortice, & castorij obo-
 lum ex vino odorato permisceto, & potui exhibeto. Quòd si
 veteri strangulent, & strangulatus ad cor pertingat, osq; oc-
 clusum fuerit, acetum calidum sorbendum dato osq; paxil-
 lo aut radio diducito, & vinum inodorum eodem modo in-
 fundito, & cum aceto mulso. Si verò valdè strangularint, &
 voce defecta fuerit, cepa ex vino tepido trita in nares instil-
 lata eam excitato. Quòd si ad hepar vsq; ascenderint, stran-
 gularit, vox deficit, nihilq; videt, dentes inter se illidit, dura
 redditur, nihil sentit, crebrò spirat, neq; audit. Hanc manib.
 sub præcordiis apprehensam crebrò illinito, & dentibus
 paxillo ductis, vinum meracum tepidum, nisi quid impe-
 diat, infundito, & plærunq; confestim alleuatur. Si verò ad
 inguina incumbant & adhærescant, caprini stercoreis glo-
 bulos, & leporis pilos, vituli marini adipe subactos, ad suffi-
 tum admoneto. Aut hederæ fructum, aut folia sicca, aut cor-
 ticem, & quercus folia ammixta resina, oleo subigito, & suf-
 fitu adhibeto. Coaguli vituli marini pellem læuiter tufam,
 spongiā & muscū læuigata, vituli marini adipe permixta, ad
 suffitu admoneto. Stercoris caprini globulos, vituli marini
 pulmonē, & cedri ramenta suffito. Quinetiā stercus bubu-
 lum, aut cornuum bubulorū scobem, aut bitumen, aut spi-
 næ Egyptiæ fructū, aut cedri ramenta, & myrti folia sicca,
 hæc molli vnguento subacta, in suffitu adhibeto. Aromata
 verò multa in vnguentum iniicito. Aut vuarum retrimen-

ta leuiter tusa, cedriam & resinam pineam simul mixta
 passo cocto diluta ad suffitum admoueto. Fetus vt vteri re-
 cedant. Stercus bubulum vstum, aceti dimidium, & erui ex
 aqua marina aut dulci decocti similiter dimidium, suffitu
 naribus admoueto, idque leuiter facito, & lenticulae deco-
 cto epoto, vomitum ciecto, & farinam sorbendam, insuper
 que vinum bibendum dato. Postridie granum cnidii de-
 uorer, & medicamentum sumat quod vrinam cieat, vnam
 passam & cicerum tritorum partes duas, vix passae optima
 affusum aquae congium coquito, deinde diffusum celo se-
 reno exponito, postridie bibendum exhibeto. De cetero
 saluiam, lini semen & polentam bis die ex vini aqua tem-
 perati heminis quatuor exhibeto. Olei heminam dimidia
 sambuci folia quantum manus plena capit, hoc decocto ca-
 lido foueto, aut testis calidis iniectis, muliere in sella sedere
 iussa, & vestibus circumtecta. Aut sambuci folia cum myr-
 to decoquito, & hordei paleas, & si perferre possit acetum,
 oleum, mel, aquam, haec temperata & permixta, valde fe-
 uesfacta in vesicam infundito. Et pini corticem, malique pu-
 nici folia in aquam iniecta, vehementer decoquito, & in de-
 coctum hordei paleas immixtas oleo affuso decoquito. Aut
 loti & cupressi ramenta affusa aqua & oleo probe admodum
 coquito, & fomento adhibeto. Cum aromatibus vnguen-
 tum infundito, gallam immittito, & rhamni corticem &
 polentam triticeam cum aqua. Quod si nerui foras promi-
 neant, & quae scrota vocantur, laxentur, myrti baccas, loti
 ramenta, rubi & oleae folia simul coquito, & summe tepido
 foueto, aut vino cum his & graueolentibus eodem modo.
 Exteriora vero oui candido linito. Cum autem perfrige-
 rint & liuida fuerint, aqua calida foueto. Quae vterum emol-
 liunt. Ouillum adipem, oui luteum, mel, oleum rosaceum,
 his farinam subactam molli igne calefacito, quod distillat
 molli lana excipito, & in subditiō apponito. Aut ouillum
 adipem aromatibus conditum, nitrum rubrum, aut anse-
 rinum adipem, oleum rosaceum, haec liquata & cum lana
 subacta supponito. Anserinum adipem aut ouillum, ceram
 albam, netopum, oleum rosaceum, haec quam optime simul
 permixta, & tenuibus conceptis panniculis excepta, con-
 festim vbi lota fuerit, tepida ad os vteri apponat. Aut cerui
 medul-

medullâ & adipem oleo rosaceo liquatum, molli lana exceptum supponat. Subdititia mollia quæ aquam, mucos & pelliculas educunt, neque vlcerant. Myrrham quàm optimam, salis micam, & picem aromatibus conditam, læuiter terito & apponito. Subdititium aliud. Grana cnidia triginta detracto cortice, Indicum quod Persæ piper vocant, & quod inest rotundum (myrtidanum appellant) cum lana muliebri simul terito, & melle dissoluto, deinde molli & pura lana exceptum, & circum pennam conuolutum supponito, & per diem finito. Quod si validius facere voles, paulum myrrhæ admisceto, tertiam videlicet partem, & lanam mollem puram semisuccidam. Ex vteris educit osque molli, narcissus, cuminum, myrrha, thus, absinthium, cyperus, hæc ipsa per se, aut cum oleo rosaceo, aut albo, aut Ægyptio, lotæ autem supponantur. Medicamentum quod cruentam saniem educere potest. Myrrham cum tædis misceto, salem cuminum, fel tauri, mel, in vellere supponito. Et cumini folia similiter ex vino. Aut laseris succum cum sicu misceto, & glandem formatam subdito. Idem facit mortiradix cum melle, posteaque rosaceo linito. Efficax est & allij caput sine nucleis, nitrum rubrum, & fici pingue æquali portione, in paruam gallam misceto, glandem conficito, & liquore aliquo intinctam supponito. Deinde lota adipem ceruinum in lana subditum, teneat. Hæc cruenta omnia magis quàm priora educit, & emollit. Piper, elaterium, & ammixto lacte muliebri, cum his mel, oleum album & adipem ceruinum terito, linteo lacero & attrito excepta subdat. Hoc quoduis humorum genus potenter educit. Fici pingue, elaterij quantum ad duas portiones satis sit, nitrum rubrum elaterij quantitate, mellis parum, linteo aut velle-re exceptum, glandem conficito. Aliud. Netopum, fel tauri, nitrum, cyclaminum, gallam cum melle terito. Postea verò etiam lota adipem ceruinum in subditio teneat. Aut pullegium & fel tauri tritum circum penam obducto, & oleo Ægyptio imbutum supponito. Aut cyclaminum tali quantitate cum æris flore. Aut anemones caput cum farina tritum, circum penam obductum, oleo albo intingito, omnia educit. Cucumeris agrestis oblongi interiorem partem detracto semine, ex lacte tritam, una cum his myrrham lince-

ram, mellis aliquantulum, & oleum Ægyptium admisceto, molli lana excipito. Aut interiorē cucumeris agrestis partem siccato, & affuso melle terito, glandem conficito. Cum autem lauerit adipem subdat, aut elaterij portiones tres ex aqua. Emollientia. Oui candidum, farinam, mel, ceram albam, hæc simul calefacito, & quod distillat vellere exceptū subdito. Aut adipem anserinum, ceram albam, resinam, vnguentum rosaceum, cerui medullam liquato, aut ouis aut capræ adipem, oui candidum, vnguentum rosaceum, aut in glandem formato, aut lana excipito. Potus ex quibus vteri purgantur, si duri fuerint. Vinum quā suauissimum ad tres semicongios Atticos pari aqua temperare oportet, forniculi radices & seminis quadrantem, rosacei olei heminam dimidiam in olla ponere, cuius operculum foramen habeat, & vinum affundere. & calamo imposito fouere, posteaq; scillā in subditio apponere. Si dolores repentinē vehementer irruant, & animi deliquia adsint. Rosarum folia, cinnamomum, myrrham puram, netopum, papaueris faccum, ex his pastillos dyachmæ pondere formatos, amphoræ, frusto candenti imposito, aut ad suffitum vitor. Aut thyracis paululum in oleum iniicito, velut in priore vitor. Quæ in vnguenta iniiciuntur omnia tendenda & cribranda, styrax autem in stercus bubulum immitenda, & netopo illinendum. Oleum rosaceum quā optimum, & Ægyptium album affundendum, ex eo post purgationes suffitum parato. Aut lauri, myrti folia, & cyperi fructum tundito, cum vnguento Ægyptio albo & netopo permisceto, in stercore bubulo ad suffitum adhibeto. Confert autem & thuris pollen cupressi ramenta, & cyperi radix rufa: luncum etiam odoratum aromaticum, cardamum & irim cribrato, his omnib. affuso oleo rosaceo & netopo permixtis, ex triticea farina crassius molita vitor. Aut resinam ex recenter compacto fictili suffito, castorio aut aliquo ex aromaticis iniecto. Caput autem oleo rosaceo perfundito, & in aures oleum myrtium aut melinum immitito. Aut cicer rubrum & vuas passas decoctas potui exhibeto, & in aqua calida desideat. Ecoliuas albas prius quā oleum dimittant concidito & siccato, ex vino odorato terito, & acetabulum Atticum exhibeto. Aut cantharidum ventres, aut ad-

antam,

antrum, & nitrum rubrum Ægyptium, ferulæ radicem, & apij semen leuiter contusum, hæc exhibeto. Si verò stranguria inquadat, in aqua desideat, & vinum dulce bibat, si maximè stranguletur ex vterorum dolore. Vinum etiam quàm suauissimum, æquali aqua temperatum, ad tres semicongios Atticos, radicem fœniculi & seminis trientem, & olei rosacei heminam dimidiam. Hæc in ollam magnam novam coniecta, vino affuso ad fœtum adhibeto, & scillam in subditio apponito, dum os molle & amplum esse fateatur. Quod si exulceretur, & pustulæ in ipso vndique innascantur, præstat ex adipe anserino cum thure curationem adhibere. Ad vterorum dolorem. Peucedanum, aristolochiam, panaces, hæc simul ex vino dulci mixta & calefacta propinato, & sorbitione papauer album & vrticæ semen accipiat. Alius suffitus. Si dolor detineat, suffitu adhibeto mali punici dulcis corticem, loti ramenta, oleæ folia sicca contusa, hæc oleo permiscere oportet, & in stercus bubulum ignitum iniicere. Aut galbanum, myrrham, thus, oleum album Ægyptium in vitis sarmenta. Alius ex bitumine vehementior. Bitumen, Xanthij radicem, leporis pilos aut rutam, coriandrum siccum, hæc omnia trita, & in pastillos formata, suffitu admoueto. Aut ad picem, sandaracham leuiter tussam, & cupressi ramenta permiscero, affusoq; vnguento pastillos conficito, in ignem coniectos ad suffitum adhibeto. Aut cornu caprini scobem oleo agitatum ex igne suffito. Aut in effossam scrobem torrefactorum vinaceorum cinere iniecto, & vino odorato madefacto, circumassidenti mulieri suffitum excitato. Sint autem vinaceorum partes duæ, ipsæque quàm maximè siccæ. Si vterus ad vesicam vsque doleat, porri semen ex aqua tritum bibendum, aut cyclamini radix ex vino albo ieiunæ propinanda & calida lauet, & à balneo ieiuna bibat, & tepefactoria adhibeto. Aut allij caput vnicum, nitrum torrefactum, cuminum, hæc lauiata melle subacta in subditio apponito. Calida lauet, & calidam bibat. Hoc omnem vteri morbum curat. Linū scissum cum ipso culmo, ad pugillū vnum tenuiter tulum, vino albo quàm suauissimo per noctē macerato, deinde percolato, & tepefacto lanam mollissimam imbuito, & partim subdito, partim extrahito. Confert etiam cro-

cum ac myrrham, & nuces ponticas pura & alba lana exceptas, ex anserino adipe & vnguento irino in subditiis apponere. Si vehemens dolor per subditiis purgatam detineat, myrrhæ acetabulum, thuris tantundem, melanthium, cyperum, seseli, anisum, linum, netopum, mel, resinam, anserinum adipem, acetum album, vnguentum Ægyptium, singula pari portione ex vino albo dulci, ad duas heminas terito, tepidis infusis colluito. Si vehemens dolor detineat, cantharides, cyperus, calamus, iuncus odoratus & iris, his ex vino nigro decoctis utere. Collutio alia si vehemens dolor & stranguria detinet. Porri succum, sambuci fructum, seseli, anisum, thus, myrrham, in vinum infundito, & misceto ac colluito. Aut myrrhæ acetabulum, thuris æqualem portionem, melanthij, cyperi tantundem, seseli, anisum, apij semen, netopum, mel, resinam, anseris adipem, acetum album, vnguentum Ægyptium, horum singulorum partes portiones vino albo dulci diluito, & ad collutionem adhibeto. Aut mercurialis decoctum cum myrrha, thure & netopo. Aut saluiam, hypericum in aqua decoquito, ea colluito. Aut lini semen, anisum, melanthium, seseli, myrrham, cassiæ fructum in vino coquito & infundito. Alia collutio, si dolor post purgationem vehemens fuerit. Sambuci fructum & lauri baccas ex vino nigro coquito & colluito. Aut sambuco in aqua cocta, aqua effusa & vino dulci affuso colluito. Quod si post collutionem innascatur dolor, aromata quæ in vnguentum immittuntur decoquito, & ad decoctum effusi duas heminas adipem anserinum & oleum rosaceum ammisceto, coque tepido colluito. Infusum autem in nemine (quod semel dictum sit) duarum heminarum modum excedat. Aut mercurialem in aqua decoquito, & myrti succum ammisceto, aut thus & netopum æquali portione, & tepido colluito. At si vterus doleat, cyclamini radicem ex vino albo ieiunæ propinato, & calida lauet, & à balneo bibat. Si pudenda vlcere feruido laborarint. Myrti baccis cum vino decoctis, calido colluendum, & melilotus apponenda, & pæoniam tritam ex vino coctam supponat. Et myrrham ac resinam simul mixtam, vino subactam, ex linco imbuto subdito. Et si stranguria prehenderit, pubes fouenda & illinenda. Desiderandum autem in rosarum decocto, aut rubi,

aut

aut myrti, aut oleæ, vel capreolorum vitis, vel iuniperi bac-
cis, vel saluæ. At si ventus in vtero innascatur, & continuus
dolor suboriat, neque flatu exeat, cuminum supponat.
Saluam, cyperum tulum, per totam noctem maceratum,
mane percolatum, eo quod lucidum est in vas effuso, triti-
ceam farinam crassius molitam vino albo subigito, & lase-
ris succi cyathum, simul mixta decoquito. & subcrudū for-
bendum dato. Si columella in pudendis suborta sit, dolor
detinet, dolori medetur apij semen, hedera, aut mali punici
dulcis triti ex vino veteri decoctum, cum recetis carnis fru-
stulo foliis obducto in subditio supposito. Quæ per totam
noctē subdita habeat, deinde vbi detraxerit, vino colluatur.

Hippocratis de his quæ vterum non ge-
runt liber.

AC de his quæ mulieribus in singulis affectionibus cō-
tingunt, antè quidem dictum est, nunc autem quas
ob causas mulieres prorsus sint steriles, aut quamobrem
nisi curentur parere nequeant, mihi aperiendum. Hanc au-
tem istius rei causam esse assero. Si vterorum os à pudendo
penitus auersum fuerit, non concipiunt. Neque enim vteri
genituram excipiunt, sed confestim foras prodit. Quod et-
iam contingit si os vterorum præter naturam paulum per-
uersum sit. Quòd si prorsus connueat vterorum os, neque
sic vteri genituram excipiunt vt neque si plus quàm conue-
niat recenter connueat. Quæ commemorata singula pa-
tent. Etenim si prorsus auersum aut connuens fuerit, men-
ses, nullo modo, vel non nisi violenter & cum morbo pro-
deunt, si coactus fuerit vterus à sanguine pro more con-
ueri. Ac etiam si mulier repurgata fuerit, interdum & vte-
rorum os à pudendo auertitur. Quòd si paulum declinet,
aut de repente connueat, menses quidem prodeunt, sed
cum vi, & paulatim per multos dies. Quæ omnia ira se ha-
bere contrectanti mulieri manifesta sunt, & si quid ex his
contigerit, cura adhibita mulier fecunda redditur, idque
etiam quandoque sponte. Quæ singula cur contingant, in
morbis muliebribus dictum est. Si vteri lubrici fuerint (id
autem quibusdam naturā contingit, & si innata vlcera ma-
gnas cicatrices intus reliquerint) mulier vtero non cōcipit.

Bbb

Genituram enim vteri quidem excipiunt, nisi alia quædam causa subsit, non tamen concipiunt, sed semen foras elabunt. Hoc autem contrectanti manifestum est, & ei quæ rogatur num aliquando in vteris ei vlcera innata fuerint. Menfes verò hoc in morbo non aliter quidem ac sanis prodeunt, sed vt plurimum eiusmodi mulier incurabilis existit, eaque causa est cur vtero non concipiat. Si vlcus ex aliqua harum commemoratarum affectionum in vteris obortum fuerit, neque breui sanescat, sed sordidum extiterit (longo enim tempore vlcus permanet, velut quod in aure existit, & prauè olet mulier, ei que interdum ex pudeodis fanies graueolens effluit, neque quamdiu vlcus detinuerit vtero concipit, quod vteri genituram non retineant) huiusmodi menfes non secus ac sanis prodeunt. Ex contactu autem & interrogatione maximè de prædictis constat. Cura tamen adhibita, etsi parua spes est, fecunda tamen euadit. Si verò ex mensibus aliquid in vteris relictum ruptionem fecerit, quod circa os aut paulò interius calefactum fuerit, rursusque perfrixerit, neque sic vtero concipit. Hoc enim incumbens impedit ne genitura quo opus est perueniat. Quod si per incicia quidem curetur, conualescit & fecunda redditur. Si verò tempus accesserit, infecunda manet. Ex contactu autem potissimum affectio patet. Durum enim quiddam innascitur. Et si plus æquo vteri dehiscant, neque sic concipit. Neque enim semen vteri retinent. Sed & hoc quoque ad contactum manifestum fiet, menfesque conferti & paucis diebus prodeunt. Hæc affectio verò & naturæ & ex relictis morbis cõtingit, & si quidem à natura fuerit, incurabilis est morbus; sin minus, menfes minimè sani prodeunt, cum nimirum mulier sana non sit, neque sic concipit. Neque enim sanguine morbofo concrefcit, verum sanguis morbofus ex corpore delatus, genituram ferolam reddit, quæ ferola reddita, tempore modico, vel multo, vnà cum sanie foras egreditur. Id autem ex mulieris corpore & mensibus patet. Menfes enim ei quales dicti sunt ferentur, siue bile, siue pituita, siue aqueo humore abundarit. Breui autem cura adhibita fecunditari restituitur, alioqui minimè. Si verò mulieri menfes penitus non prodeant, aut propter ea omnia quæ commemorata sunt, ne sic quidem cõcipit. Neque enim ve-

az sanguine refertæ genituram excipiunt, & in vteris ali-
 quid inueterati sanguinis inesse necesse est, quod genituræ
 nutriti prohibet. Quod si pauciores quàm conueniat men-
 ses prodeunt, neque sic concipit, propter causas in priore
 morbo commemoratas, quod & ex percontatione patet.
 Et si quidem natura pauci menses prodeant, incurabilis
 existit. Si verò ex aliqua commemoratarum affectionum,
 cura adhibita breui fecunda erit. Et si plures quàm conue-
 niat mulieri menses prodeant, neq; sic vtero concipiet. Ne-
 que enim vteri euacuato sanguine, propter imbecillitatem
 genituram apprehendunt, quod si sanè etiam apprehendat,
 copiosus sanguis ad mulieris vterum de repete delatus, ge-
 nituram suffocat. Id autem etiam ex mensibus qui copiosi
 prodibunt manifestum est. Et si quidem natura copiosos
 menses mulier demittit, infœcunda redditur. At si non na-
 tura, sed ab aliqua ex cõmemoratis affectionibus, cura ad-
 hibita breui fecunda erit. Et si vterorum os extra puden-
 dum exciderit, neque sic vtero concipit. Os enim durum ef-
 ficitur, neque genituram excipit, & intumescit, ideoque in-
 fœcunda prorsus redditur. Quam ob causam autem hæc af-
 fectio contingat, manifestum est. Et si menses minimè vt
 conuenit prodeant, sed deorsum ad sedem cum impetu fe-
 rantur, neque sic vtero concipit. Os enim vterorum à pu-
 dendo auersum esse, aut conuiuere patet. Quod si vtero in
 sedem obuerso, aut coniuente, cura adhibita fuerit, fecun-
 da redditur. Vtrumq; verò ex percontatione & responsione
 manifestum sit. Si enim menses semper sic fuerint, his mor-
 bum in causa esse manifestum est. Atque istæ eiusmodique
 causæ in mulieribus sunt, ob quas nisi curentur, non parit,
 & ex quibus profus in fecundæ redduntur, vt proinde mi-
 rari mulieres minimè oporteat, si quædam non tamen sæ-
 pè pariant. Tentamenta quibus exploratur in muliere cõ-
 ceptus. Si nosse velis an mulier conceptui sit idonea, butyrû
 & lac mulieris puerum lactantis potui exhibeto, & si e-
 ctauerit concipiet, sin minùs, minimè. Neropum modicum
 lana conuolutum subter apponito, deinde mane spectato
 num eius quod appositum fuit odor ad os peruenerit, quod
 si sic, concipiet; sin minùs, non. Aliud ad idem. Si cui mu-
 lieri ex substitutis nō admodum vehementibus dolores ad

articulos peruenierint, & dentium stridor, tenebricosa vertigo, & oscitatio detinuerit, huic concipiendi maior spes adest, quam cui nihil horum contingit. Aliud. Allium caput vnicum habens, capite depurgato & derafo in vterum subdito, & postridie spectato num odor ad os perueniat, quod si sic, concipiet; sin minus, minimè. Si mulier nosse velit an conceptura sit, anisum ex aqua quam tenuissimè tritum bibat, & dormiat, quod si quidem pruritus circa umbilicum eam corripiat, concipiet; sin minus, minimè. Prægratem mulierè, si non aliter, ex hoc tamen cognosces, quod oculi contracti, & magis caui videntur, neque eorum candidum nativum habet albedinem, verum liuidius cernitur. Quæ vtero gerunt, in facie maculam habent, quam *ἰφθίμω* vocant, ubique concipere cœperint, vinum odio habent, & cibos auersantur, oris ventriculi morfu torquentur, & os frequenti saluatione redundat. Minium & anisum tenuissimè tritum, deinde aqua dilutum exhibeto, & dormire finito, & si ei tormina circa umbilicum suboriantur, prægrans est, alioqui, minimè: post hæc autem omnia, farinam, mel, & origanum ex vino & oleo bibat. Quæ vtero gerentes maculam in facie veluti ex Solis adustione (*ἰφθίμω* vocant) habent, eæ fœmellam gestant: quæ verò bene coloratæ permanent, marem plerunque. Si papillæ sursum conuersæ fuerint, marem gestat, si deorsum, fœminam. Sumtamlactis portionem cum farina subigito, & in pastillum formato, & leui igne torrefacito, & si quidem exuratur, marem gestat, si verò diffundatur, fœmellam. Hoc idem ipsum super folia emulctum inspicio, & si quidem cogatur, masculum gestat, si verò diffundatur, fœmellam. Curationes quæ conceptum explorant in ea quæ liberorum procreatione indiget, & liberis caret, & quæ iam antea prægrans effecta, nunc verò non parit. Vbi vteri stomachus totus, aut extrema sui parte durus, aut conuiuens & non rectus fuerit, sed in alteram coxendicem conuersus, aut in rectum intestinū procubuerit, aut sese contraxerit, aut stomachi labrum infereductum fuerit. Quacunque igitur ex occasione asper & callosus euadit. At ex conclusionē & callo durus fit. His menses minimè, aut longè pauciores, aut quam conueniat deteriores, & per longius tempus apparent. Et menses quidem
pro

pro corporis & vterorum valetudine exitum habent, & pro
 connato & iusto eorum caloris & humiditatis modo, & sto-
 macho non admodum offenso. Rursus autem geniturâ ob
 lationem non recipit, quæcunq; tandem stomachum ma-
 le affectum ne recipiat impedit. Huic post forum vniuerso
 corpori adhibitum, medicamentum purgans bibendū ex-
 hibere oportet, facta primum corporis purgatione, siue
 sursum & deorsum, siue deorsum solum. Et si quidem sursum
 purgans medicamentum exhibeas, ante purgationem fo-
 mentum non admouendum, sed postea. At fomento adhi-
 bito, deinde medicamentum deorsum purgans exhibendū.
 Quod si sursum purgante medicamento minimè opus esse
 videatur, fomento ante admoto per inferiora purgans bi-
 bendum exhibeto. Vbi autem corpus bene habere visum
 fuerit, postea crebrò in eo foru quicunq; tandem conduce-
 re videbitur insidendo, vteris ipsis fomentum admoueto. In
 foris autem cupressi ramenta, & lauri folia tusa immittito,
 & copiosa calida frequenter lauato. Recenter lotæ & foræ
 os vteri specillo stanno aut plumbeo diducito, simulq; si o-
 pus fuerit dirigit, initio à tenui ducto, deinde crassiore si
 admiserit admoto, quoad probè habere videatur. Specillum
 autem emolliente quodcunque conducere videbitur dis-
 soluto & liquido reddito intingito. Specilla lata posteriore
 parte conficito, deinde paruulis lignis oblōgis accommo-
 datis vtor. Hoc verò tempore tam pinguis simam in te-
 nuia frustula dissectam, ex vino albo dulci quàm suauissi-
 mo decoctam bibat, & apij cuminiq; Æthiopici semen cō-
 tusum, & thus probatissimum. Ex hoc moderata quantitate
 bibat diebus quibus melius habere videbitur, & catulinas
 carnes pingues percoctas edat, & polypum ex vino dulci-
 simo coctam, iusculum bibat, brassicam quoq; coctam, vi-
 numq; album superbibat, cœna abstineat, & bis die lauet.
 Per hoc tempus cibis abstineat, postea si per stomachū pro-
 cesserit, & quandam foras purgationem ostenderit, vno aut
 altero die potionem aliquam bibat, à specillorum vsu desi-
 stito, & vteros subditiciis & medicamentis purgare tenta-
 to. Cui verò cū stomachus rectus sit mollis, & sanus, be-
 neque habeat, & conuenienti loco, situs sit, menses nullo
 modo, aut pauciores, & longiore tempore apparent, mi-

nimeque sani, ubi perscrutatus fueris quonam morbo vteri laborant, & num corpus aliquid conferat, & inuenta causa ex qua non concipit, cum sic quidem habuerit, convenientem curationem adhibeto, si eam recipiat, initio à validioribus prout opportunum videbitur ducto, & in leuiora desinens, quoad vterus bene à purgatione habere & stomachus rectè constitutus, & idoneo loco situs esse videatur. Quòd si à medicamento & potione non processerit, neque si moderato tempore biberit, hac potione superfeedat. Vbi verò ex specillorum usu bene habuerit, os stomachi emollito, & ut dehiscat, viamque subditio præbeat, per medicamenta, tum ad suffitum, tum ad emollicendum accommodata effcito. Cum autem ex emollicione & suffitu bene habere videbitur, per subditia medicamenta vteri purgationem quoad bene habere videatur effcito, progressu à leuibus ad vehementiora facto, resus autem in leuia odorata desinens. Medicamenta enim valentia ferè stomachum exulcerant, & quominus recto loco consistat, & ad genituram suscipiendam bene habeat impediunt, vterumque siccum reddunt. Si verò mulieri vteri ad conceptum ex pinguedine offensi esse videantur, eam quam maximè extenuato, & præter alia gracilem reddito. Verum autem tempus ad conceptum præstantissimum. Vir verò minimè inebrietur, neque vinum album, sed valentissimum & meracius bibat, cibos edat valentissimos, neque calida lauet, viribus valeat, & sanus sit, & cibis ad hanc rem minimè conducentibus abstineat. At cui mulier expurgata videbitur, & vteri stomachus bene habere, caput lauet & defricet, & nullo prorsus illinatur, deinde linteo inodoro loto capillis circumposito, reticulo nihil olente o o deliget, primum subdito linteo, postea galbano ad ignem aut solem calefacto, & probè emollito, ad stomachum in subditio appposito quiescat. Deinde matutino tempore soluto reticulo & linteo, caput olfaciendum alicui præbeat, & si probè purgata fuerit, olet, aliò qui non olet. Hæc autem ieiunaficiat. Quòd si ei quæ non parit subdideris, nunquam neque purgata, neque aliter olebit, neque si prægnanti supposueris, hæc olebit. Quæ verò crebrò prægnans est & faciliè concipit, & bona valetudine fruitur, si etiam non purgata subdideris.

dideris, ei vertex olebit, nihilque aliud. Cum verò bene ha-
 bere cognoueris, ad virum adeat iubeto. Et mulier quidem
 cibis abtineat, vir autem minimè remulentus, sed frigida
 lotus, & qui paucos & conferentes cibos in conuiuio sum-
 serit. Quòd si mulier se genituram concepisſe nouerit, pri-
 mo tempore ne virum adeat, sed quiescat. Noscet autem si
 vir se emisſe dixerit, mulier verò propter siccitatem igno-
 ret. Quòd si rursus eadem die vterus genituram reddiderit,
 humidus erit, quo casu, rursus cum viro congregiatur quo-
 ad concipiat. Alia curatio. Post fomentum vniuerso corpo-
 ri adhibitum, quod sursum & deorsum purget propinato,
 deinde lacte asinino postea epoto, vteros duobus diebus
 per fistulam vrina muliebri putrida, nitro immisso foueto,
 tertio verò vrina bubula. Quarto autem & quinto die, ſce-
 niculi semen tritum, sambuci folia, laurum, & cupressi ra-
 menta, aqua affusa decoquito. Post fomentum verò vbi co-
 pioſa calida lauerit, statim à fomento adipem aromatibus
 conditum sub noctem subdere oportet. Postea hæc inter se
 mixta propinato, myrrham, stacten, butyrum, anserinum
 adipem, cerui medullam, resinam, netopum, hæc singula
 æquis portionibus commixtis liquata, ex lana Milesia, mol-
 li bene carminata in subditiōe apponitō. Postea quinque
 plumbeis penicillis ad octo digitorum longitudinem du-
 ctis, vterum dilatato. Primus tenuis esto, secundus verò craſ-
 sior, reliqui; alter altero crassior. Aperiūtur verò per quin-
 que dies, & semper vbi lora fuerit supponat, & ne decidant
 ex lumbis deliget, & penicillos semper altius intrudat, po-
 stemum verò quàm penitissimè. Vbi autem aperuerit, pur-
 gans medicamentum subito, cantharidas quinq; tritas, &
 cucurbitæ longæ interiorem partem spongiosam, & myr-
 rham. Hæc ex melle cocto subacta, & in glandulam ducta,
 lana parte summa excepta conuoluta, deinde oleo suauissi-
 mo intincta, supponito. Hoc etiam purgatorio vtendum,
 felle tauri, æris flore vſto, nitro & myrrha. Hæc modico
 melle diluta, ex tenui linteo deligata, & linteo superna par-
 te medicamēto obducto, supponito. Vtendum etiā buprestii
 cum myrrha, & elaterio cum melle cocto, & cantharidibus,
 cum elaterio & myrrha. Postquam purgata fuerit, postridie
 cum lauerit, vterum colluito. Cuminum Æthiopicum tri-

rum, melanthium, resinam, oleum, mel & vinum dulce, hæc mixta & tepescata collutione adhibeto. Vbi collucris eam, quæ exeris, obambulare iubeto, quò collutio concuniat. Crocum, myrrham, thus, singula pari portione sicca, lino linteo deligata subdito, & ammixto anserino adipe, linteum oblinito, hoc per dies septem supponito, octavo verò suffitum adhibeto ex myrrha, bitumine & hordeo, oleo odorato subactis, & in lenem ignem coniectis, persistulam suffito. At postquam suffitum adhibueris, postero die castoris testem ex vino albo affuso tritum, lana obuolutum, & per specillum obductum, sub noctem supponito. Quem cum mane subtraxerit & emollita fuerit, ad virum accedat, & vbi condormierit quiescat, siq; primo non conceperit, rursus eodem subdito, virum adeat. At euntibus mensibus curationem per medicamenta auspicari oportet, desinentibus verò, supposito ad conceptum faciente medicamento, viro condormiendum. Ante hoc tempus, neque mulier ad virum, neque vir ad mulierem accedat. Cum autem mulier antea concipere solita, non concipit, viri genituram in sese recipientibus vteris hanc mulierem prorsus sero diluere necesse est. Interdum siquidem pus intra vteros gignitur, quod ex tuberculis in vtero subortis contingit. Eam sanè ob causam viri genitura in congressu vterum non attingit, quò coalescere possit. Pus enim vt ne adhærescat eam retundit, cum pus genituram extinguat & corrumpat. Pus igitur ex vteris expurgare conuenit, & vteri tuberculum componere, vt ne in posterum genituram concresecere aut admoeri prohibeat. Celeriter igitur prius quam pus in vteris in totum indurescat expurgare oportet. Vteri verò ad hunc modum colluendi. Lac equinum percoctum per tenuissimum & purissimum lineum excussorium transmissum infundito, idoneo ad infundendum instrumento confecto. Clysteris quidem summa pars levis esto, velut specilli argentea, supra quam interiecto paruo spatium foramen perforetur. Sin autem & alia foramina hinc & inde singula æqualiter inter se distantia, ex obliqua clysteris parte æqualia singula, non magna, sed angusta. Clysteris quidem summus apex solidus esto, ac reliquum totum cauum velut fistula, cui suis scemina: vesica aqua calida

probat

probre mollita & madefacta alliganda. Vbi eam alligaris, infuso in vesicam lacte, in foramina tenue linteum immit-
tito, ne lac effluat. Postquam clauseris vesicam, alligatam
mulieri ipsi quam lauaturus es exhibeto. Illa verò detracto
obturamento, in vterum indat. Noscet autem ipsa vbi inde
re oporteat. Deinde vesicam manu comprimito, quoad pus
foras effluerit. Quod manifestum fiet, vbi pus non am-
plius cum lacte exierit. Tunc enim cum nullum amplius in-
est, desistere oportere manifestum est. Vbi igitur paulum
recreata fuerit, cucurbitæ modico tempore reficcatæ fun-
dum perforato, & verticis summum vt sit perforatum, quod
reliquum est simile clysteri, summo excepto, effcito, eo-
demque modo vtror. Sit autem crassitudine paulò minori
quàm viri genitale. Hoc in vas imposito, quod vine odoris
suauissimi & fragrantissimi, siccissimo & vetustissimo im-
pleatur. Deinde lapidem nigrum candentem in vinum mit-
tito. Postea cucurbita ex ære albo parata circumposita, mu-
lier circum cucurbitæ glandem, pudendo qualiter oportet
composito, infideat, ita vt cucurbitam æream & externam
duobus digitis superemineat. Vbi mulier genituram exci-
pere non potest, membranam vterorum osculo adnatam
esse omninò necesse est. Aeris florem, fel tauri, & serpentis
adipem, hæc omnia simul commiscere oportet, deinde me-
dicamento lana excepto, & linteo byssino inuoluta, linteo
melle subdito, glandem subditiciam oliuæ maximæ crassi-
tudine conficito, mox per totam noctem in pudendum sub-
dito. Supina autem iaceat, & per diem auferat, & quàm plu-
rimo myrti decocto calido lauet. Deinde quotidie per sin-
gulas noctes supponat, posteaque cum viro congregiatur.
Curatio alia. Foliorum marrubii plenæ manus mensuram,
in vas Atticum immitto, aquæ potabilis heminis quatuor
Atticis affusis. Ex eo nouem diebus macerato, per alios no-
uem dies, ieiuna & lota singulis diebus duos cyathos bibat,
passi albi æquali portione admixta. Tribus elapsis diebus,
immissis in ignem cicutæ foliis, per nouem dies suffiatur, &
post suffitum lauet, atque sic rursus ex eo bibat. Post suffitum
tribus diebus adhibitum, marrubium ipsum tenuiter tri-
tum quotidie tribus diebus subdat, & mercurialem lauit
ex melle Attico tritam, bis die. Præmacerentur autem in

congio facis vini albi hippomarathri & sceniculi radix, tædæ quàm pinguiſſimæ ramî, rubiæ quadrans, sceniculi ſemen, & verbenæ radices multæ, eaq; non minùs quàm novem diebus maccarentur. Poſt hæc autem capite loto, menî macerati heminam per diem in balneo bibat, poſtea; reclinata ſeiſpſam calefaciat. Indeque poſt potum tertio quoq; die quod ex felle componitur per diem ad ſex dies ſupponito. Cùm verò iam probè purgata ad virum accedere volet, hyoſcyami foliis & radicibus in aqua decoctis, maximè calidis tribus diebus ad noctem foueatur, & poſt balneum virum adeat. Poſt hoc fomentum etiam cerui pudendum ſiccum ſuffitu adhibeto, idque ſiccum ex vino albo aqua temperato deraſum per triduum potui exhibeto, cumque paratus dolores detinuerint, propinato: hoc etiam partum accelerat. Alia curatio. Fel tauri & alumen Melinum ſerveſcito, cerui verò cornu uſtum tenuiter terigo, his commixtu in glandulas paratis uſitor. Aliud quod curat. Cuminum et vino nigro decoctum tenuiter tritum, in glandem confectum, ad noctem ſubdito. Poſt hæc autem vini albi facem vrito, id videlicet quod in facce eſt tenuiſſimum, ubi uſeris penna aufero, deinde linteo illigatum poſt noctem ſupponito, & porrum coctum edat. Poſt hæc autem tragium tritum & melle læuiter ſubactum ſub noctem ſupponat. Deinde tragii fructum tritum, vino albo dilutum, tædæ ſcobe adiecta potui exhibeto. Poſtea origanum altero quoq; die ſuffitum admoueto, ſicque ad virum accedat. Curatio alia mulieris quæ parere nequit. Si mulierem quæ parere non poteſt, puerperam reddere voles, ex menſibus ſpectare oportet, num bilioſa, nûmve pituitoſa fuerit. Vtrum autem ex his potiùs fuerit noſces, ſi cùm menſes eunt, ſubſtrata tenui & ſicca arena in Sole ſanguinis aliquid affuderis. Et ſi quidem bilioſa fuerit, ſanguis in arena ſiccatus pallidus redditur. Si verò pituitoſa, velut mucus. Horum utrumlibet contigerit, ventrem ſiue ſurſum, ſiue deorſum tibi opus eſſe videatur, purgato. Deinde intermiſſis aliquot diebus vteros purgato. Et ſi humidius vterorum os fuerit, acria ſubdito, quò morſum & inflammationem ſentiens os vterorum durum efficiatur. Si mulier partibus internis febrem non ſentiat, neq; vterorum vitio concipere neq; cum viro congreſſi poſſit,

possit, verum & dormiat, & cibos auerferet, vinum melle mixtum in pudenda infundatur, & myrrham ad suffitum adhibeo, sed glandes subdito, vinum cum adipe auerferino mixtum, intro in pudendum infundito, deinde etiam oleo pari mellis portione admixta colluio. Si mulieri vteri graues reddatur, eorumq; os exasperetur & conuineat, neq; menses ipsi compareant, neq; concipiat, verum febris lenta inuadit, & dolores in lumbos & inum ventrem incidunt. Hic autem morbus maximè contingit, cum quid intus corruptum fuerit. Fit quoq; etiam ex partu. Hanc calida lauare & fouere oportet. Post balneum autem & forum, specillo os vterorum dilatato, & myrrham tiram cum pari portione netopi in subditio apponat, aut vnguentum, aut oleum rosaceum in linteo, & plumbū ad instar glandis acutum redditum, felle bubulo illitū supponat, & intra quatuor dies infsecundas agnosces. Fomentum etiam & medicamentum purgans exhibendum. Quod si præter naturam crassa euaserit, non concipit. Omentum enim crassum & copiosum superincumbens, os vterorum comprimit, neq; generaturam recipiunt. Huic extenuata medicamentum deorsum purgans propinare oportet, & ad vteros quod purgat & flatum inducit in subditio apponere. Si vterorū os durum reddatur, aut ceruix, id ex digiti contactu dignoscetur, & si in coxendicem obuersi vteri fuerint. Cum sic habueris, acre nihil adhibendum. Si enim os vterorum exulceratū fuerit, cum inflammatione laborarit, periculum est ne prorsus sterilis euadat. Verum ea supponenda quæ minimè mordeant, & ex quibus pituita purgetur. Cum mulieri menses contrigerint & præterierint, primum quidē caput purgare oportet, deinde bis vel semel, prout opus videbitur, veratrum exhibere, postea verò fomentum adhibere, vase ad fomentum recipiendum ex cucurbita parato. Quo sic in amplius vasis formam (ixi^{on} vocant) confecto, aqua marina infusa, & portis infectis, cucurbita fistulam imposito, & luto quàm optimo, ne quid transpiret, circumobducto. Deinde per sellam ex iunceo fune nexam quadrangularem, fistulam transmittito, vt duobus digitis sedem superet. Mox prunis accensis substratis in desidendo obseruet, necum desidat, aut cum exurgit comburatur, sed vase

quo fomentum excipitur adhuc frigidum desideat, & exurgat dum fistula refrigerit. In hoc autem fomento maximam diem partem commorandum, eiusmodiq; fomento ad diem quinq; morandum. Decem verò diebus porrorum loco alibi in salsis adhibeto, eorumq; fasciculū, contusum in aquam marinam immittito. At reliquis postea diebus, ipsa aqua marina sola foueatur, vt ne ulterius in tota curatione progrediatur. Cum verò curationem missam facere voles, hunc postremum forum adhibeto. Catulum recentissimum dissectum & exenteratum, aromatis omne genus fragrantissimis & siccissimis contusis impleto, & quam maximè refrigerato. Subditis autem lignis, catulo in vas imposito vinum odoratissimum affundito, & per fistulam fomentum adhibeto, & quantum per vires licebit, per totam diem hoc fomentum foueto, eam interrogando num aromatum odor per os spirare videatur. Non enim exiguum est ei quæ curatur ad conceptum argumentum. Subditiciis glandibus vitæ, croci quantum voles, myrrhæ duarum fabarum quantitatem, salem plurimum horum habita ratione permisceto, & sel taurinum duarum fabarum quantitate. Quod si minore vti voles, fellis minùs, si verò valentior, plus permisceto. Hæc tenuiter trita melle instillato terito, quoad quod teritur tale euadat, vt pastillum efformare possis. Quod verò plus triueris, eò siccius, glutinosius, & melius euadet. Quo crassiore quàm glans sit reddito, & summa parte arato, & medio crassiore, deinde ita ducto, in utrum subdatur, in hoc duos origani surculos læues redditos insigito, qui sex digitos longitudine æquent. Mox lana mollissima surculos conuoluito, deinde superiore parte filo tenui obducito, ita vt filū surculos ferè quatuor digitorū longitudine excedat. Vbi autem sese perfuderit, & mundam quam maximè reddiderit, hoc, subdito coxis linteis, in os vterorum subdat, & per noctem maneat. Ipsa autem purgatio aquosa erit. Postridie vbi surrexerit, lauet, neque ea die supra fomentum desideat. Vbi forū adhibito ex eo surrexerit, ceratum sic primo die quàm optimè paratum, cui potissimum cerui medullam; sin minùs, anserinum adipem ammisceto. Cumque à forū surrexerit, singulis diebus vbi se perfuderit, & mundam circa ventrem reddiderit, cerato quotidie ven-

tem illinat. Hæc quidem omnia superioribus, felle demto, commisceto, origanum autem tenuissimè tritum ad glandem permisceto, quam supponat. Aliud. Reliqua quidem eodem modo præparata, loco verò origani absinthium ammixtum, & ad eundem modum præparatum supponat. Melanthium ex tritico delectum, tenuiter tritum, probeq; melle permixtum, in pilam formatum supponat, nisi quòd febres excitat, & articulum tumefacit, ac valde mordax hoc est. Mel & veratri nigri tenues radices contusas decoquito. Hoc si copiosum fuerit veratrum vehementer mordet, & febrem excitat. Ad eundem modum melli cocto elaterii quantum potionem vna satis sit, admixtum decoquito, & glandem confectam eodem modo subdendam dato. Hoc etiam febrem excitat, & sanguinem educit, horum etiam quædam pelliculas. Aut si voles dracontium derafum (quod mite est) cum melle cocto aut crudo permisceto, & in pilam gallæ magnæ quantitate conficito. Conare autem ut te Naturalem Medicum exhibeas, ad hominis habitum & vires respiciendo. Horum enim nullus temerè & inconsideratè aliquid agit. Verum his in considerationem adhibitis, totius corporis & capitis purgationes, medicationes, vteri fetus, & substitutionum appositiones ad usum accommodato. Hæc tibi sunt velut elementa. Horum autem curatio cuiq; peculiaris est. Cumq; horum nihil fuerit, semper in fotu perseverandum. Hic enim emollit & saniosos humores educit. Vbi verò ab hac curatione cessaris, his quæ secundum naturam sunt deficientibus, sanguinem ex brachio detrahare oportet, si quidem valida fuerit, ex utroque, si verò debilior, ex altero satis est. Quanam autem victus ratione in his curationibus vtendum sit, aliàs à me declaratum est. Suffitum si adhibere voles, lolium de tritico lectum, tenuiter molitum, igne sarmentitio mollissimo excitato, deinde in catinum coniectum, in ollam dimidiati sextarii imposito, & linteis mollibus circumpositis quò molliter sedeat, eam quàm maximè diductis cruribus ollæ insidere iubeto. Hæc curatio si tibi quidem satis esse videatur, quadrimestri spatio adhibeatur. Sin minùs ad hæc attendito, ut ne quo tempore curatur ad virum accedat. Sub his curationibus i ei unæ etiam ex aqua maceratam cyathi mensura exhibeto, & si

stulam stanneam continenter habeat. Umbilicos venerit
ex aqua decoctos, sale & cumino simul incocto, tepidum
sorbendū dāo. Latī fœminas, parui verò & conclusi mares
procreare videntur. Ad conceptum summè faciens, Melap-
thium mulieri ex vino nigro acerbo exhibeto. Mulierem
iuuenculam fluor muliebris ruber infestabat, & medica-
mento sumto, capite purgato, vena sc̃cta nihil proficiebat.
Hæc autem ei causa esse videbatur ne conciperet. Ei autem
radicum aspalathi decoctum ex vino albo mane & ante co-
enam exhibebam, fluorq; cessauit, & non longè postea con-
cepit, & marem peperit. Erat autem colore candicante &
corpore bene habito. De Mola. Mola conceptus hæc causa
est. Vbi copiosi menses paucam & morbosam genituram
conceperint, neq; genuinus fœtus gignitur, venterq; non
secus ac granida plenus est, nihil verò in eo mouetur, neque
lac in mammillis innascitur, pectus tamē turgēt. Hæc bi-
ennium sæpe etiam triennium sic habet. Et si vna quidem
caro fuerit, mulier, cum superesse non possit, perit, si mul-
tæ, ei per pudendum perumpit sanguis copiosus & carno-
sus, siq; moderatè contingat, seruetur, si minùs, prosta-
tio correpta perit. Ac quidem morbus est eiusmodi. Disce-
ni autem debet ipsa mole, quodq; in ventre non mouea-
tur. Mas enim tertio, fœmina quarto mense motionem ha-
bet. Vbi igitur transacto hoc tempore non mouetur, hic
certè morbus est. Cuius rei magnum hoc est indicium, quod
in mammis lac non innascitur. Hanc ne ferè quidem cura-
to, aut certè cum prædictione. Ac primùm quidem mulie-
rem toto corpore foueto, deinde per sedem vti perpurgetur
infusum immittito. Frequenti enim collutione, concale-
facta à medicamento muliere, id quod concreuit, & fœtus es-
se putatur, forte commoueris. Quinetiam vteros, quò san-
guinem educas, eluito. Alioqui supposititiis ex buprestis ve-
lut violentissimis vtendum, & dictamus Creticus ex vino
propinandus, si minùs, castorii testis. Eiq; posteriore
parte ad lateris inanitatem cucurbitulam admovento, plu-
rimumq; detrahito. Sed & quàm maximè iuxta purgatio-
nis consideratione, ad vteros admovento. Cùm enim, vel
ex partu, vel alia ex causa non procedit, tædam pinguis-
simam tenuiter contusam ex vino albo coquito, quàm ad
rem

tam tres ferè cyathi sufficiant. Aut pæoniæ grana quatuor,
 cumini Ethiopici parum, & seseli copiosum, aut cedri bac-
 cas. Si verò suffocationes adfuerint, castorii parum. At si ex
 partu moderata purgatione contingente, venter maneat,
 aut etiam ex flatu concluso dolor excitetur, vel cum febre,
 vel citra febrem, succi scammonix potionis quintam par-
 tem, aut seseli, aut aliud quoddam ex odoratis, & rutam ex
 vino albo bibat. Quòd si bibere nolit, medicamentum ad
 sedem illinendam conficito, quale est ex felle tauri, melle
 & nitro. Si verò ex fœtus corruptione purgatio dolorem
 adferat, neque exhibitis odoratis cedat, & febris adsit, lactis
 caprini heminas duas decoquito, deinde eo refrigerato,
 quod in summo pingue concreuit detrahito, percolato a-
 quæ multæ trientem, quò dulcius euadat, admisceo. Ter
 autem ieiunæ bibendum. Quòd si dolor non sedetur, neq;
 venter subducatur, sub vesperum in calidæ solium desideat.
 Post forum surgere iussam ex vino nigro austero aqua dilu-
 to, & aquæ portioni olei dimidia parte addita, tepido col-
 luito, ex eoque dormiat. Quod vteris subditur, si os clau-
 sum aut durum fuerit. Ficum albam perpurgatam, & ni-
 trum Ægyptium purissimum tenuissimè tritum admix-
 tum, in pessum subdititium gallæ non magnæ magnitudi-
 ne effingito, quem ex lana molli vnguento irino imbuta,
 tribus vel pluribus, vt visum fuerit diebus supponat. Post
 hoc fomentum ex odoratis confert, deinde verò molli ali-
 quo subdititio opus est, quòd potissimum saniosa educat.
 Postea etiam mercuriali, si tenera fuerit, ex vnguento ro-
 saceo in linteo per diem & noctem vtendum. Ad idem. Fel
 taurinum & salem feruefacito, sulphur tenuissimè tritum
 ammisceto, in oblongam, magnitudinem spiræ in modum
 conuolutum, nudum ad dies duos & noctes, in vtros ipsos
 indito, ac rursus mercuriale in. Post hoc myrrham electam
 aspergito, rosaceo optimo admixto diluito, & vnguento iri-
 no quàm penitissimè os linito. Eiusdem morbi curatio. Iri-
 dem odoratam tusam & seorsum cribratam, cyperi parem
 modum & croci recrementum massæ manualis magnitu-
 dine, vino odorato diluito, deinde linimentum conficito. eo
 splenia palmi magnitudine illita, parua pyxide reposita ne
 transpiret, subdat. Si verò exulcerati vteri, aut os exasperatū,

aut ex subditio aliquo commorsi fuerint, lanam adipellito, rosaceo & pauca cera inungito. Cum prægnans fetum menstruum corrumpit, neque ad extremum perferre potest, & præter naturam extenuata redditur, huic vteros purgare oportet, eamque medicamentis curare & crassam reddere. Neque enim ad extremum perducere poteris, quoad vires receperit, & vteri validiores fuerint. Si vero prægnans quidem fuerit, sed fœtus bimestres eodem exacte tempore corrumpat, neque ante, neque postea, idque ei bis vel ter eodem modo contingat. Aut etiam si longioris temporis fœtum eodem modo corrumpat, huic vteri, cum fœtus in eis augetur, & bimestre aut trimestre spatium excedit, in maiorem molem non crescunt. Sed hic quidem augetur, vteri verò nihil increfcunt, eamque sanè ob causam multæ eodem tempore fœtum corrumpunt. Huic vterum colluere, aut per subdititia potissimum, aut per hæc medicamenta inflare oportet. Colocynthis medullam interiorum contusam & cribratam, & laseris modicum, cum paulo ampliore melle, & magis cocto admisceto. Hoc eadem crassitudine reddito quam stomachus ad vteri os admittere queat, specillum obductum penitus donec ad internum vterum penetrarit protrudito. Medicamento colliquato, specillum educito, rursus elaterium sic paratum, & ex colocynthis sylvestri confectum medicamentum, velut prius subdito. Eo verò tempore allium quam plurimum comedat, & laseris caulem, reliquaque victus ratione vtatur, quæ statum maximè in vtero excitare possit. Tertio autem quoque die, quoad bene habere videatur subdititium apponat. Interdum etiam ex maiore interuallo, ad summum verò vii lubens admiserit. At intermediis diebus mollibus vtatur. Cum verò per emollientia os vteri suæ integritati restitutum fuerit, mensesque comparuerint, pauca interposita mora, ubi iam sicca fuerit, cum viro congregiatur. In vtero autem cum flatum excitare voles, allii caput vnicum, & laseris succum ad subdititia ammisceto. Ac si quæ concepit ad decem menses perdurare nequeat, sed fœtum corrumpat, idque ei plerumque accidit, huic ex vtero aquas purgato, eique medicamenta quibus aqua purgetur exhibeto. At si quæ genitricem continet non concipiat, quod plurimis contingit vteri stomacho

Stomacho præter naturam dehiscente, menses copiosiores
 & humidiores quàm conueniat defluunt, vt proinde quod à
 muliere prodit adliberorum procreationem non conferat,
 sed aduenientem viri genituram corrumpat. Hæc autem
 rum corpore, tum vtero malè affecto eueniunt. Verùm huic
 deorsum medicamenta purgantia per interualla exhibere,
 & totum corpus vterosque aceto & aqua marina fouere o-
 portet, specillis ignitis immisissis. In fomentum autem ini-
 cienda cupressi ramenta, & lauri viridis folia contusa, ipsaq;
 polycnemi folia. Adhibendum autem fomentum quo tem-
 pore opportunum esse videatur, post quod lauet. Et aceto
 loti scobem incoquito, & rosaceum, & ipsa polycnemi folia.
 Ad extremum autem suffitum ex verbalci foliis contusis, &
 loti scobe admoueto. Antea verò priùs quam lauet suffitum
 ex myrrha & thure adhibendus, tritis vtriusq; æquis parti-
 bus, & myrti ac lauri foliis. His commixtis & in leuem
 ignem coniectis, suffitum à recenti fomento bis die adhi-
 beto, fomentum autem recenter lotæ admoueto, & post
 suffitum lauet, stomachumq; pristinae suæ naturæ restitui-
 to. Quod si vires sufficere videantur, ante hæc omnia venam
 in brachio sinistro pertundito, reliquaque eodem modo fa-
 cito. Si verò stomachus ita habeat, menses autem minimè,
 aut vitiosè aut parcius decurrant, hunc cum reliquis omni-
 bus ad ampliorem purgationem conuertito, sicq; curatio-
 nem adhibeto, & subditicia, si opus sit, apponito, ex his quæ
 antea dicta sunt, lauando, suffitum adhibendo & siccando.
 At si mulier inuita aborsionem faciat, neque fœtum eiicere
 cupiat, triticum tostum & molitum, vnam passam albam
 contusam, hæc aqua mulsæ dulci diluta, pauco oleo affuso,
 ieiunæ potui exhibeto. Postea verò raphani semen tritum
 acutum, & adipem anserinum, hæc mixta comedat, & lauri
 folia trita in subdititio apponat. Deinde origanum, & pule-
 gium, & polentam ex aqua bibat, lauri foliis contusis & te-
 nuiter tritis, gummi ammixto inspersis, hæc aqua diluta
 potui exhibeto. Ovis pingue & anserinum adipem, & mel,
 hæc simul mixta & trita delingenda exhibeto. Staphilinum
 leuissimè tritum, & quod in lacte subsidet simul mixtum,
 anserinumq; adipem liquatum, hæc decocta sorbenda da-
 to. Origani folia viridia, si habeas, sio minùs sicca læuissimè

trita, ex aqua dissoluta potui exhibeto. Lauri fructum læuissimè tritum, & suis fœminæ adipem cum melle liquatum, hæc omnia simul mixta & trita, delingenda præbeto. Staphilinum læuissimè tritum, ex vino aqua temperato dilutum bibendum dato. Si vteri genituram non retineat, plumbum & lapidem qui ferrum attrahit, his tenuiter tritum, in linteo ligatis, muliebri lacte intinctis, in subdicio vtor. Aeris florem tritum, melle subactum, hoc etiam subdito. Cum vteri viri genituram tertio die reiectarint, mulieris vteros, vbi hæc contingunt, callosa duritie repletos esse omnino necesse est, neque viri genitura in vteris manere potest, sed excluditur, hasq; ob causas quoad callosa durities in vteris insit, concipere nequit. Quæ sic educitur. Pennas minutissimas & mollissimas sumito, his simul colligatis viros, velut oculos illinunt, inungito. Pennis exaquantis & extrema parte filo tenuissimo inter se colligatis, deinde copioso rosaceo inunctis, supinæ mulieri reclinatæ, ad medios lumbos puluino substrato, specillum submitto, mulieris cruribus distentis, & huc & illuc diductis, specillum sursum ac deorsum, donec callus promineat obuertito. Quem cum in vteri ore conspexeris, siquidem ad coxendicem non adhærescat, sed vltro sequatur, id omnium optimum. Quod si in vteri ore in hærescat, vossella tenuissima apprehensum, ut leniter & citra vim extrahas prospicito, & post hæc cum viro dormiat. Si prægnanti menses appareant, sterco alinum siccum, minium, sepiæ testam, tenuiter trita, in linteo ligata supponito. Pæoniæ semina nigra trita ex vino aqua temperato propinato. At si post viri congressum imus venter doleat, sanguisq; recens appareat, linum tusum, muscum tenerum, & anserinum adipem, hæc ex vino albo aquoso diluta potui exhibeto. Si vteri extra naturam processerint, calor igneus præcipuè quidem pudenda & sedem detinet, vrinæq; paulatim stridet & mordet. Hæc ei contingunt si recent à partu cum viro dormiat. Cum sic habuerit, myrti baccis & loti rametis ex aqua decoctis, eam sereno celo per noctem expositam, quàm frigidissimam in pudenda profundaq; læuiter trita apponat. Deinde lentium decocto epoto, melle & aceto admixto, vomat quoad vteri reuulsi fuerint, & lecto à pedibus excitato iaceat. Pudendis suffitum ex graueolentibus

lentibus adhibeto, naribus verò ex odoratis. Cibus maximè mollioribus & frigidis vtatur, & vinum aquosum album bibat, neq; lauet, neque cum viro dormiat. At si prorsus extra pudenda exciderint, velut scrotum propendent, & dolor inuadit. Hoc autem contingit si recenter à partu adeò laborarit vt vteros quatiat, & puerperii purgamentis euntibus cum viro dormierit. Cùm sic habuerit, quæ refrigerant pudendis apponito, & quæ foris sunt vino nigro in quo mali punici putamen decoctum sit repurgata, sicq; eluta intro retrudito. Deinde mel & resinam æquis vtraq; partibus eliquata, in pudenda infundito, & supina cruribus rursus reductis iaceat, postea admotam spongiâ ex lumbis deligato. Quantum sic habuerit, cibus abstinendum, potu verò quàm minimo quoad dies septem præterierint vtendum. Quod si hac curatione intro eant, satis est. Sin minus extremos vteros deradito, & pini decocto eluito. Deinde pedibus ad scalam religatis, iuxta caput concurito, manuq; intro propulsato. Postea alternatis cruribus religatam, quiescere per diem & noctem finito, & paucum prisanæ succum exhibeto, frigidi autem nihil. Postero die in coxam reclinatæ cucurbitulam maximam admoueto, & diutius trahito, cumq; detraxeris reclinatam iacere finito, nihilq; aliud quàm prisanæ succum exhibeto, quoad dies septem præterierint. Cibus autè quàm mollioribus & paucissimis vtatur. Quod si aluum exonerare volet, decumbens id faciat, quoad dies quatuordecim elapsi sint, deinde surgat, & quàm minimum obambulet, neq; lauet, cibus paucis vtatur, pudendis suffitum ex graueolentibus adhibeat, cumq; circumferri poterit, femorale gesser.

Hippocratis de videndi acie liber:

Oculorum acies corrumpuntur, quæ spontè quidem & de repente cæruleæ existunt, quod cùm euenerit, eiusmodi non curantur. Quæ verò aquæ marinæ speciem referunt, sensum longo tempore corrumpuntur, sæpeq; alter oculus longo post intervallo corruptus est. In hoc autem caput purgare & venas inurere oportet, ac si quis per initia ex his curetur, vitium sistitur, neque in deterius procedit.

Quæ verò colore inter cœruleum & aquam marinam ambigunt, si puero quidem contingant, vbi ætate processerit, sedantur. At si septennium egresso fiant, melius cernit, magna autem admodum & lucida, & e minus, videt quidem, sed non apertè, & quodcunque valdè oculo admouerit, id etiam videt, aliud autem nihil. Huic autem capitis purgatio & vstio conducit, at his sanguinem mittere minimè conducit, neque in ea quæ colorem cœruleum, neque in ea quæ aquæ marinæ colorem refert. Et oculorum visum, cum videndi acies sana fuerit, in iuuenibus, siue scemelle siue mares fuerint, quandiu adhuc corpus increfcit, etiam quicquam feceris, minimè iuueris. At vbi non amplius increfcit, ad oculum ipsum intentus, palpebras deradendo tenuato, si quæ opus esse videatur, ferramentis minimè cadentibus intus vrito. Postea religatum extensis cruribus sella cui manibus innitatur supposita, medium quis tenens, deinde subnotatas dorsi venas retro conspicio, postea cruribus ferramentis vrito, & leuiter calefacito, vt ne sanguis inter vrendum erumpat. Prius autem si opportunum videatur sanguinem mittito. Retro autem ad os vsque vrito. Deinde spongia oleo imbuta intus vrito, non tamen admodum ad os ipsum. Quod si ad vsturam spongiam admittat, altera pinguiore indita, intus vrito. Postea draconium melle subactum crustis imponito. Leuiter autem vsta aut perusta vena, vbi crusta exciderit, similiter vena distenditur, intumescit, & referta apparet, & interdum quod ex inferiore parte affluit, salit. Sed si inferiore parte perustus fuerit, hæc ei omnia minus contingunt. Si igitur primum non perusserit, iterum perurere oportet, & spongiis ad venam fluentem magis apposis, vehementer inurere. Crustæ magis perustæ citò decidunt, & cicatrices ad os vstæ pulchriores fiunt. Postquam autem vlcera sanescunt, rursus inflantur & attolluntur, & præter cætera rubescunt, & tanquam eleuata apparent, quoad tempus accesserit. Idem capite & pectore perusto, similiterque toto corpore contingit, quacunque in parte vstio fiat. Cum autem oculi palpebræ radis, lana Milesia, crispa, pura, circa fuscum conuoluta radito, ea cautione adhibita, vt oculi coronam euites, & ne cartilaginem peruras. Satis esse derafam palpebram inde-

cio

cio est, si non ampliùs sincerus sanguis, sed sanies cruenta & aquosa effluat. Tum verò liquido aliquo medicamento, in quo flos æris insit, defricare oportet. Tandem autem post detractionem & vitionem, vbi crusta ceciderint, & repurgata viscera carne pullularint, sectionem per sinciput facere, & vbi sanguis effluerit, medicamento quod cruentis vulneribus imponitur, illinere oportet, ad extremum autem & post omnia caput purgare operæpretium est. In palpebris natura crassioribus, carne inferiore parte quàm laxissimè poteris resecta, tandem palpebram minimè candentibus terramentis inurito, pilorum natura vitata, aut æris flore tenui perusto, adstringito. Cum autem crusta exciderit, velut reliqua curato. Cum palpebræ scabiela borant, & pruritus detinet, æris floris glebula in cote trita, deinde palpebram ea defricato. Tum quæ æris squamam quam tenuissimè terito, dein de vixæ immaturæ succo percolato affuso lauter terito. Quod reliquum est in vase æris rubri affusum paulatim terito, dum crassitudine intritum ex alio referat, vbi resiccatum fuerit, lauter trito vitior. Luscitioso remedium, si medicamentum deorsum purgans bibat, & caput purgetur. Cervicem quàm maximè pertundito, & diu premito. Vbi verò remiserit, iecineris bubuli crudi, melle imbuti, frustum quam maximum poterit, vnum aut duo deuoranda exhibeto. Si quis oculis sanis videndi aciem corruptam habeat, huic sectione ad sinciput facta, in superque cute ab osse remota, & osse exciso aqua detracta, medellam adhibeto. Ad lippitudinem annuam, ac populariter grassantem, capitis & inferioris alui purgatio conducit. Ad quosdam etiam huiusmodi dolores sanguinis detractio confert, si corpus sanguine redundet, cucurbita quæ ad venas admoxtæ, panis modicus in cibo, & aquæ potio. Loco obscuro iaceat, fumum, ignem, alia quæ splendida fugiens, ex obliquo, modo in dextram, modo in sinistram. Caput ne madefaciat, siquidem minimè confert. Cataplasma admoovere, non existente dolore minimè confert, verum velut ad sistendam fluxionem. In tumoribus dolore carentibus, & post acia medicamenta quæ doloris causa illinuntur, vbi dolor quieuerit, & post medicamenti inunctionem decesserit, tum cataplasmata quæcunque tibi vsui esse videbuntur.

tur adhibeto. Neque diu contrahi confert. Oculum enim cum splendidis resistere nequeat, lachrymam prouocat. Sed neque diu conuiuere conducit, præsertim si fluxio calida detinuerit. Retenta namque lachryma calefacit. Cum vero fluxio non adfuerit, cum sicco quidem puluillo illitionem facere confert.

Finis Sectionis quinta.

HIPPOCRATIS

LIBER DE OFFICINA

MEDICI; AVT

De officio Medici.

Seçtio VI.



Principio quænam similiter aut dissimiliter se habeant videndum; idque ex his quæ maximi sunt momenti, aut facillime cognoscuntur, aut quauis via & ratione comprehenduntur: quæ & visione, & tactu, & auditione percipiuntur; quæque in visionis, auditionis, tactus, narium, linguæ & intelligentiæ sensum cadunt, ex quibus omnis cognitio nostra constat.

Ista autem in manu curantis officio spectantur. Ager, agens, ministri, instrumenta, lumen, quo loco, quomodo, quænam, quemadmodum & quando, corpus, quæ ad agendum sunt accommodata, tempus, modus, locus. Is qui agit, siue sedens, siue stans, accommodatè tum ad seipsum, tum ad id quod manu tractatur, tum ad lucem se habeat. At lucis duo cum sint genera, commune quidem in nobis situm non est, quod autem arte constat, penes nos est. Vtriusque vero

duplex

duplex vsus existit, aut aduersi luminis, aut auersi. Auerſi quidem luminis exiguus est vsus, & moderatio manifesta. Quod ad aduersum verò lumen attinet, ex eo quod præſens est & confert, id quod manu curatur ad luminis splendorem conuertere oportet, niſi ſi quæ aut latere conuenit, aut conſpici turpe eſt. Atque hoc pacto id quidem quod manu tractatur lumini aduerſum, eum verò qui curat, ei qui curatur ex aduerſo eſſe oportet, dum ne lumini officiatur. Ita nanque & qui opus exercet cernere poterit, neque quod manu tractatur, cerneretur. Quod aut ad ſeſe attinet, ſic ſedeat, ut pedes ſecundum eam quæ ſuſſum eſt rectitudinem, è directo ad genua ſiti ſint, paruo intervallo inter ſe coniuncti. Genua verò ad ſuperiorem inguinum regionem paulò diducta ſint, ita ut cubiti ſua poſitione, & in latera appoſitione, ſiſ inſtantur. Veſtis ſit decenter compoſita, explicata, æquabiliter, ſimiliter, in cubitis atque humeris.

In eo verò quod manu tractatur, ultra quidem & propè, & ſupra & infra, & quod in hanc vel illam partem declinat, aut quod medium eſt ſpectatur. Eius quidem quod ultra & propè, termini ſunt cubitorum gibbi, in anteriorem quidem partem, ſi genua, in poſteriorem verò, ſi coſtas nō pertranſeant. Quod ad ſuſſum attinet, ut ne ſupra mammæ ſummæ manus perueniant. Deorſum autem, ut ne inferiùs quàm ut pectore ad genua incumbente, ſummæ manus rectum angulum ad brachia faciant. Atq; hæc quidem medio modo ſe habent. In hanc verò vel in illam partem, ne extra ſedem declinet, ſed prout conuerſionem fieri conuenit, corpus & eam corporis partem quæ agit, protendat. Stantem autem utriſque ex æquo pedibus abundè inſiſtere oportet, ſed altero inſiſtentem agere, non eo qui eſt ad agentem manum, ita ut genu ad inguina ſublatus ſit perinde atque ubi ſedebat. Ac in cæteris iidem termini ſeruandi ſunt. At qui tractatur reliqua corporis parte manu curanti ſubſeruiat, aut ſtans, aut ſedens, quò quàm facilimè ita in ea figura perſeueret, obſeruans deſluxionem, ſubſiſtentiam, in latus conuerſionem, decliuitatem, ſic ut eam quàm oportet & figuram & formam ſui, artis quæ tractatur tueatur, cùm ſe medico exhibet, & manu tractatur, eum q; habitum ſeruat, in quo poſtea contineri debet.

Vngues neq; longiores neq; breuiores digitorum extremis verricibus esse oportet, quos sic in vsum adhibere conuenit. Digitis quidem summis, indice ferè ad pollicem admoto, manu autem integra prona, ambabus verò aduersis. Digitorum autem apta à natura habitudo est, vt magnum sit internallum quod est inter digitos medium, & pollex indici ex aduerso constituatur. Morbo verò eos male affici constat, quibus ex primo ortu, aut educatione pollex ab aliis digitis contineri assuevit. Qui agit, ad opera omnia adhibeat vtrasq; manus, & ambas simul, cum sint similes, ad id quidem animum aduertens, vt ambabus vtatur rectè, decorè, citò, sine labore, concinnè, promptè. Instrumenta certè & quando, & qualiter parata esse debeant, dicetur. Sed ea vbi oportet posita, iuxta eam corporis patrem quæ tractatur, ita vt ne quid opus remoretur, neque in assumendo impediatur. Quòd si ab altero exhibeantur, is paulò antè paratus sit, & vbi iusseris imperata faciat. Qui verò ægrotanti adstant, quod manu curatur prout traditum fuerit, exhibeant, reliquum autem corpus in quiete contineant, tacentes, & ei qui præest auscultantes.

Deligationis duo sunt genera, vnum eius quæ adhuc fit, alterum eius quæ iam facta est. Ad eam quæ fit quidem spectat, citò, sine dolore, promptè, concinnè. Celeritas quidem in operis absolutione, indolentia verò in agendi facilitate consistit. At promptitudo in eo quòd ad quiduis præstò est, concinnitas verò in visus delectatione spectatur. Atque ista quanam exercitatione comparentur dictum est. Ad eam verò quæ iam facta est rectum & decorum pertinet. Decorum quidem in eo quod simplex est aut distinctum spectatur, si similibus aut æqualibus æqualia aut similia, aut inæqualibus & dissimilibus inæqualia & dissimilia adhibeantur. Atque huius generis sunt simplex, rotundum, ascia, simum, oculus, rhombus & dimidiatum. Ita vt forma formæ & affectioni partis quæ deligatur aptè respondeat.

Rectum autem in deligatione duobus modis spectatur. Robur quidem aut appressu aut liuteorum multitudine constat. Ac ipsa quidem deligatio partim medetur, partim medentibus subseruit. Atq; hæc quidem in iis lex obseruanda est. In his autem circa deligationem maximè attendere oportet,

oportet, vt appressus ita fiat, vt quæ sunt imposita, neq; abscedant, neq; immitrantur, sed aptè quidem componantur, non cogantur, idque in externis minùs, minimum verò in mediis.

Nodus & filum non deorsum, sed sursum ferantur, dum pars affecta medicis exhibetur, ad curationem accommodatur, deligatur, & ad habitum, quo postea contineri debet, comparatur. Principia non eâ parte quâ vlcus est iniicienda, sed hinc vel inde nodus faciendus. Neque verò nodum facere oportet eâ parte quàm terimus, neque quâ agimus, neque quâ parte inane est, ne in vanum collocetur. Nodus & filum molle sit, non magnum. Probè tamen istud attendere conuenit, deligationem omnem ad loca decliua & incuruum tenuata tendere, velut in capite ad superiorem quidem partem, in tibia verò ad inferiorem.

Deligatio à dextris ad sinistra, & à sinistris ad dextra ducatur, præter quàm in capite, hoc enim in directum deligandum est. Quæ verò partes inter se opponuntur, fascia ex duobus initiis deligandæ. Quòd si ab vno incipis, ad similitudinem, per eum locum in quo firmiter hæreat, deducenda, velut est capitis pars media, & si quid aliud est huius generis. Quæ ad motionem sunt idonea, velut articuli, quâ parte quidem inflectuntur, quàm minimis & maximè contractis linteis obuoluenda sunt, veluti poples: at vbi continentur, explicatis & latis, velut genu mola. Insuper quoque circûdare vinculum quoddam oportet, ad ea quidem comprehendenda quæ circum articulos sunt, tum verò ad retinendam totam deligationem, in iis corporis partibus quæ quiescunt & demissiores sunt, velut supra & infra genu. In humero quidem fasciarum inuolutio quæ ad alteram axillam iniicitur, conuenit. In inguine verò ea quæ fit per alteram lateris mollitudinem, & in tibia, quæ supra suram. Quibus quidem sursum vinculorum euolutio elabitur, deorsum apprehensio fiat, quibus verò deorsum, contrà. At in quibus hoc non datur, vt in capite, in his quàm maximè æquabili loco comprehensiones facere, & minimè obliqua deligatione vti oportet, quò postrema inuolutio firmissimè circumiecta, ea quæ vel maximè errabunda sunt continerent. Quæ autem linteis neque commodè comprehendi,

neque aptè retineri possunt, ea filis per iniectionem aut suturam adhibitis, retineri debent.

Vincula munda, leuia, mollia & tenuia esse oportet, eaq̃ ambabus simul manibus inuoluenda, aut vtrisque in vicem opus exercendum. Conueniente autem deligatione vrendum adhibita in rationem linteorum rum latitudine, tum crassitudine. Fasciarum inuolutarum capita dura, æquabilia, explicata sunt. Quæ sanè futurum est vt decidant, ea deteriora sunt vbi citò decidunt: partim verò sunt eiusmodi, vt neque comprimant, neque decidant.

Quæ autem deligatio appetat, aut subligatio, aut vtræque, hæc sunt. Subligatio quidem efficit, vt quæ abscesserunt adducantur, vel quæ expansa sunt coarctentur, aut contracta diducantur, aut peruersa dirigantur, aut contrà. Iam verò lintea paranda sunt leuia, tenuia, mollia, munda, lata, nullas neque futuras, neque extantes linearum eminentias habentia, neq; adeò valentia vt extensionem ferre possint, pauloq; præstantiora, non arida, sed succo singulis accommodato madentia. In his certè quæ abscesserunt, ita vt sublimia sedem quidem attingant, neq; tamen comprimant. Initio autem à sana parte ducto, ad vlcus desinendum est, vt quod subest emulgeatur, neque præterea quicquam colligatur.

Atqui deligenda sunt recta in rectum, obliqua verò, oblique, eo modo figurata, in quo neq; dolor neq; compressio, neque relaxatio adsit, vt eum habitum non murent, cum ad apprehensionem aut positionem sit transitus, verum vt similiter se habeant ista omnia, nempe muscoli, venæ, nervi, & ossa, sintque rectè disposita & bene retenta. Apprehendi autem & iacere eo habitu conuenit, qui secundum naturam sit & dolorem minimè faciat. In quibus autem abscessio facta est, contrà. Ast vbi quæ expansa sunt contrahere oportet, in cæteris quidem eodem modo. Ex longinquo tamen quodam interuallo contractio, sensimque progressu facto compressio facienda est, primò quidem minimum, postea magis, ita vt maximæ compressionis, contactus terminus statuatur. In iis verò quæ contracta sunt diducendis, vbi quidem inflammatio adest, contrariam rationem adhibere

hibere oportet: quæ si abest, eodem quidem apparatu, contraria autem deligatione utendum.

In perueris quoque dirigendis cætera quidem eodem modo fieri debent. Quæ autem recesserunt ea per subligationem, agglutinationem, apprehensionem adducere oportet, contraria verò contra. Spleniorum longitudo, latitudo, crassitudo, multitudo, talis esto. Longitudine deligationem æquent, latitudine trium sint aut quatuor digitorum, crassitudine triplicia aut quadruplicia, multitudo, ut in orbem conuoluta, neque plura sint neque pauciora. At quibus ad directionem adhibentur, longitudinem, in orbem conuolutione, latitudinem & crassitudinem, ex eo quod deficit coniiciemus, dum ne confertim compleamus. Linteorum autem subligationes duæ cum sint, vna ex loco affecto in superiorem partem, altera ex parte affecta in inferiorem partem desinit. Ad locum affectum appressus maximè fieri debet, extremis partibus minimè, in reliquis verò pro ratione. Deligatio quoque magnam eius quod sanum est partem occupet.

Quod ad fasciarum multitudinem, longitudinem, latitudinem attinet, multitudo quidem tanta esse debet, ut ne affectæ parti cedat, & ferularum compressionem impediat, neque pondere molesta sit, neque vinculi alteram in partem propensionem, neque effeminationem afferat. Quod ad longitudinem verò & latitudinem pertinet, tres aut quatuor, aut quinque, aut sex, longitudine quidem cubitos, latitudine autem digitos æquare debent. Tot itidem sint stabilimenti circumuolutiones, ut ne comprimant. Mollia autem sint & minimè crassa quæ adhibentur, eaque omnia pro partis affectæ longitudine, latitudine, & crassitudine. Ferulæ autem læues, æquales, circa extrema resimæ sint oportet, & ab vtraque parte deligatione paulò breuiores, crassissimæ verò quâ parte fractura erupit. At in partibus quæ suapte naturâ incuruæ sunt & excarnes velut circa digitos & talos, in iis vitare ferularum appositionem iuxta ea quæ eminent, oportet, aut breuiores apponere. Stabilimenta verò primâ deligationem fulciant, at non comprimant. Cerato utendum molli, leni & puro.

In aqua calor & copia spectanda sunt. Calor quidem

tantus ut supra Medici manum affusa, ferri possit. Copia verò, ubi laxandum quidem & attenuandum, maxima: ubi autem carne implendum & molliendum, modica, optima est. In perfundendo autem ea moderatio esse debet, ut dum pars adhuc attollitur, prius quam concidat desistamus. Primum nanque attollitur, deinde attenuatur. In prominentibus corporis partibus positus mollis, æquabilis esse debet, & qui sursum tendat, velut in calcaneo & coxendice, ita ut neque reflectantur, neque euerrantur. Canalem toti potius parti quam dimidiæ subiacere oportet. Ad affectum autem animum intendere convenit, & cætera quæcunque ex eo palam oriuntur incommoda.

Exhibitio autem, distentio, conformatio, cætera quæ secundum naturam accommodata esse debent. Natura verò, quandoquidem in actionibus consideratur, ex operis actione quonam spectet coniectandum. Quod autem ad ista attinet, attendendus est quiescentis habitus, & communis, & qui in consuetudinem venit. In quiescente quidem ac remisso in rectum processus spectandus est, qualis est in manus figura. In communi extensio & inflexio, veluti ubi cubitus cum brachio ad angularem prope figuram accedit. In cōsueto autem, quod non alias figuras facilius ferre possint, cuiusmodi in cruribus est extensio. In eo enim habitu diu facillimè sine immutatione perseverarint. In immutatione autem ex distensione in habitum aut positionem, similiter ista se habeant, muscoli, venæ, nervi, ossa, aut bene admodum sint deposita & bene retenta.

Distentio præcipuè ad ea quæ maxima, crassissima, & æqualia, & utraque ossa fracta habent, accommodatur. Secundo loco ubi os subiectum, minimè verò ubi id quod supra læsum est. Quæ si iusto maior fiat, noxiam adfert, præter quàm in pueris. Partes autem ipsas paulùm accliues habere oportet. Ad directionem, pro exemplo proponatur, quod est eiusdem nominis, coniugatum, simile, sanum. Frictio vim habet soluendi, vinciendi, carnem augendi, minuendi. Dura quidem vinciendi, mollis soluendi, multa minuendi, mediocris implendi.

In deligando autem, imprimis quidem qui deligatur, quâ parte noxia est, se maximè dicat esse compressum,

extre-

extremis partibus minimè, & fascias tam aptè appositæ esse sentiat, vt stabilitè quidem sint, non autem appressæ, non vi, sed numero, ac ea quidem die ac nocte paulò magis premi, postmodò minùs, tertia laxari. Postmodò autem in extremis quidem partibus, tumor mollis reperiatur. Tertio verò die pars deligata vbi soluta fuerit, gracilior deprehendatur, idque per omnes deligationes obseruandum est. Postmodò deligatione an decenter deligatum apparuerit cognoscendum, ac deinceps magis ac pluribus linteis adstringendum, tertio item die magis ac pluribus. Septimo verò die post primam deligationem, resoluta ossa gracilia & laxa deprehendantur. At ferulis alligata, si gracilia, sine prurigine & vlcere fuerint, ad vigesimum à nona diem sinere oportet. Quòd si aliqua suspicio ingruit, soluere interim, & ferulas tertio quoque die confirmare conuenit.

Obseruandum autem est vt apprehensio, depositio & deligatio eodem sint statu. Figurarum scopi ex consuetudine & cuiusq; mèbri natura petuntur. Species verò ex cursu, via, standi & iacendi ratione, ex actione & remissione. Nam & vsus roborat, otium verò colliquat. An compressione, an linteorum copia adstrictio fieri debeat animaduertendum.

At verò vbi sugillata, contusa, vulsa, aut tumores sine inflammatione ex vulnere fiunt, sursum quidem plurimum, paulùm autem deorsum deligare oportet, dum brachium aut crus non propendat, initio facto ex vulnere, & maximè firmato, circa extrema minimùm, circa verò media, modicè, & in deligando aut comprimendo vinculi extrema parte ad superiores corporis partes reducta. Quin & ista numero potius quàm vi fieri debent. Ad hæc autem maximè valent linteæ tenuia, leuia, mollia, pura, lata, sana, vt absque ferulis contineantur. Copiosiore item aquæ perfusione est vtendum.

At vbi articuli suis sedibus elabuntur, aut iis illæsis quæ circa ipsos sunt nervosæ partes intorquentur, aut ossa quæ naturaliter se mutuò contingunt, aliquo intervallo distant, aut cùm diuulsis iis quæ ossa colligant, ipsa quæ mutuò se contingebant, plurimum secedunt, aut vbi ossa prope articulum per totam ossis crassitudinem abrumpuntur,

aut distorquentur, velut quæ vara dicuntur, in alteram partem inclinâtra, ea vinculis deligare oportet, quâ parte quidem excesserunt remittendo, ab ea autem in quam excesserunt intendendo, ita ut ubi deligata fuerint, in contrariam ac prius quàm deligarentur partem inclinent, paulò magis quàm ex æquo, idque vinculis, spleniis, apprehensionibus & figuris, tum etiam extensione, frictione, directione, ad hæc etiam vberiore perfusione.

Extenuata verò multum sanæ partis comprehendendo deligare oportet, ut ex affluxione contabefactæ partes, amplius quàm suapte natura extenuatæ, diuerso vinculo permutatæ, ad incrementum tendant, carniūque restaurationem efficiant. Præstat autem superiorem partem, ut in tibia & femoribus, simulque alterum crus cum parte sana deligare, ut similis sit & æquè conquiescat, pariterque alimentum prohibeatur, idque suscipiat. Idque linteorum numero, non appressu, laxando primùm id quod maximè indiget, & frictione quæ carne impleat, utendo, atque perfusione absque ferulis.

Quod ad fulcra ac stabilimenta attiner, ea pectori, costis, capiti, cæterisque id genus adhibentur, partim quidem pulsuum gratia, ut ne quid concutiat, partim verò ad iuncturarum distantias in capitis ossibus firmandas. Ad tussim autem & sternutamentum, aut aliam motionem, qualia thoraci & capiti stabilimenta admouentur: in quibus omnibus eadem deligationis commoderatio seruanda est. Nam quâ noxia est, eò præcipuè comprimere oportet. Subiicienda igitur lana mollis, affectui accommodata, deligatione verò ea utendum quæ non amplius comprimat, quàm ut ne pulsus cieantur, aut iuncturarum distantia ad extrema se mutuò contingant, neque circa sternutamenta & tusses partes affectas agitari prohibeat, sed ita stabilimento sit, ut neque cogantur, neque concutiantur.

Hippocratis de fractis, liber.

Eorum quæ suis sedibus exciderunt & fracta sunt, medicum quàm rectissimas extensiones facere conuenit. Id enim maximè secundum naturam rectum est. Quod si
quid

quid in hanc vel illam partem inclinet, præstat in prouum tendere. Leuius enim eam in partem peccatur, quam in supinam.

Qui igitur nihil in consilium adhibent, plerumque nihil peccant, quippè cum qui deligatur æquissima natura duce manum ita porrigat. Qui verò Medici sapientiam sibi falso arrogant, ij nimirum peccant. Nullius ergo est negotij manum fractam tractare, idque cuius (prope dixerim) medico proclive est. Qua de re plura mihi dicenda sunt, quòd medicos noui qui ex figuranda manu in deligatione sapientie opinionem præ se ferebant, cum ex eo ignari potius existimandi essent. Verum enim uerò multa hoc modo hac in arte æstimari solent. Quod enim peregrinum est, necdum constat an uile sit, consueto, quod iam norunt uile esse, anteponunt, quodque ab usu communi abhorret, ei quod est probè cognitum. Exponendum igitur in medicorum erroribus de manus natura, quosnam tum docere, tum dedocere uelim. Nam & aliorum corporis ossium doctrinam hæc oratio continet.

Manum itaq; (quod in præsentis quæstione versatur) quidam pronam deligare uisus est. Eam uerò statui coëgit sagittariorum habitu, cum humerum prætendunt, atque ita habentem deligauit, hunc esse ratus naturalem eius habitum. Cuius rei testimonium afferebat, quòd omnia cubiti ossa rectitudinem inter se habebant, tum partium æqualitatem, quòd illa ipsa eandem directionem præ se ferret, idq; tam exterioribus partibus, quam interiorib. Ita quoq; & carnes & neruos à natura comparatos esse dicebat, sagittariamq; artem in testimonium adducebat, ex iisq; tum dictis tum factis, sapientie persuasionem sibi sumserat, ceterarum artium immemor, quæ aut uiribus, aut artificijs opus suum molitur, non aduertens alium esse in alio habitum secundum naturam. Quin & in eodem opere, si res ita tulerit, aliam esse dextræ manus figuram secundum naturam aliâ sinistræ. Alius est enim habitus secundum naturam iaculatoris, alius funditoris, alius in lapidatione, alius in pugillatu, alius in quiete. Quascunq; uerò artes quis inuestigauerit, in iis non eadem secundum naturam manuum figura est, sed in unaquaq; arte, & ad conueniēs instrumentu quod habet

quisque, & ad opus quod perficere intendit, manuum figuræ accommodatur. Qui autem sagittandi artem exerceat, ei hanc manus alterius figuram validissimam esse par est. Hoc enim habitu brachij pars cardinē referens, in vlnæ lede innixa, vlnæ & brachij ossa perinde in directum distendit, quasi totum vnum sit. Eoque statu sit recurvata articuli reflexio. Hoc igitur modo locum istum minimè flecti plurimumque intendi oportet, neque nervo quem dextra tendit concedere, neque ab eo superari. Ita ut plurimum quidem adducendo, chorda trahatur, firmissimo autem & maximè repentino impetu emittatur. Sic enim emissæ sagittæ celeriore impetu longiusque feruntur. Deligatio verò cum sagittandi arte nihil habet commercij. Qui nanque deligatam manum ita continere volet, longè alios maiores quàm vulnus dolores asferret. Quòd si flectere iubeat, neque ossa, neque nervi, neque carnes amplius eodem statu consistent, sed superata deligatione alio transmutabuntur. Quid ergo vtilitatis sagittariorum habitus asferat non videro. Ideoque fortasse non peccaret qui sapientiæ opinionem sibi vendicat, si permitteret, ut vulneratus ipse manum porrigeret.

Rursus verò alius quidam Medicus supinam manum exhibens, sic componere iubebat, eoque statu devinciēbat, eum naturalem esse ratus, tum ex cutis planicie coniecturam faciens, tum quòd ossa sic se habere secundum naturam existimaret, ex eo quòd os ad manus iuncturam prominens iuxta paruum digitum, è directo illius ossis situm videatur, ex quo homines vlnam metiuntur. Atque his argumentis eum esse naturalem habitum contendebat, rationique consentanea dicere videbatur. Verum hic habitus, si supina manus collocetur, vehementem dolorem asferret. Eum verò habitum dolori plurimum opportunum quivis comperiet, si quis ita manum suam componat. Si quidem imbecillior robustiorem ita collocatum ut cubiti flexura supina reflectatur, manu comprehensum quocunque volet deduxerit. Neque enim si gladium hac manu teneat, eo uti possit, usque adeo violenta ista figura est. Ad hanc deligatam manum quis eo habitu sicut, maiorem quidem dolorem si obambulet, magnum tamen etiam si decumbat,

bat, sentiet. Quod si quis manum flectat, musculos contrahi, & ossa aliam habere figuram proculsus necesse est. Quia & præter cetera huius habitus incommoda, hoc quoque accessit, quod ignorant, os ad manus iuncturam iuxta paruum digitum prominens, hoc quidem ad vnam pertinere, illud autem in cubiti flexu, quod vnam metitur, brachij caput esse. Idem verò esse os hoc & illud hic existimauit, itemque multi alij. Sed qui cubiti gibbus, siue *ἄγκυον* dicitur, cui nempe innititur, idem est quod illud. Sic igitur manum supinam habenti hoc quidem os distorqueri videtur. Præterea verò nerui ipsi qui à manus iunctura & digitis interiori parte procedunt, supina manu distorquentur. Hi enim ad os brachij, vnde vlnæ modus definitur, tendunt. Tales quidem tamque multi errores existunt de manus natura, tantaque ignoratio. Quod si quis manum fractam, velut iubeo, statuat, is os quod est ad paruum digitum, & ad cubiti gibbum tendit, recta conuerteret, neruique ex manus iunctura ad brachij extrema in directum procedent. Manus verò dum suspensa retinetur, eodem habitu quo deligata, collocabitur, ita vt ne deambulanti quidem dolorem vllum, aut decumbenti laborem ac defatigationem adferat. Hominem autem ita statui oportet, vt ossis pars quæ prominet, clarissimo lumini, quantum conceditur, obuersa sit, vt nec eum qui compositionem aggreditur lateat, num abunde sit in directum constituta. Neque enim periculum arthriticæ manum admoventem, os prominens contactu latere possit.

Quando autem cubiti os vtrunque fractum non est, os superius vulneratum faciliorem curationem admittit, cili crassius existit, partim quidem quod ei sanum fundamenti loco subteneditur, partim verò quia facilius lateat, nisi id circa manus iuncturam contigerit. Crassior enim caro superiore parte adnata est, os verò inferius neque carnem habet, neque facile latet, extensioneque vehementiore indiget. Sin verò non hoc, sed alterum comminurum fuerit, leuis intentio satis est. At vbi vtrunque fractum est, valentior intentio opus est. Puerum quidem plus æquo distentum vidi; plerique tamen minus quam res postulat, distenduntur. Intenta verò manuum volis admotis dirigenda sunt. Deinde

D d d

de adhibito cerato nō ita quidē multo, ne deligamenta de-
fluāt, ita deligare, vt ne summa mānus cubiti flexu inferior,
verū paulo etiam superior collocetur, quō sanguis inter-
cludatur, neq; ad extremitatem defluat. Tum demum lin-
teo deligare, initio ad fracturam iniecto, sic vt firmet quidē,
non tamen vehementer comprimat. Vbi circa eundem lo-
cum iterum atque tertio fasciam inuolueris, sursum fera-
tur, quō sanguinis affluxus retineatur, ibiq; desinat, eamq;
minimē longam esse oportet. Altera verō fascia, initio qui-
dem supra fracturam iniecto, ac semel eodem voluta, tum
demum deorsum feratur, minusq; comprimendo longiora
spatia transcurrat, quō possit ad eum locum, in quo prior fi-
nit, recurrere. Atque hīc quidem lintea ad dextram aut si-
nistram deducantur, aut in vtramlibet partem ad fracturę
habitum accommodatē huc vel illuc inclinare conuenit.
Posthęc splenia modico cerato illita superinicienda, si ce-
nim lenius & firmitus hærebunt. Quę ita deinde fasciis al-
ligare oportet, vt permutato ordine inter se, modō quidem
in dextra, modō etiam in sinistra ferantur, ac plurimum si-
nē ab inferiore parte sursum, interdum quoque à superiore
deorsum ducantur. Extremę verō partes in angustam exte-
nuatę, splenis in orbem ductis curandę, pluribus fasciarū
obuolutionibus, non confertim, sed sensim, totum corri-
gentes. Accirca manus iuncturam eas laxē variis in locis
circundare oportet.

Quōd ad linteorū copiam attinet, primō duę portiones
fatis esse possunt: inde autem rectē esse curatum coniciēs,
isq; est deligati terminus, si interrogatus num prematur,
ipse premi quidem se dixerit, sed leuiter, idq; præcipuē cir-
ca fracturam. Atque hęc ita se habere perpetuō fateatur
necesse est qui deligatur. Modus verō his signis deprehen-
ditur, si eadem die ac nocte qua deligatus est, ipse sibi ma-
gis non minus cōpressus esse videatur. Postero etiam die ad
summam manum exortus tumor paruus ac mollis, mode-
ratę compressionis tibi erit indicio. At desinente die se mi-
nus compressum sentiat, tertioque die vincula laxa videan-
tur. Nosse autem oportet ex his quę dicta sunt, si quid desi-
deretur, laxius, si quid superet, acclius quam conueniat
vinculum fuisse compressum. Atque hac coniectura adhi-
bita

bita, deinceps vel laxiores vel arctiores fascias admouere
 licebit. Tercio verò post extensionem & directionem die,
 soluere membram conuenit, ac si primis diebus tibi mo-
 derata deligatio contigerit, istam paulò arctius constrin-
 ges, initio etiam supra fracturam, vt prius iniecto. Sic enim
 vbi primum fracturam deuinxeris, sanies ad extremam v-
 tranque membri partem exprimitur. Sin alia parte prius
 constrinxeris, inde ad fracturam expressio fiet. Quod intel-
 lexisse quidem ad multa conducit. Inde igitur deligatione
 & compressionem initium ducere semper opus est. In reli-
 quis verò ea ratio seruanda est, vt quò longius à fractura re-
 cesseris, eò minorem compressionem facias; laxa tamen
 nunquam ex toto vincula circumducantur, sed adhærescât.
 Deinde pluribus linteis vnaquæque deligatio vincienda. Ac
 interrogatus fateatur se paulò magis quam antea compres-
 sum esse, maxime quod ad fracturam. In reliquis eadem obser-
 uanda ratio, tum quod ad tumorem, tum dolorem, tum al-
 leuacionem attinet, quæ in prima deligatione. Vbi tertius
 aduenerit dies, & vincula laxiora senserit, dein soluere con-
 uenit, rursusque paulò arctius vincire, idque omnibus iniectis
 fasciis quibus deligandus erit. Postea eadem omnia quæ in
 primis deligationum circuitibus, circa ægrotum contingant.
 Vbi autem ad diem tertium ventum est, qui septimus
 est à prima deligatione, si recta deligatio fuerit, tumor in
 summa manu, isque non admodum magnus aderit, ac deli-
 gatus locus cum vinculum iniicietur, tenuior ac gracilior
 conspicietur. Septimo verò die etiam admodum tenuis, &
 ossa fracta facilius tractantur, & ad directionem adducun-
 tur. Hisque hoc modo se habentibus directione facta, deliga-
 tionem ad ferulas excipiendas accommodare oportet, paulò
 amplius quam antea comprimendo, nisi quis maior dolor;
 à tumore qui in summa manu est, excitatus fuerit. Vbi verò
 fascias deligatis, ferulæ sunt apponendæ, & quàm maximè
 laxiis vinculis comprehendendæ, ita vt quiescant, neque quic-
 quam ferularum appositio ad manus compressionem addat.
 Post hæc in dolore & tolerandi facilitate, eadem quæ in pri-
 mis vinculorum circuitibus spectentur. Ab hinc tertio die;
 si vinculū laxum senserit, tum demum ferulæ, circa fractu-
 ram præcipue, firmadæ sunt, reliquæque etiam pro ratione, &

quidem vinculum laxum potius fuerit quàm adstrictum. Crassiores autem, neque tamen multò, ferulam esse oportet, quâ fractura eminet. Maximaq; adhibenda est diligentia, ne vel è regione pollicis ferula statuatur, verùm in hac vel in illam partem, neque è regione parui digiti, quâ ossis est eminentia in manus iunctura, sed hâc vel illâc. Sin forte conducit his locis ferulas quasdam ad fracturam adhiberi, eas aliis breuiores esse oportet, vt ne ad ossa iuxta manus iuncturam eminentia pertingant. Sic enim exulcerationis aut denudationis neruorum periculum imminet. Tertio autem quoque die ferulas admodum leuiter obfirmare oportet, in consilium adhibentes, vt nec vltra adstringant, quàm vt vinculum contineant.

Quòd si sub prioribus vinculis ossa abundè esse directè probè cognoueris, & neque pruriginis, neque exulcerationis metus vllus subest, sic alligatas ferulas vltra vigesimum diem sinere oportet. Nam plærunque triginta ad limum diebus, cubiti ossa in totum coalescunt: nihil tamen est perpetuum. Nam & natura à natura, & ætas ab ætate plurimum distat. At vbi resolueris, aquam calidam affundere, pauloq; minùs quàm antea comprimendo, & paucioribus quàm priùs fasciis religare conuenit, ac demùm tertio quoque die resolueri, & minùs quidem comprimendo, paucioribus quàm antea fasciis deligare. Quòd si alligatis ferulis, ossa nò rectè posita, aut aliud quid vulnerato molestum esse suspicio sit, dimidio temporis spatio, aut paulò antè solueri, itemque religare oportet. At quibus circa initia cure integra ossa foris non eminent, iis abundè est victus ratio mediocris. Pauciore tamen victu ad decimum vsque diem vtendum, præsertim cum ex toto quiescant, ac obsonalia quida adhibenda, quæ ventrem modicè deducant: vino vero & carnibus abstinendum: post hæc paulatim reficiendi. Atque ista oratio velut æqua quædam lex de fracturarum curatione instituta est. Quæ ita tractanda sunt, vt ex his ista curatio procedat. Sin verò secus contingat, scire licet in ipsa curatione aliquid vel deficere vel redundare. Ad hæc in hoc simplici modo ad ea animum intendere oportet, quæ non admodum aduertunt medici, quamuis, nisi rectè procedant, curam omnem totamq; vinciendi rationem corrumpere

adstrictum. Nam si os vtrumque, aut inferius tantum fractum sit, vinctique manus mitella quadam excipiat, quæ magna sui parte fracturam contineat, hinc verò & inde manus dependeat, huic in superiore partem os perueri necesse est. Sin verò ossibus sic fractis, summam manus partem & eam quæ est ad cubiti flexum mitella excipiat, quod autem in cubito est reliquum dependeat, in inferiorem partem os deprauatum erit. Oportet igitur mitella lata & molli, maximam cubiti partem & manus iuncturam æqualiter sublatam esse.

At verò brachio fracto, si quidem manu porrecta distentio adhibeatur, brachij musculus intentus deligabitur, atque ubi vinctus cubitum inflexerit, brachij musculus figuram immutabit. Brachij igitur æquissima distentio hæc est. Ligamentum cubitale, aut paulò breuius, cuiusmodi sunt ligonum manubria, ab utraque parte fune deligatum suspensum esse oportet. Homo autem alto quodam sedili collocatus manu superincumbat, sic ut manubrium sub ala ita statuatur, vix ut ille considerare possit, sed prope suspensus maneat. Tum supposito firmo aliquo, & superdato puluino vno scorteo aut pluribus, ea altitudine quas obliquè collocato cubito ad rectum angulum respondeat: præstiterit quidem ex corio lato & molli, aut fascia lata superiniecta, graue aliquod pondus, quod modicè intendat, suspendere: Alioqui vir robustus sic collocatum cubitum, ad cubiti flexuram vi quadam deorsum deducat. Medicus verò erectus, altero pede altiore loco collocato, ad curationem aggrediatur, & manuum palmis os componat: Quod certè faciliè fiet. Hæc enim intendendi ratio laudabilis est, si quis eam probè tractur. Postea iniectis circa fracturam fasciarum initiis, ad deligationem accedat, cæteraque omnia quemadmodum antea monuimus, ad curationem accomoder, easdemque interrogationes atque eadem indicia adhibeat, ut intelligatur modè se habeant necne, & tertio quoque die deligationem admoueat, magisque comprimat. Septimo autem nono die ferulæ circumdandæ. Ac si metus sit os non rectè repositum esse, medio spatio soluere, posteaque ubi rectè collocatum fuerit, religare oportet.

Firmatur autem brachij os, diebus ferè quadraginta.

Ddd 3

Quos ubi excesserit, resoluendum, minusque adstrictis fasciis ac paucioribus vinciendum. Victus quoque ratio exquisitior quodammodo ac diuturnior quam antea adhibenda, coniectura ex tumore qui in summa manu est eiusque viribus, sumpta. Illud præterea animaduertendum, brachium suapte natura in exteriorem partem inclinari, eoque similè curetur, distorqueri solere. Quin & reliqua omnia ossa, quâ parte naturaliter distorta sunt, eò ubi fracta curantur, facile perueri consueverunt. Si qua igitur talis est suspicio, fascia lata brachio circumiicienda & ad pectus circumducenda. Cumque quiescere volet, inter cubiti gibbum & costas, splenium quoddam multiplex inuolutum, aut aliud quidpiam eiusmodi, subiiciendum. Hac enim ratione incuruati ossis directio fiet. Ea tamen cautione adhibita, ut ne nimis ad interiorem partem ducatur. Pes autem hominis ex multis & paruis ossibus, non secus ac summa manus, constat. Quæ neque ferè frangi consueverunt, nisi ab acuto aliquo & graui, vnâ quoque carnosâ partis vultus accedat. Sed de vulneratorum curatione, ubi de vlcere agitur, dicemus. Quòd si quid suo loco moueatur, aut digitorum articulus, aut aliud quodpiam os ex his quæ primam plantam constituunt, (quam *ἔσπερον* vocant) in suam quodque sedem compellendum, non secus ac in manu. Curatioque adhibenda per ceratum, splenia & fascias, non secus ac in fracturis, ferulis prætermittis, eodem modo comprimendo, ac tertio quoque die deligando. Interrogandus quoque is qui vincitur, perinde etiam ac in fracturis, adstrictane sit, an laxa deligatio. Sanescunt autem perfectè omnia viginti diebus, nisi si quæ cum tibiæ ossibus communionem habent, eique è directo respondent. Quo tempore decumbere confert, id tamen non sustinent, qui morbum parui facientes, obambulant prius quàm sani sint. Ideoque plerique non integrè conualescunt, sed subinde, non iniuriâ, eos doloris sensus commonefacit. Nam cum totum corporis os nus pedes sustineant, ubi nondum sani deambulant, articuli agitati non rectè curantur, eaque de causa subinde ad tibiæ dolores sentiunt. Quæ verò cum tibiæ ossibus communionem habent, tum reliquis maiora sunt, tum agitata longius tempus ad curationem postulant. Curandi tamen eadem

eadem est ratio. Plures autem fascias & splenia adhibere oportet, omninoque vtraque parte deligare & adstringere, ut reliqua omnia, eâ potissimum parte quâ os emotum est, eoque primum fascias circumducere. At quoties fasciæ solvantur, calida multa utendum. Ea nanque in omnibus articulorum læsionibus liberaliter affundenda. Compressiones vetò & laxamenta iisdem temporibus fieri, eadem que supra signa ostendunt. Quod & vbi religare expedit, itidem factitandum. Hi autem, si decumbere non grauentur, quadraginta ferè diebus in totum conualescunt. Sin minùs, cum his quæ priùs exposita sunt, tum etiam grauioribus malis afficiuntur.

Qui ab alto desilientes, calci vehementi cum impetu innuuntur, iis ossa quidem diducuntur, venulæ carne circum os collisa sanguinem effundunt, tumorque ac dolor multus superuenit. Neque enim hoc os exiguum est, subterque è directo tibiæ prominet, & communio- nem cum venis & nervis magnis habet. Huic quoque ossi posteriore parte tendo, annectitur. Curandi autem sunt cerato, splenis & fasciis, calidaque liberaliter affundenda, & pluribus fasciis utendum, tum præcipue etiam quàm optima & lenissima adhibenda. Quòd si curis quæ calcem ambit naturâ mollis extiterit, sic finire oportet. Sin crassa & dura, qualis in cæteris cernitur, ea æqualiter incidenda & attenuanda est, neque tamen vulneranda. Ista autem rectè deligare non est cuiusvis. Si quis enim eodem modo deuinciat, quo cætera circa malleolos vinciuntur, partim quidem ad pedem, partim verò ad tendinem fasciæ circumiecta, huiusmodi fasciarum constrictiones, calcem quâ collisio exitit seiungunt, vnde ei syderationis periculum impendet. Quod si accidat, toto æuo perdurat. Nam quæ aliter sunt syderationes, velut vbi ex decubitu negligenter collocato calci nigrescit, aut, siue ex insigni & diuturno tibiæ aut femoris vulnere, quod calci communicatum fuerit, siue ex alio morbo, diu supini ægri decubuerint: cæ tamen iis diuturnæ & molestæ sunt, & quæ sæpe recrudescunt, nisi optima diligentia & longa quiete curentur. Quare quæcunque huiusmodi syderationes contingunt, ex præter aliam noxiam, corpus quoque in summum

Qdd 4.

discrimen adducunt. Febres enim admodum acutæ superueniunt, assiduæ, cum tremore & singultu, mentem tentantes, & quæ paucis diebus ægrum è medio tollant. Existunt quoque venarum sanguinem fundere solitarum lioures, eæque veluti nauseabundæ sanguinem refundunt, & cancro propter compressionem occupantur. Possunt etiam ista incidere absque alia tyderatione. Atque hæc quidem ad vehementissimas collisiones referenda sunt. Plurima tamen leuiter colliduntur, ac neque magnum studium aut diligentiam requirunt, nihilominus rectè tractari debent. Vbi autem vehemens illisio incumbere videbitur, tam fulcire, tum quæ dicta sunt facere conuenit. Tum verò maxima fasciæ parte ad calcem circumiecta, partim summum pedem, partim medium, interdum etiam quæ ad tibiæ sunt, oppositis inter se ductibus obuoluere, tum vicinas partes omnes hinc & inde, velut ante dictum est, vinculis comprehendere, neque vehementem quidem compressionem, sed multas tamen linteorum conuolutiones facere. Præstat autem eodem aut postero die, veratri potionem exhibere, tertioque die soluere, ac rursus deligare. Recrudescat verò necne morbus, his indiciis cognoscetur. Nanque ubi sanguis è venis refusus, aut quæ nigricant, quæque his vicina sunt, aliquantulum rubescunt aut obdurescunt, periculum est ne recrudescat. Quòd si febre vacet æger, sursum purgante medicamento vtendum, velut dictum est, quod idem etiã conuenit, ubi febris non est assidua. Eo nanque si febris fuerit assidua abstinendum, vt & cibis ac sorbitionibus. potioneque vtendum aquæ, non vini, sed aquæ mulsæ acidæ, *ὀξύλυκῆς* vocant. At si nullus recrudescens morbi metus est, sugillata & nigrores, circumuicinasque partes, citra duritiem, aliquantulum ex virore pallescunt. Id quod certum est in omnibus sugillatis indicium, non futurum vt vnquam morbus recrudescat. Quæ verò cum duritie liuent, ea certè ne nigrescant periculum est. Ac danda est opera vt pes plærunque reliquo corpore paulò altior collocetur. Sanus autem, si quiescat, intra sexaginta dies euadet.

At verò tibiæ duo ossa constituunt, quorum quidem vnum altero hac parte longè tenuius, illa verò parte paulò tenui-

penius est. Cohærent autem inter se quâ parte pedem contingunt, communeq; habent ossis accrementum: sed in tibiæ directione non cohærent. Ad femur verò adnato quodam osse coniunguntur, quod septum medium habet. Osq; alterum quâ parte paruum digitum spectat, paulò longius produciuntur. Ac ossium tibiæ natura sic se habet. Atque hæc utraq; ossa interdum quidem quâ pedem contingunt, vnâ cum adnato osse suis sedibus excidunt, quandoq; verò adnatum os dimouetur, quandoq; etiam alterum os. Hæc sanè, modò homines quiescant, minùs molestiæ exhibent, quàm quæ in prima manus iunctura existunt. Curatio verò in utroq; assimilis. Nam & hic per intentionem repositio, velut in illis, molienda. Quanquam eò valentior hæc intentionem desiderant, quò validius hac parte corpus est. Ut plurimum tamen duo viri satis sunt, qui in diuersa contendunt: sin minùs, valentior intentionem moliri proclive est. Aut enim humi defosso rotæ modiolò, aut alia quapiam re huic simili, molle aliquid ad pedem circumdare oportet, deinde loris bubulis latis pedem circumuincere, eorumque capitibus aut ad pistillũ, aut ad aliud lignũ alligatis, lignum, summa eius parte in modiolum immissa, reflectere. quosdam verò à superiore parte humeris apprehensis & poplite, in diuersum extendere.

Sed & superiori corporis parti, vis hoc modo, si lubet, adhiberi potest. Ligno tereti, læui, altè defosso, pars eius quædam extans mediâ inter crura, ad interfemineum statuatur, ne corpus ad eos qui à pedibus extensionem faciunt, delabatur. Deinde ne in crus quod intenditur inclinet, aliquis à latere assidens, narem repellat, ne corpus circumducatur. Idem quoque fiet si ad iuxtaque alam ligna affigantur, brachiaque protensa seruentur, alius autem genu apprehenso, ita in diuersa contendat. Quinetiam, si placet, hoc molieris aliis habenis ad genu vel femur alligatis, si alterum rotæ modiolum ad caput defoderis, & habenis ad aliquod lignum quod in rotæ modiolum defixum sit, religatis, contrariam ei quæ ad pedes fit extensionem feceris. Quin si lubet modiolorum loco, subtensa lecto mediocri trabecula, deinde ad eius capita hinc & inde lignis obfirmatis & reflexis, lora intendere licebit. Quòd si placet, per afellos ab

utraque parte collocatos, extensionem molieris. Sunt & alia quam plurima distentionum genera. Præstat autem eum qui in magna vrbe medicinam facit, lignum habere præparatum, in quo vis omnis contineatur, quæ tam in fractis quam luxatis omnibus restituendis, tum per extensionem, tum per vectis molitionem adhibetur. Ad hoc sanis erit lignum longitudine, latitudine & crassitudine, quales columnæ quernæ quadrangulæ fieri assolent. Abundè igitur distento crure, articulus iam promptè reponitur. Sublimis enim in directum supra pristinam sedem tollitur. Ergo manuum palmis componere decet, partim supra prominens os virgendo, partim infra malleolum contra propellendo. Repositum articulum intentum, si fieri potest, deligare oportet, si lora prohibeant, iis solutis, dum vinculum iniectum sit, in diuersa diducere. Deligandum verò eodem modo, fasciarum initiis qua parte os prominet similiter iniectis, primisque orbibus quam plurimis eodem volutis, & splenis plurimis ad id adhibitis illicque potissimum adstrictis. Pretereaque hinc & inde plurimum vinculo circumdandum. Hic verò articulus prima deligatione magis comprimendus, quam qui in manu est. Iniecto vinculo, pars deligata reliquo corpore superior statuatur. Situs autem is esse debet, ut pes quàm minimè dependeat. At corporis extenuationem talem fecerit, prout grauis luxatio fuerit, siquidem nonnulla leuiter, alia multum luxantur. Omnino magis & diutius in crurum quàm brachiorum vulneribus extenuandum est, quippe cum hæc illis sint maiora & crassiora. Quinetiam corpus quiescere & iacere necesse est. Soluere verò articulum tertio quoque die, posteaque deligare, neque quicquam prohibet, neque vrget. Reliquaque omnia similem præcedentibus curationem habeant. At si quietus iaceat, sanis esse possunt quadraginta dies, dummodo in pristinam sedem ossa reuerterint. Sin quiescere nolit, & crure difficilius vretur, diutissimeque vinctum gestare cogetur.

At varò vbi ossa suis sedibus non integrè restituuntur, sed aliqua ex parte deficiunt, temporis lapsu coxa, femur & tibia emacrescunt. At siquidem intrò luxatio facta est, exteriori parte, si extra, interiori parte attenuatio fieri solet. Plarunque tamen intrò excidunt. Cum autem utraque

biæ ossa absque vlcere fracta fuerint, validiorem intensio-
nem requirunt. Ac si pars ossis aliqua plurimum super alte-
ram effratur, aliquem ex antè commemoratis intendendi
modis adhibere conuenit. Satis ramen esse possunt exten-
siones quas per homines molimur. Nam & plærunque duo
valentes viri, qui hinc & inde in diuersa cõtendunt, satis sunt.
Intendere autem in directum pro naturali habitu, ac secun-
dum tibix & femoris rectitudinem oportet, siue tibix fra-
ctæ, siue femoris ossa intendas. Quin & vtrumuis de iun-
ctis, ita extenta vtraq; deliganda sunt. Neque enim eadẽ de-
ligationis ratio & cruri & manui confert. Siquidem vbi cu-
biti & brachij ossa fracta deligantur, manus suspensa exci-
pitur. Ac si ea extenta deligaueris, carniũ figurationes in
cubiti inflexione immutantur. Nequit enim cubiti flexura
longam extensionẽ ferre, cum non eo habitu, sed plærunq;
incuruata detineri consueuerit. Quin & manu vulnerata,
cum homines obambulare possint, eam ad cubiti flexum
incuruare opus habent. Crus verò, cum obambulando, tũ
stando, partim quidem extensum, partim verò prope ex-
tensum esse in inferiorem partem naturaliter soleat, nec
non sanè reliquum corpus vchere debeat, iccirco extensio-
nem facillè ferre, cum opus est, potest. Quinetiam in cubili
plerunque hoc habitu extensum continetur. At postquam
vulneratum est, ad seruilem animi demissionem homines
necessitate adiguntur, cum erigi nequeant, adeò vt neq;
inflecti, neque exurgere eis in mentem veniat, sed eo habi-
tu iacentes quiescant. Has igitur ob causas, neque intensio-
nis, neq; deligationis eadem figura manui & cruri conue-
nit. Quòd si satis esse potest extensio quæ per homines adhi-
betur, nihil ampliùs frustra laborandum est. Machinas enim
ad mouere vbi res nõ exigit, absurdum est. At si satis esse ne-
quit per viros adhibita extensio, etiã quiddam ex violentis
quod commodum sit, ad moliri opus est. Distentione abudẽ
facta, ossa facillè cõponuntur, & ad naturalem statum addu-
cuntur, manuũ palmis directæ & conuenienter aptatæ. Cõ-
posita autẽ ossa, extenta fasciis deliganda, eò primũ cir-
cũdatis fasciis, siue ad dextram, siue ad sinistram ducendæ
sint. Quarũ tamen initia qua parte os fractũ est iniciantur,
ibiq; primũ obuolutæ, deinceps ad superiorem tibix partẽ

deligando tendant, quemadmodum in aliis fracturis dictum est. Fascias verò latiores & longiores, multoque plures in crure quàm in manu esse oportet. Atq; vbi deuinxis, supra molle aliquod & æquabile deponere, vt ne in hanc vel in illam partem peruertatur, aut in anteriorem aut posteriorem partem inflectatur. Ad id verò plurimum confert puluiscum linenum, aut laneum mollem, non durum, medium in longitudinem, aut aliud quid tale cruri supponere.

Canales nanq; qui cruribus fractis supponuntur, subici debeant, nec ne, ambigendum mihi videtur. Profunt etenim, non tamen quantum existimant, qui eos supponunt. Nam neque in quiete, vt putant, crus continent, neque dum reliquum corpus in hanc vel illam partem conuertitur, canales prohibent quominus crus sequatur, nisi homo ipse diligenter aduertat, neque rursus crus vel in hanc vel in illam partem moueri absq; reliquo corpore prohibent. Quinetiam durum videtur & asperum lignum subici, nisi simul molle aliquid in ipsum imponatur. Maximè tamen est vitium cum stratum substernitur, ac dum ad desidendum arget progreditur. Potest igitur cum canali, & sine eo, bene vel male res confici. Vulgò tamen persuasum est etiam medicum minùs esse culpæ obnoxium, si canalis subiiciatur, etià minùs id ex arte est. Crus siquidem super re aliqua æquabili & molli omni ex parte rectum iacere oportet, quandoquidem necesse est, ab ea peruersione quæ fit in membri depositione, quocunque aut quantumcunque se vertat, deligationem superari. Vinctus autem ad eadem quæ priùs dicta sunt interrogatus respondeat. Nam & vinculum eiusmodi esse conuenit, & tumorem extremis partibus eodem modo assurgere, eodemque modo vincula laxari, & tertio quoque die resolui, ac postea deligari, necnò vinctam partem graciliorem esse, vinculaq; arctiora & per plures fascias adhibere, eaque ad pedem laxè obuoluere, nisi fractura ad genu proximè accedat. Intendi quoq; moderatè ac dirigi quoties deligantur ossa debent. Nam si curatio rectè instituatur, tumorq; ex sententia succedat, cum tenuior ac gracilior vincta pars futura est, tum etiam ossa faciliùs adducentur, intentioniq; magis cedent. Septimo autem aut nono, aut vndecimo die, ferulæ, velut in aliis quoq; fracturis dictum est, ad mouendæ.

Exta.

Ex tamen ne è regione malleolorum ac supra tendonum qui ex tibia in pedem fertur infideant, adhibenda cautio est. Tibiæ verò ossa quadraginta diebus, si rectè curentur, firmantur. Quòd si os aliquod directione indigere suspiceris, aut alicuius exulcerationis metus sit, interiecto tempore ubi resoluieris ac probè collocaris, religato. At si alterum tibiæ os fractum sit, imbecilliore quidem intentione opus est, sed nec ea tamen deficere aut supinè adhiberi debet. Ac potissimum quidem in prima deligatione fracta omnia quantum conuenit, vel certè quàm celerrimè semper intendenda sunt. Quòd enim non rectè compositis ossibus vinculo adstrictum fuerit, id maiore dolore locum vrget. Redi-qua curatio eadem est. Ex ossibus verò quod ex anteriore tibiæ parte (quæ ἀντινήμιον dicitur) intrò vrgerè conspicitur, molestiorem curationem facit, maioremq; intentionem postulat, ac nisi ossa rectè componantur, latèrè non potest. Totum enim & carnis expers se prodit, eoq; fracto multò tardius crure insistere queunt. Quòd si os externum fractum est, tum multò leuiùs ferunt, tum longè faciliùs laceret, etiam si non rectè repositum fuerit, cùm carnosum sit, citoq; pedibus insistant. Maximam quippe oneris partem os sustinet, quod anterioris tibiæ (quæ ἀντινήμιον dicitur) interiore parte situm est, simulq; vnà cum crure, onus etiam quod cruri è directo impositum est ferendo, plurimùm laboris subit. Nam femoris caput quod superiorem corporis partem subuehit, interiore cruris parte, non exteriore, idq; è directo anterioris tibiæ, situm habet. Tum verò reliqua dimidia corporis pars, huc magis suo momento quàm in exteriorem partem inclinat. Adde quòd internum os externo crassius est, non secus ac in cubito, quod in directum minimo digito respondet, tenuius est & longius. At in inferiore articulo non similiter os longius subtenitur. Neque enim similiter articulus ad cubiti gibbum & poples flectuntur. Eas igitur ob causas exteriore quidem ossis fracto celatè, interiore verò tardius incedunt.

At verò si femoris os fractum sit, omni ope anniten dum, vt extensio, eaquè non minus quàm par est, fiat. Superans enim intentio nullam læsionem afferet. Nam neque si diducta per vim extensionis ossa religaris, sic diducta vinculo

Ex ta-

contineri poterunt, sed cum primum intentio remiserit, inter se concurrent. Hic enim carnes crassæ ac validæ deligationem superant, non ab ea superantur. In eo igitur de quo agitur, intentio valida fieri debet, sic nullam ut in partem vertatur, nihilque deficiat. Neque enim sine magno dedecore ac noxia femur breuius redditur. Manus quidem certe breuior celari poterit, neque id magnum peccatum est. Crus verò breuius redditum, hominem claudum efficit. Id enim sanum, quod est longius, arguit. Adeò ut ei qui malè curari debeat, utrunque crus potius, quam alterum, frangi sit conducibile. Sic enim seipse æquis in utranque partem momentis librauerit. Cum autem abundè intenderis, ac manuum palmis composueris, eodem quo antea scriptum est modo deligandum est, tum fasciarum initiis velut dictum est iniectis, tum iis ad superiore partem deductis. Eger etiam ad eadem (ut prius) respondeat, iisdemque partibus doleat, ac leuius habeat, & solutis vinculis similiter religetur, ferulæque eodem modo adhibeantur. Femur verò quinquaginta diebus firmatur. Insuper animaduertendum est femur exteriori potius parte quam interiore, ac magis anteriore quam posteriore parte incuruari. Ideoque in has partes, ubi rectè non curatur, distorqueri solere. Quinetiam his partibus quam reliquis minus carnosum est, ita ut cum peruertitur latere nequeat. Si quid igitur eiusmodi suspectum est, eadè moliri oportet quæ in brachio distorto consulimus. Pauca præterea lintea ad coxam & ilia in orbem circumducenda, tum ut inguina, tum etiam articulus ad locum inter crura medium (qui *πληξὶς* Græcis, hoc est, gressura dicitur) deuinciatur. Quod cum aliàs confert, tum ut ne extremitatē ferulæ ad partes vinculis carentes admotæ eas lædant. Ferulæ siquidem à nuda parte abundè utrinque semper recedere debent, in iisque admonendis ea perpetuò cautio adhibenda est, ut ne ad ossa in articulis naturaliter prominentia, neque ad neruum qui circa articulum est, imponantur. Tumores verò in poplite, aut pede, aut alia quapiam parte, ex compressione sublatis, multis lanis succidis probè carptis, vino & oleo resperfis, cerato sublito, deuinciendi sunt, ferulæque si premant, citò laxandæ. Quin & tumores extenuabuntur, si sursum versus ad ferulas, tenuibus fasciis eos deuinxeris, intentio ab

tio ab

tio ab imis partibus facta, sursum procedendo. Ita enim cellerimē tumor extenuabitur, & supra priorem deligationem transferetur. Hoc tamen deligationis modo vitandum non est, nisi periculum sit, ne tumor pustulis aut nigritie vinetur. Tale autem nihil cōringit, nisi fractura valdē comprimatur, aut dependeat, aut manu scalpat, aut aliquid aliud quod irriter ad corpus offenderit.

At si quis canalem femori subiiciat, qui poplitem non excedat, is potius lædat quàm profit. Neque enim corpus, neque tibiam, sine femore moveri prohibuerit. Quin popli adhibitus molestiam afferet, & ad id quod minimē est opus impellet. Genu nanq; flecti minimē opus est. Si quis enim aut femore deuincto, aut tibia, genu inflectat, is vinculorum rationem totam perturbabit, tum necesse erit vt musculi aliās alio habitu collocentur, & ossa fracta dimoueantur. Imprimi igitur conandum vt poples extendatur. Canalis ergo erit vsui, qui à coxa ad pedem suppositus similiter contineat, præcipueque si ad poplitem cum canali fascia laxa circumiiciatur, velut infantes in cunis fasciari solent. Vbi enim femur in superiorem partem, aut ad latus distorquebitur, ita cum canali melius detinebitur. Canalis igitur a summo ad imum vsque, aut nullus adhibendus. Cæterum imæ calci magna curā adhibenda, vt tum in tibia, tum in femoris fracturis aptè collocetur. Etenim si pes dependeat, tibia reliqua obfirmata, ossa in anteriore tibia parte gibba apparere necesse est. At si calce plus æquo sublimius obfirmato, reliqua tibia aliquantulum dependeat, os in anteriore tibia parte præter modum cauum apparere necesse est, idque eo magis si hominis calx suapte naturā grandior fuerit. Cæterum tardius firmantur omnia ossa, imbecilliorēque callo obducuntur nisi naturalem positum nacta fuerint, aut in eodem habitu immota permanserint. Atque ista quidem de ossis fractura, in qua neque ossa eminent, neque alioqui vlcus accessit, dicta sint. Quibus verò simplici modo & absq; fragmentis ossa fracta sunt, eodem aut postero die restituta, atq; in suas sedes reposita, nec metuitur vt fragmentum aliquod ab osse abscedat: aut etiam quibus vlcus quidem accessit, ossa tamen fracta non eminent, neq; fractura eiusmodi est, vt ossium fragmenta expectari debeant, eos simpliciter curare oportet.

At quidem certè nonnulli, qui neq; multum profunt aut
 obfunt, vlceribus medentur, imposito aliquo medicamen-
 to purgante, aut certè picato, aut medicamēto quod cruce-
 tis vlneribus adhibetur, aut alio quopiam quod compone-
 re confueuerunt. Ego verò eos qui splenia vino imbuta, aut
 lanam succidam, vel id genus aliquid deuinciunt, laudo. At
 vbi vlcera pura euaserint, aut iam coaluerint, tunc pluribus
 linteis adhibitis deuincire, & ferulis dirigere conantur. Hæc
 sanè curandi ratio vt aliquid confert, ita neq; multum laedit.
 Ossa tamen non perinde suis sedibus firmantur, verum ali-
 quanto plus quàm par sit ea parte corpora intumescant.
 Quinetiam breuiora redduntur quibus vtraq; aut cubiti,
 aut tibie ossa fracta sunt. Rursus nonnulli huiusmodi fra-
 cturis linteis statim medentur, atq; vtrinque fascias con-
 uoluunt, vlcus verò nudum relinquunt, & perfrigerari so-
 nunt. Deinde ad vlcus adhibito aliquo medicamento pur-
 gante, tum spleniis vinò imbutis ac lana succida curatio-
 nem instituunt. At praua est hæc curandi ratio, eaque qui
 vtuntur, cum in his, tum etiam in reliquis fracturis, pluri-
 mum à recta intelligentia aberrare probabile est. In primis
 enim confert nosse qua ratione fasciæ initium iniiciendum
 sit, & qua parte maximè comprimendum, quantum item
 conferat, si quis fasciæ initium rectè circumdet, & qua par-
 te maximè conuenit, comprimat, tum quantum detrimen-
 ti sequatur, si neque quis probè fasciæ initium circumiciat,
 neq; qua maximè parte conuenit, sed hinc & inde compri-
 mat. Ac sanè quidem quid ex vtrisque contingat, in superio-
 ribus dictum est, & ipsa quoque medela eius rei testimoni-
 um adfert. Sic enim deuincto, tumorem ad vlcus assurgere
 necesse est. Nam si sana carnosà pars hinc atq; hinc deuin-
 cta, intermedio quodam spatio relicto, præcipuè iuxta illud
 intermedium spatium intumescat, ac decolor reddatur, cur
 non ista in vlcere contingent? Necessario igitur vlcus de-
 color, ac labris expansis euadet, lachrymolumque ac mi-
 nimè suppurans reddetur, & ossa alioqui minimè ab-
 scessura, abscessum facient, nec non vlcus pulsu ac igneo
 calore affligetur. Coguntur item insuper propter tumo-
 rem cataplasmata imponere, quod etiam iis qui hinc atque
 inde deuinciuntur, incommodè cedit, cum ad reliquum

pulsam

pulsam pondus etiam inutile accedat Tandem verò vincula resoluunt vbi malum recruduerit, ac de reliquo curationem absque vinculo persequuntur. Nihilominus autem, etsi aliud vulnus nacti fuerint, eandem curandi rationem adhibent. Neque enim deligationem hinc & inde adhibitam, & vlcis perfrigerationem, verum aliud quoddam infortunium causam reputant. Neque sanè ad tam multa ea de re scribenda adductus essem, nisi mihi liquidò constaret, & inutilem esse hanc deligationem, & à plurimis istam medendi rationem usurpari, operè que pretium futurum ut ista dediscerent. Atque ea quæ supra sunt exposita; rectè fuisse tradita testantur, quæ vel maximè vel minimum comprimendæ sunt fracturæ. Oportet autem (ut breuiter dicam) quibus nulla ossis abscessio futura est, eandem medendi rationem adhibere, quæ vbi quidem ossa absque vlcere fracta sunt, cum distentiones aptationesq; ossium, tum etiam eandem deligationem ad mouere. Vlceri namque splenium tenue duplex cerato picato illitum circumdandum, proximæque partes cerato liquido inungendæ. Fasciæ verò reliquæ aliquantò latiùs fissæ esse debent, quam si vlcus non adesset, & quo primùm deligatur, multò latiùs sit quam vlcus. Quæ enim vlcere angustiora sunt, vlcus ipsam cingunt, quod minime conuenit, sed prima conuolutione totum vlcus comprehendendum, ita ut superiore ac inferiore parte linteum excedat. Linteum igitur è directo vlceri iniiciendum, pauloque minùs, quam si citra vlcus esset, arctandum, deligatioque quo supra dictum est modo circumagenda. Sint autem semper lintea, ac præcipuè in his, molliora, quam si integra cutis esset, neque pauciora quam priùs dictum est; quin etiam aliquantò plura. Ei verò qui deligatus est ita accommodentur, ut obfirmata non autem appressa videantur, præcipueque qua parte vlcus est ea obfirmata esse asserat. Eademque tempora esse debent quibus firmiùs adaptata, & quibus laxiora esse sentiat, velut supra dictum est. Deinde tertio quoque die resoluenda, rursusque deuincienda, eademque omnia quæ supra facienda, nisi quòd in totum hæc quam illa aliquantò minùs comprimenda sunt. Ac si rationi consentanea fiant, vlcis quidem locus, reliquæque omnia quæ vinculo continentur, semper graciliora depre-

Ecc

hendentur. celerioresq; suppurationes erunt quàm in aliis
 vlcerum curatione. Carunculae quoque quæ in vulnere ni-
 grescunt & emoriuntur, celerius sub hac curatione abri-
 ptæ excidunt, vlcusq; hoc modo quàm aliter curatum ma-
 turius ad cicatricem deuenit. Horum autem omnium cau-
 sa est, quòd pars quidem vulnerata & quæ circum vicina
 sunt graciles redduntur. In reliquis quidem omnibus eadẽ
 curatio quæ in fracturis absq; vlcere adhibenda, ferula ta-
 men neutrquam sunt admouendæ. Proptereaq; hic quoq;
 quàm alibi copiosiorib. linteis opus est, tum quòd minus
 comprimantur, tum quia ferulae tardiùs adhibeantur. Quæ
 tamen si admoueris, aduertendum vt ne è regione vlcis,
 sed vt laxiores adhibeantur, neq; vt vlla magna ab iis ad-
 strictio fiat, quòd in his quoq; quæ priùs scripta sunt dictũ
 est. Accuratam autem victus rationem eamq; longiore tẽ-
 pore iis instituere oportet, quibus circa initia vlcus accedit
 & quibus ossa eminent. Ac (vt in summa dicam) quò gra-
 uiora vulnera sunt, eò accuratiore & longiore victus ratio-
 ne vtendum. Eadem autem curatio vlceribus instituenda,
 quæ quidem ossibus fractis circa initia non insunt, verum
 aut ex nimia linteorum compressione, aut ferularum infes-
 sione, aut alia quapiam ex causa, sub ipsa curatione oriu-
 tur. Vlcus certè subesse ex dolore & pulsu cognoscitur, tum
 si tumor qui in extremis partibus est indurascit, appres-
 sũque digito exprimitur, citò tamen recurrit. Soluere igitur
 si quid tale suspiceris oportet: ac si quidem sub primis fa-
 scis, aut alia quapiam deuincta parte pruritus fuerit, cera-
 to picato in alterius vicem vtendum. Quòd si nihil horum
 quidem contingat, vlcus autem ipsum irritatum nigrum
 admodum aut lordidum deprehendatur, futurumque sit vt
 carnes suppurent, nervique insuper excidant, hos neque ex
 toto refrigerare, neque quicquam istas suppurationes ve-
 reri oportet, sed de cætero quidem eodẽ modo curare, vel-
 ut eos quibus circa initia vlcus accessit. Lintea autem ad-
 modum laxa tumori qui in extremis partibus existit pri-
 mum iniici debent, ac deinde circumagendo sursum sem-
 per tendere, ac nullo quidem modo comprimi, verum ita
 aptari vt maximè vlceri obfirmata, minus autem reliquis
 partibus sentiantur. Hæc autem prima lintea munda, neq;
 angu-

angusta sunt, eaque copia, quanta si cum ferulis deligatio
 fiat, aut paulò minor. Ulceri verò splenium impositum, ce-
 rato albo illitum abundè est. Caro nanque aut nervus, ubi
 nigritiem conceperint, ut præterea etiam decidant necesse
 est. Neque enim acribus talia, sed lenibus, velut ambusta, cu-
 rare oportet. Tertio etiam quoque die solvere ac rursus de-
 ligare conuenit, ferulas autem non apponere; tum magis
 etiam quàm antea conquiescere & cibo abstinere. Animad-
 vertendum quoque est, ubi aut caro aut nervus excidere de-
 beant, hoc modo multò minùs latè serpere, multoq; citiùs
 decidere, ac proximas partes longè graciliores fieri, quàm
 si resolutis linteis, vlcus quoque ex medicamentis purgan-
 tibus nutriatur. Quinetiam si quid suppuraturum est exci-
 derit, citiùs sub illa curatione quàm sub alia, tum carne re-
 plebitur, tum celerius cicatrice obducetur. Hæc quidem in
 eo vertitur omnia, ut rectam & moderatam deligationem
 instituas. Ad quod etiam insuper conferunt conuenientes
 habitus & reliqua victus ratio, ac linteorum habitas. Quod
 si sanè recenti vulnere deceptus, ossum abscessum futurum
 non existimaueris, quæ tamen educi debere spes est, nullo
 modo formidandus est hic curationis modus. Nullum enim
 magnum incommodum continget, si modò rectam & in-
 noxiam deligationem manu accommodaueris. Sub hac au-
 tem curatione os abscessurum indicatur, ubi pus copiosius
 ab ulcere profluit, & pars affecta impetu ad excretionem
 ferri videtur. Crebrius igitur ob redundantem humidita-
 tem religare oportet, cum & aliàs febres excitentur & si-
 quidem admodum vinculis comprimantur, tum vlcus, tum
 proxima partes graciles efficiuntur.

At quibuscunque quidem tenuia admodum ossa absce-
 dunt, in his haud multa mutatione opus est, tantum laxior
 victura adhibenda, ut ne pus intercludatur, sed facilè ef-
 fluat, sepiusque dum os abscesserit resoluenda, nullæque fe-
 rulae apponendæ. Quibus verò os grandius abscedere spe-
 ras, siue id per exordia præsenferis, siue etiam postea cogno-
 ueris, non ampliùs eadem medela opus est. Verùm mēbro-
 rum quidem in directum tensiones, eodem quo supra dictū
 est modo faciendæ. Splenia verò duplicata sunt, latitu-
 dine quidem semidodrantali, neque minora, coniectura

Ecc 2

ad id tamen ex vulnere, cuiusmodi fuerit, sumpta. Longitudine autem paulò quidem breuiora, quàm vt suo circumactu membrum laesum bis comprehendant, multò tamen longiora quàm vt semel circumducantur. At multitudine tot facere oportet, quot res postulat. Hæc vino nigro austero intincta, ex medio initio facta, velut fascia quæ ex duobus capitibus primum circundatur, conuoluenda, ac deinde alternatis capitibus asciz modo incurua dimittenda. Atque hæc supra vlcus, & hinc atque hinc adhibenda sunt, ac ne comprimi quidem, verùm eatenus vlceri adhærescere vt obfirmantur, debent. Vlceri autem ceratum quod picem habeat imponendum, aut aliquod ex iis quæ cruentis vulneribus adhibentur, aut aliud aliquod medicamentū quod perfusioni sit accommodatum. Ac æstate quidem splenia vino subinde imbui debent, hyeme autem, lanæ multæ succidæ vino atque oleo madentes superimponendæ. Pellis verò caprina substernenda, & vt humores faciliè effluat, defluuia obseruanda, mente reputans loca hæc si longo tempore eodem habitu perseuerent, curatu difficiles attritus contrahere.

At qui non vlllo ex antedictis modis, aut ex iis qui postea referentur, sub vinculis sanari queunt, eos maximam curam adhibere oportet, vt partem corporis fractam rectè atque è directo collocatam habeant, ea animaduersione vt excitetur potius quàm dependeat. Quòd si cui rectè atque expeditè opus exercere in animo est, is machinas adhibere necesse habet, quò iusta ac minimè violenta distensionem partis corporis fracta intendatur, quod præcipuè in tibia facere licet. Quidam igitur crure fracto, siue vinculi aliquod, siue nullum adhibeatur, pedem summum ad lectum, aut aliud quod aliud lignum iuxta lectum defossum deuinciunt. At hi quidem vt nihil vtile afferunt, ita planè nocent. Neque enim hæc pedis victura quicquam ad extensionem confert, cum reliquum corpus nihilominus ad pedes defluat, eaque de causa non ampliùs extenditur, ac neque quicquam ad directionem conducit, quin etiam obest. Conuerso nanque in hanc vel illam partem reliquo corpore, nihil prohibebit vinculum, quo minus pes & annexa illi ossa reliquum corpus sequantur. Quin si alligatus non fuerit, minor fiet peruersio,

uerſio, cùm in reliqui corporis motione minùs deſeratur. Poſſunt autem duo orbes ex corio Ægyptio conſui, quales geſtare conſueuerunt qui diu in magnis compediſus detenti ſunt, ſintque hi vndique tunicis cincti, quã quidem vulnus eſt alioribus, ad articulos autem breuioribus. Sint præterea tumidi quidem & molles, atque ita accommodati, vt vnus quidem ſupra malleolos, alter verò infra genu collocetur. A latere verò vtroque habeat bina vtrinque appenſa retinacula, breuiora velut anſas, ex ſimplici aut duplici loro, partim quidem ex vtroque malleolo, partim verò ex vtroque genu. Ac ſuperior orbis altera eadem habeat eodem modo e directo reſpondentia. Deinde virgæ corneæ ſumantur æquali inter ſe magnitudine, craſſitudine quidem digitali, ea verò longitudine, vt inflexæ ad ſuſpenſa retinacula aptè cõueniant, eo adhibito ſtudio, vt ſummi virgarum fines non in corpus, ſed in extremas orbium eminentias incumbant. Tria verò aut plura virgarum paria eſſe debent, & aliæ aliis aliquantò longiores, & breuiores, ac minores, quò, ſi lubet, magis diſtendere poſſis. Virgæque hinc & inde ex vtraque malleorum parte collocentur. Hæc igitur ſi crebrò molitus fueris, & iuſtam intenſionem, & ex directo æquabilem preſtabunt, vulnerique nullum dolorem afferent. Nam ſi quæ ſiunt expreſſiones, partim quidem ad pedem, partim verò ad femur ablegantur, virgæque hinc atque inde à malleolis rectius collocantur, vt ne tibiæ ſitum impedian, ac probe vulnus decumbat & ſuſtineatur. Neque verò quicquam prohibet, duas ſuperiores virgas, ſi quis velit, inter ſe iungere, ac leue aliquid, ſi lubet, iniicere, ita vt iniectum ſublime ſupra vulnus extet. Orbes igitur ſi lenes, molles, firmi & recte conſuti fuerint, virgarumque intenſio, velut iam dictum eſt, rectè facta ſit, optimum erit commentum. Sin horum quicquam nõ rectè procedat, oberit magis quàm proſuerit. Cætera autem artificia, aut rectè, aut nullo modo molienda ſunt. Turpe enim & ab arte abhorrens, aliquid molientem in ipſo artificio deſicere.

Fracturas porrò tam cum vlcere, quàm ſine vlcere, platrique medici primis diebus lana ſuccida curant, neque id ab arte alienum videtur. Qui ſanè ad recenter vulnerata, linctorum inopia, lanam comparatam habere coguntur, iis

Ecc 3

magna venia debetur. Neque enim in linteorum penuria, quicquam lana longè melius ad hæc deliganda adhiberi potest. Ea verò quamplurima, tum probè carpta, neque aspera esse debet. Pauca nanque & praua, parum habet virtutis. At qui vno aut altero die lanam deligare æquum esse putant, tertio verò & quarto injectis linteis comprimunt, tumque plurimum distendunt, id in eo, quod in re medica imprimis est aduertendum, admodum inscienter se gerunt. Tertio nanque & quarto die duriter & asperè vulnera minimè tractari debent, & ut vno verbo complectar, iis diebus omni specilli demissione, aliisque quibus vulnera irritantur abstinendum. In totum enim pleraque vulnera tertio & quarto die recrudescere consueverunt, tum quæ ad inflammationem & sordes tendunt, tum quæ ad febres deueniunt. Atque hoc præceptum, si quod aliud, magnum est operæ pretium attendere. Quid enim est præcipui in re medica vsus non in vlceribus modò, verum etiam multis in aliis morbis, cum quo communionem non habeat? Nisi si quis alios quoque morbos vlcera esse dixerit. Quæ sanè oratio quandam habet probabilitatem. Multis enim modis alij cum alijs cognationem habent. At qui lanis uti æquum censerent, quoad septem dies præterierint, deinde tum intendere, tum componere & fasciis deuincire, id non perinde insipientes videri debent. Nam & maximè accommodatum inflammationi tempus præterierit, & ab his diebus ossa laxari & bene coaptari poterunt. Ista tamen curandi ratio longè potior est quæ per exordia fascias deuincit. Hæc enim septimo die efficit ut deligationi per ferulas suscipienda planè idonei reddantur, quod in illa multò posterius contingit. Sed & alias quasdam habet noxias, quas longum est serper censere.

At quibus ossa fracta cute eminentia, in suam sedem collocari non possunt, ea hoc modo reconduntur. Ferramenta facienda ad vectium similitudinem, quibus in lapideis utuntur, hæc quidem parte latiora, altera verò angustiora. Triangula aut etiam plura esse debent, quò maximè accommodata in usum adhibeantur. His deinde suppositis vnâ inter extendendum ita molitionem aggredi oportet, ut ima sui parte inferiori ossi, summa vero superiori in-

quantur.

pirantur, non secus (vt vno verbo complectar) quàm si quis
 ad lapidem aut lignum commouendum, validam vectis
 molitionem adhibeat. Sint autem ferramenta quàm maxi-
 mè fieri potest valida, ne inflectantur. In eoque magnum
 est subsidium, si & ferramenta sint idonea, & conuenien-
 tem quis molitionem adhibeat. Ex omnibus nanque ma-
 chinamentis quæ conuenienter ad vsum homines commi-
 niscuntur, violentissima hæc tria existunt, aselli circumactio,
 per vectem molitio, & cunei adactio. Ac nisi aut vnum ali-
 quod, aut omnia adhibueris, nihil ex his omnibus quæ ma-
 gna vniuntur, perfici possit. Quare negligenda non est
 hæc per vectes molitio. Hac siquidem ratione, aut nulla al-
 lia, ossa in suas sedes reconducuntur. Quod si sanè pars ossis
 quæ super aliud effertur, minimè idoneam vecti sedem ex-
 hibet, sed acutum quid prominet, illud scalpro vtrinque li-
 mandum, quò signius vecti insideat. Eodem autem die aut
 postero molitionem & extensionem adhibere conuenit,
 sed non tertio, quarto verò, & quinto minime. His etenim
 diebus lacerata ossa, etiam si suis sedibus restituta non sint,
 inflammatione tentantur, ac nihilominus etiam vbi resti-
 tuta fuerint. Quinetiam reposito osse multò magis excita-
 bitur neruorum distentio, quàm non reposito, quod probè
 posse conuenit. Etenim si reposito osse neruorum distentio
 superuenit, in angusto spes est. Præstatq; si id sine molestia
 fieri possit, os retro compellere. Neq; enim his quæ plus iu-
 sto laxiora sunt neruorum distentiones & rigores accedunt,
 sed his quæ magis intenduntur, qua de re nunc agitur. His
 igitur prædictis diebus nullam molestiam exhibere oportet,
 sed operam dare vt vlcus quam minimè inflammatione
 tentetur, maximeq; ad pus perueniat. Elapsis verò septem
 diebus, aut etiam paulò pluribus, si febris absit, neque vlcus
 inflammatione vexetur, tunc minus obstat quo minus repo-
 nere tætemus, si id nos consequi posse non diffitemur. Alio-
 qui nil opus est frustra aut sibi molestiam, aut alteri exhi-
 bere. Vbi igitur ossa in suam sedem compuleris, discessione
 factura sint necne, quænam ad ea curandi ratio accommo-
 dari debeat, iam est expositum. Ac siquidem discessura ossa
 speraueris, in his omnibus deligatio ex lintheis, quo dixi mo-
 do, vt plurimum à medijs orsa instituenda est, velut quæ ex

Ecc 4

duobus initiis primum fascia circumdatur. Vlcus autem forma in considerationem adhibenda est, quò quàm minimùm hiantibus ac ductis labris sub vinculo exultat. Interdum etenim accommodatè vinculum ad dextram ducitur, interdum verò ad sinistram, aliis etiam ex duobus initiis ortum habet. At quæ suis sedibus ossa restitui non poterunt, ea discessionem esse factura nosse convenit, nec non quæ prorsus carne nudata sunt. Nudantur verò quibusdam parte superiore, nonnullis quoque in orbem quoquoque carnes emoriuntur. Et nonnullis quidem sub diuturno vulnere ossa quædã carie experta sunt, aliis verò minimè, & his quidem magis, illis autem minùs, ac partim quidem parva, partim etiam magna. Ob relaxas igitur causas vno verbo explicari non potest, quo tempore ossa discessionem sine factura. Quædam etenim ob parvitatem, nonnulla etiã quò in summo contineantur celerius discedunt. Alia verò minimè, verùm arefacta & cariem sentientia desquamantur. Ad hæc etiam multum inter se curandi ratio differt. His igitur in totum celerrimè ossa abscedunt, quibus citissimè pus coit, celerrimèque etiam atque optimè caro producit. Quæ enim in læsa parte caro subnascitur, ea ferè in sublimè ossa attollit. Totus quidem testæ ossis ambitus, si quadraginta diebus discessionem facit, rectè abscedere existimandus est, cum tamen quædam sexagesimum attingant. Rariora quidem certè ossa citiùs, solidiora tardius, quæque etiam minora sunt, multum infra hoc spatium, atque alia aliter discedunt.

His autem de causis os eminens præcidi debet, si in suam sedem compelli nequit, ac tantum non reponi posse videatur, si detrahi queat, si noxium fuerit, & carnem aliqua ex parte vulneret, sensusq; molestiam afferat. Quin si denudatum fuerit, id quoque auferri debet. Reliqua præcitantur necne non multum refert. Prorùs enim constat quæ carne in totum priuantur & arefiunt, ea penitus quoque discessionem esse factura. At quæ in squamas resolui sperantur, ea præcidi non debent. Ex propositis autem indiciis coniciendum est quænam penitus discessionem factura sint, ad eaq; huiusmodi, curatio per splenia & vini perfusionem, velut in abscessibus ossibus antè scriptum est, adhibenda. Cauèdumque

lceris autem
 quam mini-
 existat. Inter-
 ram ducitur,
 uobus initium
 non poterit;
 nec non quæ
 busdam pac-
 uoquouerit
 diuturno vul-
 minime, & his
 uidem parua,
 as vno verbo
 onem sine fa-
 illa etiã quod
 Alia verò mi-
 squamantur;
 differt. His
 bus cicicissimè
 ato producta
 a ferè in sub-
 ambis, si
 bscedere ex-
 mum atque
 iora tardius,
 spatium, at-
 et, si in suam
 posse videat
 em aliqua ex
 in si denuda-
 prædicantur
 at quæ carne
 q; discessio-
 perantur, ca-
 tis contici-
 fiat, ad eaq;
 em, velut in
 a. Cauendum
 que

que ne frigidis per exordia perfundantur, horroris enim cū
 febre neruorumque distentionis metus impendet. Frigida
 nanque neruorum distentionem accersunt, quandoque ve-
 ro etiam exulcerant. Nosse autem cōuenit illic breuius ne-
 cessario membrum fieri, vbi vtrunque os fractum & aliud
 super aliud excedens curatum fuerit, cuique totus etiam te-
 ste ossis ambitus discesserit. At quibus femoris aut brachij
 os eminens est, ij ægrè supersunt. Nam cū ossa grandiora
 sunt & medullosa, tum verò multi & insignes nerui simul
 vulnerantur, & musculi, & venæ. Ac si quidem reposeris,
 neruorum distentiones superuenire consueuerunt, non re-
 positis autem febres acutæ, biliosæ, cum singultu & nigri-
 tie. Nihilò autem minùs supersunt, quibus neque in suas se-
 des sunt condita, neq; vt reconderentur tentatum est. Po-
 tius verò supersunt, quibus ossis pars inferior, quàm quibus
 superior eminet. Superesse etiã possunt, sed rarò quidē, qui-
 bus intro sunt cōdita. Curationes enim & corporū naturæ,
 quod ad ferendi leuitatem attinet, longè aliis aliæ præstant.
 Multum quoque refert an interiore parte brachij ac femo-
 ris ossa eminent. Multæ enim & insignes venarum produ-
 ctiones per interiore partem feruntur, quarum nonnul-
 læ si vulnerentur, hominem iugulāt. Sunt & exteriore parte
 quædam, verum pauciores. Quare in huiusmodi casibus
 quodnam periculum impendat non est ignorandum, idq;
 in tempore prædicendum. Quòd si in suam sedem compellere
 cogaris, idque te consequi posse speres, neque multum
 ossa inter se cesserunt, musculiq; in seipsos non contrahun-
 tur (quod sæpè fieri assolet) his per vectem molitio cum dis-
 tentione bene contulerit.

Vbi restitueris, veratrum molle eodem die propinare
 conuenit, si eodem die restitueris, alioqui ne tentare quidē
 oportet. Vlcus autem eodem modo, quo capitis ossa fracta
 curandum est, neque frigidi quicquam admoendum, ac
 cibo penitus interdicens. Ac si quidem æger natura bi-
 liosus fuerit, nonnihil mellæ odoratæ in aqua instillan-
 do, eo victu sustinendus est. Si verò bile non abundet, aquæ
 potione vtendum. Quòd si febre cōnienti detineatur, die-
 bus quatuordecim, vt minimùm, eo victu tolerari debet,
 sin febre vacet, septem diebus. Deinde sensim progressu fa-

cto, pro ratione ad simplicem victus rationem reuocandum. At quibus ossa intro condita non fuerint, tum eadem medicamenti portio adhibenda, tum eodem modo vlcus tractandum, atque eodem victu perseverandum. Itidemque elatam corporis partem distendere non oportet, quin potius contrahere, quò laxior, qua parte vlcus est efficiatur. Ossium quoque discessio longiore tempore fit, quemadmodum etiam antea dictum est. Taliaque præcipue vitanda sunt, si quis modò id honestè facere potest, cum & spem angusto sit, & pericula multa impendeant, ac nisi repositio imperitiæ artis existimatio tibi subeunda sit, sin repositio ægrum potius ad mortem præcipites, quàm ad sanitatem reducas. Vbi ossa ex toto suis sedibus mouentur, aut partim excedunt, id multò mitius in genu quàm in cubiti flexu contingit. Femoris enim articulus pro magnitudine, magis succinctus quàm brachij est, atque hic vlcus æquabilem habet naturam eamque rotundam. At brachij articulus, cum magnus est, tum plures habet cavitates. Adde quòd tibia quidem ossa longitudinem habent inter se similem, & paulum quid, ne effatu quidè dignum, quod exteriore parte excedit, nihilq; memorabile prohibet, ex quo exterior poplitis tendo ortum ducit. Cubiti verò ossa inæqualia sunt, quodque breuius, longè plenius est, quod tenuius, multum supra articulum fertur & excedit. His tamen nervi qui sunt ad communem ossium coniunctionem annectitur. In brachio autem os tenus maiore connexionis neruorum partem habet, quàm crassum. Atq; horum quidem articulorum in ossium in cubiti flexu, natura est huiusmodi. Ex quo naturæ modo, ossa quæ in genu articulo sunt, sæpius quidem elabuntur, at facilius reconduntur. Ac neq; inflammatio magna, neque articuli vinculum accedit. Plurimum autem in interiorem partem excidunt, interdum verò in exteriorem, nonnunquam etiam in poplitem. Quorum omnium difficiles non sunt repositiones. Verùm vbi in exteriorem ac lateriorem partem mouentur, homo humili aliquo sedili erure paulò quidem sublimiore collocato sedeat. Fereque mediocris extensio satis est, vt altera quidem parte tibia, altera femur in diuersa contendas.

At quæ sunt in cubiti flexu ossa, maiorem molestiam ex-

hibent, quàm quæ in genu, maioreque negotio ob inflammationem reponuntur, nisi protinus restituantur. Minus quidem certè quàm illa suis sedibus mouentur, sed ægius in suum locum reconduntur & collocantur, insuperque inflammationem magis contrahunt & callum obducunt. Sunt autem horum magna quidè ex parte parvæ inclinationes, interdum ad costas, interdum in exteriorem partem. Neque tamen articulus totus loco mouetur, sed quodammodo in brachij cavo subsistit, quæ parte os cubiti excedit. Hæc igitur ubi in hanc vel illam partem excidunt, faciliè reponuntur, ac satis est brachium in directum extendere, ita ut vnus ad manus iuncturam intendant, alter sub ala comprehensum retineat. Medicus autem altera manu ad eorum articulum admota, prominentiore palmæ parte propellat, altera verò propè articulum iniecta, in contrariam partem impellat. Atque huiusmodi luxationes non ægrè repositioni parent, si prius quàm inflammatione occupentur, recondantur. Vt plurimum autem magis in interiorem partem elabuntur, luxantur quoque & in exteriorem. Quæ habitu manifesta fiant, eaque plerumque etiam absque valida intentione in suas sedes restituntur. In his autem quæ in interiorem partem elabuntur, articulum in naturalem sedem propellere oportet, cubitum verò in pronom magis conuersum circumagere. Atque magna quidem ex parte quæ in cubiti flexu luxationes contingunt, sunt huiusmodi. Quod si articulus in hanc vel illam partem vltra cubiti os quod in brachij cavum prominet, moueatur, quod quidem rarò contingit, sed si accidat, non amplius similiter extensio in directum facta ad huiusmodi luxata accommodata fuerit. In huiusmodi namque extensione, quod à cubito prominet, quo minus brachiū supra ferri possit prohibet. In his igitur quæ sic suo loco mota sunt, eiusmodi extensionē adhibere cōuenit, quæ prius descripta est, ubi quis brachij fracta ossa deligat, ita ut ab ala quidè in superiorem partem tensio fiat, ab ipso autem cubiti gibbo deorsum cogamus. Hac enim maximè ratione brachiū supra suum sinum sublime tollitur. Quod si accidat, faciliè in suam sedem reconduntur, ubi manuum palmo partim quidem os brachij elapsum propellentes reponimus, partim verò os cubiti quod iuxta articulum est, in

partem contrariam impellimus in vtroque eodem modo minus tamen. Atque hæc distentio in hoc luxamento levisissima videtur. Quin & intensio in directum in suam sedem recondi queat, minus tamē quam si hoc modo intendatur.

At si in anteriorem partem brachium elabitur, quod quidem rarò admodum contingit, sed quid non eicit repentina motio? Multra nanque suis sedibus excidunt, etsi magnū quoddam sit impedimentum. In hac autē articuli emotione magnum quiddā supra os crassius fertur, & multa nervorum contentio, nihilominus tamen quibusdam sua cōpagine uetetur. Huius autem emotionis indicium est, quòd nulla ex parte cubitum flexere queunt, & articulus ad contrarium manifestus est. Nisi igitur subito reconditus fuerit, graues vehementesque inflammationes cum febre oriūtur. Quod si statim occurratur, nullo negotio in suam sedem reponitur. Oporteret autem linteo duro conuoluto, non magno, in cubiti flexu transverso imposito, de repente cubitum inflexere, & manum quam maximè fieri potest ad humeri caput adducere. Hæc igitur reponendi ratio iis quidem sic moris abundè est. Quin etiam in directum distentio hunc repositionis modum adaptare potest. Prominentioribus tamen manuum palmis ad brachij partem ad flexurā quiddem extantem iniectis, alter in posteriorem partem propellere, alter verò ab inferiore parte iisdem in cubiti eminentiam iniectis, in contrariam partem è regione cubiti impellere debet. Ad hunc quoque luxationis modum adhiberi potest intendendi ratio prius descripta, qua ossa brachij fracta, ubi devincienda sunt, extenduntur. Atque ubi distentio facta est, prominentioribus manuum partibus ad motis, velut prius dictum est conformare oportet.

At si posteriorem in partem brachium exciderit, quod tamen rarò contingit, is casus maximos omnium dolores, febresque assiduas, merè biliosas, lethales, & quæ intra paucos dies hominem è vita tollant, inducit. Quibus id accidit, brachium extendere nequeunt. Si ergo statim à principio affueris, ut cubitum intendere oportet, ac sponte in suum locum restituetur. Quòd si febris præoccuparit, recondi non ampliùs debet. Vi enim adhibita dolor intenderetur. Ac ut vno verbo dicam, neque ullus alius articulus, ac minimè omnium

eodem modo luxamento reponitur in suam sedem intendatur, quod quicquid efficit repetitur, et si magni articuli emouione multa neruorum cōpage motu, quod nullatenus ad contactum fuerit, grauioriūtur. Quod sedem reponitur non magno, in cubitum inflexum ad humeri cōs quidem succedente. huiusmodi flexura quā partem prout in cubiti emouione cubiti in modum ad, qua ossa brachii. Atque ubi dispartibus adportet. Acciderit, quod ium dolores, quē intra paucis id accidit, im à principio ante in suum recondi non deretur. Ac ut us, ac minime omnium

omnium cubitus, dum febris adest, in suam sedem compellendus est. Aliæ quoque graues noxiæ ac molestiæ in cubito gibbo contingunt. Nempe os istud crassius quandoque ab altero dimouetur, tuncque neque curuari, neque extendi similiter brachium potest. Id autem manifestum sit, si quis cubiti flexum, qua vena scinditur, & supra lacertum fertur, manu contingat. Quod ubi accidit, non facili in suam naturam restituitur. Neque enim vlla alia duorum inter se ossium connexio, ubi dimota est, facili in pristinam sedem reponitur, verum diductis ossibus eam partem turgidiore esse necesse est. Qua autem ratione articulus vincendus sit, in malleoli deligatione dictum est. Interdum verò os cubiti brachio subiectum frangitur, quandoque etiam cartilaginea eius pars, ex qua tendo in posteriore brachij parte enascitur. Quod cum sit, febrem & maligna vitia inducit. Articulus tamen suo loco manet, & qualiter enim ipsius basis hac parte excedit. Cum verò qua parte brachij caput supereminet discesserit, magis vagatur articulus, quam si penitus transversus frangatur. Ac (ut vno verbo complectar) minores noxiæ sunt sub ossibus fractis, quam si iis non fractis, venæ tamen ac nerui insignes iis locis conterantur. Hæc tamen magis quam illa præcipitant, si febre continua incenduntur. Verum huiusmodi quidem fracturæ rarò euenire consueverunt. Interdum quoque ipsum brachij caput iuxta productionem frangitur. Idque cum longè magis noxium esse videatur, iis quæ circa cubitum contingunt multò est leuius. Quia igitur ratione luxata singula in suas sedes reponi potissimumque curari conueniat, scriptum est, quodque articulum prout in suum locum compelli, ob celerem neruorum inflammationem, maxime conferat. Etenim si qua suo loco mota sunt statim recedantur, vna etiam nerui cōtendi solent, aliquantòque tēpore consuetam tū extensionem inflexionem impedire. Hæc autē omnia simili modo curare conuenit, tū quæ franguntur, tum quæ inter se dissident, tum quæ luxantur. Cuncta enim pluribus fasciis & spleniis, accerato, haud aliter quàm reliquæ fracturæ curanda sunt. In his etiam cubiti gibbum talem prorsus habitum habere conuenit, qualis ubi brachium fractum aut cubitus deligabatur. His enim omnibus tam luxationibus,

quàm emotionibus & fracturis, maximè communis est habitus, nec non ad eam quæ postea sequitur distentionem, & ad singula extendenda & flectenda. Inde enim similes ad utraque viæ ineundæ sunt. Præterea hoc habitu ægroto membrum facile continetur & appensum excipitur. Ad hæc etiam ubi callus firmandus est, si quidem porrecta manu callus obducatur, cum minimè adesse præstaret, cum magno sit impedimento, parum verò proffit: si autem manu inflexa callus obducitur, magis ex vñ fuerit. At longè expeditius meliusque fuerit, si manu medio habitu collocata, callus obfirmetur. Ac de habitu quidem hætenus.

Deligare verò oportet primo fasciæ capite ad læsam partem iniecto, siue fracta sit, siue exciderit, siue dehiscat, ibique primas conuolutiones circumdare, ita vt ea parte maximè obfirmetur, sed vtrinque minùs. Vinculo quoque cubitus & brachium communiter comprehendendum, quod vtriusque multò maiore partem occupet, quàm plerique solent, quò quàm longissimè à loco læso in hanc vel illam partem tumor exprimatur. Vinculo insuper eminentia etiam cubiti circumdanda, siue ea parte noxia sit, siue non, vt ne circa ipsam tumor colligatur. Vitandum etiam in vinciendo quò ad eius fieri poterit, ne vinculum ad cubiti flexum multum coaceruetur. Compressio quoque quàm maximè qua parte noxia est, facienda, cæteraque, quò ad vinculi compressionem ac laxamentum attinet, eadem, iisdemque temporibus singula adhibenda, quæ in ossium fractorum curatione priùs scripta sunt. Tum tertio quoque die vincula resoluenda. Tertio item die laxa esse sentiantur, non secus ac in fracturis. Ferulæ quoque suo tempore circumdandæ. Nihil enim absurdum est, tam iis quibus ossa fracta sunt, quàm quibus fracta non sunt, adhibere, nisi febris adfuerit. Quàm laxissimæ autem partim quidem ad brachium adaptentur, partim etiam ad cubitum collocentur, neque ex crasse. Admoueri quoque eas inæquales necesse est, ac inter se cedentes, quatenus cõferat coniectura ad flexum adhibita. Quin & splenia eadem ratione, qua ferulas diximus, sunt apponenda, sed qua parte vitium est, paulò pleniora. Temporis verò opportunitatem, cum ex inflammatione, tum ex iis quæ supra scripta sunt, conicere oportet:

HIP

Hippocratis de articulis, liber.

Humeri articulum vno modo, in alam videlicet, excidere vidi, nunquam autem in superiorem aut anteriorem partem. Non tamen excidat necne contenderim, licet de eo aliquid dicere possim. Verum neque in priorem partem vnquam vidi, nec excidere posse existimo. Etsi quibusdam medicis eam in partem plurimum luxari videtur. Sed maximè falluntur in iis quorum carnes circa articulum & brachium rabes occupauit. In quibus brachij caput in anteriorem partem prominere prorsus videtur. Atque ego cum aliquando huiusmodi articulum excidisse negarem, eam ob rem tum apud medicos, tum apud vulgum malè audiui. Solum enim ignarus, alij verò omnes periti sunt habiti, remque ita se habere, vix illis persuadere potui. Si quis ex brachio, superiore humeri parte, carnem detraxerit, ex ea quidem parte quæ musculus sursum tendit, tendonem quoque nudarit, qui iuxta alam & iugulum ad pectus fertur, brachij caput, licet non exciderit, anteriore parte multum prominere conspicietur. Natura enim brachij caput in anteriorem partem pronum est, reliquum verò brachij os in posteriorem partem incuruatur. Brachium verò lati scapularum ossis cauo adiacet, vbi ad costas porrigitur. At cum in anteriorem partem manus tota extenditur, tunc brachij caput rectà cauum lati scapularum ossis spectat, neque amplius anteriore parte prominere videtur. Sed quod in proposita quaestione versatur, nunquam anteriorem in partem prolapsum vidi, neque tamen de eo sic excidat, necne verbis contenderim. Vbi igitur brachium in alam elabatur, cum multis contingat, complures id in suam sedem reponere norunt. Omnes autem nosse modos quibus medici recondere consueuerunt, quaque ratione his quam optimè quis vtatur, eruditi est. Modus quoque optimus adhibendus, vbi validissima vi opus esse conspexeris. Optimus verò ille est, qui postremus paulò post adscribetur. Quibus igitur humerus frequenter elabatur, ij per se vt plurimum in suam sedem reponere possunt. Immissis enim sub alam alterius manus digitorum nodulis, articulum sursum propellunt, subiti verò gibbum ad pectus adducunt. Ad hunc quoque

modum medicus in suum locum compellet si interiore articuli prolapsi parte, sub alam immisissis digitis, ipse quidem capite ad summum humerum obfirmato, à costis reducendis genibus verò ad cubiti flexum brachio admotis, ad costas repellat. At qui reponit, manus eum habere robustas conuenit, aut ipse quidem manibus & capite id præstet, alius verò quidam cubiti gibberum ad pectus adducat. Reponitur quoque humerus, sic cubito in posteriorem partem ad spinam reducto, tum altera manu quod in cubito eminet forisum reflectatur, altera verò articulus retro obfirmetur. Huius reponendi modus cum superiore, etsi non sunt secundum naturam, articulum tamen circunducentes in suam sedem compellunt.

At qui calce reponere tentant, ij prope ad naturalem repositionem accedunt. Homine quidem humi supino recubato, cum qui reponit humi sedere quam in partem articulus exciderit, oportet, deinde affecta manu suis manibus apprehensa, eam extendere, calce verò sub alam immisso, dextro quidem in dextram, sinistro in sinistram, in contrariam partem impellere. In alæ cauum autem immitti rotundum aliquid, quod cōgruat, debet. Quam ad rem maxime accommodatæ sunt parvæ admodū pilæ ac duræ, quales multæ è corio sui assolent. Nisi enim quid tale indatur, ad brachij caput calx peruenire nequit. Manu quippe extensa ala cauatur, tendonibus hinc & inde alam aduersum inter se constringentibus. Alius verò ab altera eius qui extenditur parte confidēs, hominem ad integrum humerum contineat, vt ne dum manus affecta in diuersum tenditur, corpus circunducatur. Demum habenam mollem iustæ latitudinis quæ pilam sub alam impositam circumbeat, & contineat, utroque capite prehensam, quidam supra caput eius qui extenditur sedens, & os summi humeri pede calcans, in diuersum contendat. Pila autem quàm maximè fieri potest intro ad latus, non ad brachij caput, accedat. Est & alius restituendi modus, cum in erecti & stantis humerum agere sustollitur. Eum autem qui in humerū tollit maiorem esse oportet, apprehensa quæ laborantis manu, sublatum humerum in alam subiicere, deinde velut sedi insidentem aliquotulum conuertere, id in animum inducentem, vt ex humero suo

ro suo suspensum ala hominem attollat. Ipse verò excitato humero, ea parte se magis, quàm altera attollat, suspensūq; hominis brachium ad pectus suum quàm celerrimè compellat. In eoq; habitu ubi hominem suspensum tenuerit, insuper concutiat, quò reliquum corpus ei in contrariam partem, ex aduerso brachij quod continetur, propendat. Quòd si levis admodum homo fuerit, huic præterea levis aliquis puer à tergo appendeat. Atque hi omnes repositio- nis modi ad palæstram valde sunt accommodati, quòd eò nulla inferri instrumenta desiderent. Quibus tamen alibi quoque quis vti possit.

Qui etiam qui pistillo in suam sedem compellunt, prope ad naturalem reponēdi modum accedunt. Pistillum autem molli quadam fascia conuoluendum, quò minùs elabatur, atque inter costas & brachij caput subter adigendū. At si breue quidem pistillum fuerit, collocari aliquo sedili homo debet, sic, vt egrè brachiū pistillo circunducatur, ferè autem longius esse pistillum oportet, prope vt itans ex eo dependeat. Deinde brachio quidem & cubito circa pistillū recto, ex altera corporis parte manibus ad ceruicem iuxta iugulum iniectis, deorsum quis vgeat. Hic repositio- nis modus ferè secundum naturam est, & recondere articu- lum si probè appareatur, potest. Quin & per transversum in scala lignum quidam alijs huiusmodi modus, atque etiam melior obitur, propterea quòd suspensum corpus in hanc vel in illam partem securius ex æquo libretur, ad id enim quod pistilli formam habet, licet humeri articulus adhæ- reat, periclitatur tamen corpus ne in hanc vel in illam par- tem oberret. At supra scalæ gradum deligari rotundum ali- quid debet, quod in alæ cauum conuenienter aptetur, insu- perq; brachij caput in suam sedem compellat.

Ex omnibus autem reponendi modis hic optimus. Li- gnū esto latitudinis ferè quidem quinque aut quatuor di- gitorum, crassitudinis verò duorum, aut etiam tenuius, lō- gitudinis autem bicubitalis, aut paulò minùs. Cuius alterū extremum rotundum sit & angustissimum ea parte, maxi- meque tenue. Superciliosam autem habeat eminentiam in summa rotunditatis parte paulū extantem, qua non la- tus, sed brachij caput attingit, vt huic supposita, alæ ad cō-

Fff

stas adaptetur. Lignum quoque quo lenius reddatur, extrema sui parte linteum aut fasciam mollem agglutinatam habeat. Deinde ligni capite sub alam intrò quantum fieri potest, inter costas & brachij caput impulsò, manus tota ad lignum porrecta, alligari debet, vt ad brachium, & ad cubitum, & ad volam manus quam firmissimè quiescat. Imprimis verò id elaborandum est, vt ligni summa pars brachij capite suppurato, quam penitissimè alam subeat. Post hæc trabecula transuersa inter duas columnas probè alligata, manus vnà cum ligno superimponenda, sic vt altera quidē parte manus, altera corpus, ad alam verò trabecula statuatur. Demum in alteram partem manus vnà cum ligno circa trabeculam deorsum vrgenda, in alteram verò reliqua corpus. Trabecula autem ita altè vinciat, vt totum corpus sublime summis pedibus insistat. Hæc reponendi humeri ratio longè optima censetur. Iustissimam enim motionem facit, si vel solùm intrò magis quàm brachij caput lignum immittatur, iustissimæque sunt in vtranq; partem librationes, & ossi brachij securitatem præstant. Recentia igitur opinione citius reconduntur, ac prius quàm extensio facta videatur. Quinetiam vbi inueterauerint, hæc sola repositio restituere potest, nisi iam temporis lapsu caro quiddam articuli cauitatem occupauerit, & brachij caput locum in quem declinauit, consuetudine tritum iam sibi fecerit. Enimverò tamen ita inueteratum brachij luxum reponere mihi posse videtur. Quid non enim iusta molitio moueat? Non tamen loco manere posse existimo, sed vt consueuit prolapsurum. Idem quoque efficies, si per scalam viadmota, eundem reponendi modum adhibueris. Admodum item idonea fuerit sella magna Thessalica, super quam vt adhibeatur, si recens sit luxatio. Paratum tamē lignum velut dictum est, oportet. Sed & ægro in sella in latus collocato, brachium cum ligno, super eam partem, in quam dorso recumbunt, transmitti debet, & in alteram quidē partem corpus, in alteram verò brachium cum ligno deorsum impelli. Idem quoque impulsio super biforem ianuam facta efficit. His autem prout sese obtulerint, vtendum.

Naturam igitur alteri plurimum præstare, vt quæ prolapla sunt faciliè recedantur, animaduertere oportet. Et cetera accedat.

acetabulum ab acetabulo distat, cum hoc quidem facile, illud verò ægrius superetur. Plurimum etiam discriminis habet neruorum colligatio, quæ iis quidem remissa, illis verò intenta est. Etenim in articulis humor hominibus inest, ob neruorum compagem, qui naturâ laxi sunt, & facile intenduntur. Complures namq; ita humidos videas, vt cum velint, iis articuli sua sede citra dolorem moueantur, rursusq; absq; dolore restituantur. Quin & habitus quidam corporis discrimen habent. Iis enim qui bene habitis sunt membris & carnosus, & articulus minùs elabitur, & ægrius reconditur. Vbi verò solito tenuiores & macilentiores euaserunt, tunc magis excidit, & faciliùs restituitur. Cuius rei argumento sunt boues, quibus tunc sua cavitare femur magis excidit, cum macilentissimi euaserunt. Quod sub hyemis finem iis contingit, quo etiam tempore potissimum luxantur. Si modò huiusmodi quippiam in medicina tractari debet, & certè fas est. Rectè enim nouit Homerus, inter omnia pecora boues eo tempore quàm maximè laborare, ex iisq; aratores, quòd hyeme terram colant. Iis igitur quòd maximè attenuentur, articuli potissimum prolabuntur. Reliquæ namque pecudes breuem herbam depascere, bos non item, nec nisi altam potest. Etenim reliquis tenuia labra prominent, & superior mala gracilis est. At boui crassa quidem labra prominent crassa quoq; aut reuusa superior mala est, ideoque tennes herbas subire nequeunt. Rursus animalia solidam & rugulam habentia, vt quæ vtrinque dentata sint, summis quidem labris aut dentibus vellere possunt, & exiguæ herbe dentes supponere, huiusmodiq; herba potius quàm altiore delectantur. In totum enim exigua herba, alta melior est ac firmior, præterquam quòd maturius frugem effert. Ideoque hunc in modum versibus cecinit,

Sic vbi flexilibus veris gratissima bobus

Tempestas fuerit.---

quòd alta herba lubentissimè delectantur. Sed & alioqui naturâ laxiorem hunc articulum quàm cætera animalia bos habet, ideoque inter eundem pedes reliquis magis flectit, præsertimque vbi macie & senio confectus fuerit. His omnibus de causis boui potissimum articulus excidit.

FFF 2

De quo certè plura à me dicta sunt, quòd ista eorum omnium quæ ante dicta sunt fidem faciant. Sed vt nunc ad institutum redeat oratio, carne expertibus magis elaborantur articuli, vt & citius reconduntur, quàm bene carnosus, minusque inflammatione tentantur, humidis & gracilibus, quàm siccis & carnosus, minusque in posterum deuinciuntur. Quin & citra inflammationem mucus iusto copiosior subest, atque ita lubricus magis locus fuerit. Ferè enim gracilibus magis quàm carnosus articuli mucò redundant. Gracilium nanque carnes qui non rectè ex arte in ediam tollerantur, quàm obesorum mucosiores sunt. Quibus tamen cum inflammatione mucus subest, iis ex inflammatione articulus deligatur, ac propterea qui mucò redundant articuli, non admodum excidunt, qui alioqui exciderent, nisi aut maior, aut minor inflammatio accessisset. Qui igitur reposito articulo, nullam circumiectis partibus inflammationem sentiunt, & nulla interposita mora humero absque dolore vti possunt, ij quidem nulla adhibita cura sibi opus esse existimant. Medici tamen officium est, aduersus hos præsegiū instituere. In huiusmodi siquidem & rursus promittis elabatur, quàm quibus nerui inflammatione vexantur. Atque hæc in omnibus hominis articulis ita se habent, ac præcipuè circa humerum & genu. Hæc nanque potissimum laborant. At quibus nerui inflammatione laborant, ij humero vti, quòd dolor & inflammationis contentio prohibeat non possunt. Iis igitur cerato & spleniis, ac multorum liatorum vinculis mederi oportet, ac lanam mollem mundam & conuolutam in alam imponere, quæ sinu repleatur, tum contrà vinculum quidem fulciat, & articulum inhibeat. Brachium autem vt plurimum detinendum vt in superiorem partem vergat. Ita enim humeri caput à loco in quem prolapsum fuit quàm longissimè abfuerit. Humero verò deuincto, deinde brachium, fasciâ in orbem corpori circumuoluta, ad latus alligandum. Humerus quoque blandè & molliter perfricandus. Multarum verò rerum experientiâ medicum habere oportet, ac certè etiam frictionis. Ex eodem enim nomine, non idem euenire consuevit. Nam & iusto laxiorem articulum frictio vincire, & iusto duriorem soluere potest. Verùm de frictione nobis alio loco tractabitur.

tur. Hunc igitur humerum mollibus manibus, tum alioqui blandè, quod certè confert, perfricare conuenit. Articulus autem non vi, sed quatenus id citra dolorem fieri possit, dimouendus. Omnes verò in suam sedem reponuntur, partim quidem longiore, partim etiam breuiore tempore.

His autem indiciis an brachiū exciderit intelligi potest. Atque id quidem, vbi homines iustum corpus, & manus, & crura nacti sunt, si pars integra cum sana, & sana cum integra conferatur, alterius hominis articulis in considerationem non adhibitis (quibusdam enim articuli naturā magis prominent) sed ipsius ægrotantis, num integer vitiatos similis sit. Atq; hoc rectè quidem dictum est. Admodum tamen multa in his hallucinatio subest. Ac neque satis est hanc artem tantum ratione nosse, sed & in vsum exercitatione traducēda est. Multi enim præ dolore, aut alia ex causa, licet iis articuli non exciderint, haud tamen eo habitu, quo sanum corpus collocatur, restitui sustinent. Ad huiusmodi igitur habitum intelligentia & animi notione consequendum adniti oportet. Quia & brachij luxati caput in aliam multò magis incumbere quàm sani videtur. Ad hæc in superiore humeri parte locus cauus apparet, & summi humeri os, quòd articulus in inferiorem locum subierit, extate conspicitur. In quo quidem aliqua etiam hallucinatio subest, de qua, cum memoratu digna sit, postea scribetur. In præterea quod excidit, cubiti gibbus magis à latere recedere, quàm in altero videtur. Ac si quis vi admota adducat, istud quidem non sine dolore fieri possit. Ad hæc neque cubito extento rectam manum sursum ad aurem attollere admodum potest, neque hac vel illac, perinde ac sanum, traducere. Atque hæc quidem sunt humeri prolapsi indicia, ac reponendi modi, qui scripti sunt, curationesque eadem. At eorum curatio quibus humeri frequenter elabūtur cognitione digna est, cum multi alioqui ad omnia idonei, à certaminibus prohibiti fuerint, multi quoque ad res bellicas inuites euaserint, eoque casu perierint. Simul quoque eana ob causam res cōsideratione digna est, quòd neminem qui in rectè medeatur videam, verum partim ad curationem ne aggredi quidem, partim verò cōtrā quàm conueniat tūtentur tum facere. Frequenter enim medici ad prolapsus

humeros, in superiore humeri parte, & anteriore quâ brachij caput eminet, & posteriore quoque paulum iuxta superiorem humeri partem, vstionem adhibuerūt. Quæ quidem rectè adhibita fuisset, si brachium vel in superiore, vel anteriorem, vel posteriorem partem prolapsum fuisset. Nunc verò cum in inferiorem partem elabatur, propellit potius quam prohibeat. Superiore enim capacitate brachij caput excludit. Sic verò vstione vtendum, vt cutis sub ala digitis apprehensa, secundum eam rectitudinem possimū, in quam brachij caput prolabitur, attrahatur, & deinde attracta cutis candenti ferramento traiciatur. Ferramentis autem ad id vtendum, non crassis, neque admodum rotundis, sed oblongis. Manu enim impulsæ celerius penetrant. Candentibus quoque adurendum, quò quàm celerrimè fieri potest, penetrent. Crassiora namque cum tardius penetrent, latiores crustas resoluunt, periculumque est ne vlcera abrumpant. Quod etsi nihilo deterius est, desinet tamen magis & ab arte abhorrens censetur. Vbi vero adurendo ferramentum traieceris, in plerisque abundè etiam inferiori dumtaxat parti crustas inurere. Quòd si periculum minimè esse videatur vt vlcera abrumpantur, sed magnum spatium sit interiectum, tenue specillum quo ad inurendum vtimur, per ambusta foramina traicere oportet, cute adhuc digitis apprehensa, neque enim alias traicere possis. Quo traiecto cutis laxanda est, deinde inter vtraque crustam, alia tenui ferramento, donec specillo occurrat, adducenda & inurenda. Ex his autem conicias quatenus cutis sub ala apprehendi debeat. Glandulæ sub ala, vt & multis aliis corporis partibus, sitæ sunt. Verum integra glandularum natura alias tractabitur, quodque existant, & quæ quoque indicent, quamque vim habeant. Has igitur, neque quæ his interiora subsunt, prehendere oportet. Magna namque periculum imminet, quòd cum valde insigniter nervis propinquitatem habeant. Quod verò extra glandulas est, id cum extra noxiam sit, quàm plurimum apprehendendum. Illud autem animaduertere oportet, summè quidem sursum sublato brachio, nihil ex cute sub ala, quod extensione dignum sit, apprehendi posse. Consumitur enim & resimatur cum sursum brachium porrigitur. Neque verò

nerui vlla ratione vulnerandi sunt, qui eo habitu intenti sunt & expositi. At paulum sublato brachio, multum quidem de cute apprehendes, cum nerui quibus cautio adhibenda est, incus ac vltra id quod apprehenditur sibi sint. An non verò in omni arte imprimis elaborandum est, vt iustus in vnoquoque habitus inueniatur? Atque hæc quidem circa alam fieri debent, satisque ita cutem apprehendere, vt recte vstiones adhibeantur.

Extra alam verò duobus tantum locis inurere licet, quò morbo succurratur. Vno quidem anteriore parte, inter brachij caput & tendonem qui circa alam est. Eaque parte cutis penitus candenti ferramento, non tamen aliis peruranda. Proxima enim est vena crassa & nervus, quorum neutrum igne tentari debet. Rursus autem exteriore parte alteram vstionem adhibere licet, multum quidem supra tendonem qui ad alam est, paulum verò infra brachij caput. Accutis quidem penitus candenti ferramento adurenda, non tamen altè admodum infligenda plaga est. Ignis namque neruis est noxius. Mederi igitur vlceribus per rotam curationem conuenit, brachium nunquam vehementer, verum mediocriter, quantum ad vlcerum curationem opus est, attollendo, vt minus frigore tententur. Ambusta namque omnia tegi debent, quò & moderatam curationem recipiant, ac minus oras diducant, minorque cum profluuij sanguinis, tum conuulsionis metus accedat. Vbi verò pura euaserint vlcera, & ad cicatricem peruenerint, tunc sanè omnino brachium die ac nocte ad costas semper alligatum esse oportet. Quinetiam sanatis vlceribus, eodem modo longo tempore brachium ad latus alligandum est. Hac enim potissimum ratione cicatrice obducetur, & contrahetur laxitas ea, in quam maximè brachium prolabitur. At quibus humerus in suum locum recondi minimè potuit, si quidem adhuc crescunt, os brachij non æquè ac integrum augeri consuevit, verum vt aliqua ex parteaugeatur, altero tamen breuius euadit. Idem verò experientur qui à primo ortu mustelæ cubito præditi, Græcis *μυστελαί* dicuntur, & duplici ex noxia tales euadunt, siue quòd in vtero tali luxatione teneantur, siue aliam obnoxiam postea scribendam. Quinetiam quibus adhuc

tenellis circa brachij caput profundæ altæq; demersæ sup-
purationes contingunt, ij quoque omnes iusto breuius, &
tenuius brachiū habent, & *καλιόγωνες* euadunt, & siue se-
centur, siue vrantur, siue iis pus sponte erumpat, rem ita se
habere compertum est. Manu quidem validissimè uti pos-
sunt qui mustela cubito ab ortu sunt præditi, ij tamen bra-
chium ad aurem attollere extento cubiti gibbo non valēt,
idque multò minùs quàm manum integram. At vbi iam in
homines euaserint, neq; humerus prolapsus restitutus fue-
rit, iis gracilis superior humeri pars redditur, eaque parte
habitus tenuatur. Neque tamen vbi dolor quieuerit, ea qui-
dem omnia quæ requiruntur ad sublatum cubiti gibbum
à costis ad latera adducendum, similiter præstare possunt.
Quæ verò brachio ad latus, vel in priorem partem vel in
posteriorem adducto effici possunt, ad ea tractanda valent.
Nam & scobinam & ferram trahere, secus item cadere &
ligone fodere queunt, dum ne nimium cubiti gibbum at-
tollant, ad aliaque omnia quæ huiusmodi habitus postulat
efficienda, idonei habentur.

Quibus summus humerus auulsus est, iis os auulsum ex-
tare cernitur. Est autem id iuguli & lati scapularum ossis li-
gamentum. Hac enim in parte hominis à cæterarum ani-
mantium natura distat. Medici igitur hoc in casu plurimum
falli consueuerunt. Auulso enim osse extante, superior hu-
meri pars depressa & caua conspicitur, ita ut quasi humeris
prolapsis curationem instituunt. Equidem complures no-
ui medicos, alioqui minimè contemnendos, qui huiusmodi
humeros excidisse rati, dum restituere conarentur, magnā
noxiā ægris inferrent, neque prius desisterent, quàm vel
spe vel opinione reponendi humeri se frustratos intellige-
rent. His quidem ea est curatio quæ cæteris huiusmodi ce-
ratum, splenia, fasciæ, & eadem vineiendi ratio. Os tamen
quod supereminet deorsum vrgendum est, ei que plurima
splenia ad mouenda, & hac parte maximè apprimenda, bra-
chiumq; lateri annexum superiore parte derinendum. Hac
enim ratione os auulsum proximè adduci poterit. Hæc
autem probè nosse, & si tibi alicui videatur certò prædic-
re licet, hoc casu nullum quidem neque paruum, neque ma-
gnū humero detrimentum contingere, locum tamen de-
formem

formem reddi. Nūquam enim os illud in pristinam sedem, quale natura esse consueuerat, restituitur, sed plus aut minus superiore parte turgescere necesse est. Nam neq; aliud os vllum, quod cum altero communionem & cohærētiā habet, vbi à naturali sede auulsum fuerit, in pristinum locum reuertitur. Summus verò humerus si probè vinciatur, paucis diebus dolore liberatur.

Iugulum siquidem ex toto transuersum fractum fuerit, facilius curatur, si verò per longitudinem, ægrius. Contraq; id contingit quā quis existimet. Quod enim ex toto trāuersum fractum est, citius quis in suam sedem compellere, & si diligenter prospexerit, ac idoneum habitum conuenientemq; deligationem adhibuerit, quod supra est, infra adducere possit. Ac etiam si prorsus in suam sedem non collocatur, non tamen eminentis ossis pars admodum acuta redditur. Quibus verò oblongum os frangitur, simile malum contingit iis quibus ossa quædam auulsa sunt, vt ante scriptum est. Ipsum siquidem secum ipsum collocari nō admodum potest, eminentis tamē ossis summitas valde acuta redditur. Omnino certò scire conuenit, nullam ex iugulo fracto, neque humero, neque reliquo corpori noxiā afferri, nisi (quod raro accidit) præterea siderari contingat. Ad iugulum tamen fractum deformitas accedit, idque primū turpissimum, deinde verò minus turpe fit. Iugulum verò vt & reliqua omnia ossa quæ laxa sunt, promptè coalescit. Talia nanque callum celeriter obducūt. Vbi igitur recens est fractura, vulnerati malum re ipsa grauius esse rati, sollicitudinem adhibent, & medici quoque rectam curandi rationem magno studio suscipiunt. Procedente verò tempore vulnerati, cum neque dolore tententur neque aut cibum capere aut iter facere prohibeantur, rem negligunt, itemq; medici, cum nihil his in locis præstare queant, diffugiētes laborantium incuriam non iniquo animo ferunt, interimq; callus celeriter obducitur. Deligandi autem ratio eadem quæ plerisque adhibetur, curatioq; cerato, spleniis, & molibus linteis instituitur. Ac præter istam curationem, imprimis in hac manuum tractatione prouidendum & insuper est animaduertendum, vt quā plurima splenia quæ ostentat imponantur, & plurimæ fasciæ ea præcipue parte ad-

stringantur. Nonnulli verò iam solerter excogitant, ut plumbum aliquod graue superalligaretur, quò deorsum cogeretur quod extat. At neque forte prudenter se gerunt qui simpliciter deligant. Quinetiam sanè hic modus iugulo fracto non est accommodatus. Neque enim quod eminent effatu memorabilem aliquam depressionē habere potest. Alij rursus intelligentes huiusmodi deligationes huc & illuc vitiosè ferri, neque quæ eminent in naturalem locum cogere, ipsos quidem certè deuinciunt, splenis & hincis tentes perinde atq; alij. Verùm fascia quadam homine accincto, qua parte aptissimè cingi solet, splenis ad fracturæ eminentia adhibitis, ut ea parte extuberent, fasciæ caput ad cingulum anteriore parte alligant, atque ita productum iuguli directum vinculum, in posteriorem partem agunt, deinde cingulo aduolutum in anteriorem partem ducunt, rursusq; in posteriorem reducunt. Quidam verò fasciam cingulo non obuoluunt, sed ea ad interfœmineum ipsamque sedem & iuxta spinam circūdata, eo modo fracturam comprimunt. Hæc igitur ubi audiuntur, inexperto quidem prope ad id quod secundum naturam est accedere videntur, verum si quis ad vsum accommodet, inutilia comperiet. Neque enim vllam vnquam firmitatem habent, ne si quis decumbat quidem, quanquam sic proximè ad firmitatem accedat, verum si decumbens aut crus inflectat, aut ipse incuruat, fasciæ omnes mouebuntur, & alioqui molesta est hæc vinciendo ratio. Nam & sedes intercluditur, & fasciæ in hac loci angustia vniuersæ colliguntur. Rursus quæ cingulo obuoluuntur, non adeo firmiter huic accincta iunt, quin cingulum sursum ferri cogatur, atque ita necesse sit vinculo omnia relaxari. Quàm proximè autem res confieri possit videatur, etsi nihil magni quis præstiterit si quibusdam fasciæ ad cingulum conuolutis, plurimas alias ad priorem deligationem admoueat. Hac enim ratione tum maximè stabiles fasciæ fuerint, tum sibi mutuò opem ferant. Plurima igitur quæ iugulum fractum consequuntur dicta sunt. Sed id quoque præterea aduertendum est, iugulum plarumq; ita frangi solere, ut os quod est à pectore in superiorem partem emineat, quod est à summo humero in inferiorem partem deprimatur. Horumq; ea est ratio, quòd pectus quidem

que infra neq; supra admodum procedat. Articuli enim in pectore leuis est agitatio. Pectus nanque tum sibi ipsi, tum spinæ continenter coaptatum est. Sed iugulum quidem proximè ad humeri articulum fluitat. Cogitur nanq; laxissimè moveri, propter eam quam cum summo humero habet connexionem. Adde quòd ubi vulneratum fuerit, pars ea quæ pectori inhæret, sursum elabitur, neq; fere deorsum deprimi solet, cum & natura leuis sit, eiq; supra quam infra maior inanis pateat. At humerus brachium, & quæ his connectuntur, facilè à pectore & costis recedunt, ac propterea multum in superiorem & inferiorem partè abduci possunt. Fracto igitur iugulo os quod ad humerum est, deorsum rēdit. Promtiùs enim vnà cum humero & brachio deorsum inclinare potest, quàm sursum ferri. Cùm igitur hæc ita se habeant, imprudenter se gerunt, qui extantem ossis partem deorsum cogi de dēre existimant. Verùm inferiorem partè ad superiorem adducendam esse perspicuum est, cùm ea motionem habeat, & à naturali sede recefferit. Patet igitur hanc aliter nullo modo cogi posse. Vincula nanque nihilo magis adducunt quàm abducunt. Quod si quis brachium quàm maximè ad latus adductum sursum propellat, sic ut quàm acutissimus humerus appareat, eo modo planè contingit, ut cum osse quod pectori adhæret, vnde est auulsà, adaptetur. Is igitur cum recta intelligētia vtetur, tum etiam optimā & celerissimam curationem instituet, qui legitimā deligationem, vti celeriter coalescat, adhibuerit, reliquaq; omnia, præter commemoratum habitum, vana reputauerit. Decumbere tamen hominem valde ad rem pertinet, & satis sunt dies quatuordecim, vt summum, viginti. Quòd si cui contrà iuguli fractura eueniat, id quod non admodum contingit, ita ut os quod est à pectore subiiciatur, quod est à summo humero extet ac super alterum feratur, nulla magna curatione hic opus est. Ipse enim humerus demissus cum brachio inuicem ossa committer, ac quælibet viuenditatio satis fuerit, vt intra paucos dies callus contrahatur. At si non eo modo fractum fuerit, sed in hanc vel illam partem prolatus, sublato quidem humero cum brachio, in suam sedem reducendum erit, velut etiam antea dictum est. Ac ubi ad pristinum habitum redierit, reliqua curatio celer-

rimè consequetur. Vt plurimum igitur vbi alia super aliam effertur, brachium in superiorem partem propulsum restituit. Ex his vero quæ in superioribus partibus elabuntur, quæcunq; ad latus aut infra tendunt, iis restitutionem subministraverit hominis supinus decubitus, si loco inter scapulas medio, paulò sublimius aliquid supponatur, quò pectus quàm maximè in vtranque partem reflectatur, brachiumque aliquis ad latus porrectum sursum adducat. Medicus verò altera manu, iniecta in brachij caput vola protrudat, altera ossa fracta componat. Sic enim quam maximè ad naturalem sedem reducet. Verùm quod iam dictum est, os superius ferè ad inferiorem partem subire solet. Placuisse igitur, vbi devincti fuerint, hic habitus auxilio est, ut detento ad latera cubiti gibbo, ita sursum humerus propellatur. At nonnullis quidem (vt dictum est) in superiorem partem humerus propelli debet. cubiti vero gibbus ad pectus adduci, & manus extrema ad summum humerum ab integra parte admoveri. Quòd si decumbere non recuset, firmam etum quoddam cui obnitatur adhibere oportet, ut humerus maximè sublimis maneat. Sin verò obambulet, fundam ex mitella factam ad cubiti eminentiam circumdatam, de collo suspensam gestare.

At verò cubiti articulo ad latus, aut exteriorem in partem dimoto aut subluxato, acuta ipsius parte in brachij cavore manente, in directum distentione facta, id quod eminet retro & ad latus propulsandum est. Quòd si prorsus in hanc vel illam partem exciderit, distentio quidem in qua brachium fractum deligatur adhibenda. Sic nanque cubiti flexus nullo modo impedimento fuerit, potissimum verò in laterum locum prolabitur. Restituetur autè in suum locum, si quàm plurimum abducendo, vt ne brachij caput acutè ossis processum contingat, suspensus circumagatur & circumflectatur, neque in directum vis adhibeatur, simul autem vtraque ex parte in contrarium impellatur, & in sedem cõpellatur. Ad hæc quoque contulerit, si cubiti gibbus modò quidem in supinum, modò etiam in pronom contorqueatur. Ad curationem verò, quæ ex habitu quidem pender, spectat summam manum paulò cubiti gibbo altiore, brachium verò ad latera adductum tenere. Eodem quoque modo & apper-

fio, & positio, & facilis gestatio, & natura ac vsus commu-
 niter conferunt, si modò callus, qui citò conrescit, prauè
 non obducatur. Quantum verò ad curationem attinet quæ
 linteis instituitur, ea lege articulari fieri debet, vt & acuta
 cubiti pars insuper deuinciatur. Rursus autem maximè ex-
 candescit cubiti gibbus, febresque ac dolores, nauseam ac
 meracæ bilis vomitionem mouet, idque maximè ob tor-
 pore, si cubitus parte posteriore elabatur, secundum id,
 si anteriore. Eadem verò curatio vtrisque adhibetur. In
 posteriora quidem prolapsus reponitur, si porrectum bra-
 chium in diuersa contendatur. Cuius rei indicium est, quòd
 extendi nequit, vt & in anteriora prolapsi, quod minime fle-
 cti potest. Hic autè imposito duro aliquo conuoluto, vbi ex-
 tenderis, super id, repente inflectendus est. At diductorum
 ossium indicium, ad contactum venæ quæ in brachio scin-
 ditur, patet. Ea verò callo celeriter obducuntur. Quibus au-
 tem ex prima origine ista excidunt, iis ossa infra noxiam,
 quæ cubito sunt proxima, longè breuiora euadunt, deinde
 quæ in manu, tertio quæ in digitis sunt. Brachium verò &
 humerus quòd motione vertantur, validiora sunt. Itemque
 manus altera, propter opera, etiam longè validior est. At si
 exteriorem in partem articulus exciderit, interiore parte
 carniū sit imminutio, sin minùs aduersa ex parte in quā
 sit prolapsio. Cubiti gibbo in interiorem partem aut exte-
 riorem prolapsio, repositio quidem in communi habitu cu-
 biti ad brachium fieri debet. Ex ala nanque fascia excepta
 suspensio sit, extremo verò cubito suppositum pondus ali-
 quod ad articulum appenditur, vel manibus deorsum vis
 adducitur. Tum sublimi sublato articulo, ossa manuum vo-
 lis adducuntur. Hoc in habitu deligatio, appensio, & possi-
 tio, velur in manibus fieri debet. At vbi in posteriora prola-
 psio facta est, de repente extensione facta, manuum palmis
 directio fiat, simulque hæc in directione, tum in cæteris v-
 sarpanda sunt. Quòd si in priorem partem prolapsio facta
 sit, linteo conuoluto & in iustum tumorem sublato circum-
 posito, inflectere simulq; dirigere oportet. At si in alteram
 partem inclinet, vnà cū directione vtraque facienda sunt. Ha-
 bitus verò & deligatio ad medèdi curam communiter spe-
 ctant. Possunt quoq; & ex distentione communiter omnia

contingere. Articulus autem reconditur, partim quidem id sublime eleuando, partim distendendo, partim verò circumoberrando. Idq; dum habitus in hanc vel in illam partem extendunt, celeriter fieri debet.

Manus articulus in interiorem aut exteriorem partem luxatur, plurimum autem in interiorem. Signa verò in aperto sunt. Siquidem intro prolapsio fit, digiti inflecti, sietra, intendi nequeunt. Reponitur autem si digiti supra mēsam positi, partim quidem extenduntur, partim verò in diuersa contenduntur, idque quod eminet aut promineat, ore palmæ parte, aut calce simul protruditur, & anteriore parte deorsum vrgetur. Ab inferiore verò parte iuxta os alterum, molle aliquid in tumorem sublatum, si superiore quidem parte extat, manui conuersæ, sin inferiore, supinæ est supponendum. Curatio linteis perficitur. At tota manus in interiorem vel exteriorem, vel in hanc, vel illam partem prolabitur, potissimum verò in interiorem. Est vbi ossis incrementum emouetur, interdum quoque alterum os diductum est. His valida distentio adhibenda, & os quidem emittens propellendum, alterum verò in contrariam partem propulsandum, vnaque duobus modis in posteriorem partem & in latus, aut manibus supra mēsam, aut calce impulsio fieri debet. Quæ autem rursus excalescunt & deformitatem habent, tempore quidem ad vsum firmanentur. Curatio linteis simul & in manu & in cubito perficitur, ferulæq; ad digitos vsque imponendæ. Hæc verò ferulis deligata, crebrius quàm fracta resoluenda, & copiosiore perfusione fouenda. At manus à primo ortu luxata breuior fit, & carnes aduersa parte in quam luxatio facta est potissimum imminuuntur, adulto verò ossa permanent. Digiti articulus vbi exciderit facile quidem videtur. Restituitur verò in directum contendendo, & quod eminet propellendo, contrarium autem in alteram partem impellendo. Curatio fasciis fit & linteis. Quod si restitutus non fuerit, exteriore parte callum contrahit. Quibus autem à primo ortu, aut dum adulescunt, ossa prolapsa fuerint, ea infra luxationem breuiora euadunt, & carnes aduersa parte quàm qua prolapsio facta est potissimum imminuuntur. Adultis verò eadem magnitudine perseuerant.

Armaxilla paucis adhuc in totum emota est. Os enim à superiore maxilla procedens cum eo osse quod sub autem annexum est, quasi sub iugum cogitur, quod maxillæ inferioris capita intercludit, & vno quidem capite sublimius, altero verò depresso existit. Inferioris item maxillæ extremorum vnum quidem ob longitudinem non facile elabatur: alterum verò cornicis rostro simile, & supra osiugale eminet. Simul quoque ex utrisque extremis nervosi tendones exortuntur, ex quibus innexi sunt muscoli qui temporales & masticatorii dicuntur. Qui quòd ex his dependeat, inde appellationem & motionem sumserunt. Etenim inter edendum & loquendum, & in reliquo oris vsu maxilla superior quiescit. Capiti namque connectitur, non articulo: modo committitur. At inferior maxilla mouetur. Articulatione namque à superiore maxilla & capite diducitur. Quam igitur ob causam conuulsionum ac nervorum distentionum, hic articulus vbi contrahitur, primam de se significationem edat, aut quam ob rem temporum vulnera periculi plena sint, & altum soporem inferant, aliàs dicendum erit. Quòd verò non admodum prolabatur, hæc causæ sunt. Illud quoque in causa est, quòd nulla tanta ciborum necessitas hominem supra quam possit hiare cogit. In nullo autem alio habitu prolaberetur, quam si quis vehementer hiando maxillam in alteram partem contorqueat. Ad id tamen vt excidat hoc confert, quòd ex nervis aut musculis qui iuxta articulos sunt, aut ad eos annectuntur, quicumque in vsu crebro dimouentur, ij in extendendo plurimum concedere solent, non secus ac coria optimè subacta plurimum extensioni cedunt. Ego (vt ad institutum sermonem redeam) maxilla raro quidem excidit, laxatur tamen plarumque hiando, non secus ac in aliis musculorum & nervorum immutationibus istud vsu venit. Vbi verò excidit, his præcipuè indicijs patet. Inferior enim maxilla in anteriorem partem prominet, & in alteram luxationis partem peruertitur, ossisque extremitas cornicis rostrum refertens ad superiorem maxillam magis intumescit, & agni inferiores maxillas agere committunt. Atq; his quænam repositio conueniat satis patet. Vno enim vulnerati caput continente, alter inferiore maxillam, homine quam

moderate potest hiant, ad mentum tum interiore tum exteriori parte digitis apprehendere debet, ac primum quidem maxillam in hanc vel illam partem manu deductam, aliquandiu commouere, tum ægro imperare ut maxilla relaxet, & simul deducentem adiuuet, ei que quam maxime fieri possit concedat: deinde ad tres figuras simul adhibito consilio, subito impulsu in suam sedem transferre. Si quidem ex peruersione ad naturalem sedem inferior maxilla deducenda est, & in posteriorem partem propellenda. Tum æger his obsequens maxillas committere, ac minime hiant debet. Ac reponendi quidem ratio hæc est, quæ ne alio quidem habitu administrari possit. Curatio verò breuissimæ est, splenia incerata adhibita laxa, vinctura alligata. Tutius autem manus admouentur homine supino reclinato, ei capite scorteo puluino bene facto obnixo, ut quam minime cedat. Præterea verò vulnerati caput aliquis continet.

At si vtraque parte maxilla luxetur, eadem certe curatio est, sed os minus committere hi possunt. Etenim iis mentum in exteriorem partem magis promouetur, minime tamen torquetur. Ac minime torqueri potissimum ex dentium finibus deprehendes, cum inferiores superioribus ex altero respondent. His quam celerrima repositio confert, cuius ratio supra est explicata. Alioquin nisi intro reuerterit, periculum ex febribus assiduis & tardante alto sopore vix imminet. Hi namque muscoli soporem altum inuehant, cum aut præter naturam intenduntur, aut alienantur. Ij quoque biliosa, syncera, pauca aluo excernere solent, & si vomitus adfuerit, syncera vomitione reddere. Moriuntur igitur ij etiam ferè decimo die. At vbi inferior maxilla fracta fuerit, si quidem non omnino transuersa fracta est, verum os adhuc coheret, in aliquam tamen partem inclinatur, illam quidem digitis ad linguam in latus ad ductam appressis, si verò exteriore parte quoad expediet obnitendo, dirigendum. Ac si dentes iuxta vulnus distorti sint & dimoti, vbi os in suam sedem collocatum fuerit, non tantum duo proximi, verum etiam plures præcipue quidem aureo filo, vel certe lineo, inter se sunt colligandi, quoad os confirmetur. Deinde cerato & paucis spleniis iniectis, paucisque fasciis non valde appressis, sed laxioribus, vinctura faciendæ. Nos

se autem

se namq; oportet linteorum deligationem malæ fractæ partem quidem prodesse si rectè adhibeatur, si prauè, magnò pericùlè. Crebrò autem circa linguam atrectando inuestigare, diuque renitendo digitis os inclinatum dirigere conuenit. Ac præstaret id semper fieri, sed non licet. Quòd si os transversum omninò fractum sit, quod tamen rarò contingit, eo quidem quò dictum est modo in suam sedem collocari debet. Quò facto dentes inter se velut antè dictum est colligandi. Id enim magnò opere ad quietem contulerit, idque magis, si quis futuris vt decet iniectis rectè eos coniunxerit. At verò vniuersam manus curationem exactè scriptis prædere non est facilè, sed ea ex his quæ scripta sunt, in animi notione reponenda est. Deinde ex corio Carthaginensi (cuius quidem cortex exterior, si puer sit qui vulneratus est, satis fuerit, sin adultus, ipso corio vtendum) incisa habena trium digitorum, vel ea quæ congruit latitudine, subliter gummi maxilla, quò firmitus hæreat, ad maxillam; quæ transversa fracta est, extrema corij parte agglutinetur, digiti vel paulò ampliore interposito spatio, idque inferiore parte. Incidatur autem hæc habena è regione menti, vt acutatem eius partem vtrinque comprehendat. Tum altera huiusmodi habena, vel paulò latior, ad superiorem maxillæ partem agglutinanda, tantum à vulnere, quantum altera recedens, quæ qua parte aurè circumambit incisuram habeat. Habena autem qua parte committuntur inter se acutæ esse debent, & vbi earum capita connecti & colligari debent. In glutinàdo verò corij caro cuti obuertatur, sic enim firmitus adhærescet. Deinde extendenda hæc habena, magisque ea quæ est ad mentum, vt quàm maximè vtræque circa verticem se contingant, ea cautione adhibita, ne maxilla in acutum distorqueatur. Posteaquæ circa frontem fascià denincienda, quæ omnibus aliis iniici debet, vt fieri assolet, quò vincula immota maneant. In maxillam verò fasciam decumbendū, non maxillæ, sed capiti innitendo. Corpus ad decimum vsque diem attenuandum, deinde non tardè rescindendum. Nam si primis diebus inflammatio non accesserit, viginti diebus maxilla firmatur. Perfectè enim callo obducit, non secus ac reliqua ossa rara, nisi syderentur. Verum de syderatione vniuersorum ossium, alia longa res.

Ggg

stattractatio. Hæc extensio quæ per glutinū adhibetur firmiter hæret facile quæ procuratur, & ad multas ac frequentes directiones faciendas perquam est accommodata. At medici imprudenter ad manum proclines, cum in aliis vulneribus, tum etiam in maxillarum fracturis facile manum admouent. Fractam enim maxillam variis modis, tum rectè, tum prauè deuinciunt. Quæcunq; siquidem ita fractæ maxillæ deligatio admouetur, ea ossa ad fracturam tendentia eo potius inclinatur, quam in naturalem statum reducat. Quod si maxilla inferior qua parte ad mentum coheret deducatur. Vnica autem hæc est in inferiore maxilla iunctura, at in superiore multæ. Sed non est instituti nostri longius a proposito sermone aberrare. In reliquis enim morborum generibus de his dicendum erit. Si ergo dissideat quæ in mento iunctura est, eam quidem componere quiuis potest. Nam quod foras eminet, ad motis digitis intrò propellere oportet, quod intrò vergit, in exteriorem partem adducere, digitis annitendo. Id autem ea distentione adhibita, ut ossa inter se distent, faciendum. Hoc enim modo facilius in suum statum redibunt, quam si quis illisa inter se ossa compellere conetur. Quod nosse in tota commentatione non est inuenustum. Ombus verò coaptatis, dentes hinc & inde velut quoque prius dictum est inter se sunt alligandi, curatioque cerato & splenis paucis ac fasciis instituenda. Vinculum autem breue aut varium præcipuè hic locus adhibetur. Etsi enim ex toto æquis non est libratus ponderibus, id tamen prope accedit. At fasciæ circumuolutio, si quidem dextra maxilla excesserit, dextra parte facienda. Id fieri censeatur, ubi dextra manus deligationi præest. Quod si altera maxilla excesserit, ab altera parte fascia ducenda est. At si rectè quidem coaptata fuerit, & ut debet, quicuerit, breuiter confanescit, ac dentes integri manent. Sin secus, longiore quidem tempore curatio accedit, eaquæ distorta & deuta læduntur & inutiles existunt.

Naso verò fracto, fracturæ modus vnus non est. Verum qui speciosis vinculis imprudenter delectantur, cum in aliis quidem multis, tum verò in naribus vel maxime turpius illuduntur. Hoc enim vinculum inter cætera maxime rarum est, plurimisquæ locis asciam refert, & relictis in cunctis aliquot

aliquot spaciis inanibus, variè admodum in rhombi formam intermittit. Qui igitur (vt dictum est) temerariè manus aggressionem studiosè affectant, ij nares fractas vt deuinciant auidè arripiunt. Atqui vno aut altero die sibi quidem medicus placet, deligatus item æger gaudet, deinde citò vt molestum onus fastidit, satisque est in medico, si varium narium deligationem ostentarit. Hæc autem vincien-
 20 diratio omnia contra quam oporteat efficit. Etenim siue ob fracturam simæ nares sint, si quis eas superiore parte potius comprimat, simæ magis reddentur. Siue etiam quibusdam in hanc vel illam partem, aut circa cartilaginem, aut superiore parte nares distorqueantur, manifestum est quòd nullam utilitatem ex superiniecto vinculo consequi, quin potius lædi consueuerunt. Neque enim sic ex altera
 30 narium parte splenia adaptata conuenient, quanquam neque hoc faciunt, qui deligationem admovent. Maxime autem mihi deligatio prodesse videtur, si ad mediam nasum acuta sui parte, caro supra os contundatur, aut si os quoque quibusdam paululum, non autem multum offensum sit. In
 40 his enim nares callo obducuntur, & quandam prominentiam oblongiorem habent. Sed neque hi sanè multum molesta deligatione indigent, si modò quid vinculo opus est. Satisque est splenium quidem inceratum supra contusum extendere, dein qualis deligatio ex duobus initiis fieri so-
 50 let, ita semel ductam fasciam circumdare. Optimè autem medetur farina sitania, eluta, glutinosa, subacta, modica, ex cataplasmate imposita. Ac si quidem farina ex optimo tritico suppetit, & quæ facillè duci possit, ea ad hæc omnia vt conuenit. Quòd si non admodum ducatur, cum pauca
 60 thoris mica concussu elisa, in tenuissimum pollinem redacta, & aqua diluta, farina est subigenda, aut paululum omnino gummi similiter admiscendum. Quibus igitur nares infectiore parte fractæ simæ redduntur, si quidem ex anteriore parte ad cartilaginem desidunt, potest in nares aliquid
 70 quod dirigat immitti, sin minus, excitanda quidem hæc omnia sunt, digitis in nares, si licet, inditis. Alioqui specillo plenore quo ad illinendum vtimur, non in anteriore partem, sed quæ desidit, in nares digitis impulsio, exteriore
 80 verò narium parte hinc & inde digitis comprehensa simul

impellere & sutsum attollere. Ac si omnino anteriore parte fractura fuerit, licet aliquid velut iam dictum est intro in nares indere, vel ex linteo derafam lanuginem, vel aliud quid tale linteo conuolutum, aut potius Carthaginienſi corio circumſutum, ea figura accommodatum, vt aptè hunc in locum immitti queat. At ſi vltior fractura ſit, nihil intro immitti poteſt. Etenim ſi anteriore parte moleſtum onus eſt, quomodo interiore non ſit futurum? Imprimis igitur interiore parte nares conformandæ, & exteriori parte non remiſſè agendo in ſuam ſedem compellendæ & dirigendæ. Nam & tibi maxime naſus fractus reſtituitur, præcipueque eodem die, vel certè paulò poſt. Verùm negligenter agunt medici, & primum mollius quàm oporteat rem pertractant. Digitis enim hinc & inde pro narium natura quoad eius fieri poteſt ad imas nares dimiſſis, eas ab inferiore parte ſutſum compellere oportet, atque ita maxime excitatas, ſimul etiam ab interiore parte dirigere. Deinde verò ad eam rem nullus eſt magis idoneus medicus, ſi eò ſtudio contendere, aut id etiam tolerare velit, quàm ipſius digiti indices. Hi enim maxime ſunt à natura accommodati. Admoto autem vtroque digito totæ nares obſirmandæ ſunt, atque ita in quiete continendæ, maxime quidem ſi fieri poſſit aſſidue, quoad confirmentur, vel certè quàm diutiſſime, velut dictum eſt. Quod ſi iſtud æger præſtare nequit, vel pueri, vel mulieris cuiuſdam digitus vtendum. Molles enim manus eſſe conuenit, ſic vt quàm optimè curentur nares quibus non diſtortæ, ſed æquabiliter ad inferiorem partem deſiſcunt. Equidem nullas vnquam nares vidi, quæ ſic fractæ, ſi ſtatim prius quàm callo obducantur compellerentur, reſtitui non potuerint, ſi modo quis rectam curandi rationem inſiſtat. Atqui homines deformitatem magno quidem pretio redimendam æſtimant, eò autem ſtudio anniti, niſi dolore aut mortis metu coacti, neque ſciunt, neque ſuſtinent, quam in naribus callus pauco tempore inducatur. Decem enim diebus, niſi ſiderentur, confirmanſur. At quibus orbi latere frangitur, curatio quidem eadem conuenit, directio tamen ipſa non æquabiliter ab vtraque parte faciendæ, ſed quod inclinatum eſt extrinſecus compellendo, ad naturalem ſitum ad vrgendum, & digitis immiſſis nares contrahendo.

stando, quæ in interiorem partem vergunt impigrè diri-
 genda, quoad restituantur, istud animo reputantes, nisi pro-
 prius nares dirigantur, fieri non posse quin peruertantur.
 Quibus in naturalem sedem reductis, ad motos ad locum
 unū aut plures digitos, quæ eminentia erat, ipsum aut alium
 quendam continere oportet, quoad vulnus confirmatum
 fuerit. Quin & impulso in nares paruo digito, subinde quæ
 inclinata sunt dirigere conuenit. Ac si quid inflammationis
 subest, iis farina ex aqua subacta adhiberi debet. Nihilo ta-
 10 men minus, etiam farina imposita, digiti similiter admo-
 uendi. At si quando ad cartilaginem in latus nares fractæ
 sint, eas summas peruertere necesse est, tuncque in extremas
 nares quiddam ex iis quæ dicta sunt, quod eas dirigat, aut
 aliquid tale, immitti debet. Multa autem ad id accommo-
 data inueniri possunt, quæ neque odorem moueant, & alio-
 qui mollia nō sint. Ego sanè pulmonis ouilli frustum (quod
 fortè tunc aderat) aliquando immissi. Inditæ enim spongiæ
 humorem excipere consueuerunt. Deinde ex Carthagini-
 ensis corij cortice exteriori, incisa habena pollicis latitu-
 20 dine, aut quanta conuenit, exteriori parte naribus, quæ par-
 te inclinant, agglutinanda, posteaq; prout conuenit inten-
 denda. Paulo autem ampliùs intendi debet, quoad erectæ
 & suspensæ nares esse videantur. Tum ita longa habena sit,
 ut sub aurem abducta, sursum circa caput adduci queat.
 Quam quidem suo extremo fronti agglutinare, aut etiam
 ulterius ducere, demùm circa caput volutam deuincire li-
 cet. Hæc si quidem ratio simul iustam directionem conti-
 net, simulque expeditam habet, si quis cupiat maiorem aut
 minorem narium in contrarium momentum propensio-
 30 nem. Etenim quibus nares in latus fractæ sunt, in reliquis
 quidem eadem quæ proposita est curatio conuenit. In plæ-
 nisque tamen habena insuper opus est, quæ extremis nari-
 bus agglutinata, eas in contrarium momentum propende-
 re faciat. At quibus ad fracturam cutis quoque vulnus ac-
 cessit, eos nihil eam ob rem commoueri necesse est. Verùm
 ulceri ceratum quod picem habeat, aut medicamentum a-
 liquod cruentis vulneribus accommodatum imponendum.
 Hæc si quidem facilè curationem admittunt. Eodem quoq;
 modo ubi ossa discessionem parant, tum primùm directio-

impigrè omni adhibita diligentia facièda, tum etiam postea digiti ad directionem adhibendi. Hoc siquidem & laxiores esse, & ad mouere tamen oportet. Ex omnibus enim corporis partibus nares facillimè componuntur. Habearum verò agglutinatione aut in contrarium momentum propensione nihil omnino vti prohibet, neque si vlcus, neque si inflammatio adfuerit. Ista nanque nullam molestiam adferre possunt.

At verò auri fractæ vinculum omne inimicum est. Neque enim ita laxo ambitu circundari poterit, & si magis apprimatur, plurimum officiet. Quandoquidem & integra auris sub vinculo adstricta, dolore & pulsatione, & febre vexatur. Sed & ea sunt omnino quidè pessima cataplasmata, quæ grauissima, quæ etiam pleraque noxia, & abscessum procurant, cumque mucum plurimum, tum deinde molestiæ plenæ suppurationes efficiunt. At his ad aurem contactam minimè opus est. Proximum certè (si modò quid confert) locum habet farina glutinosa, quam neque grauem esse oportet, ac quàm minimè contingere conducit. Interdum nanque bona medicina est, quæ tum ad aurem, tum ad cætera multa etiam nulla adhibetur. Vitandus præterea in eam partem decubitus, corpusque extenuandum, idque potissimum in quo auris suppuratio metuitur, præstatque etiam aluum emolliat. Quod si facilis sit ad vomitum, is ex moderata aliqua purgatione ciendus est. Sed si ad suppurationem veniat, celeriter quidem aperiri non debet. Multa nanque ex his quæ suppurare videntur, quandoque etiam nullo adhibito cataplasmate resorbentur. At si coactus aperueris, citò quidem sanescet, si in vltiorem partem candens ferramentum adlegeris. Certò tamen scire licet aurem candenti ferramento præter traiectam, curtam & altera minorem reddi. Si verò huiusmodi ferramentum reformides, pars in tumore sublata non parua admodum sectione incidenda. Crassiore siquidem loco quam quis existimet, pus contineri deprehenditur. Atque (ut breuiter dicam) cætera quoque omnia mucosa & mucos gignentia, cum lenta sint, vbi contrectantur, digitos celeriter hac vel illa parte effugiunt, eamque ob rem media crassiore loco quam existiment, hæc contineri deprehendunt. Nam & ex iis tuberculis quæ ganglia nominant, quæ

cunquæ

cunque fluida sunt & mucosam carnem continent, plerique aperiant, in his humorem se inuenturos sperantes. Ac medicus quidem opinione fallitur, nulla tamen ex huiusmodi sectione noxia imminet. Quæ verò loca aquosa aut muciplena sunt, & quibus in locis singula si aperiantur, vel mortem, vel alia etiam nocumenta afferant, aliàs scribetur. Vbi igitur auris secta fuerit, omni tum cataplasmatum, tum linamentorum vsu abstinendum. Sed vel iis medicamentis quæ cruentis vulneribus imponuntur curatio est instituenda, vel alio quopiam quod neque onere grauet, neque dolorem inferat. Vbi enim cartilago nudari incipit, in ea quoque purulenta aut mucosa subsident, id molestum est. Id quod etiam in illis curationibus euenit. In omnibus autem quæ rursus excandescunt, serramentum candens vtraque parte traicere abundè suppetit.

At quibus spiritus vertebræ ex morbis gibbum contrahunt, ea quidem magna ex parte solui nequeunt, præcipue verò vbi superiore parte qua sepro annectitur, in gibbum curuantur. Quæ verò infra sunt, eorum quædam varicibus in cruribus subortis soluntur. Magis autem quibuscunque spina in gibbum attollitur, qui in poplitis vena suboriuntur varices cum solunt. Fiunt quoque & in ea vena quæ est ad inguina. Iam verò quosdam etiam ab hoc vicio diuturna intestinorum difficultas liberat. Et quibus cerè adhuc pueris ante perfectum corporis augmentum, spina in gibbum attollitur, iis quidem corpus ad spinam augeri non solet. Verum crura & manus ad perfectionem deueniunt, illæ autem partes exiliores euadunt. Quibus etiam supra septrum transversum gibbus fit, iis quidem non in latum augeri, sed in anteriorem partem costæ solent, neque pectus in latum sed in acutum tendit, ipsi quæ spiritum difficulter & cum stridulo sono trahunt. Iis namque cavitates quæ spiritus excipiunt & reddunt, angustiores euadunt. Quinetiam ceruicem ad magnam vertebra in anteriorem partem recuruatâ habere coguntur, vt ne iis caput pronum sit. Id igitur magnam fauibus angustia exhibet, cum intro vergit. Nam & iis qui secundum naturam recti sunt, os illud intro inclinatum, quoad repressum fuerit, spirandi difficultatè præbet. In huiusmodi ergo habitu homines isti gutturosi magis quàm sani appareant,

iidemque tuberculosi fiunt, ut plurimum tuberculis duris & crudis ad pulmonem obortis. Nam & plerisque tum gibbi, tum distentionis occasionem collectiones huiusmodi afferunt, cum quibus vicini nervi communionem habent. At quibus infra septum transversum gibbus existit, nonnullis renum & vesicæ vitia superueniunt, sed & abscessus ad suppurationem tendentes circa laterum inanitates & inguina diurni, ac curatu difficiles, quorum neutri gibbum solvunt. Iis verò coxæ magis quam quibus supra gibbus existit, extenuantur. Tota tamen spina his quam illis longior. Pubes autem & barba serior & rarior increfcit, & infecundiores existunt, quam quibus superioribus partibus gibbus contingit. At quibus iam adulto corpore gibbus contingit, iis manifestò quidem presentis tunc morbi solutionem gibbus affert, temporis tamen progressu eadem quæ aliis, vel magis, vel minus, se ostentant. Plerumque autem minus maligna ista existunt. Ac multi quidem, cum facili, tum salubriter gibbum iam ad senectutem usque sustinuerunt, præsertim quibus corpus carnosum & pingue est redditum. Ex iis tamen pauci annum sexagesimum superarunt, plerique etiam citius moriuntur. Nonnullis quoque ad latus vertebræ in hanc vel illam partem oblique intorquentur, sed hæc omnia aut pleraque contingunt, quòd ad interiorem spinæ partem humorum collectiones fiant. Præterea etiam quibusdam unà cum morbo ad id confert habitus in quem accere consueverunt. Verum de his dicetur in diuturnis pulmonis morbis, ubi pulcherrimæ euentorum prænotiones de iis fiunt.

At quibus ex casu spina in gibbum curvatur, iis sanè paucis in directum reducit. Etenim quæ per scalam fiunt distentiones, nihil, quod ego quidem nouerim restituerunt. Ea enim potissimum hi videntur medici, qui magnifica quædam de se opinione vulgo fucum facere student. Nam apud eiusmodi homines ista in admirationem vertuntur, si alium quem pendere, proiici, aut tale quippiam viderint, semper quæ ista in vulgus spargunt, neque præterea quicquam periculum aut prauum consequatur. Medici tamen qui hæc student, quos equidem noui, inepti sunt. Nam & commentum

vetur

vetus est, & equidem cum vehemēter laudo qui primus ex-
 cogitauit, tum hoc, tum quoduis aliud iuuentum secundum
 naturam excogitatum. Neque enim diffido, quin, si quis eo
 probè instructo concussionem molitur, nonnulla reduci
 queant. Ad huiusmodi tamen omnia istam adhibere mede-
 lam turpe existimari, quòd hæc curationis ratio impostor-
 es magis deceat. Quibus igitur secundum ceruicem gib-
 bus exilit, ij hac distentione in caput facta minus iuari
 posse videntur. Caput nanque & summi humeri propen-
 dentes paruum pondus efficiunt. Sed hos, si in pedes demis-
 si concutiantur, magis reduci consentaneum est. In eam e-
 nim partem demissi, maius habent propensionis momen-
 tum. At quibus inferiore parte gibbus est, ij capite demisso
 concui debere magis videntur. Si quis ergo concussione
 vii volat, eam rectè hūc in modum instituet. Scalæ scorteos
 pulvinos aut laneos in obliquum substratos, paulò amplio-
 ri in latitudinem & longitudinem hinc & inde spatio, quàm
 quantum hominis corpus occupat, probè adalligare con-
 uenit. Post hæc homine super scalam resupinato, tum pedes
 quidem non diductos, iuxta malleolos, vinculo sanè bene
 firmo, molli tamen, ad scalam deuincire oportet. Alligare
 quoque supra & infra vtrunque genu, itemque circa coxas
 conuenit. Ad laterum autem inanitatem & pectus, fasciæ
 laxæ sic circumiiciendæ, vt ne concussionem prohibeant.
 Manus verò ad latera extentæ iuxta corpus ipsum, non ad
 scalam, demittendæ. Scala ita instructa ad turrim aliquam
 altam aut domus fastigium attrahenda. Locus autem super
 quem concussio fit, renitens esto. Qui verò attollunt probè
 edocti esse debent, vt æqualiter, rectè, & æquabili libramē-
 to repenteque demittant, quò neque scala in alteram par-
 tem propendens, ad terram deueniat, neque ipsi proni fe-
 rantur. Ex turri tamen aut malo defixo, in quo insint car-
 chesia, commodior demissio fiet, si ex trochlea aut axe fu-
 nes laxentur. Sed fortasse molestus est lōgior de his sermo.
 Per hunc tamen apparatus maximè quis concuti possit.
 Quòd si superiore admodum parte gibbus extiterit, omni-
 noque concussione opus sit, eam in pedes facere, velut iam
 dictum est, expedit. Ita enim maius eam in partem sit pro-
 pensionis momentum. Ac obfirmari quidem pectus debet

validè ad scalam alligando, ceruix verò quàm laxissima fascia, eatenus vt dirigi possit. Ipsumque caput iuxta frontem ad scalam alligandum. Manus autem porrectæ ad corpus, non ad scalam deuinciendæ. Reliquum tamen corpus solutum esse oportet, nisi quatenus dirigi queat, alia acque alia parte fascia laxa circumdari debet. Sed videndum est, ne huiusmodi vincula concussionem prohibeant. Crura verò non ad scalam quidem, verum inter se alligentur, vt ad spinam è directo propendeant. Atque hæc quidem eo modo paranda sunt, si quis omninò ea quæ per scalam sit concussionis opus habet. Turpe autem est, cum in omni arte, tum verò in arte medendi vel maximè, post multum exhibitum negotium, multum apparatus, multamque de se excitare opinionem, tandemque nihil opis adferre.

Imprimis autem spinæ quidem natura cognoscenda est. Ea nanque ad multos morbos opus fuerit. Etenim qua parte ventrem spectat, ab interiore parte vertebræ inter se sunt æquabiles, ac mucoso & neruoso ligamento inter se deuinctæ, quod à cartilaginibus exortum, ad medullam usque progreditur. Quidam etiam alij nerui neruosi à summo adimum in longitudinem protensi adnascuntur, & ab utraque parte ad earum latera porriguntur. Venarum verò & arteriarum communitates, quotque & quales sint, & vnde initium ducant, quamque in quibus vim habeant, alias declarabuntur. Tum ipsa dorsi medulla quibus inuolucris obuoluatur, vnde ortum ducant, & vbi definant, & quibuscum communionem qualemque vim habeant. Ultra autem hunc locum vertebræ inter se cardinis modo committuntur. Nerui verò communes ad omnes tum exterioribus tum interioribus partibus porriguntur. Ac ex omnibus vertebris in exteriorem partem ossis processus ex singulis vnus tum maioribus tum minoribus eminet. His autem processibus adnata est cartilago, ex eaque nerui producuntur, neruis exterioribus assimiles. Costæ verò interiorum partem magis quam exteriorum suis capitibus spectantes, annexæ sunt, & cum vnaquaque vertebra sigillatim committuntur. Maximè autem incuruæ sunt hominis costæ, eorum modo quæ varæ sunt. Costarum vero & ossium quæ ex vertebris procedunt inter medium complent vtrinque musculi, qui à ceruicibus

utribus initium ducentes, ad septi transuersi annexionem usque tendunt. Ipsa verò spina in longitudinem ex recto obliquatur. Ab osse quidem sacro ad magnam vertebra[m] usque, iuxta quam crurum nexus dependet, in gibbum incuruatur. Vesica nanque & partes naturales, rectique intestini laxitas eo in spatio sunt cōstituta. At inde ad septi trāsuersi annexionem, ex recto in interiorē partem inclinatur. Solusque hic locus ab interiorē parte musculos adnatos habet, quos quidem *ψόας* nominant. Ab hac autem parte ad magnam vertebra[m], quæ est supra summam humerorum partem, ex recto in gibbum eleuatur, imò verò huiusmodi magis apparet, quam sit. Spina nanque media sui parte eminentissimos, ab vtraque autem parte minores ossium processus habet. Ipse verò ceruicis articulus in anteriorem partem inclinatur.

Quibus igitur vertebrae in gibbum protuberant, iis abrupta compage, vna aut plures vertebrae magna vi foras protruduntur: quod paucis, neque ita multis contingit. Neque enim huiusmodi offensiones facillè contingunt, neque in exteriorē partem expelli vertebrae promptè possunt, nisi anteriore parte vehemēti ictu per ventrem vulnus accipiat, hoc verò pacto homo intereat, aut nisi quis ex superiore loco delapsus, in coxas aut humeros impingat. Sed & hic quoque, licet non statim, sic tamen intereat. At verò à posteriore parte, nō ita facillè vertebrae suo loco desilire in interiorē possunt, nisi per quā graue onus aliquod irruat. Ossium enim quæ in exteriorē partem prominēt, vnumquodque eam habet naturā, ipsum vti potius frāgatur, quam vti ligamētis & articulis mutuò inter se cedentibus vi adductis, magno momento in interiorē partem inclinet. Dorsi item medulla ex paruo spatio inflexionem habens affigetur, vbi vertebra hoc modo suo loco exilierit, tū loco mota vertebra dorsi medullā compriueret, si non etiam distrūperet. Ea autē compressa & intercepta multis magnis præcipuisque partibus torporē induceret. Adeò vt multis aliis vrgentibus malis, ad dirigendam vertebra[m] medico curā intendere non liceat. Quare istud neque concutiēdo, neque quāpiam alia ratione reponi posse manifestū est, nisi si quis hominem dissecto, deinde manu immissa in ventrem cōtrectando,

interiore parte in exteriorē protrudat. Quod mortuo quidem licet, viuente verò nequaquam fieri potest. Quotum igitur hæc scribimus? Quoniam nonnulli existimant se curasse quibus vertebræ in totum articulis excedentes, interiorē in partem prolapsæ sunt. Quamuis quidem ab hac peruerfione facillimè euadere posse, nullaquæ opus esse repositione, sed eiusmodi spõte sanescere, quidam existimant. Ignari autem multi sunt, ex eaquæ ignorantia id lucrifaciū, quod alios ista persuasione imbuunt. Aristud eos in errorem imposuit, quod spinam quæ in ea dorsi parte eminet, vertebras ipsas esse existimant, propterea quòd eorum vò quodque attrectanti rotundum appareat, neq; intelligunt ea ossa esse quæ à vertebribus procedunt (de quibus paulo antè sermo est habitus) quodque vertebræ longè in anteriorem partem abeunt. Angustissimum siquidem inter omnia animantia homo pro magnitudine veniem habet à posteriore parte in anteriorem, maximè etiam ad pectus. Quam igitur ex his ossibus quæ supereminet aliquod valde fractum fuerit, siue vnum, siue plura, ea parte locus depressior, quam hinc & inde redditur, idque iis imponit, quod vertebras intrò cessisse existiment. Præterea quoque eos etiam in errorem inducunt, eorum qui vulnerati sunt habitus. Nisi incuruari conentur, dolore afficiuntur, cum ea parte qua vulnerati sunt cutis contendatur, simulque ossa fracta hoc modo potius carnem intrus pungant: sin verò in anteriorem partem nitantur, leuius habent. Nam & cutis qua vulnus est laxior efficitur, ossaq; intrus minùs pungunt. Quin & si quis eos hac parte contingat, in anteriora inclinati cedunt, isq; locus inanis & mollis ad tactum apparet. Hæc commemorata omnia insuper medicos fallunt. Ii autem citò & sine noxa per se conualescunt. Eiusmodi enim ossa omnia quæ laxa sunt, callo celeriter firmanantur.

Spina igitur etiam in sanis multis modis distorquetur. Sic enim natura & vsu rem se habere compertum est. Quia & sub senio & doloribus idem vsu venit, siquidem contrahendi vim habent. Gibbi autem plærunque ex casu contingunt, vbi quis in coxas aut humeros cadendo impingit, in gibbo enim vnā aliquam vertebra sublimem foras eminare necesse est, eas verò quæ hinc & inde sunt, minuit.

Neque

mortuo quibus
Quorum
manant seces
dentes, in
dem ab hac
opus esse re-
existimant.
lucrificari,
eos in erro-
re eminet,
eorum vni-
intelligunt
as paulo an-
te in antero-
inter omnia
bet a postre-
ctus. Quem
d validè tra-
s depressior,
quod vertice
e eos etiam
habitus. Ni-
ea parte qua
a fracta hoc
anteriorem
ia vultus est
iun & si qua
cedunt, is
commemo-
citò & sine
omnia que
istorquetur.
m est. Quia
dem contra-
casu contin-
mpingit, la-
em foras e-
unt, minus
Neque

Neque ea tamen à reliquis multum defiliat, sed paulum, cum singulari in vniuersum cedant. Eam igitur ob causam etiam dorsalis medulla eiusmodi peruersiones, vbi in circulum non in angulum peruertitur, facile tolerat. Instrumenti autem quo restitutio cogitur fabricam huiusmodi instituere oportet. Lignum quidem validum oblongum, in longitudinem incisum, defoditur. Licet quoque huius ligni loco in pariete oblongum aliquod cauum incidere, quod vel cubiti altitudine, vel ea quam res exigit, à solo extet. Deinde veluti columna querna, quadrangula in latus, adhibetur, eo relicto à pariete spatio, vt aliquis pertransire, si opus sit, queat. Accolumna quidem, aut tunicis, aut re quapiam molli, quæ tamen non admodum cedat, insternitur. Homo verò, vbi formentis, aut si sustinet, multo calido balneo vsus fuerit, pronus extensus reclinatur, manibus secundum naturam ad corpus porrectis & alligatis. Tum habena mollis, abunde lata & longa, duobus perpetuis loris cõstans, media medio pectori quàm proximè ad alas duplici circuitu iniicienda: dein quod ex loris restat circa altam vtrinque ad humeros obvolvendum: demum capita ad lignum aliquod quod pitilli formam habeat deliganda, ea longitudine quæ superposito ligno conueniat, ad quod appositum lignum illud quod pitilli formam habet, velut obice quodam, extensionem facit. Altero autem huiusmodi vinculo, tum super genua, tum super calces dato, capita ad eiusmodi aliquod lignum deliganda. Tum alia habena lata & mollis, ac valida, mitellæ in modum, conuenienter lata & longa, circum ilia ad coxas quàm proximè, firmiter in orbem circundanda, deinde habens quod superest, vnaque; vtrunque lori caput ad lignum, quod ad pedes est, alligandum, ac demum eo habitu simul quidem æquo libramento, simulque in directum extensio in diuersa adhibenda. Neque enim magnum detrimētum huiusmodi distentio, si probè præparetur, afferri poterit, nisi si quis de industria videlicet intendi velit. At medicus, aut alius cuius robustus, ac minimè imperitus, sublimiore manus parte ad gibbum imposita, alteraque; manu super alteram iniecta, compellere debet, animaduersione adhibita, num in directum deorsum, num verò ad caput vel ad coxas compulsio facienda sit. Atque huiusmodi vis

innoxie maximè adhibetur. Innoxium quoque est gibbum aliquem insidere, simulque dum fit distentio, sublimem se attollendo concutere. Quinetiam super gibbum pedibus insistere ac ferri, leuiterque incutere nihil vetat. Cui rei moderanda satis idoneus fuerit eorum aliquis qui in palatibus assueti sunt. Optimè tamen vis adhibetur, si paries quidem excavationem habeat, lignum verò defossū, quæ parte incisuram habet, quantum congruere videbitur, hominis spina depressius sit. Asler autem tiliaceus aut ex alio aliquo ligno, non tenuis, inferatur, tum super gibbum, aut panniculus lacer multiplex, aut paruus quidam scorteus puluvis imponatur. Quàm minimum tamen subicere conducit, ea sola cautione adhibita, ne asler importuna sua duritie dolorem aliquem afferat. Gibbus autem quam maximè è directo ad excavatum parietem statuatur, quò quæ maximè extat, ea parte asler impositus maximè premat. Asler verò impositus, ab vno aliquo, vel duobus, si opus fuerit, extrema parte vi adduci debet. Alij autem corpus in longitudinem, velut antè dictum est, in diuersa contendunt. Potest quoque & per axes distentio fieri, aut iuxta lignum defossū, vel eorum postibus vtrinque erectis paulò extantibus, vel ad ligni verticem hinc & inde, in ipso ligno defixis. Hæc autem vis tum ad vehementiam, tum ad mediocritatem esse accommodata, eamque vim habet, vt si quis ad nocendum non ad curandum eam adhibere cupiat, ad id multum valeat. Nam & distentione sola per longitudinem in diuersa facta nulla etiam alia vi adhibita, probè tamen distentio comparatur. Quin & citra distentionem si quis aslere distentat ad hunc modum vtatur, sic quoque sufficiens compulso fiet. Optimum igitur est huiusmodi vim adhibere, quantum intendendo, tum remittendo, pro cuiusque arbitrio temperare licet, & quæ vel secundum naturam compulsionem facit. Quæ enim excesserunt, compressione in suam sedem redeunt. Quæ verò præter naturam coierunt, ex quæ secundum naturam intentiones adhibentur, componunt. Equidem nullam aliam viam qua per vim compulso fiat, neque meliorem, neque æquiores inuenio. Neque enim ad eam quæ in directum sit spiciat distentionem, ab inferiore parte & ad os sacrum appellatum, est quod iniectum videri

culum retineat. Ex superiore verò parte iuxta ceruicem & caput, est quidem quod prehendi queat, veruntamen illud in speciem indecorum est. Et hac parte exuperans distentio, alias quoque noxias afferre queat. Experimentum autem iam olim per vtre[m] feci quem homine resupinato minimè inflatum gibbo submisi, ac deinde folle fabrilis in subiectum vtre[m] immisso inflaui. Sed parum successit. Probè enim distento homine cedebat vter, neque flatus quicquam per vim impellebat, præterquam quòd vter facillè elabebatur, cum in idem tum hominis gibbus, tum repleti vtris tumor cogerentur. Si verò non ita vehementer homo extenderetur, vter quidem statu in tumorem assurgebat, sed homo prorsus magis quàm expediret in anteriorem partem curuabatur. Atque hæc adhibito studio persequutus sum, quòd pulchra est eorum doctrina, quæ tentata successu, caruisse idque quam obrem contigerit, apparet.

At quibus ex calu aut illabente aliquo pondere vertebræ anteriorem in partem obliquantur, his quidem plærunque vertebra non adeò multum ab aliis recedit. Sin verò aut una aut plures multum excesserint, hominem, velut etiam antè dictum est, præcipitant, cum in anguli non in circuli flexum hæc dimotio fiat. His igitur vrina & stercus magis quàm quibus exteriorem in partem gibbus sit, supprimitur, pedesque ac crura tota magis perfrigerantur, potiusque ista, quàm quæ dixi, mortem afferunt. Quòd si euadant, his vrina magis proflua redditur, & crurum impotentia ac stupore torquentur. Quòd si superiore spinæ parte in anteriorem partem inclinatio fiat, totius corporis impotentia & stupor contingit. Equidem cum qui ita affectus sit in pristinum statum, nulla via restitui posse puto nisi si quæ per scalam adhibetur concussio, aut aliqua alia cuiusmodi curatio, aut qualis paulò antè commemorata est distentio, præsidium aliquod adferre possit. Impellendi autem modum qui simul cum distensione adhibeatur, nullum habeo, qui quemadmodum asser gibbum impellere possit. Quoniam enim pacto ab anteriore parte per ventrem impulsio fieri queat? Sed neq; hoc licet, neq; rursus aut sternutamenta aliquid facultatis ad distentionem cōferunt. Neq; verò flatus in ventrem immisus quicquam efficiat. Quin

& magnæ cucurbitulæ, quæ attrahendarum nimirum vertebrarum intro inclinantium gratia admoventur, magno errore mentem implicant. Propellunt enim magis quam attrahant, id quod ignorant qui eas admovent. Quò enim maiores cucurbitulæ adhibentur, eò magis in anteriorem partem curvantur quibus eæ admoventur, cum à superiore parte cutis simul vrgeatur. Alios quoque à supradictis concutiendi modos, quos ad hanc affectionem magis accommodatos quispiam existimet, referre possem, verum quia paruum in iis fiduciam colloco, ideò non adscribo. In tota igitur, de quibus breuiter dictum est, sic statuere oportet. Quæ quidem in anteriorem partem inclinant, periculo & noxiæ esse obnoxia. Quæ verò in exteriorem partem gibbum faciunt, noxia & periculo, quòd ad mortem & vniuersæ suppressionem ac stuporem attinet, ex toto vacare. Neque enim gibbus in exteriorem partem alij ductus intendit, neque prohibet, quominus fluere possint. Vtrunque verò spinæ ad interiora inclinatio efficit, prætereaque multa accedunt. Alioqui multò plures crurum & manuum impotentia & corporis stupore afficiuntur, vrinaque supprimitur, quibus quidem ex gibbo vertebræ neque intro neque extra excesserint, sed in directum spinæ vehementer concussi fuerint. At quibus ex gibbo spinæ curuatur, iis talia minus contingunt.

Multa quoque alia in arte Medica videre licet, ex quibus quæ vehemètia quidem sunt, cum in sese totum morbi discrimen recipiant, noxia vacant: quæ verò leuiores, noxias & diuturnos morbos pariunt, & magna etiam consensione reliquum corpus afficiunt. Quando quidem & in costis fractis tale quidpiam contingit. Quibus enim costæ fractæ fuerint, vna aut plures, velut plerisque euenit, ita vt ossa ad interiorem partem minimè perumpant, neque nudentur, pauci quidem adhuc febre correpti sunt. Sed neque multi etiam sanguinem expuerunt, neque multi pus interiore thorace collegerunt, aut ea quæ fit per linamenta curatione opus habuerunt, aut iis ossa vitata sunt, hisque simplex victus ratio satis est. Etenim si febre assidua non detineatur, iis inedia deterior est quàm cibus, grauioremque dolorem & febrem, ac tussim excitat. Modica enim vètris plenitudo costas

costas dirigit, vasorum verò inanitio eas pendulas facit, hæ-
 que suspensæ dolent. Ab exteriori autem parte iis quæ uis
 deligatio satis est, sic ut cerato & spleniis, fasciisquæ leniter
 appressis, vinculum æquale inducatur, aut etiam laneum
 quiddam superimponatur. Costa verò viginti diebus callo
 firmatur. Celeriter namque his ossibus callus obducitur. At
 carne circa costas ex plaga, aut casu, aut renixu, aut alia re
 quapiam eiusmodi cōrta, multi iam copiosum sanguinem
 erpuerunt. Ductus enim qui per obrentam unicuique costæ
 inanitatem feruntur & nervi, ex præcipuis corporis parti-
 bus ortum ducunt. Vnde etiam multi ex tussi & tuberculis,
 & pure in thorace collecto, ea quæ per linamenta fit cura-
 non indiguerunt, & ad costarum syderationem deueniunt.
 Sed & quibus carne circa costas cōrta nihil tale superue-
 nit, tardius tamen iij dolore liberantur, quàm quibus costa
 perforata est, atque in his casibus dolor locum magis repe-
 tit. Proinde quæ nonnulli huiusmodi noxias ubi costa per-
 forata sit, magis negligunt. Quinetiam iij, si modò sapiant;
 diligentiorē curandi rationem desiderant. Nam & victui
 subrahendum, totoque corpore quàm maximè quiescere
 conducit, & venere abstinendum, tum edulis pinguibus, &
 quæ faucium asperitatem inducant, tum etiam validis o-
 mnibus. Vena quoque in cubito secanda, & quàm maximè
 habendum silentium. Supra locum contusum splenia non
 multiplicia, sed multa, & tota contusione longè latiora in-
 ducere, tum cerato sublinere, & linteis latis, fasciisquæ latis
 & mollibus deuincire conuenit, modicequæ apprimere, ut
 qui deligatur, neque valde compressum vinculum, neque
 item laxum esse dicat. Primum autem ab ipso colliso ordiri
 vinculum debet, ibique maximè firmari. Et à media fascia
 incipienda deligatio, ita ut cutis quæ circa costas est, neu-
 tram in partem inclinet, sed æquabili momēto feratur, sin-
 gulisquæ diebus, aut tertio quoque die deligandum. Præ-
 stat quoque alium leui aliquo medicamento quod eā deii-
 cit, mollire. Ac decem quidem diebus corpus extenuare;
 deinde rursus alere & implere. Sed dum extenuamus ad-
 strictior, ubi verò ad pleniorē habitum ducimus, paulò
 laxior deligatio adhibenda. Quod si ab initio quidem san-
 guinem expuat, quadraginta diebus circa curationem &

H h h

deligationem diligentia adhibenda, alioquin ferè viginti die-
rum curatio abundè est. Ex magnitudine autem vulneris,
temporis ratio est ineunda. At qui huiusmodi contusa parui
fecerint, iis etsi nullum deterius malum contingit, at locus
certè contusus mucosam magis quàm antea carnem conti-
net. Ac vbi quidpiam huiusmodi intus relinquitur, neque
curatione quidem probè exprimitur, deterius certè seorsum
habet, si circa os ipsum mucosum relinquatur. Neq; enim
amplius æquè à carne os attingitur, osque morbis oppor-
tunius redditur, multisq; iam ob eiusmodi causas ossa lon-
go tempore viciantur. Quòd si, non quæ iuxta os sunt, sed
ipsa caro mucosa sit, sic quoque tamen subinde morborum
& dolorum reuersiones fiunt, si quis fortè corpore sit affe-
cto. Idcirco deligatione tum bona, tum valdè accommoda-
ta uti conuenit, quoad quæ in contuso facta est humoris ef-
fusio exiccata & absorpta fuerit, & locus integra carne re-
pleatur, ossisque caro increascit. At quibus malum inuetera-
uit, locusq; dolore vexatur, & caro aliquantum mucosa est,
iis vltio optimè medetur. Et si quidè caro mucosa sit, ad os
vsque vltio pertingere debet, neq; tamen os ipsum incale-
scere. Sin verò in intermediis costis fuerit, ne sic quidem in-
summo adurere conuenit, ea tamen cautio adhibenda, ne
adurendo in vltiorem partem penetres. Quòd si circa os
contusio esse videatur, eaque adhuc recens sit, neque duri-
tiam os fuerit, si valdè exiguum quidem locum occupa-
pet, sic velut dictum est adurere conuenit: sin verò oblon-
gus locus sit qui circa os attollitur, pluribus locis demitten-
dum erit candens ferramentum. De costæ autem syderatione,
vbi curationem per linamenta tractabimus, dicetur.

Femoris articulus vbi coxendice excidit, quatuor in par-
tes promouetur, in interiorem quidem sepius, deinde in
exteriolem, interdum verò in posteriorem & anteriorem,
sed rarò. Quibus igitur interiorem in partem excessit, in
crus alteri collatum, longius duabus de causis meritò appo-
ret. Ossi enim quod à coxendice procedit, & ad superiorem
pectinis partem fertur, femoris caput insidet, & articuli ac-
tuum in acetabulo fertur, exterioreque rursus parte nates ex-
cauatur, nimirum cum femoris caput in interiorem par-
tem defluerit. Summa item femoris pars ad genu, & rursus
femur

similiter ac pes, in exteriorem partem ferri coguntur. Pedes igitur extra vergēte, medici imperiti huic sanum, non hunc sano admovent, ac ideo crus offensum integro multo longius apparere. Multaque etiam alias in his hallucinatio subest. Sed neque ad inguen crus flectere, similiter atque sanum possunt. Quin & femoris caput in interformineo tactu prominere conspicuum est. Achis quidem indiciis femur anteriorem in partem elapsum esse colligitur. Quibus igitur articulus elapsus fuerit, neque tentatus reponi poterit, aut neglectus fuerit, ij crus circumuoluendo velut boues ingrediuntur, plurimamque molestiam sano crure sustinent, cogunturque ad lateris inanitatem & prolapsum articulum incurni & obliqui esse. In sano vero crure nates rotunda eminere cogitur. Si quis etenim integri cruris pede in exteriorem partem conuerso incederet, reliquum totum corpus in crus affectum, ut ab eo veheretur, protruderet. At qui fieri potest ut crus affectum corpus sustineat? Cogitur ergo hunc in modum integri cruris pede in interiorem partem, non exteriorem conuerso, ingredi. Hoc enim pacto crus sanum tam eam corporis partem quae sibi, quam quae cruri affecto imminet, maxime sustineat. Incuruati autem ad lateris inanitatem & articulos pusilli apparent, & ad lateris integri baculo inniti coguntur. Hac enim parte conti renixu indigent, cum in eam & nates inclinent & corporis pondus feratur. Inclinari ite eos necesse est, cum manum e regione cruris affecti ad obliquum femur obfirmare cogantur. Neque enim crus affectum corpus sustinere potest, ubi per vices mutata crura sunt, nisi ad terram appressum contineatur. His igitur figurationum modis uti coguntur, quibus intro prolapsus articulus minime reconditus fuerit, nihil providente agro quoniam habitu facillime consistat, cum casus ipse edoceat, ex his qui ad manum sunt, eum qui maxime sit accommodatus eligere. Neque enim quibus vlcere pes aut tibia laborat, ij admodum crure incedere possunt, eodemque modo infantes gradiuntur. Affecto namque crure in exteriorem partem conuerso, gressum faciunt. Ac duplex eis, quo opus habent, commodum accedit. Neque enim corpus a quo sustinetur eo crure quod in cessu exta fertur, atque eo quod intro, cum ei e directo onus non

Hhh 2

incumbat, sed multò magis illi quod in incellu supponitur. Huic siquidem tum in iplo ingressu, tum in alterna crurum permutatione, è directo pondus incumbit, quòd eo habere crus sanum celerrimè supponi queat, si affecto quidem crure, exterius; sano, interius ambulatio fiat. At quòd ad præsentem sermonem attinet, nò parui est momenti habitum corpori quàm accommodatissimum per se inuenire. Qui igitur ad perfectum incrementum nondum deuenere, ut si prolapsus articulus non reconditur, femur, tibia & per breuiora euadunt. Neq; enim iis ossa æquè in longum augentur, verùm breuiora fiunt, ac præcipuè femur. Crusque totum carne vacuum, minimè torosum, effceminatum, & tenuius redditur, partim quidem quòd sua sede priuetur articulus, partim verò quòd suo munere fungi nequeat, cum naturalem statum nò retineat. Vfus enim quidam nimium mollitiem, tum etiam id quod in longum augeri prohibet, quodammodo tollit. Grauiissimè igitur habet, quibus dum in vtero continentur, elabitur hic articulus. Secundum hos, quibus in summa infantia idem contingit. Minimè verò omnium qui adulti istud perpeffi sunt. Ac adulti quidem quæ ratione incedant, dictum est. Quos verò adhuc in infantia hic casus detinet, plerique quidem in dirigendo corpore negligenter se gerunt, maleque ad sanum crus conuoluuntur, namque, quæ è regione eius est se ad terram obfirmantes. Quinetiam adulti nonnulli qui hac calamitate vexantur, rectam ambulationem segniter curant. At qui in infantia hanc calamitatem experiuntur, ij si liberaliter educati fuerint, sano quidem crure recto vtuntur, verùm scipionem alæ quæ sano cruri respondet suppositum circumferunt. Quidam etiam utrique alæ scipionem subiiciunt, crus verò affectum suspensum detinent, quoque id breuius est, eo leuius habent. Sano autem crure nihilo minùs habent roboris, quàm si integrum vtrunque esset. Eiusmodi tamè omnibus cruris carnes emolliuntur, eæque vt plurimum exteriore parte magis quàm interiore. Ferunt autem nonnulli Amazonas masculam suam prolem statim ab infantia, partim ad genua, partim ad coxendices, luxare consueuisse, quòd videlicet claudi fierent, ac neque mares fœminis infidatenderent, eisque ad manuiarias operas vterentur, & cori-

riam,

riam, fabrilem, & quoduis aliud ſedentarium opus exercerent. Quæ quidem vera necne ſint ignoro. At quòd iſta contingant quibus ſtatim ab infantia articuli luxantur, certò ſcio. In coxis quidem certè in interiorè tunc partem, an in exteriorè elabatur articulus multùm intereſt. In genibus verò intereſt etiam nonnihil, ſed minùs tamen. Saus autem utriq; proprius claudicationis modus ineſt. Breuioribus enim ſunt membris quib⁹ exteriorè in partem prolapſus articulus fuerit. Recti autem minùs ſtans, quibus in interiorè partem exciderit. Eodem quoq; modo ſi ad malleolum luxatio contingat, quibus in exteriorè partem excidit, ij quidem vari ſunt, verùm ſtare poſſunt. At quibus in interiorè partem articulus prolapſus eſt, ij valgi quidem efficiuntur, minùs verò ſtare queunt.

At verò quænam oſſa augeantur, res ſic ſe habet. Quibus quidem ad malleolum tibiæ oſ loco motum eſt, iis certè pedis oſſa, quòd proximè vulnèri iuncta ſint, minimùm augentur. Tibiæ verò oſſa augentur quidem, neque certè multò minore copia, verùm carnes immiſcuntur. At cùm articulus ad malleolum ſua ſede ſecundum naturam manſerit, ad genu verò ſuo loco emorus fuerit, iis tibiæ oſ, quòd vulnèri ſit proximum, non æquè augeri, ſed breuius reddi conſuevit. Pedis autem oſſa immiſcuntur quidem, verùm non æquè ac paulò antè dictum eſt, cùm pedis articulus integer maneat. Quòd ſi eo etiam, ſicuti cùm varus eſt, uti poſſent, iis adhuc minus pedis oſſa immiſcuerentur. Quibus verò coxendicis articulus luxatur, iis femoris oſ, quòd proximè vulnus attingat, non æquè augeri ſolet, ſed ſano breuius redditur. His tamen neque tibiæ oſ, neque pedis oſſa eodem modo augeri prohibentur. Quod ideo accidit, quòd femoris articulus qui cum tibia committitur, & tibiæ, qui cum pede, ſua naturali ſede manet; iis tamen totius cruris carnes immiſcuntur. Quòd ſi crure uti poſſent, etiam magis oſſa augerentur, velut priùs quoque dictum eſt, femore excepto, minusq; carne deſtituerentur, quamuis id multò magis quàm ſanis cõtingat. Cui rei indicio ſunt, qui à prima origine, aut antequam ad perfectum incrementum deuenierint, brachio luxato muſtelæ cubito præditi euadunt. Hiſi quidem oſ brachij breue, cubitum verò ac ſum-

manam manum sanis paulò exiliora habent, idq; ob ante-
 ctas causas, quòd brachium, cum læso articulo proximum
 sit, iccirco breuius redditur. Cubitus autem non idèò notie
 æquè patet, quòd brachij articulus qui ad cubitum est, pri-
 stinam naturam retineat. Manusque rursus etiam longius
 à noxia quàm cubitus abest. Has igitur ob causas enumer-
 tas, ossa quædam incremento destitui, quædam etiam in-
 crementum suscipere contingit. Ad pleniorè autem ma-
 nus & brachij habitum, multum manus labor profuerit.
 Qui namque mustelæ cubito præditi sunt, manuaris ope-
 ras, quas etiam altera manu præstant, ut plurimum hac ma-
 nu suscipiunt, idque nihilo peius quam altera. Neque enim
 manibus ut cruribus, corporis onus fertur, sed sunt leuia ta-
 rum opera. Ob exercitationem autem neque in manu, ne-
 que in cubito, iis qui mustelæ cubitum habent, carnes im-
 minuuntur. Quinetiam brachium ad pleniorè habitum
 inde nonnihil iuuatur. At ubi coxendicis articulus à primo
 ortu, aut etiam in ipsa infantia, sua compage emotus, ad ie-
 teriorem partem inclinari, carnes eam ob causam magis
 quàm in manu imminuuntur, quòd ij crure uti nequeant.
 Atque hæc ita se habere, quæ paulò post dicentur quodam-
 modo testabuntur.

At quibus in exteriorem partem femoris caput excessit,
 iis crus iuxta alterum extensum meritò quidem breuius
 apparet. Neque enim femoris caput, velut cum intro luxa-
 batur, ossi insidet, sed iuxta os quod natura inclinarum est,
 in carne humida & cedente firmatur, id-oque breuius ap-
 parer. Interiore verò parte ad locum inter crura medium
 (gressuram & *πληξιδεα* nominant) femur magis contrahi-
 tur & gracilius euadit. Exteriore autem parte nates in gib-
 bum magis extumescit, extra nimirum femoris capite cla-
 pso. Quin & superior nates apparet, eò quòd hac parte ca-
 ro femoris capiti cedit. Extrema verò femoris pars ad ge-
 nu, & tibia & pes introrsum spectare conspiciuntur. Ve-
 rum neque inflectere perinde ac sanum crus possunt. At-
 que hæc quidem sunt extra prolapsi femoris notæ. Quibus
 igitur iam adultis luxatus articulus reconditus non fuerit,
 iis crus totum breuius conspicitur, neque ingressu terræ
 calce contingere possunt, sed ima planta terræ insistent.

ob ante
proximum
ideo noxi
um est, pri
am longit
s eoumera
n etiam in
autem ma
r profuerit
uarias op
im hac ma
neque enim
nt leuiora
manu, ne
carnes im
m habitum
us a primo
orus, ad in
sam magis
nequeant
r quodam

ur excessu
m breuius
intrò luxa
narum est,
breuius ap
a medium
s contrahi
tes in gib
capite cla
c parte ca
pars ad ge
ntur. Ve
ssunt. At
e. Quibus
non fuerit
ssa retram
insistunt,
pag

paululumque summis digitis interiorē in partem ten
dunt. Atque in his longē melius crus læsum corpus ferre
potest, quā quibus in interiorē partem luxatio facta
est, partim quidem quod femoris caput, & articuli ceruix,
quæ naturaliter obliqua est, maiori coxæ parti subiecta est,
partim verò quod summus pes in exteriorē partem in
clinari non cogitur, sed prope ad rectitudinem corporis ac
cedit, & interiorē in partem etiam conuertitur. Quum
igitur articulus carnis locum in quem elapsus est consuetu
dine tritum fecerit, & caro lentorem contraxerit, tempo
ris tractu doloris expers euadit. Tuncque, si velint, absque
baculo incedere possunt, & corpus affecto crure sustenta
re. Is ergo, cò quod crure vruntur, minùs quā quibus
paulò antè dictum est, carnes emolliuntur, idque plus, aut
minùs contingit. Ferè autem magis ad interiorē partem
quā exteriorē offceminantur. Ac eorum quidem non
nulli, quod crus flectere non possint, calceum sibi induce
re nequeunt. Quidam etiam id possunt. At quibus in ma
tutis vero hic articulus sua sede emotus fuerit, aut cum ad
huc augentur vi exciderit, neque reconditus fuerit, aut et
iam morbo elapsus atq; sua compage motus fuerit (horum
enim pluraque contingunt) eorum quidem nonnullis, si
syderatum femur fuerit, suppurationes diuturnæ & quæ cu
rationem per linamenta desiderant, contingunt, quibusdā
etiam ossa nudantur. Eodem verò modo tum quibus syde
ratur os femoris, tum quibus non syderatur, multò breuius
redditur, ac neque velut sanum augeri solet. Huius etiam
ubi ossa paulò, quidem quā alterius breuiora euadunt,
ob easdem causas, quæ etiam antea sunt commemoratæ.
Atque hi incedere possunt, nonnulli quidem eo modo, quo
quibus iam adultis elapsus articulus reconditus non fuit,
quidam etiam toto pede insistant, inter ambulandū tamen
ob cruris breuitatē, utraq; in partem inclinari coguntur.
Hæc autem sic contingunt, vbi in his quæ ad corporis habi
tum spectant, diligenter, & in quibus oportet rectè fuerint
a pueris educati, priùs quā ad ambulationem confir
mentur, ac nihilominus etiam diligenter & rectè, vbi con
firmati fuerint. Summam verò curam postulant, quibus
in prima infantia hic casus incidit. Si enim ea in infantia

negligantur, iis totum crus prorsus inutile & incrementi expers redditur, ac vniuersi cruris carnes magis imminuuntur quam sani. At multò sanè minùs quam quibus interiorem in partem exciderit, id què ob vsum & laborem, ita ut statim vti crure valeant, velut etiam de his qui mustela cubito præditi sunt paulò antè dictum est. Nonnullis quoque partim quidem statim à prima origine, partim verò sub morbo, amborum crurum articuli exteriorem in partem prolapsi sunt. Iis igitur ossa quidem huiusmodi vitis patet, at carnes minimè efflorescunt. Sed & pleniora crura euadunt, nisi si quid interiore parte paulum deficit. Eam verò ob causam pleniora sunt, quòd utroque crure pariter videntur. Eodem enim modo inter ambulandum ab utraque parte iactantur, itaque valde prominentibus nartibus conspiciuntur, eò quòd articuli suo loco excesserunt. Quòd si neque his ossa vitientur, neque gibbosi supra coxendices euadant (quosdam enim huiusmodi vitia prehèdunt.) Nisi ergo tale quid contingat, de cætero satis salubriter vitam traducunt. Minus tamen in reliquo corpore, capite excepto, incrementi suscipiunt.

At quibus posteriorem in partem femoris caput elapsum est, quòd paucis contingit, ij neque ad articulum luxatum, neque admodum ad poplitem crus extendere possunt. Atque id multò minùs, quam quibus hoc vitium iam pridem contigit, quòd hi inguinis & poplitis articulum magis extendere possunt. Præterea etiam illud animaduertendum, quòd & valde utile & magni est momenti, ac pluresque later, neque sanos poplitis articulum extendere posse, nisi vnà quoque inguinis articulum extendant, præter quàm si prædictum valde sustollant: sic enim posse. Hi ergo neque eodem modo poplitis articulum, sed multò ægrius, flectere possunt, nisi vnà quoque inguinis articulum inflexerint. Multa quoque alia in corpore huiusmodi cognationes habent, & circa nervorum contractionem, & musculorum habitum plurima & cognitu digniora quàm quis existimet, conspiciuntur. Quòd etià in intestinorum natura totiusque ventris, ac in veteri erroribus & contractionibus cernere licet. De quibus aliàs cum his quæ nunc dicuntur consentiens sermo habebitur. Quòd ad præsentem sermonem attinet, neque crura

cæce

extendi (velut iam dictum est) potest, breuiusq; duabus de
 causis apparer, tum quòd non extenditur, tum quia ad nates
 carnea prolapsa est. Ea etenim est ossis coxendicis natu-
 ra, qua parte & femoris ceruix & caput inest. At vbi com-
 muniura exoidit, declinè in exteriorem natis partem deferri
 solet. Insistete tamen crus si modò dolor non prohibeat,
 possunt, tibiaq; & pes ferè recta conspiciuntur, neque in
 hanc vel illam partem admodum inclinata. Ad inguen ven-
 iens, præcipuè etiam si quis locum attingat, caro aliquanto
 mollior sentitur, præsertim cum articulus alteram in par-
 tem prolapsus sit. Ad nates autem, si quis attrectet, femoris
 caput aliquanto etiam magis protuberare videtur. Atq; hæc
 quidem notæ sunt, vbi posteriorem in partem femur elap-
 sum est. Cui ergo iam adulto prolapsus, reconditum non
 fuerit, is quidem, vbi tempus aliquod intercesserit, & dolor
 quieuerit, articulusq; in carne volui assueuerit, ambulare
 potest; inter ambulandum tamen vehementer ad inguina
 cum insecti necesse est, idq; duabus de causis, tum quòd
 obantè dicta crus multò breuius efficitur, tum etiam quia
 longè abest, ut calce terram contingat. Si nanque vel paulu-
 lum conetur hoc pede ferri, nulli alteri rei innoxus, is vtrique
 in posteriorem partem decider, cum coxendices plurimum
 præter pedis ingressum in posteriorem partem eminentes
 & spina in coxendices incumbens, magno momento illuc
 ferantur. Vix autem ima pedis planta consistit, ac ne sic qui-
 dem, nisi seipse ad inguina incuruarit, prætereaque alterius
 cruris poplitem insectat. Quandoquidem ita necesse est,
 ut manu quæ est à parte affecti cruris, superiori femoris
 parti obiecta, ad quemlibet ingressum firmetur. Quæ res
 certè efficit, ut ad inguina aliquantulum incuruari cogatur.
 In altera enim crurum inter ambulandum vicissitudine,
 super crure affecto corpus ferri nequit, nisi admota manu
 crus illud terræ obfirmetur, præsertim cum articulus cor-
 pori nò lubster, sed ad coxendicem posteriorem in partem
 promineat. Ij tamen absque baculo incedere, si alias assue-
 uerint, possunt, propterea quòd pedis gressus pristinam di-
 rectionem seruat, neque exteriorem in partem inclinat.
 Quocirca conto cui innitantur nihil indigent. Atqui si fe-
 moris apprehensi loco, alæ quæ ad crus affectum est sub-

lecto scipioni inniti velint, ij longiore quidem supposito
 scipione, erectiores incedent, pede tamen humi non inni-
 tuntur. Quod si pede inniti velint, breuiorem esse baculum
 oportet, eosq; in super ad inguina inflecti necesse est. At cu-
 niū imminutiones iis etiā pro ratione, velut ante dictū est,
 contingunt. Quibus enim crus suspensum est & nihil labo-
 rant, iis vel maximè imminuuntur, minimum verò, vbi
 plurimū ingressu vtiuntur. Crus tamen integrum non
 modò nihil utilitatis consequitur, verum etiam deformius
 redditur, si affecto crure ad terram innixi vtiuntur. Illi enim
 dum subseruit, tum in exteriorem partem coxæ dicem pro-
 minere, tum poplitem inflecti necesse est. Quod si affecto
 crure terram non contingat, sed eo suspensio scipioni inni-
 tatur, eo sanè pacto crus integrum robustius euadet, cum il-
 naturaliter habeat, & exercitatione magis corroboretur.
 Cæterum hæc ad artem Medicam nihil pertinere dixi-
 fortasse quispiam. Nimirum quid attinet de his quæ nul-
 lam amplius curationem admittunt, copiosiorē ad hoc
 doctrinæ sermōem facere? Istud verò plurimum refert. Ea-
 dem enim notione, cum ista inter se separari nequeant,
 comprehenduntur. Danda si quidem opera est, ne quæ cu-
 rationem admittere possunt, incurabilia euadant, prospi-
 cientes quam potissimum ratione prohibeamus, quo-
 minus eo deueniant, vt incurabilia reddantur. Quæ vero
 nullam curationem admittunt, prospicere etiam oportet,
 ne maximè noxia efficiantur. Prædictiones autem splen-
 didæ & laude dignæ ex eo existunt, quod dignoscimus quo-
 nam, & quam ratione, aut quando, res quæque existit
 habitura sit, siue eo tendat vt curationem recipiat, siue cu-
 rationis spem adimat. At quibus vel à primo ortu, vel alio-
 qui dum adhuc augentur, articulus hoc modo in postero-
 rem partem prolapsus, ac minimè receditus fuerit, siue per
 vim, siue per morbum hic casus inciderit (multar nanque
 luxationes huiusmodi per morbos fiunt, quibusnam viti-
 in morbis ista contingat paulò post scribetur.) Si prolapsus
 igitur articulus restitutus non fuerit, os femoris breue
 redditur, crus autem vniuersum, eo quod nulli sit viti-
 vitiatur & incremento destituitur, longèque gracilius eu-
 dit, quod nihil ad vsum cedat. In iis etiam poplitis articuli

dem supposito
 um non in
 esse baculum
 esse est. At ca
 antè dictū est
 & nihil labo
 rum verò, vi
 ntegrum non
 am deformis
 ntur. Illienim
 prædicem pre
 Quod si affec
 scipioni inie
 euader, cum &
 corroborat
 rtinere dixit
 le his quæ nob
 osiorem adha
 um refert. Ex
 tari nequeat,
 est, ne quæ co
 adant, prospi
 ibeamus, qu
 tur. Quæ ven
 etiam opor
 s autem sp
 nofimus quo
 quæque exten
 cipiatur, siue co
 ortu, vel alio
 do in posteri
 fuerit, siue p
 multar nanque
 uibusnam ven
 .) Si prolaps
 oris breue
 od nulli sit vi
 e gracilius
 oplitis articulo
 vitiis

vitiū sentit. Nervi nanque ex prædictis causis intendun
 tur. Ideo neque poplitis articulum extendere possunt, qui
 bus hunc in modum coxa elapsa sit. Quæcunque enim (v
 breuiter dicam) corpori vsum aliquem præstant, ea si quis
 in eo laboris genere quod cuique est consuetum, moderatè
 exerceat, hac quidem parte bene valent, augètur & ad ma
 turam senectutem perueniunt: sin contrà orientur nequè
 in vsum veniant, morbis patent, in incremento priuantur, ce
 leriterque consenscunt. Inter quæ maximè id articuli &
 nervi sentiunt, si in vsum non veniant. His igitur de cau
 sis hoc in luxationis genere, maiorem quàm in cæteris no
 xiam accipiunt. Crus nanque totum, tum quòd ad ossium,
 tum quòd ad carniū naturam spectat, in incremento desti
 nitur, si ergo vbi in viros euaserunt, crus suspensum & in
 clinatum habentes super altero, baculo vno, aut etiam alte
 ro innixi, feruntur.

At quibus priorem in partem femoris caput prolapsum
 est (quod paucis contingit) ij perfectè quidem crus exten
 dere possunt, incuruari verò ad inguen minimè. Quin & la
 borant si poplitem inflectere cogantur. Crus verò longitu
 dine æquale conspicitur, idque ad calcem maximè. Sed pes
 sumus minùs aliquanto in anteriorem partem propen
 dere potest. Crus autem vniuersum naturalè rectitudinem
 seruat, neque in hanc vel illam partem tendit. Doloze quo
 que ij statim præcipuè afficiuntur, vrinæq; impuimis potius
 quàm aliis in luxationibus supprimitur. In his enim fe
 moris caput proximè ad insignes nervos incumbit, & ad in
 guen quidem intumescunt, isq; locus contentus conspici
 tur, ad nates autè in rugas magis contractus & summè gra
 cilis. Atq; hæc quidem dictæ sunt notæ eorum quibus hunc
 in modum femur prolapsum est. Quibus igitur iam adultis,
 articulus hic elapsus reconditus non fuerit, ij vbi dolor co
 quieuerit & articulus eo in loco in quem excidit verti affue
 verit, protinus fere erecti absque baculo ingredi possunt
 idque admodum erecti, nimirum cum affectum crus ne
 que ad inguen, neq; ad poplitem faciliè incuruare queant.
 Ideoque quòd ad inguen flecti nequeant, toto crure ad in
 gressum magis erecto, quàm cum valebant, vniuntur. Inter
 quosq; pedem per terrā trahunt, vt qui superiores articulos

non facillè inflectant, & toto pede inambulent. Neque enim minùs hi calce quàm anteriore pedis parte incedunt. Quòd si multum progredi possent, vel planè calci insisterent. Nè & bene valentes quò longius iter faciendo procedunt, hoc magis calci insistant, pede vno defixo alterum attolentes. Quibus ergo hoc modo luxatio contigit, ij magis adhuc calce quàm pedis parte anteriore impingunt. Pedis enim pars anterior, cum crus reliquum extensum est, non aequè ac si inflexum fuerit, in priorem partem flecti potest. Neque contrà pes simus reddi potest crure inclinato, velut extenso. At crus quidem cum bene valet, quomodo diximus à natura constitutum est. Cum verò prolapsus articulus repositus non fuerit, ob commemoratas causas, velut dictum est, inambulant. Ad nates tamen & carnosam tibiae posteriorem partem, atque è regione posterioris partis, crus altero gracilius redditur. At quibus tenella adhuc aetate sic luxatus articulus reconditus non fuerit, vel à prima origine id contigerit, iis quoque femoris os aliquanto magis quàm tibia aut pedis imminuitur. Et minimum quidem in hoc luxationis genere femur imminuitur. Carnes tamen omni ex parte praesertimque ex posteriore regione imminuuntur, velut iam supra dictum est. Qui ergo rectè educati fuerint, ij diu augentur, crure quidem, etsi altero aliquantum breviores, vii possunt, baculo tamen qua parte crus lesum est, innotescit. Neque enim absque calce imam plantam ad vsum demittere admodum queunt, quod in aliis claudicationibus quibusdam licet. Cuius rei ea causa est quam paulò antè retulimus. Idcirco igitur baculo insuper indigent. At qui neglecti fuerint, neque crus in terram demittunt, sed suspensum habent, iis ossa quidem quòd ad incrementum accrescit, potius quàm iis qui co utuntur, imminuuntur, carnes vero multò etiam magis. Circa articulos autem, quòd ad directionem spectat, crure ij aliquanto magis capti sunt, quàm quibus aliter luxatio contigerit.

In summa igitur, articuli qui prolabantur & luxantur, non eodem semper modo excidunt & luxantur, sed interdum quidem longè ampliùs, interdum verò multò minùs. Et qui quidem longè ampliùs luxantur aut excidunt, maiore molestia in totum reconduntur, ac nisi reponantur, in his ossa

ossa, carnes, corporis habitus & magis ac manifestius debi-
 litantur & deprauantur. At vbi minus prolabantur & lu-
 xantur, hæc quidem ossa facilius reconduntur, cumq; fru-
 stra tentata aut neglecta repositio fuerit, his minores ma-
 gisque innoxiae, quam quibus paulò antè dictum est, debi-
 litates contingunt. Atque in reliquis quidem articulis per
 sanè multum interest, maiòrne interdum an minor luxa-
 tio fiat. Verùm tum femoris tum brachij capita, quam si-
 millimas inter se vtraque luxationes patiuntur. Cùm nam-
 que rotunda sint, simplicem ac leuem rotunditatem habet.
 Sinus autem ea excipientes rotundiores sunt, hisq; adaptā-
 tur. Quò fit vt articuli dimidium in his suo loco excedere
 non possit. Ob rotunditatem enim, aut exteriorem in par-
 tem, aut interiorem luxabitur. Ergo quòd ad præsentem
 sermonem attinet, in totum iam prolabantur, alioqui mi-
 nimè excidunt. Interdum tamen ij magis quidem, interdum
 minus à naturali sede exiliunt, magisque id femori quam
 brachio vsuuenit. Nonnulla siquidem ex luxatis quæ à pri-
 mo ortu contigerunt, si parua luxatio fuerit, in naturalem
 statum redire possunt, præsertimque ad pedis articulos.
 Quibus à primo ortu crus varum efficitur, eorum plerique
 curari possunt, nisi magna admodum emotio exciterit, aut
 etiam pueris ætate paulò amplius prouectis ista contige-
 rint. Quàm celerimè his igitur curationem adhibere opti-
 mum est, prius quam & pedis ossium, & carnis in tibia per-
 quam magnus defectus contingat. Vari igitur non vno
 modo sed pluribus fiunt. Plerumque siquidem non ex toto
 sede sua elapso articulo, sed quòd re aliqua detentus eo ha-
 bitu assueuerit, pes varus efficitur. In eorum autem curatio-
 ne animaduertendum est, vt tibiæ quidem os ad malleolũ
 quod extra spectat, interiorem in partem propellatur & di-
 rigatur, contrà verò os calcis è directo exteriorem in partem
 repellatur, quò ossa quæ extant, tum circa medium, tum cir-
 ca transversum pedem, inter se concurrant. Digiti verò vna
 cum pollice interiorem in partem repente inclinentur, at-
 que hunc in modum cogantur. Adhibito autè cerato quod
 copiosam resinam recipiat, & spleniis & fasciis mollibus,
 neque paucis, neque admodum appressis, deligatio institu-
 enda, neque aliter fasciæ circumducendæ quam si pes ma-

nibus componeretur, quò pes paulò magis ad valgum spò-
 stare videatur. Tum solea quædam ex corio non admo-
 dum duro, aut plumbo paranda, eaque non ad cutem poli-
 ta adalliganda, sed cùm iam postremas fascias appositurus
 es. Vbi iam deuinctus fuerit, vnus cuiusdam lintei ex qui-
 bus deligatio constat caput, ad fascias quæ in inferiore par-
 te pedis existunt, è regione parui digiti assuendum, deinde
 sursum intendendũ, vt dũ moderatè habere videatur, supra
 carnosam tibiæ partem posteriorem prominentem cir-
 cumducatur, atq; ita firmiter collocatum hæreat. Ad sum-
 mum, quasi quis ceram singat, ea ad iustam naturam addu-
 cenda, vt & quæ inclinant, & quæ præter naturam disten-
 duntur, manibus nec non deligatione in naturalem sta-
 tum reponantur, neque magna vi sed leniter cogantur. Ita
 verò fasciæ assuendæ, vt quemadmodum opus est, mem-
 brum excipiat. Nam & aliæ claudicationes aliũ exci-
 piendi modum postulant. Tum calceus plumbeus paran-
 dus, supra vinculum inducendus, eo modo qualem Chir-
 crepidæ habebant. Verũ neque eo opus est, si quis rectè
 manibus componat, tum rectam fasciarum deligationem
 adhibeat, tum rectè excipiat. Atque hæc quidem curatio,
 quæ neque sectionem neque vstionem, neque aliam vari-
 etatem vllò modo postulat. Ista nanque opinione celerius
 curationi cedunt. Tempore tamen superanda sunt, quoad
 iusto habitu corporis incrementum acceperit. Cùm verò
 calcei ratio incunda erit, accommodatissimi erunt calcei
 Arbylæ dictæ, quibus lutum calcatur. Hoc nanque calcea-
 menti genus minimè à pede superatur sed ipsum potius
 continet. Maximè quoque accommodata est Cretensis cal-
 ceamenti ratio.

At verò quibus tibiæ ossa luxata, accedente vulnere,
 commissura quæ est ad pedem penitus eminent, ea siue in-
 tro, siue extra vergant minimè reponenda sunt, sed sinenda
 vt qui velit ea reponat medicus. Id enim manifestò nosse
 oportet, eos quibus ista reposita permanferint interituros,
 paucisque diebus duraturos. Conuulsione nanque subla-
 ti, pauci diem septimum superant. Sed & pes & tibia ad
 gangrænam deueniunt, eaque sic affore certò nosse con-
 uenit. Aeneque veratrum eodem die exhibitum, iterum-
 que

que eorum, mihi videtur auxilio futurum, proxime tamen, si quid aliud, facere, quod certe non existimo. Quod si neque reposita, neque ab initio tentata fuerint, eorum plerique supersunt. Tibia verò & pes, eo quo æger velit modo obsidenda, tantum ne dependant, neue moueantur. Curatio verò cerato quod picem habeat, & splenis vino madentibus, paucis, non admodum frigidis, instituenda. Frigus nanque in huiusmodi affectibus conuulsionem accersit. Accommodata quoque est curatio per betæ folia, aut russilaginis, aut alterius huiusmodi, in vino nigro austero semicocta, vlceri adiectisque partibus imposita. Vlcus autem ipsum cerato tepido illinendum. Quod si tempus hybernium sit, lanæ quoque sordidæ, vino & oleo tepido madentes imponendæ, ac desuper irrigandæ. Neque omnino quicquam deligandum aut circumponendum. Probè enim nosse conuenit, huiusmodi affectibus appressionem & pondus omnem asferre noxiam. Accommodata autem ad ea nonnulla sunt ex medicamentis quæ cruentis vulneribus imponuntur, ea nimirum, quibus conuenit vt lanæ impositæ vino madentes diutius permaneant. Ex iis verò medicamentis quæ cruentis vulneribus admouentur, quæcunque intra paucos dies soluuntur, & quæ resinam recipiunt, non æquè vt illa accommodata existunt. Horum enim vlcerum purgatio, cum multo tempore madeant, in longius tempus protrahitur, atque ex iis nonnulli vtiliter deligantur. Nosse tamen certò conuenit, necesse esse hominem turpiter claudicare, cum pes superiorem in partem retrahatur, luxataque ossa extra eminere conspiciantur. Neque enim vllum ex his ossibus ferè, nisi paululum quid, nudatur, neque abscedit, verum tenuibus imbecillisque cicatricibus obducitur, idque si longo tempore quiescunt, alioqui periculum est ne aliquod vlculum, quod curationem non recipiat, relinquatur. Verum quod ad præsens institutum attinet, qui hac ratione quidem curantur, seruantur. At vbi repositus articulus remanserit, intereunt. Eadem quoque ratio est vbi cubiti ossa ad manus articulum facto vulnere, vel interiorem in partem, vel exteriorem emineant. Certò enim tenendum est, eum cui recondita ossa permanserint, supra posito mortis genere intra

paucos dies interituum. Quibus verò neque reposita sunt
neque repositio tentata, eos multò plures superesse, his au-
tem quæ dicta est curatio idonea existit. Claudicationem
quoque habitum deformem, manusque digitos imbeci-
los & inutiles reddi necesse est. Vbi namque anteriorem
partem ossa luxantur, digiti inflecti, si in posteriorem, et
trahi nequeunt. At quibus tibiæ os ad genu, accedente vul-
nere, vel ad anteriorem, vel ad posteriorem partem foras
minet, id si recondatur, magis quidem eos adhuc præci-
pat, quàm ceteros, licet etiam illis periculum intendatur.
Verum si non reposito osse curationem adhibueris, hac lo-
la quidem ratione spes salutis superest. Eò autem maius
iunctum periculum hæc ossa habent, quò superiora ac va-
lidiora, à robustioribusque prolapsa fuerint. Quòd si os
minoris ad genu cum ulcere luxetur, id si repositum quidem
permanferit, maiore adhuc vi & celerius, quàm supra dictum
hominem præcipitat, non repositum verò maiore peri-
culo caret quàm superiora: vna tamen hæc salutis spes est.
Eadem ratio est & in articulis ad cubiti gibbum, & in cubi-
to, & in brachio. Ex his enim, vbi luxata cum ulcere emine-
ant, ea omnia si reconduntur, mortem, non reposita, spem salu-
tis afferunt. At iis qui euadunt claudicatio adest. Articuli
autem superiores si recondantur, mortem magis afferunt.
Sed & iidem non repositi periculum maius habent. At
cui superiores articuli luxati cum ulcere foras emineant,
vtrunque recondantur, mortem magis afferunt, non re-
positi quoque maiori periculo sunt expositi. Sed & quæ
curatio mihi maximè accommodata esse videatur, iam re-
posita est. Iam verò quibus digitorum, aut pedis, aut manus
articuli luxati, cute vulnerata excefferint, osse non fracto
sed ab ipsa connexione auulso, iis si repositi permanferint,
cōuulsionis quidem periculum, nisi recta curatio adhibea-
tur, impendet. Operæ pretium tamen est, vbi prædiximus
multa cautione & diligentia opus esse, ad repositionem ag-
gredi. Facillima autem maximeque efficax & artificiosa
repositio, quæ per vectis molitionem fit, velut etiam supra
in ossibus fractis & eminentibus dictum est. Deinde quibus
maximè quiescere conuenit, ac decumbere, modicoque
vino uti. Præstat quoque & leui aliquo medicamento sursum
purgare.

purgare. Vlcus autem aut medicamentis quæ cruentis vulneribus protinus imponuntur, & perfundi sunt idonea, curandum est, aut buphrthalmi foliis, aut iis quæ fractis caluatiæ ossibus subueniunt, nihilque quod valde sit frigidum ad mouendum. Ac primi quidem articuli minimum periculo sunt obnoxij: Superiores maius periculum habent. Eodem autem, vel certè postero die recondendi sunt, tertio aut quarto minimè. Quarto enim die recrudescentis mali non maximè eduntur. Quibus ergo non protinus repositio conuigat, hi dies transmittendi sunt. Quicquid enim intra decem dies reconditum fuerit, contineri solet. Quod si recondito articulo conuulsio accedat, is protinus expellendus est, & calida subinde perfundendus; totumque corpus, tam præcipuè circa articulos, calidè, blandè ac molliter cõducendum. Verùm inclinatum magis quàm intentum totum corpus esse conuenit. Expectandum tamen est ut reconditi digitorum articuli abscedere debeant. Plærunque enim ita contingit, si vel leuis inflammatio subsit. Adcò vt ossi in imperitiæ culpam apud vulgum medicus incurreret, nihil omninò reponi oporteret. Atque ossa quidem ad articulos foras eminentia, vbi reconduntur, hunc in modum, velut dictum est, periculum adferunt.

At quæcunq; ad digitorum articulos ex toto præciduntur, ea plærunque sunt innoxia, nisi quis sub ipso vulnere in animi deliquium incurrat, iisque vlceribus quæuis curatio iactis erit. Sed & quæ non ad articulos, verùm ad aliam quãdam ossium rectitudinem præciduntur, etiam hæc innoxia sunt, & adhuc cæteris promtiorẽ curationem recipiunt. Quæ item in digitis ossa fracta cute eminent, non ad articulos: hæc etiam innoxie reconduntur. Præcisiones autem ossium ex toto, & ad articulos & in pede, & manu, & in tibia nonnullis ad malleolos, & in cubito: quibusdam ad primam palmæ partem, plærunque citra noxiam fiunt, si non protinus animi defectio oppresserit, aut quarto die febris assidua accesserit. Carnium tamen syderationes contingunt, & in vulneribus sanguinem profundentibus, & in valentibus constrictionibus, tum in ossium fracturis plus æquo compellis. In aliis item quæ vinculis violenter intercepta fuerint, plærunque decidunt. Et ex his complures euadunt, nec

non quibus in femore carnis & ossis pars aliqua excidit, & quibus in brachio. Minus autem ex brachio & tibia cum quid decidat, hi adhuc facile tolerant & supersunt. Quibus igitur fractis ossibus syderationes & denigrationes confestim contingunt, iis quidem, cum iam antea ossa cesserint, celeres corporis abruptiones fiunt, & quæ casura sunt, cito decidunt. At quibus integris ossibus denigrationes contingunt, iis quidem carnes celeriter etiam emoriuntur, ossa autem, tum qua parte nigrities terminatur, tum qua nudata sunt, tardè abscedunt. Partes autem corporis quæ infra terminos denigrationis fuerint, ubi iam prorsus emortuæ fuerint, & dolorem non senserint, ad articulos auferenda, ea cautione ut ne vulnus inferatur. Nam ubi qui exciditur dolet, neque dum qua parte exciditur corpus emortuum fuerit, ne sub dolore animus deficiat, admodum periculatur. Eiusmodi verò animi defectiones multos iam confestim è medio sustulerunt. Ac femoris quidem os hoc modo nudatum octogesimo die abscedere vidi. Verum tibia huic homini vigesimo die circa genu detracta fuerat, mea autem sententia etiam citius. Neque enim simul, sed vt con-
sultius quid fieret visum est. Tibiæ verò ossa ex huiusmodi nigritie, quæ ex ipsis nudata fuerunt fere ad mediam tibi-
biam, sexagesimo die mihi deciderunt. Curatio sane qui-
dem curationi præstat, quò maturius vel serius nudata ossa decidunt. Pressus item à pressu, & validitate & imbecillitate differt, quò etiam celerius aut tardius nervi, carnes, arteriæ & venæ denigratæ emoriantur. Quæ enim non validè in-
tercepta emoriuntur, ex his nonnulla ad ossium nudationes non deueniunt, sed in summo magis decidunt, in quibus-
dā verò neque nervus denudatur, sed magis summæ partes decidunt. Eas igitur ob causas, tempus intra quod horum singula iudicatione solvuntur, certo numero comprehendere non licet. At certè eiusmodi curationes suscipiendæ sunt, quippe cum ad aspectum ipsum magis quam ad medicationem sint formidabiles. Iisquæ omnibus levis medicatio satis est. Ipsa enim per se sola solvuntur. Ea quoque in victu adhibenda diligentia, ut quoad eius fieri poterit, febri aduersetur, & iusto habitu corpus collocetur. Iustus autem hic corporis habitus, ut neque in sublime sub-
larum

latum sit, neque deorsum spectet, sursum tamen magis, idque præcipue, quoad circumcirca ex toto abruptum fuerit. Tunc enim profluentis sanguinis periculum impendit. Nam igitur ob causam vulnera declina non collocari, sed contra debent, quandoquidem procedente iam tempore, atque vbi vlcera pura fuerint, non ampliùs accommodatus est hic habitus, sed recta positio, interdumq; in decliue tendens conuenit. Temporis nanque successu horum nonnullis ossis decessiones cōtingunt, atq; ideo fasciis primū iniectis velut subligaminibus opus habent. In his autem sperandum est fore vt procedente tempore cruentis deiectionibus corripiantur. Nam & plarisque, in his quæ denigrantur, & in sanguinis ab vlcere profusionibus cruentæ deiectiones superueniunt. Atque id plarumque fit, iam iudicatione absolutis denigrationibus & sanguinis eruptione. Ferturq; id impetu largo & vehementi, sed neque multis diebus perseverat, neque lethale est. Nam neque ij cibos admodum auersantur, neque aliàs inedia conducit.

At femur coxa elapsum, vbi interiorem in partem prociderit, hac ratione reconditur. Hac quidem proba, & iusta, & secundum naturam repositio est, saneque ad gloriam ferre comparata, si quis huiusmodi ostentationem affectet. Homo à pedibus ex transuersa mediæ domus trabe, vinculo valido, molli tamen & lato suspendatur, quatuor inter se circiter digitis aut etiam minùs distantibus. Supra genua quoque in super lorum latum ac molle, quod ad candē trabem pertingat, circumdandum. Crus verò affectum duobus digitis ampliùs quàm alterum intentum esse debet. Caput quoque duos ferè cubitos, aut paulò ampliùs aut minùs, à terra recedat. Manus autem ad latera porrectæ, re aliqua molli alligandæ. Eaquæ omnia supino decumbenti homini apparanda, vt quàm paucissimo tempore suspensus maneat. Homine suspeso, peritus aliquis, neque imbecillus, cubitum inter femora traiectum, inter caput femoris elapsum & interfemineum medium collocare debet, deinde altera manu ad eā quæ est interposita coniuncta, rectus adstans, repente ad suspensū hominis corpus annexus, sublimisq; maximè equabili libramento appèdere. In hac sanè repositio

nendi ratione omnia quibus secundum naturam opus est suppeditantur. Nam & corpus ipsum suspensum suo pectore extendere facit, & qui appensus est, simul quidem extendendo caput femoris è regione sui acetabuli sublimè ferri cogit, vnaque cubiti osse molitionem facit, & in pristinam sedem retrudit. Vincula autem quàm optimè quidem accommodata esse oportet, id certè aduertendo, vt qui sublimis appenditur quàm validissimus existat. Quemadmodum igitur suprà quoque dictum est, multum homini homo natura præstat, in eo quòd vel facilis vel difficilis repositio fiat. Itemque cur multum intersit, suprà cum de humero ageremus dictum est. Nonnullis enim absque vilo apparatu, sed ex modica intensiōe, quæ manuum directiōe fit, leuique agitatione femur intrò reuertitur. Multis etiam crus, quâ commissura est, inflectentibus, id facta circumactione iam in suam sedem reuertit. At multò sæpius euenit, vt non cui libet cedat apparatu. Quocirca quæ quidè in quauis arte in singulis plurimum præstant, scire conuenit, in vsum verò ea adhibere quæ ad singula accommodari videbuntur. Extendendi ergo rationes etiam à me in superioribus dictæ sunt, vt ex his quæcunque suppetet in vsum adhiberi possit. Vehementem enim in diuersas partes extensionem fieri oportet, vt in alteram quidem crus, in alteram verò corpus adducatur. Nam si probè extensio fiat, femoris caput supra pristinam sedem sublimè efferetur, sicque in sublimè euectum, non iam facilè prohibeatur, quominus in sua ipsius sede consistat, adeo vt etiam quauis molitio ac directio satis sit. Sed enim parciore extensio fieri consuevit, ideoque maiorem molestiam repositio adfert. Neque ergo pedibus solum, verum etiam supra genu vincula iniicere necesse est, quòd non magis genu quàm coxendicis articulus deligatione intendatur. Atque hunc in modum ad pedes extensionem apparatus esse conuenit. Sed & neque ad pedes solum & alas circumiecto vinculo in diuersa contentio fieri debet, verum etiam loro longo, duplici, valido, leui, ad interfemineum interiecto, quod posteriore quidem parte iuxta spinam porrigatur, anteriore verò per iugulum ad aliud initium contrà tendat, ita vis adhibenda est, his quidem vna parte, aliis altera distentionem molientibus. Ita

tamen

tamen ne lorum quod ad interfœmineum demittitur, supra femoris caput porrigatur, sed inter caput & interfœmineum medium deducatur. In ipsa verò extensione, femoris quidem caput obnixo pugno exteriorem in partem propellendum. Quod si qui trahitur sublimis pendeat, inserta manu, eique altera coniuncta, simul quidem extendendum & in exteriorem partem impellendum. Alius autem femur ad genu leuiter interiorem in partem dirigat. Operæ pretium verò esse etiam supra dictum est, vt qui in percelebri ciuitate medicinam facit, lignum sibi comparet quadrangulum, sex ferè cubitorum, aut paulò maius, latitudine bicubitali, cuius crassitudo dodrantalis satis est. Id præterea hinc & inde in longitudinem sectionem habeat, ne molitio conuenientem altitudinem excedat. Postes insuper a sellos continentes, breues, validos, vtraque parte insertos habeat. Tum satis quidem est si in dimidia ligni parte, nihil tamen prohibet quo minus etiam per totum, quinque aut sex fossulæ longæ, quatuor inter se digitis distantes, incisæ sint. Quibus trium digitorum latitudo eademque altitudo sufficit. In medio verò altè exsculptum cauum in quadratâ figuram ad tres ferè digitos, lignū habere oportet, in quod, ubi opus esse videbitur, lignum cauo accommodatum, superiore autem parte teres, defigatur. Defigendumque id, ubi conferre videbitur, medium inter femoris caput & interfœmineum. Quo erecto prohibetur corpus quominus concedat, cum à pedibus trahitur. Interdum nanque hoc ipsum solum loco extensionis quæ à superiore parte in diuersa adducitur, abundè est. Interdum verò dum crus vtrinque extenditur, hoc ipsum lignum in hanc vel illam partem laxius incumbens, idoneum fuerit vt caput femoris exteriorem in partem molitione impellat. Ea enim de causa excisæ sunt fossulæ, vt ad quam congruere videbitur demisso vecte ligneo, aut iuxta ipsa articulorum capita, aut in ca penitus impacto, vnâ cum extensione, vel externam, vel interiorem in partem, prout conducere videbitur, molitio adhibeatur. Idque siue teretem, siue latum vectem esse expedit, cum alius aliis articulis magis accommodatus sit. Hæc autem per vectem molitio cum cōcussione, ad omnes crurum articulos reponendos, perquam est accommodata. In

eo autem quod in quæstione versatur, rotundum vestiri esse conuenit. Vbi verò exteriorem in partem prolapsus est articulus, latus est accommodatus. Atque post hæc machinamenta si vis adhibeatur, non videtur mihi vllus articulus repositione frustrari posse. Quanquam etiam alios huius articuli recondendi modos quis inueniat. Etenim si magnum hoc lignum medium & ad latera postes duos pedales habeat, ea altitudine quæ idonea esse videatur, utique ex parte vnum, tum lignum transversum super postes tanquam scalæ gradus imponatur, deinde integro crure inter postes transmissio, quod affectum est supra gradum adaptetur. Verumtamen ad altitudinem & ad articulum qua parte prolapsus est, facile aliquid accommodari debet. Nam & gradus moderato altior constituendus, & vestem multiplicem, prout congruere videbitur, corpori substinere oportet. Post hæc lignum conuenienti longitudine & latitudine, ad malleolos vsque, cruri subiiciendum, sicut ultra femoris caput, quoad eius fieri poterit feratur, & ad crus quoties æquum videbitur, alligandum. Deinceps dum crus extenditur, siue id per lignum fiat quod est in pistilli formam, siue per aliquod aliud quod ad extendendum sit idoneum, vna crus supra gradum cum alligato ligno deorsum adurgendum, & ab aliquo homo supra commissuram ad coxam est continendus. Hæc enim via simul quidem distensionis vi femoris caput supra cauitatem sublime extolletur, simulque molitione in pristinam sedem protrahetur. Hæc omnes commemoratæ cogendi rationes validæ sunt, omnesque, si quis rectè ac probè apparatus habeat, calamitatem superant. Ac quemadmodum antè dictum est, longè imbecilliore extensione, magisque vulgari apparatu, plerumque hic articulus reconditur.

At verò vbi exteriorem in partem femoris caput latum fuerit, eodem quo supra dictum est modo, ab utraque parte extensiones faciendæ. Molitio autem per latum vestem vna cum extensione adhibenda, ab exteriore parte ad interiorem adurgendo, ad natem ipsam aut paulò supra rectè apposito. Ad sanam autem coxam iuxta natem, quis manibus obfirmatis, ut ne corpus cedat, aut alio aliquo huiusmodi rectè superiecto, & ex aliqua conueniente consilia

MAR

inato, contra obluetur, ac femoris luxati partem quæ ad genu est, ab interiore parte in exteriorem leuiter deducatur. Huic verò luxationis modo suspensio minimè conuenit. Eius enim qui appenditur cubitus, femoris caput è suo cano protruderet. Huic tamen luxationis modo conuenientem per subiectum lignum molitionem cōminiscetur aliquis, si exteriore parte admoueat. Sed quid plura? Nam si rectè & probè extensio fiat, rectè quoque molitio adhibeatur, quis articulus hoc modo prolapsus non restituatur? Quod si posteriore in partem femur prolapsus sit, extendere quidem & in diuersa ducere quo modo dictum est oportet, in stratoque ligno multiplici stragulo, quò molissimum sit, & homine prono reclinato, hunc in modum extensio adhibenda. Vnà autem cum extensione, quomodo in gibbosis spinæ affectibus, per asserem deorsum impellendum est, asseris est natiua regione, magisque in inferiorem quam superiorem partem collocato. Incisura verò in pariete ad asserem directa non sit, sed paulum deorsum spectans & ad pedes inclinata. Hæc reponendi ratio huiusmodi luxato articulo, tum maximè secundum naturam, tum etiam validissima est. Asseris autem loco abundè fortassis fuerit aliquem insidentem, aut manibus annicentem, vel de repente pedibus consistentem, vnà quoque cum extensione sublimem ferri. Ex prædictis verò alia nulla reponendi ratio huiusmodi luxato articulo secundum naturam est.

At si anteriorem in partem luxatum fuerit, idem certè extendendi modus conuenit. Vir autem cum manibus robustissimus, tum etiam peritissimus, superiore alterius manus parte ad inguen affirmata, eandemque altera manu insuper comprehendens, vnà quidem luxatum articulum deorsum, simulque ad anteriorem genu partem propellat. Hic enim reponendi modus huic luxationi maximè secundum naturam conuenit. Sed & suspendendi ratio prope ferè ad naturam accedit. Eum tamen qui appenditur gnatum esse oportet, vt nec cubiti molitione articulum expellat, sed circa medium interfemineum & iuxta os sacrum appensionem faciat. Laudandus quoque is est qui per utrem hunc articulum recondere tentarit. Nonnullos ta-

men vidi, qui ob ineptiam, tam ea quæ extra, quam quæ in posteriore parte erumpent, per virem reponere tentarent, neque aduerterent hoc modo articulum potius expelli quam restitui. Constat certè eum qui primus id excogitauit, quæ intrò luxata fuerunt, per virem reponere tentasse. Nosse igitur conuenit vbi vsus expetitur, vtre vtendum esse, scire tamen licet multa alia vtre præstantiora esse. Vter autem non inflatus inter femora collocatur, sic vt quoad eius fieri potest, maximè sublimis ad interfemineum adducatur, tum à parellis genu initio ducto, fascia femora inter se vinciatur, quæ ad eorum mediam partem tendat, deinde imposito folle fabrili in partem ex multis solutam, flatus in virem immittitur ac distendi cogitur. Homo verò in latus decumbere debet, & crus affectum superiore parte habere. Atque huiusmodi quidem est apparatus. Plurique tamen deterius quam ego dixi apparant. Neque enim femorum magnam partem, sed genua tantum deuinciunt, neque præterea intensionem admovent, quæ tamen necessario adhiberi debet. At nonnulli rem facilem nacti, luxationem etiam restituerunt. Verùm hoc pacto non admodum facilis impulsio est. Inflatus enim vter qua potissimum parte tumet, articuli caput, quod molitione impelli maximè debet, non attingit, sed ferè tota sui parte medius inter femora, vel circa medium, vel adhuc inferius collocatur. Ad hæc femora etiam ipsa curua natura sunt comparata. Superiore enim parte carnosæ sese contingunt, inferiore verò in angustum tenuantur. Ita vt etiam femorum natura virem ab eo loco expellat, in quem maximè immitti oportebat. Si quis igitur paruum virem immittat, fieri nullo modo poterit vt vis exigua articulum impellat. Quòd si vtre vtendum sit, femora inter se magna ex parte colliganda, vnaque cum corporis extensione vter inflandus. In hoc verò repositionis modo vtraque crura extrema parte simul deliganda. At verò in tota arte imprimis quidem tibi allaborandum est, vt quod ægrum est ad sanitatem reducas. Quòd si ea multis modis restitui potest, is qui minimum habet molestiæ eligendus. Istud enim ad bonum virum & artis peritū spectare magis videtur, si popularem auram non affectet. Verum (quod ad præsens institutum attinet) tam domesti-

ci sunt.

sunt quidam extendendi corporis modi, vt promtè in rem
 presentem expediri possint. Nempe quidem si lora mollia
 & lenia non adfuerint, sed vel ferrea: catenæ, vel rudentes
 aëricæ, vel funes, ea vincula qua parte iniici debent, aut et-
 iam amplius, fasciis aut laneorum panniculorum segmen-
 tis conuoluenda, tum vinculis vincienda. Homine verò in
 lecto ex iis quorum est copia firmissimo & maximo bene
 extento, lecti pedes, vel à capite, vel qui à pedibus sunt, aut
 exteriore, aut interiore parte, prout conferre videbitur, ad
 ianua lumen confirmadi. Ad alios autem pedes lignum qua-
 dratum transuersum, quod ab vno ad alterum pedem per-
 tingat, obiciendum, ac si id quidem exiguum extiterit, ad
 lecti pedes deligandum, sin crassum, sine vinculo relinque-
 dum. Post hæc vinculorum capita, tum à capite, tum à pedi-
 bus, vtrique ad pistillum, vel ad aliquod aliud huiusmodi
 lignum alligentur. Vinculum verò è directo ad corpus, vel
 paulò etiam supra collocetur. Per pistilla verò quæ erecta
 existunt, conueniens extensio fiat, quorū alterum ad lumen,
 alterū ad obiectum lignū confirmatur. Tū sic retro adductis
 pistillis extensio facienda. Ad hoc autē satis esse poterit sca-
 la firmos gradus habens lecto supposita, ad cuius gradus, li-
 minis & ligni apppositi loco, pistillis conuenienter hinc &
 inde firmatis, eodem modo vinculorum distensio adhibea-
 tur. Femoris item articulus, siue interiore in partem, siue
 in priorem luxatus fuerit, hunc etiam in modum recondi-
 tur. Scalæ in terram defixæ homine insidete, tum crus qui-
 dem integrum leuiter extentum, qua commodum videbi-
 tur alligandum, ex affecto autem vas fictile aqua plenum
 appendendum, aut sporta in quam coniecti lapides fuerint.
 Est & alius reponendi modus, si interiore in partem luxa-
 tio contigerit. Trabes iuxta altitudine inter duas columnas
 deligatur, cui ab vna parte quæ pro magnitudine natum
 extet, ager se applicet, obuolutoque pectori stragulo, ho-
 mo contiguæ trabis parti insideat, tum pectore ad colum-
 nam lata quadam habena adducto, demum crus integrum,
 ne circumoberret, ab aliquo quidem contineatur, la sove-
 rò pondus quantum conuenire videbitur, vt etiam supra di-
 ctum est, appendatur. Imprimis igitur nosse conuenit, of-
 ficiū omnium iuncturas, vt plurimum, ex capite & aceta-

bulo constare, ac in quibusdam cauum acetabuli formam referre, in nonnullis verò sinus leuiter esse depressos. Prolapsi autem omnes articuli, maximè quidem protinus dum adhuc sunt calidi, vel certè quàm citissimè recondendi. Nam & qui reponit faciliùs ac citiùs reponet, agroque longè minorem molestiam affert, si priusquam locus intumescat, articulus recondatur. Omnes item recondendi articulatione emolliri & dimoueri debent. Sic enim faciliùs reuerti solent. In omnibus autem articulorum repositionibus imperanda abstinentia est, præcipuè quidem vbi maximi sunt & repositu difficillimi articuli, minimum verò vbi minimi & qui faciliè reconduntur.

At verò vbi digitorum articulus exciderit, siue primus qui ad manum est, siue secundus, siue tertius, eadem & æqualis est reponendi ratio. Maximi tamen articuli ægrius semper restitui solent. Prolabuntur autem quatuor in partes, aut sursum, aut deorsum, aut vtrinque ad latera, sed sursum maximè, minimè in latus, idque dum vehementer mouentur. Ex vtraque verò parte in quam excesserunt, velut superciliosa quædam eminentia in extrema ora labro similis apparet. Si quidem igitur in superiorem aut inferiorem partem exciderit, cum hic locus leuior quàm qui ad latera sit, simulque prolapsus articulus parum excesserit, facilis repositio est. Reponendi autem ratio sic habet. Dignato extremo, vel fascia, vel alia quapiam huiusmodi ratione obuoluto, ne ea parte prehensus, dum intenditur elaboratur, vnus quidem manum supra primam iuncturam, alter digiti partem obuolutamprehendat, tum ad sese probè vterque extendat, vnaque prolapsum articulum in suam sedem impellat. Quòd si in latus excidit, eadem quidem extendendi ratio adhibetur. Vbi nanque lineam tibi excessisse videbitur, simul dum extenditur, protinus in locum suum impellendus. Alius verò quidam ab altera parte digitorum repellat, id obseruans ne rursus eam in partem elaboratur. Idoneam quoque repositionem præstant lacertæ vimineæ ex palmis contextæ, καὶ ὑπερ Græcis dictæ, vbi in diuersa digitorum contendendo, altera manu lacertam, altera primam manus iuncturam prehendas. Repositus articulus lentè tenuissimis, cera, & neque nimis liquido, neque nimis duro, sed

sed mediocri consistentia illitis, quàm celerrimè deligari debet. Quod enim durum est à digito abscedit, quod liquidum & molle, digiti calore diffluit & euanescit. Digiti autem articulus tertio aut quarto quoque die solvendus, ac (ut in totum dicam) si quidem inflammatio occupauit, crebrius, sin minus, rarius. Atque hæc communiter de omnibus articulis dicta sunt. Restituatur ñigiti articulus decimo quarto die. Ac digitorum manus & pedis eadem est curandi ratio. In omni verò articulorum repositione, victu tenui & inedia etiam ad septimum diem vitendum, ac si quidem inflammatio subit, crebrius, sin minus, rarius resolvendum. Semper autem afflictum articulum quietem agere, & quàm optimo habitu collocatum esse oportet. Genu cubiti gibbo ob succinctam & commodam eius naturam benignius est, ideoque facilius excidit. Sæpius autem interiorem in partem, sed & inexteriorem & posteriorem prolabitur. Hoc autem reponit subita flexio aut excalcitratio, aut si ad conuolutum fasciæ globum in poplite immisum, ut de repente genibus flexis corpus in suras & talos subsidat, permiseris. Potest quoque moderata extensione, non secus ac cubiti gibbus, cum posteriorem in partem prolapsus est, suum in locum reueri. Vbi verò in hanc vel illam partem excidit, conflexione, aut excalcitratio reconditur. At quæ moderata intensio sit restitutio, omnibus communis est. Quòd si non reuerit, neque cum posteriorem in partem, neque cum alias in partes excessit, flecti admodum queat. Femoris verò & tibiæ pars anterior imminuitur. At quibus interiorem in partem excidit, ij valgi magis euadunt, exterioribus autem partibus imminuuntur. Quibus autem exteriorem in partem excidit, ij vari magis, claudi verò minus efficiuntur. Crassiore autem ossis parte gestantur, & interioribus partibus imminuuntur. At quibus à primo ortu, aut dum adhuc corpus augetur luxatio facta est, ij quomodo prius dictum esse habent.

Articuli circa malleolos luxati, valida intensioe, quæ per manus, aut per alia huiusmodi adhibetur, opus habent, ac directione quæ simul utrunque efficiat. Hoc verò omnibus commune est. At quæ in pede contingunt, velut ea quæ

in manu curationem recipiunt. Quæ verò cum tibia consensionem habent, & à primo ortu excidunt, aut etiam dum corpus adhuc augetur luxantur, eandem quam in manu repositionem habent. At quibus ex alto defiliētibz & in calcem innixis, ossa dissident, venæ subter cutem effunduntur, ac nervi contunduntur, vbi hæc grauia facta fuerint, periculum quidem est, ne ex syderatione, iis per totam vitam negotium exhibeatur. Fluxa siquidē iis ossa euadunt. Quia verò nervi inter se consensionem habent, tum vel præcipuè quibus ex fractura vel vulnere in tibia aut femore, aut ex dissolutione neruorum qui cum his communicant, aut ex negligentiore decubitu, calx denigrata fuit, iis etiam ex talibus recrudescere mala consueverunt, tum verò vbi ad syderationem febres acutæ, singultuosæ, mentem attentantes, & quæ citissimam mortem afferant accesserint, idque cum venarum sanguinem fundentium liquoribus. Recrudescētis morbi indicia sunt, vbi sanguis ē venis in cutem effusus, & quæ nigrescunt, quæque his vicina sunt, duriciem & ruborem aliquem contraxerunt. Quòd si cum duritie liuescunt, vt nigrescant periclitantur. Sin autem subliuida, aut etiam liuida & mollia sugillata fuerint, aut aliquantulum ex virore pallida & mollia, hæc in huiusmodi omnibus bono sunt. Ad horum curationem si quidem febris absit, veratrum exhibendum, alioqui non dandum, sed in potu aqua malsa acida (ὀξύγλυκον dicitur) si opus est, vtendum. Deligatio verò quæ articulis conuenit, & quæ ad omnia magis adhibeatur. Ad collisa pluribus linteis & mollioribus, minoreque compressione vtendum, plurima fasciæ parte ad calcem circumiecta. Figuratio ea sit quæ deligationi conuenit, vt ne in calcem expressio fiat, neque ferulis vtendum. At quibus pes ipse solus, aut cum adnato osse excessit, interiorem quidem in partem magis excidit, ac nisi recondatur, & coxa, & femur, & tibiæ pars luxationi ex aduerso respondens, temporis successu extenuatur. Repositio eadem quæ primæ iuncturæ manus, contentio verò valida. Curatione autem pro lege articulorum adhibetur. Quòd si quiescant, minùs quàm in prima manus iunctura morbus recrudescit. Et quietem agentibus tenuior victus ratio imperanda. Quæ verò à primo ortu, aut cum adhuc corpus augetur

getur contingunt, eam quæ supra comprehensa est tractationem habent.

Hippocratis mochlicus, seu vectarius, hoc est, de ossium per molitionem impellendorum ratione.

OSSEA hunc in modum à natura sunt comparata. Digitorum quidem, tum ossium, tum articularum, simplex est iunctura. In manu verò & pede, cum multa alia variè connectuntur, tum maxima sunt quæ supremo loco committuntur. Calcis vnum os est, quale foras prominet, quò etiam à posteriore parte tendines tendunt. Tibiæ duo ossa sunt supra & infra coherentia, medio verò loco distantia. Quod exterius tendit, paruum & iuxta paruum digitum paulò tenuius. Plurima verò hac parte distantia, minoreque momento ad genu inclinatio est, ex quo exterior poplitis tendendo ortum habet. Inferiore autem parte communem habent ossis accretionem, quæ pes mouetur, & superiore parte alteram, vbi femoris articulus simplex & longitudine iunctus mouetur, tuberculorum speciem referens, & paxillam habens. Ipsum verò femur exteriore & anteriore parte incuruatur. Eius caput ossis est accrementum, rotundum, ex quo nervus qui in coxendicis acerbulo est, originem ducit. Cuius aliquantulum obliqua est connexio, minus tamen quàm brachij. Coxendix autem magnæ vertebræ, quæ est ad os sacrum, ex vinculo cartilaginoso & nervoso inhaerescit. At spina à sacro quidem osse ad magnam vertebram vsque in gibbum curuatur. Vesicaque & genitura pars destinata, rectiq; intestini quod est inclinatum, ibi sedem habet. Inde verò ad septum transversum, recta interioriorem in partem inclinata tendit, qua parte lumborum muscoli *ψαγ* dicti, existunt. Ab ea quoque parte ad magnam vertebram, quæ est supra summam humerorum partem, recta in gibbum eleuatur, imò verò huiusmodi magis apparet, quàm sit. Posteriores enim vertebrarum processus ea parte maximè eminent. Ipse autem cervicis articulus anteriorem in partem inclinat. Vertebrae autem interiore parte later se sunt æquabiles, exteriore verò cartilaginibus &

neruis continentur. Ex quoque in posteriore medullæ spinæ
 halis parte, articulorum modo inter se committuntur. Par-
 te autem posteriore processum acutum habent, cum adna-
 ta cartilagine, vnde exoriuntur nervi qui proni feruntur,
 non secus ac musculi à ceruice ad lumbos adnascuntur, qui
 costarum & spinæ intermediū complent. Costæ verò ad
 vertebrarum interstitia, nervo annectuntur, à ceruice ad
 lumbos interiorem in partem tendentes. Anteriore autem
 parte ad pectus, laxum & molle extremum habentes, for-
 ma præ cæteris animantibus maximè recurva cernuntur.
 Hac enim parte homo mole est angustissima. Quæ costæ
 non sunt, processus obliquus, brevis & latus, ad singulas
 vertebrae nervo annexus est. At pectus sibi ipsi coheret,
 qua parte costæ annectuntur obliqua interstitia habens,
 laxum quoque & cartilagineum. Claviculæ parte antero-
 re rotundæ, ad pectus quidem breues insertæ, ad summum
 verò humerum crebriores habent. Summus autem hume-
 rus (ὁ ἄνω ὤμων dicitur) ex lato scapularum osse ortum ducit,
 in plurimis non æquabiliter. Latum verò scapularum os ad
 spinam cartilagineum, reliqua parte laxum, foris inæqua-
 bile, ceruicem & cauum cartilagineum habens, ex quo co-
 stæ motionem ducunt, quod faciliè inter ossa, si brachium
 demas, dissolvitur. Huius caput ex cauitate nervulo annexū
 est, teneram cartilagineam & rotundam adnatam habens.
 Ipsum autem exteriore parte incurvum, & anteriore obli-
 quum, ad cauitatem rectā non fertur. Quod verò est ad cu-
 biti gibbum, latum, tuberculosum, oblongas cauitates ha-
 bens & solidum, posteriore parte, cauum est, in quod cubi-
 ti processus adnatus (qui ὁ ὑπὸ τοῦ ἀγκυρίου dicitur) vbi manus extendi-
 tur, inseritur, quò etiam torpidus nervus, qui ex medio cu-
 biti osium interstitio enascitur, terminatur.

Nasus autem confractus eodem momento conformari
 potest. Si quidem igitur cartilago desit, derasam lineæ la-
 nuginem Carthaginiensis corij cortice, aut aliqua alia re qua
 non irritet, conuolutam, in nares immittere oportet. Id au-
 tem deligatio præstat. Est & alia curatio, vbi simul iniecto
 sulphure cum cerato, statim nasus componitur, d. inde di-
 gitis immixtis explorando continetur, & in alteram partem
 conuergitur. Carthaginiense verò corium sine adum, do-

hec callum obduxerit, siue vlcus adfuerit, siue ossa discessio-
nem factura sint. Neque enim committendum vt sic maxi-
mè recrudescant.

Auri fractæ neque vinculum, neque cataplasma adhiben-
dum. Quòd si quos sit opus, ceratum quàm maximè leue, aut
sulphuris agglutinatio conueniet. At quibus aures ad sup-
purationem tendunt, iis pus crassiore loco reperitur. Ti-
bi autem imponent quæcunque submucosa & humida car-
ne plena sunt, ac neque ex huiusmodi sectione detri-
mentum contingit. Vbi autem, & quænam mortifera exi-
stant, ea sunt apposita. Aures citò sanescunt si in vtramque
partem ferramentum candens adigatur. Mutila tamen &
minor candenti ferro præter traiecta auris redditur. Quòd
si aperta fuerit, leui aliquo medicamento, quod cruentis
vulneribus adhibetur imposito opus erit.

Maxillæ autem frequenter quidem conuelluntur, & re-
stituuntur, ratò verò excidunt, maximè quidem hiantibus.
Neque enim hic casus incidit, nisi quis vehementer os ape-
riendo, in alteram partem torqueat. Idque magis incidit,
quòd nerui in obliquum etiam vbi contorquentur conce-
dunt. Cuius rei hæ notæ sunt, maxilla inferior in anteriorem
partem prominet, & in alteram luxationis partem peruer-
titur, ægri maxillas committere nequeunt. Quòd si vtraque
parte maxilla prolabatur, prominet magis, os minus com-
mittunt, minimè distorquentur, quod dentium fines indi-
cant, cum inferiores superioribus ex aduerso respondeant.
Vtraque igitur maxillæ parte prolapsa, nisi statim reposita
fuerit, hi intra decimum diem ferè ex febre assidua & segni
sopore moriuntur. Hi enim muscoli huiusmodi soporem
invehunt, alius paucis & synceris exturbatur, & si vomitus
adfuerit, eiusmodi vomitione refundunt. At si altera parte
maxilla excidat, minore est noxia, eadem tamen vtrorumque
est repositio. Homine decumbente aut in sedili collocato,
capite prehenso, vtramque maxillæ partem ambabus ma-
nibus, tum interiore, tum exteriori parte apprehendere, ac
tria simul facere oportet, in directum ac in posteriorem
partem propellere, & corpus commouere. Curatio per ma-
lagmata, figurationes, & menti exceptionem perficitur.
Ista enim ad repositionem faciunt.

At verò humerus inferiorem in partem excidit, aliam in partem excidere non auidi. Videtur siquidem in anteriorem partem excidere, quibus carnes quæ circa articulum sunt natura extenuatæ fuerint, quale quid etiam in bobus per hyemem ob macilentiam cernitur, & magis excidit, ac extenuatis, aut gracilibus, aut siccis, iisque quibus humiditates circa articulos citra inflammationem continentur. Ipsa enim colligaret quidem. Ex quo qui boves curant ac stimulant, in iisque repositionem tentant, errant, tum quia eos lateat quemadmodum bos crus ad vsum iacter, tum quia etiam homini ita constituto, hic habitus communis est. Quibus quoque accedit Homeri autoritas, quod boves tunc maximè graciles existunt. At quibus humerus recondi non potuit, ij quæ cubito in latus à costis sublato siue, non admodum præstare possunt. Quibus igitur potissimum excidat, & quomodo habeant dictum est. Quibus verò à primo natali die ista contingunt, iis ossa potius quæ ad luxationem proximè accedunt, brevia fiunt (quale quid tunc iis qui mustelæ cubito præditi sunt, & *γολιόσμωνες* Græcis dicuntur, vsuuenire solet) quod cubito minus, adhuc autem minus manui accidere viderur. Quæ verò supra sunt, nihil tale sentiunt, sed quæ vicinitatem habent, valdè emaciantur. Imminuuntur autè maximè quæ altera luxationis parte sunt, & quæ incrementum accipiunt, minus tamen quodammodo quàm quæ talia sunt ab ortu. Quin & profundæ suppurationes circa iuncturam recens natis præcipuè ad humerum fiunt, iisque non secus ac luxata efficiunt. Quod si adultis ista contingunt, ossa quidem non minuantur. Neque enim causa est cur alia non æquè simul augeantur. At carnium imminutiones fiunt, quod hæc in dies & augeantur & minuantur, idque per ætates & corporis habitus, qui in eo obtinent. Præterea etiam indicio est id quod ad summum humerum est auulsum & cauum, propterea quod summo humero auulso & cauo, brachium prolapsum esse existimant: brachij autem caput in ala cernitur. Neque enim attollere ipsum queunt, neque huc vel illuc traducere. Quod similiter ex altero humero deprehenditur. His autem rationibus reponitur, si pugno quidem in alam iniecto, caput sursum propellas, manum verò præterea ad pectus adducas, aut si

retro.

Retroducendo ita vt circumoberret, compellas. Aut capi-
te ad summum humerum obiecto, manibus verò in alant
infectis. brachij caput abducas, cubiti autem gibbum gen-
tibus protrudas, aut genuum loco alterum cubiti gibbum
ad latus adducere, vt pritis, iubeas. Aut si suppositis in alant
humerò, æger in humero infideat. Aut vbi calce, adhibitis
his quæ alæ cauitatem compleant, ad dextrum humerum,
dextro vsus fueris. Aut vbi per pistillum, aut scalæ gradum
coegeris, aut vnâ cum ligno ad manum porrecto super tra-
beculam transuersam couerteris. Curatio perficitur eo ha-
bitu vt brachium ad costas adducatur, manus summa ac
humerus sursum detineantur, sicque sursum deligatio fiat
& appensio. Quòd si repositus humerus non fuerit, summus
humerus etiam extenuatur. Summus humerus auulsus spe-
ciem quidem prolapsi humeri exhibet, nullo tamen priua-
tur, neq; in pristinum statum restituitur. Idem habitus tum
in deligatione, tum in suspensione, qui etiam luxato conue-
nit, & pro deligationis lege.

At verò cubiti gibbi articulo in latus, aut exteriorem in
partem dimoro quidem aut subluxato, acuta eius parte in
brachij cauo remanente, distentione in directum facta, e-
minentia retro & ad latus propellere oportet. Quòd si
prorsus in hanc vel illam partem exciderit, distensio quidem
in qua brachium deligatur, adhibenda. Sic nanque cubiti
flexus nihil impedit. Potissimum verò ex laterum parte
excidit. In suum autem locum dirigitur, quàm plurimum
abducendo, ne caput brachij acutum ossis processum attin-
gat. Suspensum verò circumagere & circumflectere opor-
tet, neque vim in directum adhibere, simulque in contra-
rium in vtranq; partem impellere, & in sedem compellere.
Ad hæc quoque contulerit cubiti gibbum modò quidem
pronum, modò etiam supinum cōtorquere. Repositio autē
est, quæ ex habitu quidem pender, si summa manus paulò
cubiti gibbo altior, brachium verò ad latera adductum te-
neatur. Sic quoque & appensio, & facilis gestatio, & natura,
& vsus in commune conferunt, si modò callus, qui celeriter
increscit, prauè non obducatur. Curatio per lintea pro lege
articulari institui debet, & cubiti eminentia insuper deliga-
ti. Rursus autem maximè excandescit cubiti gibbus, febres

que, dolorem, nauseam, ac meracæ bilis vomitionem mo-
uet, idque maximè si in posteriorem partem, ob torporem,
secundum id, si in anteriorem elapsus sit. Curatio eadem ad-
hibenda. Reconditur verò vbi in posteriora excidit, si por-
rectum brachium in diuersa contendatur. Cuius rei indi-
cium est, quòd extendi nequit, vt & in anteriorem prolapsi,
quòd minimè flecti potest. Hic autem imposto duro ali-
quo collecto, super id, vbi extenderis, de repente flectendus
est. At dissidentium inter se ossium indicium, quæ venain
brachio scinditur, ad contactum pater. Hæc verò celeriter
callo obducuntur. Quibus à primo ortu ista contingunt, iis
ossa infra noxiam breuiora euadunt, plurimum verò quæ
cubito sunt proxima, deinde ea quæ in manu, postremò quæ
in digitis. Brachium autem & humerus propter nutritio-
nem validiora euadunt. Manus item altera, propter opera,
etiam longè validior est. At carniū immixturio, siquidem
in exteriorem partem articulus prolapsus est, interiore par-
te fit, sin minùs, contrà quàm exciderit. Cubiti autem gib-
bus vbi interiorem in partem, aut exteriorem exciderit, in
habitu quidem angulari cubiti ad brachium communi re-
ponitur. Ex ala nanque fascia excepta suspensio faciendâ, ad
cubitum verò summum suppositum pondus aliquod iuxta
articulum appendendum, vel manibus adurgendum. Tum
suspensio in sublimi articulo, ossa manuum volis adducen-
da. Hoc in habitu deligatio, appensio, & positio velut in ma-
nibus fieri debet. At vbi posteriorem in partem excidit, de re-
pente extensione facta, manuum palmis dirigendû, simulq;
hæc in directione, tum in cæteris vsurpanda sunt. Quòd si
priorem in partem prolapsio facta sit, circum linteum con-
uolutum, & in iustam molem sublatum, inflectendo simul
directio faciendâ. Sin alteram in partem inclinari, cum di-
rectione simul vtraq; faciendâ sunt. Ad curam autem com-
muniter habitus & deligatio spectant. Possunt enim ex dis-
tensione communiter omnia contingere. Repositiones ve-
rò partim quidem in sublime eleuando, partim distendèdo,
partim verò circumoberrando fiunt. Idque dum habitus in
hanc vel in illam partem excedunt, celeriter adhibetur.

Manus articulus interiore aut exteriore parte luxatur,
plurimum verò interiore. Cuius rei signa manifesta sunt.

Siquidem

Siquidem intro prolabitur, digiti ipsi in totum flecti, si extra, intendi nequeunt. Repositio fit digitis supra mensam positus, si partim quidem extenduntur, partim etiam in diversa contenduntur, idque quod eminet, aut prominentiore palmæ parte, aut calce simul in anteriorem partem protrudatur, & inferiore parte ad alterum os, molle aliquid in tumorem sublatum supponatur, si superiore quidem parte eminet, manu conuersa, sin inferiore, supina. Curatio linteis perficitur. At rota manus in interiorem vel exteriorem, vel in hanc, vel illam partem luxatur, interiorem verò maximè. Est vbi ossis accrementum emouetur, interdum quoque alterum os dissidet. His valida distensio adhibenda, & os quidem eminens protrudendum, alterum verò contrà propulsandum, vnaque duobus modis in posteriorem partem & in latus, aut manibus supra mensam, aut calce impulsio fieri debet. Quæ verò rursus excandescunt & deformitatem habent, tempore quidem ad vsum firmanantur. Curatio linteis simul cum manu & cubito adhibetur, feruleq; ad digitos vsque apponendæ. Hæc ferulis deligata, crebrius quàm fracta resoluenda, & copiosiore perfusione fouenda. At manus à primo ortu luxata breuior euadit, & carnes altera ex parte quàm luxatio facta est, potissimum imminuuntur, adulto verò ossa permanent. Digiti articulus luxatus facilis quidem cognitu, neque descriptione indiget. Reponitur autem in directum contendendo, & quod eminet protrudendo, & quod contrà est retrudendo. Curatio verò est accommodata quæ per linteum fit deligato. Nisi enim restitutus fuerit, exteriore parte callum contrahit. Quæ à primo ortu aut dum adolescunt ossa prolapsa fuerint, ea infra luxationem breuiora euadunt, & carnes aduersa ex parte in quâ prolapsio facta est potissimum imminuuntur. Adulto verò ossa eadem magnitudine permanent.

Femoris articulus quatuor modis excidit, plurimum in anteriorem in partem, deinde in exteriorem, aliis verò modis similiter. Huius rei indicium commune quidem alterum crus, intro verò emoti proprium vbi in interfoemineo coxae caput tactu percipitur, neque similiter crus inflectunt. Crus verò multò longius videtur, nisi utroque in medium adducto distensionem feceris. Etenim pes & genu exterioris

rem in partem feruntur. Si igitur à primo ortu, aut dum incrementum accipiunt, exciderit, femur breuius euadit, quâ calamitatem minùs tibia, cætera verò pro ratione sentiunt. Carnes autem imminuuntur, maximè tamè parte exteriori. Ij in dirigendo corpore negligenter se gerunt, & ad sanum crus conuoluuntur. Quòd si cogantur, scipione uno vel duobus innixi incedunt, crus verò attollunt. Quò enim breuius, eo leuius est. Quòd si iam adultis istud accidit, ossa quidem eadem magnitudine perseuerant, carnes tamè quò ante dictum est modo imminuuntur, & crus circumuoluendo, velut boues incedunt. Ad lateris autem inanitatem incuruantur, sani cruris extra prominente coxendice. Hoc enim vt subeat ad vehendum necesse est, illud verò vt extra feratur. Neque enim vehere potest, non magis quàm quibus pes vlcere laborat. Ad cruris quoque sani latus baculo corpus fulciunt. Crus verò læsum manus super genu posita adurgent, quò inter ambulandum corpus vehat. Coxendice infra si vtatur, infra etiam ossa minùs imminuuntur, carnes verò magis.

At exteriorem in partem emoti femoris, contraria tum signa, tum status sunt, genuque ac pes intorsum paulò spectant. Quibus hæc dum adhuc adolescunt, aut à primo ortu contingunt, iis crus non æquè augetur, eademque ratione coxæ articulus paulò supra eminens non similiter. Quibus verò frequenter exteriorem in partem citra inflammationem prolabitur, ij humidior crure vtuntur, non secus ac manus pollex, qui maximè suapte natura excidit, quibus quidem magis aut minus excidit, partim verò ægrius aut faciliùs prolabitur. Est vbi celerius recondi spes est, & quibus nullam curationem recipit, interdumque sæpiùs excidit, & curationem admittit. A primo verò ortu aut in adulescentia, aut per morbum vbi ista contingunt, ac præcipuè certè per morbum, interdù quibusdam os syderatur, quoniam etiam quibusdam non omnia eueniunt, minùs tamè quàm quibus intro luxatio facta est deprauantur, si proba & diligens curatio adhibeatur, adeò vt toto pede insistentes, plurima adhibita diligentia in vtraque partem propendunt. Quæ si in infantia neglecta fuerint, vitiantur, adhibita verò cura toto crure vilitatem sentiunt, minùsq; quodammodo immi-

aut dum in-
us euadit, quā
one sentiunt.
atte exteriori-
unt, & ad sa-
scipione vno
r. Quō enim
d accidit, ossa
nes tamē quo
s circumuol-
n inanitatem
rendice. Hoc
verō vt extra
is quā quā
larus baculo
r genu posita
at. Coxendi-
uuntur, car-

ontraria tum
m paulō spe-
ā primo or-
mque ratio-
niliter. Qui-
a inflamma-
non secus ac-
dit, quibus
o agrius aut
s est, & qui-
s pius exci-
a aut in ado-
ac præcipue
atur, quin-
tamē quā
oba & dili-
tentes, plu-
pendeant.
ubita verō
dammodo
immi-

imminuuntur. At quibus hunc in modum vtrique ossa ex-
siderunt, his noxiis afficiuntur, pleniores quidem sunt, præ-
terquam interiore parte, admodum prominentibus exte-
riorem in partem natibus conspiciuntur & femoribus in-
trorsum obtortis. Ij nisi syderentur, aut gibbosi superiore
coræ parte euadant, salubriter quidem degunt, corpore ta-
men minùs, capite excepto, augentur.

Quibus autem posteriorem in partem femur prolapsum
est, hæ notæ adsunt, pars anterior mollior est, posterior pro-
minet, pes rectus est, crus inflectere non nisi cum dolore
queunt, excedere verò minimè, his crus breuius euadit. Sed
neque hoc, nisi valdè sustollant, tum ad poplitem tum ad
ingen extendere possunt, neque in plurimis superior arti-
culus primus flecti incipit. Quod commune est articulis,
peruis, musculis, intestinis, vteris, aliisque huiusmodi. His
coxendicis os desine in natem fertur, quam ob causam,
quodque crus extendere nequeunt, breue euadit. Totius
cruris carnes in omnibus imminuuntur. In quibus autem
maximè, aut vbi ista contingant, dictum est. Corporis pars
quæque vbi sua munia obierit, robur quidam accipit, si ve-
rò oritur, vitatur, præterquam si lassitudine, febre aut in-
flammatione tentetur. Quod etiam exteriorem in partem
prolapsum est, eò quod in cedentem carnem excedit, bre-
uius efficitur, quod verò in interiorem, eò quod supra os
prominet, longius. Quibus igitur adultis repositum non
fuerit, ij ad inguina curuati incedunt, & alterum poplitem
inflectunt, ima pedis planta vix terram attingunt, manu
crusprehendunt, si absque baculo incedere velint. Qui si
longior fuerit, non ingredientur, quod si ingredientur bre-
uem esse oportet. Carnium autem fit imminutio si laborèt
& crus in vsum admittatur, velut antè dictum est. Quod &
intero cruri pro ratione accidit. At quibus ex primo ortu,
aut per adolescentiam, aut per morbum affectio ista aut
luxatio contigit, (quibus verò in morbis id fiat dicitur)
ij maximè propter neruorum & articularum ignauiam,
noxiā sentiunt. Genu quoque ob enumeratas causas vi-
tium sentit, quo inflexo, baculo vno aut duobus innixi, in-
cedunt. Crus verò integrum quia in vsum admittitur, bene
habicum est.

At quibus priorem in partem femur excidit, iis contraria signa ad sunt, posteriore parte molle est, anteriore prominens, crus hi minimè inflectunt, maximè verò extendunt, pes rectus est, crus æquale, calx summus paulum contractus aut hi statim dolore præcipuè conflantur, vrinæque imprimis in his luxationibus supprimitur. Femoris enim caput ad insignes nervos incumbit, loca anteriora contenta sunt neque incrementum sumunt, morbis & maturæ senectuti obnoxia redduntur, posteriora in rugas contracta. Quibus adultis ista contingunt ij recti inambulant, calce magis incedentes. Ac si admodum progredi valeant etiam valde (calce incedunt.) Pedem autem per terram trahunt. Femur minimū imminuitur ob usum, præcipuè verò posteriore parte. Toto crure erectiores mediocri baculo ad crus affectum indigent. Quibus verò ex prima origine adolescentibus hæc contingunt, ij si probè & diligenter curentur crure non secus ac adulti utuntur. At neglectis paulum extensum est. Ipsi enim quòd ad rectum habitum maximè spectat, articulis capri sunt. Ossium autem & carniū imminutiones pro ratione contingunt.

Coxæ autem valida quidem distensio & directio communis est, quæ vel manibus vel assere, vel vectis molitione præstatur. Et luxationem quidem quæ ad interiora fit, rotundo, quæ ad exteriora, lato vecte moliri decet, præcipuè verò quæ ad exteriora. Quæ certè in interiorē partem prolapsa sunt, vtribus ad eam cruris partem quæ in angustum tenuatur appositis curare convenit, simulque cum distensione & crurum deligatione suspensio adhibenda, diductis paulum pedibus. Deinde manibus implexis quendam appensum esse oportet, qui inter dirigendum simul vtræque præstet. Istaque reponendi ratio luxationi ad interiora & cæteris abundè convenit, minimè verò ei quæ fit in exteriora. Lignum etiam velut in humero ad manum subtentum, quibus ad interiora luxatio facta est, continet, aliis verò minus. Deorsum autem impelles cum distensione præcipuè anteriorum aut posteriorum patium aut manu, aut pede, insidere, aut assere vti conveniet.

Genu cubiti gibbo ob succinctam & commodam eius

naturam benignius est, ideoque facilius excidit & reponitur. Sæpius autem anteriorem in partem, sed & in anteriorem & posteriorem prolabitur. Atreconditur subita con-
flexione & exalcitratione, aut si circa obuolutum fasciæ
globulum in poplite positum, vt de repente corpus in ge-
nua flectatur permiseris. Idque præcipue luxationem in po-
steriora restituit. Possunt quoque quæ posteriorem in par-
tem luxantur, moderata extensione, nõ secus ac cubiti gib-
bus, suum in locum reuerti. Quæ verò in hanc vel illam par-
tem excesserunt, conflexio, aut calcium impulsio, aut exten-
sio reponit, præcipueque hæc quod posteriorem in partem
excidit. At quæ moderata extensione fit restitutio, omnibus
communis est. Ac nisi repositio facta fuerit, neq; vbi poste-
riorem in partem excidit, sed neque cum alias in partes ex-
cessit, flecti admodum queunt, femoris verò & tibiæ os an-
teriore parte immouitur. Ac si anteriorem in partem exci-
dit, ij valgi magis euadunt, exterioribus autem partibus im-
mouuntur. Quod si anteriorem in partem prolapsum est,
vari magis, claudi verò minus efficiuntur. Crassiore nanq;
ossis parte gestantur, ac interioribus partibus immouuntur.
At quibus à primo ortu aut dum adolefcunt luxatio fa-
cta est, ij quomodo prius dictum est se habent.

Quæ circa malleolos luxantur, valida intensione, quæ
per manus aut alia huiusmodi adhibetur, opus habent, ac
directione quæ simul vtrunque efficiat: Quod omnibus
commune est. Quæ verò in pede contingunt, velut ea quæ
in manu sunt, curationem accipiunt. Quæ cum tibia con-
sensionem habent, & à primo ortu exciderint, aut dum ad-
huc corpus augetur luxantur, eandem quam in manu cura-
tionem habent. At quibus ex alto defiliantibus in calcem
innixis, ossa defident, venæ subter cutem effunduntur, ac
nerui contunduntur, vbi hæc grauissima contigerint, pe-
riculum quidem est ne iis syderata ossa per totam vitam ne-
gotium facessant. Obtorta siquidẽ ossa euadunt, nerui quo-
que consensione inter se conspirant. Quibus item ex fractu-
ra vel vulnere, vel in tibia, vel femore, vel ex nervorum dis-
solutione qui cum his communicant, aut alioqui ex negli-
gentiore decubitu, calx denigrata fuerit, iis quoq; ex talib;
recredescere mala consueuerunt. Interdum ad syderationem

febres accedūt valdē acutæ, singultuosæ, cum tremoris sensu, mentem attentantes, & quæ præcipitem mortem afferunt, prætereaquē venarum sanguinem fundentium liores & cancerationes. Recrudescētis morbi indicia sunt, vbi sanguis ē venis sub cutē effusus, & quæ nigrescunt, quæquē his vicina, duritiem aut ruborem aliquem contraxerint. Etenim si cum duritiē liuescunt, vt nigrescant periclitantur. Quod si subliuida, aut liuida & mollia fuerint, & diffusa, aut ex virore aliquantulum pallida & mollia, hæc in omnibus huiusmodi bono sunt. Curatio verò, siquidem febris absit, per veratrum confert, alioqui non exhibendum, sed potui aqua mulsæ acida (ὀξύζυλινον vocant) si opus est, exhibenda. Deligatio quæ articulos componat, atque in his magis conuenit. Ad collisā pluribus etiam linteis & mollioribus vtendum. In his minor compressio, & copiosa aqua conuenit, plurima fasciæ parte ad calcem circumiecta. Figuratio ea sit quam deligatio requirit, vt ne in calcem expressio fiat, supra genu ducta sit, benequē illic disposita, neque ferulæ adhibendæ.

At vbi pes, vel solus, vel cum adnato osse excessit, interiorē in partem magis excidit, ac nisi recondatur, coræ, femoris, & tibiæ pars ex aduerso luxationi respondens, temporis successu extenuatur. Repositio eadem quæ primæ iūcturæ manus debetur, contentio verò vehementior, curatio pro lege articulorum. Quod si quiescant, minùs quam in prima manus iūctura morbus recrudescit, & quod quietem agunt tenuior victus ratio imperanda. Quæ verò à primo ortu aut dum adolescunt contigerunt, eam quæ prius dicta est tractationem postulant. Deinde nonnullæ ex prima origine luxationes, si parum elapsæ fuerint, in statum naturalem dirigi possunt, præsertim verò vbi pes intro conuertitur & varus efficitur. Nequē enim id vno modo contingit. Huius autem curationem instituunt, quasi ceram singendo partibus conformatis ceratum quod resinam accipiat adhibitum, lintea copiosa, soleæ, aut plumbea lamina, non ad cutem alligata. Ad quæ partis exceptionem, & corporis habitum accommodatum esse oportet.

Quod si luxata vulnerata cute extent, sinere ea præstat, ita sanè vt non dependeant, neque retrò adducantur. Cura-

tio

moris sen-
tem affe-
tium luo-
dicia sunt,
cunt, quæ
contraxe-
nt pericli-
rint, & dis-
hæc in o-
uidem fe-
ibendum,
pus est, ex-
que in his
is & mol-
oiosa aqua
cta. Figu-
m expref-
ta, neque

t, interiori
coxæ, fe-
ens, tem-
primæ iu-
ior, cura-
tius quam
iòd quie-
erò à pri-
uæ prius
& ex pri-
a statum
atro con-
o contin-
ram fin-
am acci-
lamina,
, & cor-
præstat,
ur. Cura-
tio

tiō verò cerato quod picem habeat, aut spleniis vino ma-
dentibus calidis (his enim omnibus frigus nocet) instituen-
da, & foliis, per hyemem autem lanis sordidis. Ac neque in-
tegmenti gratia quicquam imponendum, neq; deligan-
dum, victus ratione tenui vtendum. Frigus, pondus multū,
compressio, vis adhibita, habitus corporis constitutus, hæc
sanè omnia certam habent perniciem. Mediocriter autem
curati, turpiter claudi fiunt. Etenim si ista in pedibus con-
tingant, pes contrahitur, & si qua alia in parte, idem pro ra-
tione euenit, ossa non admodum abscedunt. Parum enim
nudantur, & tenuibus circum cicatricibus obducuntur. Ho-
rum quæ maxima, & quæ valdè supra, periculi sunt plenissi-
ma. Vnica verò spes salutis, si non reponantur, præterquam
quæ sunt ad digitos, & ad summam manum. Ac in his vbi
periculum prædixeris, ad repositionem aggredi oportet,
aut primo, aut altero die, sin minus, ad decimum, quarto
minimè. Repositio fit per vectium molitionem, curatio au-
tem qualis in capitis ossibus, & per calida. Veratro quoque
etiam itacim, deinde quibus repositio facta est, vti præstat.
In reliquis probè nosse conuenit, ad repositionem maxi-
morum præcipuè & superiorum, etiam celerissimas mortes
consequi. Pes autem vbi excessit, conuulsione & cæcro ten-
tatur. Quòd si repositione facta, quid huiusmodi superue-
nit, sola spes est, si qua restat, vt eiiciatur. Neque enim ab his
quæ laxant, verum ab his quæ intendunt, conuulsiones
sunt.

At præcisiones quæ in articulo aut circa ossa contingunt,
dum non superiore parte, sed ad pedem, aut propè ad manū
siant, ex his supersunt, nisi statim ferè animi defectione in-
tereant. Iis eadem curatio quæ capiti, & per calida debetur.
Ex syderatione tamè carnum, tum vbi vulnera sanguinem
profundentia constringuntur, tum vbi ossium fracturæ cō-
primuntur, & ex vinculis denigrationes contingunt, & qui-
bus pars femoris & brachij excidit, ossa quæ & carnes deci-
dunt, multi supersunt, cum, si qua alia, facillè toleretur. Qui-
bus igitur ossa fracta sunt, celeres quidem circum abru-
piones fiunt, ossa autem qua parte nudantur decidunt, tar-
dius tamen. Inferiores autem vulnere & sano corpore par-
tes, cum prius sint mortuæ, in super auferre oportet, ea cau-

tione adhibita, vt dolorem euites. Simul enim cum animi defectione intereunt, femoris os in hoc casu octogesimo die resolutum est. Tibia autem vigesimo die detracta fuit. Tibiæ quoque media ossa sexagesimo die resoluta sunt. In his celeriter aut tardè vt ossa decidant, medicæ compressiones in causa sunt. In cæteris verò quæ leuiter tractantur, ossa quidem non decidunt, neque in his carnes, sed summæ partes nudantur. Ista autem ad curationem assumere oportet. Plurima enim formidabilia magis sunt, quàm noxia. Curatio lenis esto, quæ per calida & diligentem victustationem institui debet. Profluentis sanguinis & frigoris periculum impendet. Habitus corporis vt ne acclius sit, deinde, vt pus subsidat, æqualis, aut quicumque talibus, iisque quæ denigrantur accommodatus existit. Sanguinis profluvia ac cruentæ deiectiones, circa iudicationem largæ quidem, sed paucorum dierum his contingunt. Neque verò hi cibos auersantur, neque admodum febribus corripiuntur, neque quicquam vacuandum.

Quæ interiorem in partem sit vertebrarum peruersio, quòd ad urinæ suppressionem & stuporem attinet, lethalis est. Quæ verò exteriorem in partem incuruantur, eorum plurima minüs sunt noxia, quàm quæ concutiendo non excesserunt, quòd illa in sese morbi discrimen recipiant, hæc verò in magnam corporis partem gliscant, & in præcipuis partibus eueniant. Quale quid in costis cernitur, quæ fractæ paucae quidem febre, & sanguinis spuito, ossisque vitiorentantur, siue vna, siue plures fractæ sint, curatioque simplex conuenit absque inedia, si febris absit, deligatio quoque pro lege fracturarum. Callus verò viginti diebus, quòd laxum os sit, inducitur. At circumcirca contusis costis, tuberculosi & tussiculosi euadunt, ac ea quæ per linamenta sit curatione opus habent, costæque syderatione tentantur. Ad vnamque enim costam nerui ab omnibus partibus, ducuntur. At quæ ex casu in gibbum incuruantur, ea minüs in directum agi possunt, verum ægrius diriguntur quæ sunt supra septum transuersum. Quibus quoque à puero id contingit, ea non augentur, sed vel crura, vel manus, vel caput. Adultis gibbus si fiat statim quidem à morbo liberat, succelsu tamen temporis per eadem quæ iunioribus sui significat

tionem edit, minus tamen malignè habent. Ac facillè tolerarè quibus corpus carnosum & pingue redditur, horum tamen pauci ad sexagesimum annum vitam produxerunt. Sed & vertebrae in obliquum intorquentur. Ad id etiam confertur habitus in quos decumbunt, de quibus praenotiones sunt. Multi verò etiam sanguinem expuerunt suppuratiq; extiterunt. Quibus curatio diligens instituenda, & deligatio pro more. Victus ratio primis diebus exquisita esse debet, deinde plenior, quies, silentium imperandum, habitus corporis accommodandus, alius subducenda, venere abstinendum. Sed & quibus sanguis non expuitur, ij dolorem magis sentiunt, temporeq; recidivas potius pati solent, quam quibus costa perfracta est. At quibus mucosum quiddam relinquitur, id doloribus sui memoriam commouet. Curatio vitione perficitur, si in quibusdam quidem ab osse ad os usque canens ferramentum demittas, ipsum autem non attingas. Quòd si in intermediis costis fuerit, non in viteriorem partem penetrandum, neque in summo adurendum. Alioqui syderatio sequetur, & curatio per linamenta experiunda, de quibus dicentur omnia quae intro subire, aut sub visum cadere oportet. Verbis verò non satis explicari possunt, neque cibaria, poriones, calor, frigus, corporis habitus. Tum quòd medicamèta partim quidè sicca, partim verò humida, quaedam etiam fulua, quaedam nigra, quaedam verò etià alba, nonnulla quoq; acerbæ, eaq; hoc modo adhibita, cum victus ratione vlcæris curationem faciunt.

Reponendi & dirigendi quaedam lex est, tum quæ per vectis molitionem instituitur, tum per cuneolum. Suppositus quidem asellus abducere; vectis verò adducere solet. Quæ autem reponenda aut dirigenda sunt, ea extensione facta, in ea figura in qua vnumquodque supra sinum suum sublime artoiletur, adurgenda. Quod verò excessit, supra id vnde excessit protrudendum. Istud autem manibus, aut appensione, aut asellis, aut ad aliquid iniectis vinculis, praestatur. Manibus igitur ad partes vtrumque, primam verò manus iuncturam & cubiti gibbum adurgere satis est. Eam quidem quæ est ad manuum iuncturam rectà ad cubiti gibbum: cubiti autem gibbum eo habitu vt ad brachium relictum angulum efficiat, qualem in brachio, quod manui

subtrahitur reddit. In quibus verò pedis aut manus digitos, in manus iunctura, aut spinæ ex gibbo inclinatione, quod excessit intro cogere & adurgendo compellere conuenit. In reliquis quidem propulsiões quæ manibus fiunt, abunde sunt. Eminentia verò supra aliquid collocata, calce aut sublimiore patinæ parte in suam sedem propellere oportet, ita ut quæ extant mollis globulus accommodatè supponatur, altera autem ex parte peritus aliquis retro & deorsum protrudat, siue interiorem, siue exteriorem in partem prolapsa sint. Quæ in obliquum inclinant, partim protrudere, partim retrudere utrinque & ex altera parte oportet. At spinæ ex gibbo inclinationes, quæ quidem interiorem in partem fiunt, neque sternutamento, neque tussi, neque flatu immisso, neque cucurbitula restituntur, verum aliqua distensione opus est. In errorem autem inducuntur, quòd, velut aliquando fractis vertebriis contingit, eorum spinæ introsum inclinationes præ dolore intro luxationem fecisse videantur. Hæc verò celeriter & faciliè coalescunt. Quæ exteriorem in partem incuruantur, partim quidem quæ supra sunt, in pedes distensio, partim verò quæ infra cōtrario modo facta restituit. Impulsio verò cum distensione, aut infidendo, aut pede, aut assere fieri debet. Quæ in hanc vel illam partem obliquantur, si quæ admoueatur distensio, ac præterea corporis habitus adhibita victus ratione, restituit.

Quæ ad vsu sunt accommodata, ea omnia lata, blanda, specie valida esse oportet. Neque lintea antè conuoluta esse debent, præparata tamen antè, quàm vis adhibeatur, omnia, moderata tum longitudine, tum latitudine, tum crassitudine. Velut in femoris distensione, quod est ad maleolum & supra genu deligari debet, & per hæc quidem eodem distensio fieri. Iuxta lumbos autem & circa axillas, & ad interfemineum, & femur, vincula iniici debent, ac media sui parte, partim quidem ad pectus, partim verò ad dorsum tendere. Hæc verò ad id quod subter est, quo omnia extenduntur, deliganda, siue ad pistillares fustes, siue ad asellum. In lecto igitur si istud moliare, hæc quidem lecti fulcra ad ianux limen offirmare oportet, ad altera verò lignum validum transuersum obbiicere, pistillaribus autem fustibus

bus qui supra sunt ad hæc obnixis, distensionem facere, aut
 roæ modiolis defossis, aut scala disposita, vtrunque in par-
 tem impellere. In vñ autem communi est asser sex cubito-
 rum, latitudinis bicubitalis, crassitudinis dodrantalis, duos
 humiles afellos hinc & inde habens. In medio quoque co-
 lumellas habeat, in quas velut scalæ gradus expoliti infi-
 guntur, quæque ad subsistendum moderata ad lignum ma-
 gnitudine se habeant, velut in demisso humero contingit.
 Cava quoque læuia exsculpta veluti quosdam alueos habe-
 re oportet, quatuor digitorum latitudine & altitudine, tan-
 tumque inter se distare, quantum ad directionem, in ipsa
 per vectem molitione, satis esse videatur. In medio verò
 cauum in quadratam figurâ exsculptum esse debet, in quod
 columella immittatur, quæ iuxta interfemineum posita,
 defluere corpus vetet, quando aliquantò laxior immissa,
 molitionem quâdam faciet. Oportet autem tabellæ lignæ,
 aut quæ summum in pariete quodammodo insculptum ha-
 beat, extremum protrudere, & in alteram partem vi impel-
 lere, supposito molli aliquo quod conueniat.

Quibus ex palato os discessit, iis medius nasus desidit.
 Quibus verò caput citra vlcus colliditur, aut re aliqua inci-
 dente, aut frangente, aut apprimente, eorum nonnullis ex
 capite in fauces acria veniunt, & ex capitis vulnere. Acad-
 iecur & femur partium, vbi alia super aliam effertur, & lu-
 rationem fecerunt, notæ redundant, & quatenus, quæque
 ratione, quantumque inter se differant considerandū. Qui-
 bus quoque acetabulum perruptum est, & quibus nervus
 aliquis diuellitur, & quibus os adnatum perfractum, tum
 quibus & quam ratione vñ etiam, aut duo, (in quibus
 os geminum est) & quænam eos pericula circumstent, aut
 spes affulgeant, quibus desperatio, & quando tristis exitus
 impendit, aut certa salus imminet, & quænam repositione
 aut manus tractationem, & quando postulent, & quænam
 minimè, aut quando non. In his tum ipes, tum pericula præ-
 dicenda, tum qualia & quædo sub manus tractationem ve-
 niant spectanda. Tum quæ à primo ortu luxata adhuc in-
 crementum accipiunt, aut iam acceperunt, & quodnam ci-
 tius, & quodnam tardiùs, quodque claudum & quam ratione,
 quodque minime existat. Tum quæ ob causam &

quodnam imminutionem sentiat, & quamam parte, & quamam modo, ac quibus ista minus contingit. Est etiam animaduertendum quod fracta citius aut tardius coalescunt, aut peruerfiones & ossium ferruminationes fiunt, eorumque curationes, quibus vlcera statim, aut quibus postea contingunt, quibus etiam ossa fracta minora euadunt, quibus minimè, quibus fracta cute emineant & quamam parte magis extat, quibus loco emoti aut exerti articuli compingantur, & quasnam ob causas in quibus sensui patet, in quibus mentis agitatione comprehenduntur. Ad affectiones & curationes spectant quæ legitimis de deligatione præceptis continentur, præparatio, exhibitio, distensio, directio, frictio, deligatio, suspensio, collocatio, habitus, temporum & victus ratio. Quæ laxa sunt citissimè coalescunt, contrariò, quæ contrario se habent modo. In peruerfionibus incurui fiunt, carne priuantur & neruis. Quod repositum est longius multò locum vnde excessit superabit, quàm quod loco motum est. Nerui qui in motu sunt & loco humore flaccescente, ij facile cedunt, qui verò non, minus. Optimum vbi quid excidit, citissimè reponi. Si febris occupauerit, non tentanda repositio, neque quarto die, minimè verò cubiti gibbum quinto die. Quæcunque etiam torpidum habent sensum, vbi inflammatio remisit, quàm citissimè reponere optimum. Diuulsa in neruis aut cartilaginibus, aut adnato osse, aut dissidentia circa iuncturas, in pristinum statum restitui nequeunt, sed in plerisque celeriter callum contrahunt, vsus autem feruatur. Partes extremæ facile excidunt. Quæ facile excidunt minimè inflammatione tentantur. Quæ verò minimè incalescunt, iis, si diligens curatio non adhibeatur, maximè rursus excidunt. Extensio eo habitu quo maximè superattollentur fieri debet, natura & loco in considerationem adhibito. Quà parte excesserunt directio fiat, retro recta & in obliquum, propellenda autem celeri reuulsione adhibita. Iam verò citò reuellere per circumactionem licet. Quæ frequentissimè excidunt nullo negotio reponuntur. In causa est neruorum aut ossium solutio, neruorum quidem longitudinis aut incrementi, ossium verò acetabuli æquabilitas, capitis læuitas. Consuetudo vsus facit. In causa quoque est corporis dispositio & habitus,

birus, & ætas, & mucus qui sine inflammatione subest.

Quibus vlcera statim facta sunt, aut ossibus cute extantibus, aut postea ex pruritu aut asperitate, ea quidem vbi sensibus confestim soluito, vlceri cerato picato imposito, deligatoq; fasciæ initio super vulnus iniecto, ac in reliquis perinde te gerito ac si ea parte læsio nulla existeret. Hoc namque modo ea pars maximè extenuabitur, & citissimè circum abrupta excider, & repurgata vlcera celerimè coalescent. Ferulæ verò neque ad ipsum vlcus ad mouendæ, neq; apprimendæ. Et in quibus non magna ossa absunt ita se gerendum, & in quibus magna ossa absunt, & eum multa suppuratio adsit, non ampliùs ista neque eodem modo faciendæ, sed nudatur pars recrementorum quæ moram traxerunt gratia. At quæcunque magna ossa cute eminent, iis, siue reponantur, siue non, deligatio quidem non conuenit sed distensio. Orbes conficiuntur quales compedes, quorum vnus quidem iuxta malleolum, alter ad genu in crure adaptetur. Hilari, leues & validi sunt, circulos habentes. Virgæ autem cornæ eam convenientem, tum magnitudinem, tum crassitudinem habeant, vt distensionem moliantur. Habenas verò vtrinque in extremis finibus habeant, quibus ad annulos alligetur, ita vt extremi fines orbibus innixi, vim adhibeant. Curationem perficiunt ceratum picatum calidum, habitus corporis, pedis & coxendicis positio, exquisita victus ratio. Quæ super eminent ossa, eodem aut postero die reponito, quarto aut quinto die minimè, sed vbi gracilia euaserint. Repositio verò per vestium molitionem faciendæ est, aut ossis quod reponitur, si firmamentum non habeat, impedimenta præcidenda. Quinetiam nudata ossa decider, & breuiora membra euadent. At articuli partim quidem magis, partim verò minùs luxantur, & qui quidem minùs, facile reconduntur. Quibusdam quoque maiora tum ossium, tum neruorum, & articulorum ac carniū vitia contingunt. Femur autem & brachium quàm simili inter se modo excidunt.

HIP.

Hippocratis liber de vlceribus.

VLcera quæcunque ea sint, præter quàm vino madefieri non debent, nisi si articulos vlcus occupet. Quod enim siccum est ad sanum, quod humidum ad vitiatum propius accedit. Est namque vlcus humidum, sanum autem siccum. Præstat autem vinculo abstinere, nisi certè ubi cataplasma imponitur. Neque in quibusdam vlceribus cataplasmate vti licet, idque magis in recentibus quàm vetustis, & iis quæ articulos occupant. Paucus autem cibus & aquæ potio quàm maximè omnibus vlceribus, magis tamen recentibus quàm vetustis cōfert, tum sicubi in vlcere inflammatio adest, aut metuitur, aut ubi periculum est ne quid vitietur, vel cùm articuli vlcera inflammatione tentantur, aut ubi conuulsionis metus impendit, & venter vulnus accepit: tum verò vel maximè, si caput & femur, vel quæuis alia pars fracturam senserit. Stare autem vlcери minimè conuenit, idque præsertim si in crure vlcus sit, imò, neque sedere, neque ambulare. Verùm quies & ocium plurimum conducunt. At recentia vlcera omnia, tum ipsa, tum ambientes partes, minimè inflammatione tentantur, si quis quàm celeritè ad suppurationem adducar, neque pus vlceris osculo interceptum supprimatur, aut si quis inhibeat ne ad pus nisi necessarium idque paucissimum deueniant, sed quàm maximè siccet medicamento non molesto. Igneum namque fetorem concipiūt, ubi horror ac pulsatio accesserit. Inflammatione siquidem tunc vlcera tentantur, cùm ad suppurationem tendunt. Suppurant autem alterato & calefacto sanguine, ita vt putrefactus in huiusmodi vlceribus in pus conuertatur. At ubi cataplasmate opus esse visum fuerit, non ad ipsum vlcus, sed ad ambientes partes admouendū, quò via puri fiat, & quæ induruerunt emolliantur. Quod verò vlcus acuto telo incisum aut dissectum fuerit, medicamentum quod cruentis protinus imponitur (ἔναιον Græci vocant) & siccaus quoddam quod suppurare vetet, admittit. Quæ caro à telo collisa aut cæsa est, ea ita curanda est, vt quàm celeritè in pus vertatur. Nam cùm minùs inflammatione tentetur, tum necesse est carnes quæ collisæ cæsi-
que sunt, putrefactas & in pus versas tabescere, deinde no-

has carnes renasci. Omni recens facto vlceri, præterquam
 si in ventre sit, ex eo ipso vulnere sanguinem statim plus mi-
 nusue effluere expedit. Nam tum ipsum vlcus, tum quæ
 ipsum ambiunt partes, minus inflammatione vexantur.
 Quin & ab inueteratis vlceribus vt crebro sanguis effluat,
 prout opportunum videbitur, tam ab ipsis vlceribus quam
 à circumstantibus vlcus partibus, efficere cõducit, tum præ-
 cipue si in crure, aut pedis, aut manus digito vlcus sit, magis
 quam in alia corporis parte. Exhausta enim sanguinis ef-
 fluxu, sicciore ac minora euadunt. Eiusmodi nanque vlcera
 præcipue quidem sanescere prohibet, tum demum verò re-
 liqua etiam omnia, sanguinis putredo, & quod ex sangui-
 nis mutatione est ortum. Post sanguinis effluxum, in his vl-
 ceribus spongiam densam, mollem, incisam, sicciorem, non
 humidiorẽ alligare conducit, aut spongiæ folia gracilia
 superi mponere. Oleum verò & quæcunque mollitudinem
 & olei vim habent medicamenta, huiusmodi vlceribus mi-
 nimè conferunt, nisi iam prorsus ad sanitatem tendant. Ne-
 que recentibus vlceribus oleum, neque molia neque pin-
 guia medicamenta conueniunt, tum vel maximè cum vl-
 cus copiosiore purgatione indigeat. Atq; vt vno verbo di-
 cam, olei litu tum æstate, tum hyeme, ad ea quæ huiusmodi
 medicamenta requirunt, vtendum.

In magna vlcerum parte inferiorem aluum purgare cõ-
 uenit, tum etiam in vulneribus capitis, & ventris, & articu-
 lorum, tum in quibus partis corruptela imminet, item quæ
 in his quæ futuram postulant, & in his quæ exedunt & ser-
 punt, tum aliàs in his vlceribus quæ inueterauerunt, & quæ
 deligationem postulant. At neque vbi deligatione vti, aut
 medicamenta vlceri imponere voles, id prius quam vlcus
 valde siccum reddideris, moliaris oportet, tum verò vtiliter
 imponas. Sæpius verò vlcus spongia abstergendum, itemq;
 nitentum siccum & mundum crebro adhibendum, tum
 demum medicamentum quod vile videatur impositum
 alligandum, aut sine vinculo relinquendum. Vlceribus ple-
 risque calidum anni tempus magis quam hyems conducit,
 præterquam iis quæ sunt in capite & ventre, magis tamen
 æquinoctium. Vlcerum quæ neque probè, neque vt conueniẽt
 prius assidue repurgata, carnem producere incipiunt, ea

plurimum carne superexcreſcunt. Quæ verò probè & vt dicitur repurgata, ſemper ad ſiccius, niſi ſint conuulſa, curatione tendunt, iis ſerè caro non excreſcit. Quacunque ex parte os aut uſtum, aut ſectum, aut quauis alia ratione ſecceſſerit, in huiusmodi vlceribus cicatrices cauæ ſiunt. Non repurgata vlcera, neque ſi inter ſe adducantur, coire ſolent, neque ſua ſponte coaleſcunt. Neq; item coire ſolent quorum vlcus ambientes partes inflammatione vexantur, quandiu inflammatio perſeuerat. Nec ſi quæ vlcus ambiunt nigredinem contrahant, aut ſanguine putreſcente, aut etiam varice ſanguinis influxum ſuppeditante, id genus vlcera coire ſolent, niſi vlcus circumſtantes partes ſanas effeceris.

In rotundis vlceribus, ſi cauitatem naſta ſint, quæ abſceſſerunt, in orbem vndiquaque, aut ex toto, aut ex dimidio circuli, ſecundum hominis naturalem longitudinem præcidere oportet. In omni vlcere cui eryſipelas acceſſit, corporis purgationem quancunque in partem vlceri conducit, ſiue ſuſum, ſiue deorſum, inſtituere oportet. Quoties circa vlcus tumor acceſſerit, abſque vlcis inflammatione, in eo temporis progreſſu pus ſubſidet. Quod verò ex inflammatione intumuit, neque aliis quæ vnà inflammari & intumeſcere cœperunt conquieſcentibus conquieſcit, hoc etiam ne vnà non coaleſcat metus eſt. Quæcunque ex caſu, aut alio pacto diſcinduntur, colliduntur, aut circum vlcus intumeſcunt, iis quæ ſuppurantibus pus ad vlcus ſe recipit, in his, ſi quis uſus cataplaſmatis eſſe videatur, id non ad vlcus, ſed ad ea quæ ipſum ambiunt imponendum, vt pus decedat, & quæ indurata ſunt emolliantur. At vbi emolliata ſunt & inflammatio conquieuit, demum ſpongiis alligatis ea quæ abſceſſerunt affirmato, orſus à parte ſana paulumque progreſſus. Super ſpongiam autem folia multa imposito. Quòd ſi quid affirmari nequit, cuius cauſa eſt caro humida, eam eiicere oportet. Si vlcus in carne altiùs inſederit, vtraque ex cauſa, tum ex deligatione, tum ex eo quod prætereà comprimit, in quendam tumorem aſurgit. Hoc ſanè ſi quis ſecare velit ſupra ſpecillum immiſſum, quatenus licet, vt ad effluuium pateat, ab ore vlcis eſt reſecandum, vbicunque videbitur opportunum, ſicque quæcunque neceſſaria

cellaria videbitur curatio admouenda. Fere autem vlcus omne quod cauitatem habet, in quam recta conspici possit, tumore non præsente, in eo siquidem putredo, aut caro nimio humore marcida & putris subsit, tum ipsum vlcus, tum quæ iuxta sunt, nigra aut subliuida conspicientur. Et inter vlcera exedentia, quacunque in parte phagedæna adfuerit, & valde depascitur & absūmit, ea quoque in parte quæ vlcus circumstant, colorem habebunt nigrum ac subliuidum.

Partibus verò circa positis tumore & inflammatione laborantibus, vtiliter cataplasmate imponitur verbascum coctum, & trifolij folia cruda, ac epipetri folia cocta & posilium. Eademque hæc omnia si vlcus purgari postulet, purgandi quidem vim habent. Quinetiam & fici folia & oleæ, & marrubium, quæ omnia incoquere oportet. Inter hæc autem maximè viticem, ficum, oleam, decoquito. Eodemque modo mali punice folia incoquenda sunt. Crudis verò vitilicet, maluæ foliis ex vino tritis, item rutæ atque origani viridis foliis. Quibus omnibus lini semen torrefactum ac quàm tenuissimè tritum immisceto. Vbi verò erysipelatis metus vlceribus imminet, glasti folia trita cruda cum lini semine ex cataplasmate imposito, aut lini semen solani aut glasti succo maceratum in cataplasmate adhibendum. Cum autem vlcus quidem purum fuerit, ipsum verò & ambientes partes inflammatione vexantur, lenticulam ex vino coctam & læuigatam, pauco oleo admixto, ex cataplasmate deligato, & rubi canini folia ex aqua læuigata cataplasmate imposito, superdato linteo tenui, puro, vino & oleo madente. At vbi oras vlcis committere voles, rubi canini folia eo modo quo lenticulam præparato, vel nasturtium *(ruosidior dicitur)* vinum & lini semen contritum commiscantur. Hoc quoque, lini semen, vitex cruda, & alumen Measinum, hæc aceto macerato.

Vnam acerbam albam in vas æneum rubrum per columi transfusissimam interdii insolato, noctu deponito, ne rorem sentiat. Interdii autem assidue terito, vt æquabiliter siccescat, & ex æneo vase quàm plurimum contrahat. Tantis per verò soli exponatur, dum mellis crassitudinem adepta sit. Deinde in ollam æneam transfundatur, cum melle quàm

optimo & vino dulci, in quo prius resina terebinthina inco-
xerit dum ad instar mellis cocti dura euaserit, qua poltea
exempta, vinum affunditur. Sic autem succi vuae acerbæ ma-
xima pars, secundo loco, vini, tertio mellis. Myrrha quoque
stacte, vel alioqui quàm optima bene trita, ex eodem vino
sensim affuso diluitur, dein ipsa per se in vino agitando in-
coquitur. Vbi verò iustam crassitudinem nacta esse videat-
ur, in vuae acerbæ succum affunditur. Tum nitrum quàm
optimum torrefactum, paulatim medicamento admisce-
tur, & floris æris minor quàm nitri modus. Quæ vbi inter
se mixta fuerint, non minùs quàm per triduum coquantur,
lignis ficulneis paulatim succensis, vel carbonibus, ne tor-
reantur. Quæ immittuntur omnia humoris sint expertia,
vlceraque minimè madeant, vbi hoc medicamentum illi-
nitur. Eo vitior ad inueterata & recentia vlcera, tum ad cu-
tem quæ colis g'andem tegit, tum capitis atque auris vlcera.
Aliud medicamentum ad eadem vlcera. Fel bubulum ar-
dum, mel quàm optimum, vinum album ex quo loti ramē-
ta deferbuerint, thus, myrrha, æqua portione, croci, floris
æris tantundem. Ex liquidis plurima sit vini portio, deinde
mellis, fellis paucissima. Aliud. Vinum, mel cedrinum pau-
ca quantitate, ex aridis autem, flos æris, myrrha, malicorū
siccum. Aliud. floris æris vsti pars dimidia, myrrhæ doe pa-
tes dimidiæ, croci tres partes, mellis exiguum, ex vino in-
coquantur. Aliud. Thuris pars vna, gallæ tantundem, croci
triplum. Singula arida quàm læuissimè trita, deinde mixta,
ad solem feruentissimum, vuae acerbæ succo affuso, dum vi-
scosa euadant, per tres dies teruntur, demum vino austero,
nigro, odorato, paulatim instillato, macerantur. Aliud. lili-
radices ex vino dulci, albo, incoquantur, atque vbi probè
habere videbitur, vini transfusi duæ partes sumuntur, & a-
murcæ quàm siccissimæ vna. Deinde agitando, vt ne vrace-
tur, incoquantur leni igne dum iustam crassitudinem ha-
bere videantur. Aliud. Reliqua quidem eadem, verùm vini
loco acetum album acerrimum sumitur, in quod lanæ qui
maximè succidæ intinguntur, tum ammixta amurca & af-
fuso caprisici succo decoquitur, & alumen Melinum, ac ni-
trum, ærisque flos, vtræque vsta admiscuntur. Hoc priore
vlcera magis purgat, siccat tamen illud non minùs. Aliud.

Lanz

binthina inco-
rit, qua postea
uacerba ma-
lyrrha quoque
ex eodem vino
agitando in-
acta esse vide-
nitrum quàm
mento admisce-
Quae ubi inter
am coquantur,
onibus, ne tor-
is sint expertia,
amentum illi-
era, tum ad cu-
que auris vice-
l bubulum ari-
quo loti rami-
one, croci, florib.
portio, deinde
cedrinum pau-
rha, malicorium
yrrhae due par-
am, ex vino in-
tundem, croci
deinde mixta
assuso, dum vi-
a vino austero,
tur. Aliud. Illic
tque ubi probè
sumuntur, & a-
do, vt ne vrac-
titudinem ha-
m, verum vini
quod lanæ qui-
a amurca & al-
telinum, ac ni-
r. Hoc priore
minius. Aliud.
Lanæ

Lanæ paucissima aqua intinguntur, dein vini tertia pars af-
funditur, coquantur dum ad iustam crassitudinem perue-
nerint. Hæc recentia vulnera citissimè ad suppurationem
deducunt. Ista verò maximè ab his suppurationem auertit.

Aliud. Arum siccum inspergito, & ficulnei rami corti-
cem viridem cum succo ex vino tritum immittito, quem
vel sine vino, vel per se cum melle immittere licet. Aliud. Ex
aceto albo loti ramentum incoquito, deinde amurcam & fe-
rum picis crudum immisceto, illinito, instillato, & alligato.
Hæc sicca recentia vulnera suppurare prohibent, aut loco
ex aceto abluto, aut ex spongia vino madente deterfo adhi-
bita.

Aliud. Plumbum tritum cum spodio Cypria læuigatum
inspergito, tum loti corticum fragmenta, tum æris squa-
mam, & alumen, & Chalcitidem cum ære, & solam, & cum
loti corticum fragmentis. Alioquin si aridis opus sit, his uti
licet, & spodio Illyrio cum corticum fragmentis læuigato,
aut ipsis corticum fragmentis per se. Flos item argenti per
se quàm tenuissimè tritus, & aristolochia, tum erasa, tum
bene trita inspergitur. Aliud cruentis vulneribus idoneum.
Myrrha, thus, galla, ærugo, flos æris vstus, alumen Ægy-
ptium vstum, cenanthe, lanæ sordidæ, plumbi recremen-
tum. Singula pari pondere vino diluuntur, vt supra. Alia et-
iam mixtura ad eadem. Acetum album quàm acerrimum,
mel, alumen Ægyptium, nitrum quàm optimum leuiter
tostum, fellis exiguum, simul coquito. Hoc super ex crescen-
tem carnem detrahit, excauat, & morsus est experts. Aliud,
Parthenium quod *περὶ φιδίων* dicitur, & herba est minuta
habens folia, quæque cutis glandem regentis thymia au-
fert, alumen, chalcitis, melini crudi portio, elaterium tenue
aridum inspergitur, eodemque modo malicorium tenue
aridum.

Caua autem & pura maximè implet herba Lagopyrus
nomine, surfures ubi inaruit referens, paruo instar oleæ so-
lio, sed longiore, & marrubij folium cum oleo. Aliud. Cari-
cæ quàm siccissimæ pars interior pinguis, mellis instar, a quæ
partes duæ, seminis lini non admodum tosti & tenuissimè
triti, pars vna. Aliud. Caricæ & floris aris triti exiguum, &
fici succus. Tum caricæ pars interior, chamæleon niger, fel-

bulbulum aridum, reliqua quidem eadem. Arida verò, nasturtium tenue crudum, irio, par vtriusque modus. Caricæ partes duæ, seminis lini tantundem, fici succus. Vbi horum medicamentorum aliquo vti voles, splenia acero imbuta superimponito, sponsia splenis superposita & alligata, ac paulò magis appressa. Quòd si partes ambiètes inflammatione laborent, quod conferre videbitur circumlinico.

Si liquido vti lubet, etiam caricum medicamentum illinito, ac velut antea scriptum est eodem modo adalligato. Ex his autem conficitur medicamentum, veratro nigro, sandaracha, æris squama, plumbo eloto, cum multo sulphure, auripigmento, cantharidibus. His prout videbitur compositis vritor, cedria dilutis. Postquàm verò abundè illitum fuerit, medicamentum sum moueto, aro cocto læuigato insperso, aut contrito arido melle subacto. Quòd si caricò sicco opus sit, his remotis medicamentum inspergendum. Facit quoq; siccum ex veratro solo & sandaracha. Aliud liquidum. Herba est cuius folium ari naturam refert, album tamen, lanuginosum, folij hederæ magnitudinem æquat, ea herba ex vino imponitur, aut quod circum ilicis caudicem inhaeret, ex vino tritum illinitur. Aliud. Vux acerbæ succus, acetum quam acerrimum, flos æris, nitrum, caprifici succus. In vux acerbæ succum alumen optimè læuigatum, & in vas æris rubri coniectum, soli exponito & dimoueto, ac vbi iustam crassitudinem nactum fuerit, tollito.

Alia arida hæc sunt. Veratrum nigrum quàm optimè læuigatum inspergitur, quandiu humoris aliquid & depascētis inerit. Deligatio autem eadem quæ emplastris adhibetur. Aliud earundem virium. Salis grana quàm siccissima, pari prope magnitudine non crassa, in ollam æneam vel fictilem nouam coniciuntur, & mel optimum duplum ad sales coniectura facta, affunditur, tum olla prunis imposita sinitur dum totum coraburatur. Deinde sponsia detergum vlcus & repurgatum, vt prius deuinciatur, & paulò magis comprimitur. Postridiè verò qua parte medicamentum non admissum est, inspergitur, apprimitur & alligatur. Vbi autem medicamentum amouere voles, acetum calidum, dum abstrahatur affundito, eadem rursus faciens ac si opus est sponsia detergens. Aliud aridum mordens. Myfi optimè læuigatum,

gatum, ad humida & putrida aspergito, & æris florem tenuem, non pro: sus contritum. Aridum aliud eodem modo mordens. Vlcere per spongiam deterfo, lanæ quam maxime fordide in testa vruntur, tarda admota dum tota exuratur. Hoc medicamentum leuiter tritum inspergitur, eodemque vinculo alligatur. Aridum aliud ad eadem vlcera. Chamæleo niger, alumen fici succo subactum. Vstum autem subigendum, & anchusa immiscenda. Vel anagallis & alumen Ægyptium vstum, & Orchomenium puluillo inspergitur. Ad vlcera depascentia, nomas vocant. Alumenum Ægyptium, tum Melinum vstum, prius tamen nitro vsto inspergenda, & spongia detergenda. Valet & Chalcitis (συνηχτις dicta) vsta. Vtrem autem conuenit donec flammam concipiat.

Ad vetusta vlcera quæ fiunt in anteriore tibiæ parte, sanguinea autem magis & nigra euadunt. Serculæ campanæ flos tritus, melle subactus illinitur. Ad neruos præcisos. Myrti agrestis radices contusæ & cribro transmissæ, oleoq; subactæ ex vinculo adhibendæ. Et quinquæfolium herba quæ alba est & lanuginosa, altiusq; à terra attollitur quam quinquæfolium nigrum, oleo subacta adalligatur, & post triduum resoluitur.

Emollientia quibus quidem hyeme potius quam æstate uti conuenit. Emollientia medicamenta quæ etiam decortas cicatrices efficiunt. Scillæ partem interiorem mucosam conterito, aut piceam cum suillo adipe recerti, cum pauco oleo, & resinæ ac cerusæ exiguo. Tum adipem aserinum & suillum recentem, & scillæ & olei exiguum. Cera quam albissima, adeps recens purgatus. Aut scilla, oleum album, resine modicum. Cera, adeps suillus vetus ac recens, oleum, ætugo, scilla & resina. Veteris autem adipis duplo maior sit portio quam recentis, reliquorum verò quantum opportunum esse videbitur. Adeps recens liquatus in alteram ollam transfunditur, & plumbagine læuissimè trita & cribrata immixta coquitur & primum agitur. Usque eo autem coquendum dum instillatum in terram indurescat, dein igne sublatum reliquum transfunditur, præter lapideum illud sedimentum, tū resina immittitur & agitur, paucaq; adiecta cedria, quod ablatum fuit permiscetur. At

omnibus emollientibus quibus resinam admiscēs, sublato ab igne medicamento, & adhuc calido, resina immiscenda & agitanda. Aliud. Adeps suillus vetus, cera, & oleum, arida verò loti ramenta, thus, plumbago, vt sit thuris pars vna, plumbaginis & loti ramentorum tantundem, adipis autem veteris partes duæ, ceræ vna, adipis recentis tantundem. Aliud. Aut adeps suillus solus, cum eo adeps caprinus recens, qui repurgatus quàm minimùm membranarum habeat. Quibus parum tritis & bene contusis oleum affunditur, & plumbum cum spodio inspergitur, itemque loti ramentorum pars dimidia. Aliud. Adeps caprinus, spodium, chalcitis, cyaneus, lapis, oleum.

De eo quod igne ambustum est. Illicis radices tenellæ incoquendæ. Harum cortex maximè crassus & viridis in tegues partes concisus, vino albo affuso, lento igne decoquitur, dum idoneam crassitudinem habuerit, vt illini possit. Potest & ex aqua eodem modo coqui. Aliud minimè mordens. Suillus adeps vetustus per se illitus, & supra liquatus per scillæ radicem discissam impositam & alligatam. Post tridie locus foueatur, adipe suillo vetere liquato, cera & oleo admixto, thure, loti ramentis & rubrica. Hoc illinitur. Ari folia vino & oleo incocta imposita adalligantur. Aliud. Post litum ex adipe suillo vetusto, asphodeli radices ex vino tritæ & læuigatæ illinuntur. Aliud. Adeps suillus vetustus liquatus resinæ & bitumini admiscetur. Et linteolum illi tum, igne calefactum admouetur ac deligatur. Quum in dorso ex plagis aut alia ex causa vlcus subortum fuerit, scilla cocta, contrita, & ex linteolo illita, adalligatur. Postea verò adeps caprinus & suillus recens, spodium, oleum & thus superlinuntur.

Pedum tumores sponte & non sponte prouenientes, vbi neque ipsi tumores, neque inflammatio, ex cataplasmatibus vsu subsidunt, tum si spongiis aut lanis adhibitis, aut alio quopiam ad sanam partem alligato, postea sua sponte intumescant & inflammationem concipiāt, in his sanguinis per venas influxus in causa est, si cui collisio non sit. Eademque ratio est si tale quid quauis alia corporis parte accidit. Verum sanguinem mittere oportet, præcipuè ex venis quidem per quas fit influxus, si modo conspicua sint, aliqui tumo-

res altioribus & crebrioribus vulnusculis pertundendi. Id quod in eo quodcunque scalpello pertundis eodem modo fieri debet, idque ferramentis quàm acutissimis ac tenuissimis præstari. Vbi sanguinem detrahis, specillum non admodum apprimo, ne collisio accedat. Aceto autem perfundito, neque sanguinis grumum in cutis hiatibus remanere permittito, illitoque medicamento cruentis vulneribus accommodato, lanas sordidas, bene carptas, molles, vino atque oleo respersas alligato. Locus scalpello pertusus eo sit habitu vt sanguis sursum resiliat, nõ deorsum defluat, neque vilo modo madefiat, in ediamque toleret æger, & aquam bibat. Quod si vinculo resoluto cutis incisuras verarum inflammatione deprehendas, cataplasma ex viticis ac lini semine inducendum. Sin verò vicerentur ac simul committantur, pro occasione, vt res postulat, cetera curanda.

At vbi varix anteriorem tibiæ partem occupat, aut conspicuus est, aut carne tegitur, nigricatque anterior tibiæ pars, & sanguinis detractionem expetere videatur, ista scalpello nullo modo pertundi debent. Plærunque enim ex incisuris ob influxum ex varice magna vlcera fiunt. Verùm varix ipse multis locis, prout opportunum videbitur, compungendus est.

Vena secta vbi sanguinem detrazeris, vinculumque solueris, neque sanguis sistitur, contrariam in partem vt sanguinis fluxus fiat, seu brachium, seu cras collocetur, velut retracto sanguine, eoque statu plus minusue temporis decumbens perseueret, deinde ita iacens deligetur, dum ne quis sanguinis grumus in sectione relictus sit. Tum demum splenium duplex vino madens, ac super lana munda oleo imbuta apponatur. Fluentis namque sanguinis quamuis vehemens eruptio, sistitur. Ac si sanguinis grumus in sectione cõcrelescens sic inflammetur, in pus verti solet. Liberalius autem aut parcius pranso & potu vena secanda, & leuiter concalescente, calidore potius die quàm frigidiore.

Vbi sanguis in fluit admota cucurbitula, si ea ablata istopiosè, aut serosus humor effluit, ea citò prius quàm impleatur, locis scalpello exasperatis affigenda est, & quod restat in super extrahendum. Alioqui sanguinis grumi in ipsis cutis incisuris inhaerent, indeque postea vlcerebus inflammatio

ebent, neque
in loca scal-
edicamentis
unt. Quòd si
rbitula est, id
ndum.

tuberculis fi-
el equitatio.
Putrescens
um anus hu-
tuberculum
mputrescat.
eque sterco-
sione autem
vel equita-
is, pars ali-
ectus enim
one quæ de

um suboriri
uratio per-
Quòd si iã
ino reclina-
ij recentem
rter, eo que
am tenuis-
ata, admix-
ato, eo que
gato. Qui

succo im-
ij formam
extremum
iecto, ho-
ento ad se-
ano quid
ita, atque
vbi

ebi in anum demissus fuerit, prehensum trahito, donec li-
namentum impulsus superiori ac inferiori parti adæqua-
tum fuerit. Quo intro impulso, glandem corneam in anum
inditam podice creta cimolia illito, ibi finito, cumque de-
sidendi cupiditas adfuerit, eximito, rursusque immittito in
quintum diem usque. Sexto verò eximito, foras linamento
ecarne educto, posteaque glandem alumine trito impletam
in anum immisissam, ibi dum alumen liquefcet, finito. Podi-
cem verò quoad convenire videatur, myrrha illinito.

29 Alia curatio. Linum crudum quàm tenuissimum quin-
cuplex palmi longitudine in vnum complicatum, seta equi-
na circumvolvitur, tum stanneum specillum extrema par-
te perforatum, ita comparatum ut in id lini complicati ca-
put inferatur, in fistulam demittitur, simulque sinistra manus
index in sedem iniicitur. Atque ubi specillum digitum con-
tigit, id extremam parte inflexum, unaque lini caput quod
per specillum traiectum est, digito educitur, & specillum qui-
dem iterum extrahitur. Lini verò capita bis terue conne-
ctuntur, & quod dependet ex lino intortum in nodum
alligatur. Postea æger ad suas res obeundas dimittitur. Re-
liqua curatio. At catenus linum singulis diebus intende-
re ac intorquere semper oportet, quatenus putrescente fi-
stula laxatur. Quòd si tibi ante quàm fistula exedatur, li-
num crudum computrescere videatur, alterum item ad se-
tam alligatum trahendum & connectendum. Eo nanque
nomine seta lino crudo adiiicitur, quòd minimè putrescat.
At postquam fistula computruit, spongiam mollem quàm
tenuissimè incisam apponere convenit, tum copiosum æris
vsti florem per specillum quidem in fistulam iniicere. Spō-
giam verò melle illitam, inditam medio sinistrae manus in-
dice intrudere, additaque altera spongia, eam deligatio-
nem quæ sit cum ora venarum sanguinem fundere sunt so-
lita, apponere. Qua postridie soluta, fistula aqua calida per-
lucenda, tentandumque ut per spongiam sinistrae manus di-
gito perputgetur, rursusque iniecto æris flore vinculum alli-
gandum, idemque septem diebus faciendum. Intra hos enim
fere dies fistulae tunica consumitur. In reliquo dum sanescat,
hic deligationis modus asseruandus. Hac enim ratione, fi-
stula per spongiam coacta & expansa, neque rursus com-

mittetur, neque hac quidem sui parte curabitur, hac verò
rursus implebitur, sed ipsa vniuersa sanescet. In hac verò cu-
ratione copiosa calida perfundere iuuat, & inediam impe-
rare.

Quòd si fistula minimè exesa fuerit, demisso antè specil-
lo, ferro quo ad penetrarit aperiendā, & æris flore respergēda,
& per dies quinq; sinenda. Tum aqua calida affundenda, &
farina aqua subacta superimponenda, foliaque betæ allig-
ganda. Atque vbi æris flos deciderit, purumque fistulæ vl-
cus fuerit, eadem, quæ prius, curatio adhibenda. Sin locus
ferramentum ferre non potest, alieque penetret fistula, flo-
re æris, myrrha, & nitro ex vrina dilutis colluitur, & in fistu-
læ osculum plumbeum aliquid immittitur, vt ne coalescat.
Abluere autem fistulam conuenit per pennam vesicæ allig-
gatam, & in fistulam demissam, vt per hanc infusum trans-
mittatur. Verum non nisi sectione sanescit.

Si verò rectum intestinum inflammatione tentetur, do-
lor ac febris teneat, crebraque sit desidendi cupiditas, nihil
tamen deiciat, præ inflammatione videatur sedes procede-
re, interdumque vrinæ stillicidium prebendat, quod morbi
genus oritur, cum pituita ex corpore in rectum intestinum
incubuerit. Conferunt autem calida, quæ certè pituitam ex-
tenuare & eliquare valent, simulque quod acre est & salsum
in humore solvere, ita vt neq; æst^{us} neq; morsus aliquis in in-
testino sentiatur. Hæc igitur est curatio. Egro in aqua calida
desidere iusso, grani Cnidij sexaginta grana trita, vini hemi-
na diluantur, adiecta que olei dimidia hemina, tepido aloue
subluitur. Hæc pituitam & stercus educunt. Vbi verò in aqua
non desidet, oua vino nigro odorato incocta, ad sedem ad-
mouentur, infernè substrato calido aliquo, vel vesica aqua
calida referta, aut lini semine tosto, trito, & in tenuissimum
puluerem redacto, cum pari farinæ modo, vino nigro odo-
rato & oleo subacto, ex cataplasmate quàm calidissimè im-
posito. Aut ex hordeo alumini Ægyptio contrito mixto,
glans oblonga conficitur, eoq; ex igne tepido cataplasma-
te aut fori adhibito, digitis glans effingitur, deinde omni-
nò tepida in sedem immittitur. Exterioribus partibus cera-
tum oblinitur, & allia vino nigro diluto incocta, ex catapla-
smate admouentur. Hoc verò sublato, æger in aqua calida

desidere permittatur, admixtoq; solani succo, anserino adipe & suillo, chrysocollo, resina & cera alba, his deinde simul liquatis & inter se mixtis illinitur, & quoad inflammatio perseuerauerit, cataplasma ex aliis coctis admouetur. Ac siquidem his remediis dolor cedat satis est praesidij. Sin minus meconium album porui exhibeatur, aut aliud quodpiam quod pituitam purget, dumq; inflammatio manet, leuibus sorbitiunculis vtatur.

At vrinæ stillicidium ex his succedit, cum vesica à recto intestino incalcescente, calore pituita adducitur, vrinæ verò stillicidium ex pituita gignitur. Hoc igitur vnà cum morbo plerunq; finitur, alioqui medicamenta quæ ad vrinæ stillicidium faciunt exhibentur.

Si verò anus procidat spongia molli sursum impellendus, & cochlea illinendus, manibus deuinctis homo pauco temporis interuallo suspēditur & intus reponitur. Quòd si amplius prolabatur, neque intus maneat, ilibus præcinctis, & submissa retro fascia, ano intro propulso, spongia mollis aqua calida, in qua loti scobes incoxerit, madefacta admouetur, spongiaque expressa eadem aqua anus perfunditur, tum fascia inter media crura subiecta, ad vmbilicum religatur. Vbi verò deiiciendæ alui cupiditas fuerit, id super quam maximè angustos asseres fiat. Sin puer sit, intra mulieris pedes, ad genua reclinatus, desidat. Cumque aluus deiicitur, crura distenta habeat. Hoc enim pacto sedes minimum prolabitur. At si anus humore madeat & sanie distuat, aqua ex myrro & fæce vini vsta eluitur, & adiantum tritum, cribratum inspergitur. Si sanguis profluat, vbi iisdem elutus fuerit, chalcitis & cupressi, vel cedri, vel pini, vel terebinthi scobes trita, pari ad chalcitidem portione amixta inspergitur. Exteriores, partes cerato crasso oblinuntur.

Cum rectum intestinum prolabitur, neq; suo loco contineri potest, laerpitium quàm optimum & densissimum tenuiter derasum ex cataplasmate imponitur, & medicamento quod sternutamentum moueat ad nares admoto, homo commouetur, aut aqua calida in qua mali punici putamina maduerint, & alumine ex vino albo contrito, anus perfunditur. Deinde intestis panniculis femora tribus die-

bus inter se vinciuntur, & inedia imperatur, vinum verò dulce potui exhibetur. Quòd si ne sic quidem procedit, mimum melle permixtum illinitur.

Anus si procidat & sanguine manet, ani radices detractus cortex aqua incoquitur, deinde tritus cum farina mixtus, calidus ex cataplasmate imponitur. Aliud. Vitis agrestis (quam nonnulli psilothrion vocant) radices tenerimæ concisæ, vino nigro austero meraco incoquantur, dein contusæ ex cataplasmate tepidæ imponuntur. Immiscetur autè farina ex vino albo atque oleo tepido subacta. Aliud. Cicutæ semen vino albo odorato affuso tritum, dein tepidum ex cataplasmate imponitur.

Quòd si inflammatione vexetur, hederæ radix bene cōtrita ex aqua cocta, farina optima ex vino albo subacta admixta, adiectoque ad hæc oleo, ex cataplasmate imponitur. Aliud. Mandragoræ radix præcipuè quidem viridis, vel ceterè arida: viridis igitur elota & concisa, vino diluto incoquitur, & ex cataplasmate adhibetur, arida verò trita similiter admouetur. Aliud. Cucumeris maturi interiora trita ex cataplasmate imponuntur.

At si dolor sit citra inflammationem, nitrum rubrumustum & bene tritum, alumen & sales torrefacti & diligenter triti, pari vtraque miscentur pondere, deinde pice quam optima ammixa, linteo illita imponuntur & alligantur. Aliud. Capparis folia viridia in sacculum coniecta adalligantur, & vbi vrere videbuntur, summouentur, ac rursus apponuntur. Quòd si folia capparis non adfuerint, radices cortex contusus, vino nigro subactus, eodem pacto alligatur, quod etiam ad splenis dolorem valet. Ex his cataplasmatibus quæ refrigerant, influxum prohibere valent, quæ molliunt & calefaciunt digerere, quæ ad se attrahunt, siccare & extenuare. Oritur autem hic morbus, vbi bilis & pituita ad ea loca decubuerit. At rectum intestinum inflammatione tentatum illinitur medicamento quod resinam, oleum, ceram, plumbi recrementum, & adipem accipit. Hæc calida liquata cataplasmate imponuntur.

HIP.

Hippocratis de hæmorrhoidibus liber,

Hoc est,

De venis in ano sanguinem fundere solitis.

OR A venarum hoc modo sanguinem fundere solent. Bilis aut pituita ad venas quæ in ano sunt decumbens, sanguinem qui in his est calefacit. Incalescentes autem venæ, sanguinem ex proximis venis attrahunt, coque impleta, recti intestini partem anteriorem in tumorem attollunt, & venarum capitula conspicua sunt, quæ dum partim à stercore exeunte contunduntur, partim à sanguine coaceruato pertrumpuntur, sanguinem eiiculantur, idque maximè cum stercore, interdum verò sine eo. Curantur autem hoc modo.

Inprimis certè posse oportet, quo in loco contingant. Nam & anum incidendo, ressecando, consuendo aut vinciendo, aut putrefaciendo, etiam si grauissima esse ista videantur, nullam inferes noxiam. Ferramenta septem octoque parari iubeo, quæ magnitudine palmum, & crassum specillum crassitudine æquent, extrema parte recurua, & in summo ad oboli parui formam lata. Post exhibitum pridie medicamentum purgans, eodem quo ad vstionem aggredieris die, homo supinus reclinatur, puluinoque lumbis supposito, sedes digitis quàm maximè foras educitur, tum cædentibus ad motis ferramentis vruntur, quoad resiccentur, ita ut ne contingas. Vrere verò ita oportet, ut earum venarum quæ sanguinem fundunt nulla iniusta relinquatur, sed omnes adurantur. Has nullo negotio deprehendes, quòd interiore ani parte conspicuæ sint, velut acini vix liuidæ, simulque cum foras anus cogitur, sanguinem eiiculantur. Inter vrendum autem à quibusdam caput & manus detineantur, ne moueatur, sed clamet qui inuritur. Hoc enim pacto anus magis prominet. Peracta vstione lentes & eruum tenuissimè trita, & ex aqua decocta, quinque aut sex diebus imponuntur. Septimo die spongia mollis quàm tenuissimè inciditur. Spongia autem omni ex parte sex digitorum latitudinem æquet. Tum linteam quod spongiæ magnitudinè non excedat, tenue & læue, melle illitum super-

imponitur, dein subdito sinistrae manus indice, media spongia intro per inferiora quam penitissimè in sedem propellitur, demum supra spongiam lana apponitur, vt in sede immota permaneat. Cingulo verò per ilia ducto, fascia submittitur, exceptumque à posteriore parte per crura vinculum, ad cingulum iuxta vmbilicum religatur. Tum medicamentum, quod dixi carnem densam facere ac validam producere, alligatur. Quæ non minore quam viginti dierum spacio deuincire oportet. Sorbitio autem semel die ex farina aut milio, aut fursuribus, & potui aqua exhibenda. Vbi ad desiciendam aluum desideret, calida proluatur. Tercio quoque die balneum adhibeatur.

Alia curatio. Foras educta quam maximè sedes, calida perfunditur, tum venarum sanguinem fundentium extrema præciduntur. Hæc verò medicamentum antea præparatum ad sectionem habere oportet. Vrina in vas æneum immissa, flos æris vltus optimè læuigatus inspergitur, tum vase agitato maceratur & in sole siccat. Siccatum eraditur, teritur & læuigatur, ano admouetur, splenia oleo mada apponuntur, spongiaque superimposita deligatur.

Alter curationis modus. Venæ sanguinem fundenti & tuberosam quandam eminentiam habenti, veluti mori fructus adnascitur, & si quidem tuberosa eminentia foras valdè prominet, ei circum circa operculum carnosum adhærescit. Homine igitur in genua super duos lapides teretes inclinato, anū inspice. Inuenies nanq; loca inter nates medias circa sedem tumefacta, sanguinemque ex interioribus partibus procedere. Si ergo tuberosa eminentia sub tegumento mollis sit, digito ea auferenda est. Neque enim maiore negotio id fiet, quam si dum pellis oui detrahitur, digitum inter pellem & carnem medium immittas. Idque inter loquendum simulque non aduertente ægro faciendum. Sublatum tuberculum sanguinis cursus omni ex parte ablata necessario consequitur. Vino austero in quo gallæ maceratæ fuerint, citò locus perluendus est, venaq; sanguinem fundens vnà cum tuberculo recedet, & operculum in pristinum statum restituetur. Quoq; vetustior morbus est, cò facilius curatio futura est.

At si altius infederit tuberosa eminentia, per instrumen-

tum

tum dilatandæ sedi accommodatum, catoptherem dictum, inspicere oportet, neque ab eo decipi. Vbi enim aperitur tuberculum exæquat, vbi verò rursus in sese adducitur, re-
 Æ conspicuum facit. Auferre autem conuenit, veratro ni-
 gro ano illito, tum tertio die vinum austerrum ex infuso im-
 mittendum. At verò vbi tuberosam eminentiam abstule-
 ris, si sanguis non effluat, mirandum non est. Neque enim si
 in articulis manus aut crura feces, sanguis effluet. At si su-
 pra aut infra articulos sectio fiat, cauas & sanguine manan-
 tes venas deprehendes: neque faciliè promptè listas. Eodem
 modo si venam in sedè sanguinem fundentem, supra qui-
 dem aut infra detractum tuberculum feces, sanguis effluet.
 Sin verò ipsam tuberosam eminentiam vbi annectitur
 abstuleris, nō profuēt. Si igitur hoc pacto quidem ad pristi-
 num statum reducit, bene se res habet: sin minus, vstio ad-
 hibenda, ea cautione, vt ne ferro attingatur, sed prope ad-
 motis ferramentis exsicceetur, & flos æris ex vrina adhi-
 beatur.

Alius venarum sanguinem in ano fundentium curatio-
 nis modus. Cauterium parate oportet in modum parua a-
 rundinis vallatoria (phragmiten vocant) & in ipsum ferra-
 mentum probè congruens accommodare, deinde immissa
 in sedem fistula, candens ferramentum in eam demittere,
 strebroque eximere, quò magis calorem toleret, neque vl-
 tus ex calore contrahat, & venulæ exsiccatæ consanescant.
 Quòd si neque vstio, neq; sectio placeat, sedes multa & ca-
 lida prius fouetur & euertitur, tum myrrha probè lauiga-
 ta, galla, & alumen Ægyptium vstum, quod reliqua vna par-
 te & dimidia superet, & melanteria tantundem accipien-
 dum, hisque aridis vtendū. Sub his medicamentis vena san-
 guinem fundens, velut corium vstulatum decedit, eademq;
 facienda donec omnes dissipaueris. Idemque efficit chalcidi-
 dis vsta dimidium. At si per glandes curationem instituas,
 sepia testa, plumbaginis tertia pars, bitumen, alumen, flo-
 ris æris exiguum, galla, æruginis modicum commiscantur,
 his melle cocto affuso, glans oblongior conficitur, suppo-
 nitur, donec dealeantur.

Vena sanguinem fundens in mulieris ano sic curatur:
 Multa calida in qua ex odoratis aliquid incoxit, perfun-

M m m

ditur, tum myrica trita, spuma argenti vsta & galla additur, vino albo, oleo & anserino adipe affuso, omnia simul conteruntur, post perfusionem vtenda dantur. Sedes autem quàm maximèeducta perfunditur.

Hippocratis liber de capitis vulneribus.

Hominum capita neque inter se similiter habent, neque futuræ capitis in omnibus eodem loco sitæ sunt. Verum cuiusque parte anteriore caput prominet, quod sit eum ossis pars rotunda plus reliquo eminet, huic futuræ in capite ad literæ T similitudinem à natura sunt accommodatæ. Breuiorem nanque lineam transuersam ad ossis prominentiam à natura productam habet, alteram verò per medium caput in longitudinem ad cervicem perpetuò tendentem. At cui posterior capitis pars prominet, huic futuræ contrariæ quàm in priore naturaliter se habent. Breuior nanque linea transuersa ad ossis prominentiam naturaliter produciuntur, longior verò per medium caput in longitudinem ad frontem perpetuò tendens à natura constituta est. Cui autem utraque corporis parte, tum anteriore, tum posteriore os prominet, huic futuræ ad literæ M similitudinem à natura sunt accommodatæ. Lineæ verò longiores ad utranque prominentiam transuersæ à natura productæ sunt, brevis autem per mediam capitis longitudinem in longam utranque lineam desinit. At cui neutra parte caput prominet, hic summas literæ X similes habet. Lineæ verò ita à natura productæ sunt, ut altera quidem transuersa ad tempora perueniat, altera per medium caput in longitudinem feratur.

Ad medium autem caput duplex os est, idque, tum summa sui parte & æquabilitate, quæ carne tegitur, tum infima quæ membranam contegit, & inferior est ossis æquabilitas, durissimum & densissimum est à natura constitutum. Quodque recedit à supremo & infimo osse, à durissimis & densissimis, ad molle & minus densum quodque magis cauum est accedit, ad interiora vsque quibus inter se connectuntur. Eaque maximè caua & mollissima, plurimumque peruia sunt. Ac totum capitis os, si supremam atque infimam partem admodum exiguam demas, spongiæ simile, multasque carnes humi-

humidas similes in se habet, quas si quis digitis conterat, ex ipsis sanguis prodeat. Insunt quoque in osse venulæ tenues & caue sanguinis plenæ. Quod quidem ad duritiem molli- tudinemque ac cavitatem spectat, sic se res habet, quod ve- ro ad crassitudinem & tenuitatem, hoc modo.

Totius capitis os id tenuissimum & maximè imbecillum quod ad sinciput est, idque quàm minimam & tenuissimam carnem hac capitis parte in se habet, cerebrumque pluri- mum eo loco subest. Cumque hæc ita se habeant, ubi tela- tusque æquales fuerint magnitudine vel minores, tum etiam æqualiter vulneratus aut leuius, os hac capitis parte magis colliditur, frangitur, & medium desidit, sub eoq; ca- sa magis moriuntur ægri, ægriusque curantur & mortem evitant, quàm si qualibet alia capitis parte istud accidat. Ac ubi æqualia fuerint vulnera, aut æquè vehementer aut le- vius quis percussus fuerit, cum alioqui vulnus lethale sit, in- tra brevius tempus ex vulnere moritur qui hac capitis parte quàm qui alia vulneratus est. Cerebrum nanque ad sinciput celerimè & maximè sentit offensas que in carne & osse fiunt, eum hoc loco tenuissimo osse & exigua carne tegatur, ma- gnaque ex parte sub sincipite situm sit. Ex reliquis ossibus, quod est ad tempora, maximè est imbecillum. Committi- tur enim inferna maxilla cum caluaria, moueturq; in tem- poribus sursum & deorsum articuli in modum, auditioque etiam huic est vicina, venaque caua & valida per tempora fertur.

At ex vniuersi capitis osse, id quod secundum verticem est & post aures, validius est quàm id totum quod parte an- teriore continetur, carnemque copiosiore & altiorem in se habet. Saneque sub hoc casu, ubi ex læsionibus & telis o- mnibus æqualibus & similibus, maioribusque ac minori- bus, similiter aut grauius quis fuerit vulneratus, hac capitis parte os minùs fragitur & colliditur. Ac si aliò qui ex vulne- re homo periturus sit, diutius vitā trahet qui posteriore ca- pitis parte vulnus accepit. Longiore nanq; interuallo os ob crassitudinē pus colligit, ipsumq; infra ad cerebrū transfun- dit. Minor quoq; cerebri portio hac parte capitis subest: fe- req; plures seruatur ex iis qui parte capitis posteriore, quàm qui anteriore vulnus acceperunt. Ex vulnere etiam capitis

quacunque parte acceptum sit, vbi aliò qui ex vulnere quæ
fuerit periturus, hyeme quàm æstate diutius viuit.

Vbi verò à telo acuto & leui impressum in osse vestigi-
um fuerit, id quæ solum ita vt neque findatur, neque collidatur,
aut medium desidat, quod æquè in anteriore capitis parte
ac posteriore accidere potest, ex his mors etsi consequitur,
non æquò tamen iure contingit. At vbi nudato osse futura
in vulnere conspicitur, quacunque corporis parte vulnus ex-
titerit, minimè omnium vulnere ac telo resistit, si forte tel-
lum, in ipsam futuram incubuerit, tum quæ vel maximè, si
telum sinipite, iuxta debilissimam capitis partem, excep-
tum fuerit, futuræ quæ in ylcus incurrant, & telum ipsas fu-
turas attigerit.

Vulnerum ossis capitis tot sunt genera: & sub quoque ge-
nere plures sunt in vulnere fracturæ formæ. Os sub vulnere
finditur, ossi quæ rimam habenti, si quidem fissum fuerit, col-
lisionem accedere necesse est. Quodcunque enim telum os
findit, idem os plus minùs collidit, id quæ vbi rimam facit.
Hoc quæ genus vnum est. Rimarum autem variz sunt for-
mæ. Nam & tenuiores sunt, & tenuissimæ ita vt neque quæ-
dam conspicuæ sint, neque protinus à vulnere, neque quæ
bus diebus dolores augeri & mortem homini adferre al-
solent. Rursus nonnullæ crassiores & latiores existunt, quæ-
dam etiam latissimæ, & aliæ quidem longiùs protendun-
tur, aliæ breuiùs, quædam etiam in rectum tendunt, quædæ
rectissimæ, nonnullæ quoque magis & minùs curuantur,
quædam per summa ducuntur, quædam altiùs penetrant,
aliæ autem per totum os ad imum vsque tendunt.

Contundi autem os potest, osse naturaliter se habente,
vt & rima nulla ad ossis contusionem accedat. Atque hic al-
ter modus est. At contusionis plures sunt formæ. Nam plus
aut minùs, & alius per totum os contusio peruadit, aut mi-
nùs altè, neque per totum os, & ampliorem aut minorem
tura longitudinem tum latitudinem occupat. Sed nulla ear-
um qualisnam specie, aut quanta magnitudine existat, o-
culis diiudicari potest. Neque enim vbi quid contusum est,
& malum accessit, statim sub ipso vulnere contusio oculis
est conspicua, vt neque rimæ quædam, quæ procul à fillo os-
se longiùs excurrunt.

Os

I
vulnere qui
iuit.

Ille vestigium
e collidatur
capitis parte
consequitur
to osse futura
te vulnus ex
it, si forte te
el maxime, si
rtrem, exco
lum ipsas sue

ab quoque
sub vulnere
n fuerit, colo
im telum co
rimam facto
riae sunt fore
neque quæ
neque qui
adferre ali
istunt, quæ
protrahunt
unt, quæda
curuantur,
penetrant
nt.

e habente,
que hic al
Nam plus
dit, aut mi
minorem
d nulla ca
existat, o
rsum est,
sio oculis
la fillo ob

Os medium desidit, vbi à natura sua intro recedit, vnà cū
rimis, aliò qui medium non desideret. Quod enim medium
desidit, ab alio osse naturaliter se habente abruptum fra
ctumque intro cedit, itaque sanè huic casui rimam accedere
necesse est. Atque hic tertius est modus. Multis autem mo
dis os medium desidit. Namque hoc maiorem & minorem
ossis partem occupat, aut magis altius ad imum penetrat,
aut minus, & in superficie extrat.

Ac vbi telum in osse vestigium reliquit, vtique rima adii
ci poterit, & ad rimam collisum aut magis aut minus acce
dere necesse est, cum quà etiam parte rima accessit, eadem
teli vestigium appareat, & rima sit in osse quà teli vestigium
& collisum continetur. Quartus hic modus est, cum teli ve
stigium in osse remanet. Teli autem sedes dicitur, cum os
in statu permanens manifestum fecerit quà telum in sede
hinc in vnoquoque verò genere plures sunt formæ. Quodq;
ad collisum & rimam attinet, siue hæc vtraque ad teli vesti
gium accedant, siue collisum duntaxat fiat, varias esse tum
collisum tum fissi species iam dictum est. At ipsum teli vesti
gium per se sit longius & breuius, magis curuum, aut rectū
aut rotundum, suntque pro teli figura multæ alia huiusce
modi species. Nam & ipsum, altè magis aut minus descen
dit, angustiusque est aut latius, aut amplissimum, si præcisio
adiuncta sit. Præcisio autem quantamcunque longitudi
nem & latitudinem ossis occupet, ad teli vestigium refer
tur, dummodo alia ossa quæ præcisionem continent, in suo
statu maneant, neque vnà cum præcisione à suo statu rece
dant, & media desidant. Sic enim os medium desideret, ne
que amplius teli vestigium esset.

Os sub vulnere frangitur alia capitis parte quam qua vl
cus est, & os nudatum est. Quintus hic modus est. Huicque
calamitati nullis remediis subuenias. Neque enim vbi istud
contingit, quanà ratione istud homo patiat, aut quanam
capitis parte ex eius percussione deprehendas.

Ex his fracturæ modis ad sectionem veniendum suadet,
tum ossis collisio, quæ & oculis non patet, & aliquo modo
manifesta est, tum rima, siue oculos lateat, siue sit conspi
cua. Quin & vbi teli vestigium in osse remanet, siue ad id
præterea rima & collisio accesserit, siue collisio sola absque

rima, tunc etiam ad sectionem veniendum. Os autem medium ex naturali statu desidens, parum sectione indigent, tum quæ maximè deorsum infederunt, maximèque perfracta sunt, minimè sectione utendum suadent. Neque ubi teli vestigium per se remanet citra rimam & collisionem, sectione opus est, neque si præcisio magna lataque fuerit. Præcisio enim & teli vestigium ad idem referuntur.

Imprimis autem ad vulneratum attendere oportet, quamnam capitis parte, nūmne imbecilliore vulnus acceperit, & capillos circa vulnus animadvertere, qui si telo præcisi & in vulnus impacti sint, os carne nudatum esse vero est simile. Quod si sic os à telo noxiam accepisse asserendum. Hæc quidem certè longè ante quàm homini manus admoueat, considerata ac dicenda sunt. Vbi verò iam admoueris, os carne nudatum sit, necne, conandum ut apertè intelligas, idque sub conspectum veniat. Quod si oculis non pateat, specillo considerandum. Ac ubi quidem os carne nudatum, neque à vulnere integrum deprehēderis, primum inspecto malo quantum sit, quamque operam requirat, eius quod in osse subest dignotionem facere oportet. Interrogandum quoque vulneratus, qualiter & quonam modo vulnus acceperit sit. Sin verò minimè conspicuum est os necne vitium aliquod habuerit, multò adhuc magis interrogatione utendum nudato etiam osse qualiter & quonam modo vulnus illatum sit. Vbi enim ossa collisa aut fissa non apparent, esse tamen solent, primum ex sauciari responsione enitendum, ut cognoscamus os necne aliquam noxiam senserit, deinde verò ratione & opere citra specillū res est exploranda. Neque enim specillo hoc ossis vitium deprehenditur, neque si quidem in se noxiam senserit necne. Sed ubi teli vestigium remanet, aut os à naturali statu recedens medium desidit, aut vehementer perfractum est, id specillo arguitur, quod & oculis intuenti manifestò notum est.

Frangitur autem os rimis obscuris & conspicuis, & colliditur collisionibus minimè patentibus, & à naturali suo statu recedens medium desidit, tum præcipuè cum alter alterum de industria sauciare cupiens, vulnerat, aut cum ex superiore loco telum emittitur, aut ictus infligitur, ut ubi per modo contingat potius quàm si ex complanato loco, & t.

Et si quis manu telum continens vel iaciat, vel feriat, vel cum robustior imbecilliores vulnerat. Exiis quibus ex casu partes quæ circa os sunt, aut os ipsum vulneratur, qui ex maximè sublimi loco in durissimum & obrutissimum quid cadit, is periclitatur ne os perrumpatur, aut collidatur, aut à naturali suo statu intro medium desidat. At qui ex complanato loco potius, & in mollius quiddam cadit, ei minus istas offensiones, aut nullo modo os sentiet. Ex telis autem quæ in caput illabuntur, & quæ iuxta os sunt vulnerant, quod ex maximè sublimi & minimè complanato loco incidit, quodque durissimum, maximè obrutum & graue, minimeque leue, aut minimè acutum & molle fuerit, id os rumpere ac collidete poterit. Ac præcipuè sanè periculum est ne eos sentiat, vbi talia contigerint, sicque vulnerari os contingat, vt è directo telo occurrat, siue manu, siue iactu vulnus infligatur, siue quid in ipsum illabatur, siue corruens vulneretur, seu quomodolibet vulnerati os telo obuiam eat. At tela quæ in obliquum distrahunt, sub his os minus rumpitur, & intro ad caput contunditur, licet os carne nudatum sit. Quædam enim sicillata vulnera, neque os carne detegunt.

Sub telis sanè quæ rotunda sunt, orbiculata, omni ex parte plana, retusa, graui & dura os maximè finditur tum rimis conspicuis, tum obscuris, & colliditur, & à naturali statu recedens medium desidit. Eadem quoque carnem contundunt, maturant & lacerant. At sub huiusmodi telis vulnera ad latera & in orbem aliquantulum caua purulentaque magis redduntur atque humida, longioreque tempore repurgantur. Carnes enim collisas & laceratas in pus versas necesse est tabescere. Tela verò oblonga, magna ex parte tenuia, acuta & leuia, carnem magis incidunt, osque similiter, quàm collidant. Idque etiam quod incidit, teli vestigium inducit. Præcisio enim & teli vestigium ad idem referuntur. Ac tela huiusmodi neque magnopere os collidunt, neque findunt, neque a naturali statu recedens medium desidere, faciunt.

Cæterum præter id quod oculis tuis subiicitur, quicquid in osse tibi apparere videbitur etiam ex ægro requirendum: (Etenim magis aut minus vulnerati hæc sunt indicia.) Tum si æger alto sopore detentus fuerit, aut tene-

Mmm

bra oculis offusæ, aut si vertigo prehenderit, aut ipse conciderit.

At ubi osse à telo nudato vulnus ad ipsas futuras fieri contigerit, teli vestigium, quod in alio osse relictum necne fuerit conspicuum est, si in futuris ipsis extiterit, asserere est difficile. Fallit enim futura ipsa reliquo osse asperior, neque constat sitne illic futura, an teli vestigium, nisi admodum magnum teli vestigium relictum sit. Accedit quoque ad teli vestigium plærunque rima ipsa in futuris existens, fracturæ osse rimam asserere ideo difficilius est, quod ubi plurimum frangi contingit, ad futuram ipsam rima existat. Promittit enim os hac parte, ob eam quam à natura habet imbecillitatem frangitur & elaxatur, aut quia futura promittit frangi ac elaxari solet. Reliqua verò ossa futuram ambientia, quod futura sint robustiora, citra fracturam permanent. At fractura ad futuram existens, futuræ etiam laxatio est, quam ubi fracta fuerit & elaxata, num id à teli vestigio in futura existente contingat, asserere non est facile. Verum rimæ ubi ex colliso contigerit, difficilius est asserere. Sutura enim rimæ speciem referentes, & reliquo osse asperiores, medici iudicium & visum fallunt, nisi os vehementer dissectum sit & elaxatum. Præcisio autem & teli sedes eodem referuntur. Sed ubi futuras vulnus attigerit, & in osse telum insederit, mentem adhibere oportet, ut qua noxa os afficiatur inveniamus. Ab æqualibus enim magnitudine telis aut similibus, aut longè etiam minoribus, similiter ac multò levius vulneratus, longè gravius offenditur qui osse ad futuras telum excepit, quam qui alia parte, ex iisque plærung: sectione indigent. Ad ipsas tamen futuras non est sectio adhibenda, verum ubi ab his recesseris, si sectionem adhibes, in osse proximo facienda. De capitis autem vulneribus eorumque curatione, quaque ratione latentes ossis affectiones deprehendi debeant, sic cenfeo.

Capitis vlcus nulla re madefaciendum, ac ne vino quidem, aut quam minimum. Neque verò cataplasmata, neque per linamenta curationem postulat. At neque comprimendum capitis vlcus est, nisi in fronte sit, aut in parte pilis nudata, aut circa supercilium & oculum. Harum enim partium vlcera cataplasmatibus & deligationis vsum magis requi-

requirunt, quàm quæ alia reliqui capitis parte sunt, cùm à reliquo capite frons vniuersa contineatur, vlcera verò quæcunque in parte fiant, ob sanguinis fluxum, ab iis quibus continentur, ad inflammationem & tumorem adducantur. At neque in his quæ in fronte sunt, toto tempore cataplasmare & deligatione vtendum, sed vbi inflammatio cessarit, & tumor conquieuerit, ab his desistendum. In reliquis autem capitis vlceribus, neque linamentis, neque cataplasmare, neque deligatione vtendum, nisi sectione opus sit.

Sectionem autem postulant capitis & frontis vlcera, vbi os quidem carne nudatum fuerit, aut sub telo noxiam aliquam sensisse videatur. Ipsa verò vlcera vbi non satis idonea habent longitudinẽ & latitudinem quâ perspicui possit nunquid os sub telo malè affectum sit, aut qualemnam noxiam senserit, aut quantum quidem carnis collisum sit, & quantum offensionis os senserit, contraque num os à telo inuiolatum manserit, nilque mali senserit, & quam curatione tum vlcus, tum caro, tum ossis offensio opus habeat. Eiusmodi sanè vlcera sectionem postulant. Atque etiam vbi os quidem carne nudatum fuerit, vlcera autem obliqua quandam cavitatem habeant, abundè cauum incidere oportet, vbi medicamentum, quodcunque opus fuerit, non facile peruenire potest. Sed & vlcera orbiculata & admodum caua eiusmodi quoque incidere oportet, vt orbe in longitudinem bifariam diuiso, prout est hominis natura, vlcus longum efficiatur.

At in capitis sectione ceteræ quidem capitis partes tuto secari possant, tempus verò & quod adhuc supra est, iuxta venam quæ per tempora fertur, hæc inquam regio sectioni non debet. Nervorum enim distentione prehenditur qui sectus est. At si sinistra tempora secta fuerint, dextra conuulsio prehendit, sin ad dextra sectio fuerit, sinistra conuulsuntur.

Vbi igitur ossum carne nudatum causa vlcus in capite secatur, vt cognoscas sub telo os aliquod vitium senserit necne, vulnus ea magnitudine superiore parte, quâ opus esse videbitur, secari debet. Cùm autem inciditur, carnem quæ ossi & membranæ adhæret, ab osse diducere oportet. Tum linamentis vlcus implendum, quæ in posterum diebus

quàm minimo labore vlcus amplissimum exhibeant. Ad moris linamentis, cataplasmate quamdiu linamenta adhibentur vtendum, maza ex tenuissima polenta ex aceto subacta & incocta, vt quàm maximè glutinosa reddatur.

Postridie exemitis linamentis vbi os affectum conspexeris, si cuiusmodi plaga in osse fuerit non sit tibi conspicua, neque diiudices os mali aliquid in se receperit, necne, telum autem ad os peruenisse ipsumque offendisse videatur, id scalpro rasorio in altitudinem & longitudinem, prout est hominis natura, radendum est, atque etiam si transuersum os fuerit, ob rimas quæ in conspectum non veniunt, aut collisionem non apparentem, vbi os medium non defecerit, neque sua natura ab altero capitis osse intro recesserit. Vbi namque os deraferis, magis deprehendes ossis ex telo affectiones, si alioqui in conspectum non venerint. Ac si teli vestigium in osse conspiciatur, ipsum quoque eradendum est, tum circum ambientia ossa, ne cum saepe ad teli vestigium fissum & collisum, aut collisum tantum accedat, ea postea lateant neque in conspectum veniant.

Postquam autem os scalpro eraseris, si quidem ossis vlnus ad sectionem tendere videatur, intra triduum ad sectionem veniendum, neque id spatium citra sectionem superandum, idque præcipuè si calida anni tempestate ab initio curationem susceperis. At si os quidem fissum suspiceris, aut collisum, aut vtrumque, ex vulnerati sermonibus de vulneris magnitudine coniecturam faciens, quod à robusto vulnus illatum sit, si alter ab altero vulneratus fuerit, quodque telum quo vulnus est inflictum ex eorum est genere quæ noxam inferunt, tum quia æger vertigine correptus fuerit, aut tenebræ oculis offusæ, aut alto sopore detentus conciderit. Quæ quidem vbi inciderint, nisi dignoscas osne fissum sit aut collisum, aut vtroque modo vitiatum, neque aliaratione conspiciere liceat: super os attramentum scriptorium medicamento aliquo nigro liquato maceratum inducendum, vlcusque subiecto linteo oleo madefacto, deinde cataplasmate ex maza imposito deligandum, postridie verò vlcere resoluta ac repurgato os detradendum. Et si integrum non fueris, sed fissum & collisum,

hibeant. Ad
amenta adhi-
ex aceto sub-
ddatur.
tum conspo-
tibi conspi-
perit, necne,
adisse vide-
adinem, pro-
iam si trans-
m non veni-
medium non
esse intro re-
prehenderet
ectum non
atur, ipsum
tia ossa, ne
ut collisum
onspectum

m ossis vul-
uum ad se-
sectionem
pestate ab-
tum suspi-
monibus
quod à ro-
ratus fue-
eorum est
igine cor-
opore de-
si digno-
do vitia-
r os atra-
oliquato
teo oleo
sto deli-
ato os de-
& collis-
sum,

sum, reliquum quidem os erasum album erit. At fissum & collisum, in se medicamentum nigrum dilutum recipiens, reliquo osse albo existente, nigrum conspicietur. Verum iterum rimam ipsam in conspectum venientem altè radere oportet. Ac si quidem radendo rimam eiusmodi nigram visam exemeris & deleueris, collisum quidem os plus aut minus fuit, ex quo rimam accepit quam scalper rasorius deleuit. Atrima deleta res minus terret minusque negotij exhibet. Vbi verò altius descendit, neque radendo eximi potest, in hoc casu ad sectionem deueniendum est. Cæterum sectione videntem in reliquo ad vlcus curacionem intentum esse oportet, cauendumque est ne os à malè curata carne aliquid vitii contrahat. Os enim sectionem expectum, & alioqui nudatum, integrum tamen, aut quod à telo offensionem accepit, sed integrum videtur, magis periclitatur ne purulentum euadat, quamuis id aliàs futurum non sit, tum si caro os ambiens malè curetur, tum inflammationem concipiat, & constricta sit. Igneum enim euadit multoque ardore redundat, san-que os ipsum ex superficie carnis calore, incendium, perturbationem, pulsum, cæteraque vitia quibus caro vexatur, in se inducit, ex hisque hoc modo purulentum euadit.

Vinosa autem est vlcus caro humida & nimia vligine marcescens, idque longo tempore repurgari. Sed quam celerimè quidem vlcus ad suppurationem adducere oportet. Hac enim ratione vlcus ambientes partes minimè inflammatione vexabuntur, ipsumque purum citissimè euadet. A telo namque tum concisas, tum collisas carnes, in pus verti ac tabescere necesse est. At vbi repurgatum vlcus fuerit, siccius euadat oportet. Siceum citissimè sanescet, & caro sicca minimeque humida succrescet, neque hoc pacto in vlcere caro modum excedet. Eadem quoque est ratio membranae cerebri ambientis. Ea enim protinus osse secto & exempto denudata, quam citissimè purgari & siccare debet, ne si diutius madescat, tum nimia vligine marcescat, tum in tumorem assurgat. His enim ita se habentibus, periculum est ne ipsa putrescat.

At verò in capitis vulnere os quod ab alio quouis osse abscissum est, siue teli vestigium in osse relictum sit, siue

alioqui os plurimum nudatum sit, plærunque abscedit, vbi exangue redditum fuerit. Resiccatur enim sanguis in osse tempore, & sub plurimis medicamentis. Abscedet autem celerrimè, si quis quàm citissimè repurgato vlcere, in reliquo, tum vlcus, tum os siccet, idque plus aut minus. Quod enim citissimè resiccatum est, & in testulam abiit, ideo ob alio osse vitam & sanguinem habente potissimum absoluitur, & cum exangue & siccum reddatur, ab eo quod vitam & sanguinem habet valde abscedit.

Ossa quæ à suo naturali statu recedunt & media desidunt, fracta aut latè admodum præcisa, hæc minùs habent periculi vbi membrana integra fuerit, quæque rimis pluribus & latioribus intus fracta sunt, minùs etiam periculo sunt obnoxia, & faciliùs eximuntur neque horum quicquam sectione indiget, neque cum periculo ossa auferre tentandum priùs quam sponte sursum cedant. Sursum autem os educi priore laxato & carne subnascente est consentaneum, quæ ex ossis meditullio, vbi ossa inter se cōnectuntur, & ab eo quod sanum est succrescit, si superior tantum ossis pars corrupta sit. Hac verò ratione tum caro celerrimè succrescet & pullulabit, tum ossa sursum educuntur, si quis vlcus quàm citissimè in pus mutatum repurget. Quod si os totum vtraque ex parte tam superiore quàm inferiore deorsum ad membranam infederit, sub eadem curatione & vlcus citissimè sanescet, & ossa deorsum insidentia celerrimè sursum educuntur.

At puerorum ossa & tenuiora sunt, & ob eā causam molliora, quòd sanguine magis redundant & cava sunt, non dura, non densa, non solida, & si sub telis æqualibus & imbecillioribus, æquale aut etiam leuius vulnus acceptum sit, iunioris pueri os magis & citiùs minori què spatio purulentum euadit, quàm senioris, ac si alioqui ex vulnere moriundum sit, iunior senioris citiùs perit.

Verùm vbi os carne nudatum fuerit, animi intentione adhibita conandum est vt dignoscas, si minùs id licet oculis videre & cognoscere, num os fissum sit & collisum, an collisum tantum, vel num ad teli vestigium collisio vel rima, vel vtrunque accesserit. Ac si quid horum senserit, per exiguum terebram perforato, osse sanguis detrahendus, sub-

inde

inde adhibita cautione, quòd os iuuenum quàm senum tenuius sit & per summa magis feratur.

At vbi quis ex capitis vvlneribus periturus est, neque vlla ratione sanitatem recipere, neque seruari potest, hunc ex his notis moriturum dignoscere licet, & ex his quæ ei contingunt, quod euenturum est prædicere. Vbi os fractum, aut fissum, aut collisum, aut quocunque modo fractum esse quis intellexerit, neque per errorem raserit, aut secuerit, tãquam sectionem non postulet, aut os integrum existat, ante decimum quartum diem hyeme plarumque febris inuadet, æstate verò post septimum. Quod vbi contigerit, vlcus coloris expers euadit, ex eoque sanies parua effluit, & quod in eo inflammatum est emoritur, glutinosumque fit, ac falsamentum refert, colore saluum & aliquid tantulum liuidum, tuncque os corruptione vitiari incipit, & nigrescit, læue existens, ad extremum autem sub pallidum & exalbicans euadit. Cùm verò iam purulentum extiterit, pustulæ in lingua exoriuntur, & cum delirio mors contingit, plerumque etiam altera corporis parte neruorum distentio inuadit. Si quidem sinistra capitis parte vlcus fuerit, dextram corporis partem conuulsioprehendit. Sin verò dextra capitis parte vlcus fuerit, sinistra corporis pars conuulsione corripitur. Quidam etiam attoniti fiunt, eoque modo æstate ante septimum diem, aut decimum quartum hyeme pereunt. Idem quoque hæc indicia significant, tùm in senioris vulnere tum iunioris. Cæterùm vbi febrem occupasse, vel aliquod aliud signum huic adesse cognoueris, minimè differendum est, sed os ad membranam vsque secandum, aut scalpro eradendum, faciliè autem secatur & eraditur. Tum in reliquis ea curatio adhibenda quæ commoda videbitur, ad id quod sit oculos intendendo.

At vbi in capitis vulnere, siue serra fuerit adhibita, siue non, nudato tamen osse, tumor rubicundus ad erysipelatis naturam accedens, in facie & oculis vtrisque, vel altero subortus fuerit, qui que ad contactum doleat, ac febris & rigor corripiat, vlcus verò ipsum quod ad carnem osque attingit, ad aspectum rectè habeat, quæque vlcus ambiunt bene habeant, excepto faciei tumore, ei que nullum aliud peccatum in reliqua victus ratione accellerit, medicamento

quod hilem moueat homini alius purganda est. Quo sic purgato, tum febris remittit, tum tumor sublidit, sanusque euadit. Medicamentum autem exhibendum pro hominis robore, virium illius habita ratione.

At verò de sectione, vbi eam in homine, vsurpare necesse fuerit, sic statuendum. Si per exordia suscepta curatione ad sectionem venias, non protinus os ad membranam vsque secari debet. Neque enim expedit membranam diutius ossi nudatam malè affici, verum demum putrescit, & nimio humore marcescit. Aliud quoque periculū subest, si os ad membranam sectum protinus auferatur, ne in ipso opere terebra membranam vulneret. Verum inter secandum, vbi parum admodum abest vt os ipsum totum sectum sit, iamque os labat, ab ipsa sectione desistendum, permittendumque vi os sponte sua discedat. Secto enim ossi & inter secandum relicto, mali nihil contingere potest. Tunc namque iam fit quod relictum est. In reliquo ea curatio instituenda, quæ vlceri conferre videatur.

Inter secandum autem terebra sæpius, ne os incalascit, auferenda, & in aquam frigidam demergenda. Terebra enim dum circumagitur incalascens, os calefaciendo & resiccando incendit, efficitque vt plus eius ossis quod sectionem ambit, abscedat, quàm quod abscedere debuerat. Quod si protinus os ad membranam secare velis, ipsumque postea eximere, eodem modo sæpius terebra extrahenda est, & in aquam frigidam immergenda. At si per initia curationem non aggressus fueris, se eam ab altero tibi traditam tardius susceperis, terebra caua & serrata statim os ad membranam excidendum, eaque sæpius exenta, cum aliàs, tum specillo per ambitum demisso, terebræ via exploranda. Nam & longè citius os secatur, si vbi suppuratum existit & pure manat sectio adhibeatur, sæpiusque in summo fluitans apparet, idque vel maximè si ea capitis parte vulnus inflictum sit, qua os tenue potius quàm crassum existit. Quare adhibenda cautio est, ne te in admoenda terebra ista lateant, sed qua parte os crassissimum esse videbitur, in eam semper adigenda terebra est, sæpius considerando, osque dimouendo educere tentandum. Quo educto, reliqua curatio prout vlceri conferre videbitur adhibenda. At si per initia

initia suscepta curatione, protinus os excisum à membrana auferre velis, eodem modo per specillum terebræ circuitus subinde considerandus, & in ossis partem crassissimam terebra semper adigendo, osque dimouendo educere tentandum. Vbi terebræ vsus inciderit, si ab initio suscepta curatione os perforandum est, nō est ad membranam perueniendum, sed tenuis ossis pars velut in sectione scriptum est, relinquenda.

Hippocratis liber de fœtus in vtero
mortui executione.

DE fœtibus qui non convenienter in vtero gestantur, sed intro excisi educuntur, sic statuo. Imprimis iniecto in mulierem tenui linteo & supra mammas præcincto, caput etiam linteum velandum est, ne, si quod facturus es videatur, perterreatur. Si fœtus igitur in obliquum prolapsus, manum eduxerit, eam apprehensam ut quàm maximè foras educas conandum. Brachio verò excoriato eiusque osse denudato, squatinæ marinæ pellem aridam circum duos manus digitos obligato, ut ne caro sua lubricitate elabatur. Post hæc autem detracta circa humerum carne, ipsum iuxta articulum eximito. Deinde fœtus caput naturaliter protrusum, foras educito. Fœtum verò intro digito retrudito, vel scalpello per costas vel iugulum adacto, quò statu emissio, & concidat fœtus, & facilius ei exitus pateat. Caput, si quidem fieri possit secundum naturam extra protrudito, sin minus, in partes comminuito, sicque fœtum foras subducito. Deinde calida multa affusa, oleo illitam decumbere iubeto, pedibus alternatis. Postea vinum album dulce bene meracius iussum propinato. Quinetiam resinam cum melle mixtam, vino ammixtam, in potu exhibeto. In reliquis verò, curatio (velut dico) iuxta ea quæ relata sunt procedat. Cum verò parturienti mulieri transuersus fœtus ceciderit, quod fit ubi ipse vertitur, & vmbilicus circa collum obuoluitur, fœtusque exitum cohibet, & caput in coxendicem inserit, manusque ut plurimum foras eminet, quod quidem iam mortui fœtus significationē præbet. At quibus manus extra non apparet his ut plurimum fœtus vitalis est. Pericu-

Iam autem etiam hoc modo imminet. Quædam enim partus purgamenta ante factum emittunt, ex quo partionem siccam & laboriosam fore necessario cognoscas. Quibus autem puerperij purgamenta non antè repurgantur, ea faciliore partu defunguntur. Concudere autem hoc modo oportet. Super tenui linteo substrato mulier reclinanda, alio superiniectione, quò eius pudendum obueletur, & utrumque crus tenui linteo circumtegendum, & utraque manus. Dux autem mulieres utrumque crus apprehendant, & alie dux utranque manum, deinde eam ipsam non minùs quàm decies validè concutiant. Postea verò mulier in lectum reclinetur, ita ut caput deorsum, crura autem sursum habeat, & mulieres omnes dimissis manibus crura apprehendant, eamque crebrò in lecto concutiant, facta in humeros reiectione, uti in ampliorem locum concussus fœtus conuertatur, & naturaliter prodire possit. Quòd si dictamnum Creticum ad manum habeas, ipsum propinato, sin minùs, castoreum vino Chio incoctum. Si verò vteri, siue ex labore, siue ex partu, foras prodierint, si quidem iuenculæ tibi in manus venerint, aggressionem facere æquum est, aliòquin finire oportet. Hunc autem in modum aggressio facienda. Vteri tunica naturali modo & obliquè incisa, linteo confricanda, uti inflammationem concipiat, & illito phocæ oleo, aut pice, aut mali punici floribus, in cataplasmate adhibitis, mollibusque spongiis vino resperfis, in subditio appositus, & ex humero deligatis, mulier quàm maximè excitatis cruribus decumbat, & moderatis cibus vescatur.

Hippocratis liber de corporum resectione.

Artèria ab utraque faucium parte ortum ducens, in summum pulmonem definit annulis inter se similibus constans, rotundis, in superficie mutuò connexis. Ipse autem pulmo ad sinistram conuersus, pectus implet, quinque habens summitates, quas lobos vel fibras vocant, cinericiū nactus colorem, notis cauernosis cō punctus, & natura perforatus. In cuius medio cor intro situm est, rotundius constitutum, quam in omnibus animantibus. Ex corde verò ad iecur multa cartilaginosa arteria peruenit, & cum ipsa vena

magna

dam enim paf-
quo partionem
ofcas. Quibus
egantur, ex fa-
tem hoc modo
ier reclinanda,
elecur, & vtru-
traque manus
endant, & alia
in minus quam
in lectum re-
ursum habeat,
pprehendant,
umeros rele-
tus conuertam-
annum Cre-
in minus, ca-
ue ex labore,
encula tibi in-
m est, aliò qui-
fio facienda.
in teo confu-
phoca oleo,
are adhibitis,
tio appofitis,
excitatis cru-

magna appellata, per quam corpus totum nutritur. Iecur
autem cum aliis quidem cognationem habet, sed cæteris
fanguine magis fluit, duos habens vertices, portas vocant,
dextra parte locatas. Ab eo vena obliquè deorfum ad renes
portenditur. Renes verò inter fe colore fimiles, malorum
speciem præferunt. Ab his ductus obliquè tendentes, in
summum veficæ verticem finiunt. Vefica autem tota ner-
uofa & ampla vbiq; intra fe perceptionis compos à natu-
ra est condita. Et his quidem sex partibus in medio intus na-
tura exornata est. Gula verò à lingua initium fumens, in
ventriculum definit, quam sanè etiam in concoquente ven-
triculo *σπυγχε*, hoc est, os angustum nominant. Ad spinam
autem retro hepar septum tranfuerfum fitum habet. Ex co-
lta verò notha, finiftram intelligo, lien initium fumens, ad
humani veltigij fimilitudinem extenditur. Ventriculus ie-
cori ad finiftram adiacens, totus neruofus est. Ex ventriculo
verò procedit intellinum fibi fimile, paruum, cubitorum
non minus duodecim, in orbem per finus cõuolutum quod
nonnulli Colon vocant, per quod alimentum deferitur. Co-
lon annexum est princeps intellinum postremum, multam
carnem habens, in summum podicem definens. Reliqua
natura ipfa, ordine difpofuit.

Palladii scholia in librum Hippocratis
de fracturis.

ctione.

cens, in sum-
fe fimilibus
xis. Ipse au-
let, quinque
nt, cinericiũ
natura per-
ndius con-
de verò ad
m ipfa vena
magna

A Necquam ad dictionis explicationem aggrediamur
octo capita pro more omnium librorum hic nos præ-
fari oportet. Sciendum est igitur Scopũ Hippocratis in hoc
libro esse primò de fracturis, per accidens verò de luxatio-
nibus & de emotionibus differere, quoniam plerunque &
luxationum & fracturarum emotionumq; eadem est cura-
tio. Rursus verò in secundo libro primò de luxationibus &
emotionibus differendi sibi scopum proponit. Vt quia hic
quoque plerunque vna est etiam fracturæ curatio, iccirco
per accidens quoddam & de fracturis differit. At quoniam
constat optimum medendi magistrum de causis & signis
inquirere, ideo & causas & signa tradit: præterea de natura
ossis, nerui, musculi, carnijum, vt & eorum quæ ossibus ad-
N n n

iacent disputat. sæpe verò earum partium vsum & actionem
 commemorat. hic quidem est scopus. Vilem autem & ne-
 cessarium esse hunc librum constar. quomodo enim nõ es-
 set necessarius, siquidem ipsum finem videlicet curationem
 tradit? quomodo non valis, quum nobis item & causas &
 signa tradat? Tertium caput ad inscriptionem pertinet. Nã
 secundum nonnullos de officina Medici inscribitur, quo-
 niam quæ ad Medici officinam spectant docet. A nonnullis
 autem primus liber de fracturis, secundus de articulis inscri-
 bitur, meliorque est ista inscriptio. Nam illa de Medici offi-
 cina absurda est, neque enim omnia quæ in officina Medici
 docet. Sed alius extat liber in quo de omnibus dicitur, &
 illiæ quius est de hoc nomine gratificari. Sciendum est au-
 tem eos qui hunc librum de fracturis inscripserunt, ab affe-
 ctu ita denominasse præterquã quod debuissent *περὶ ἀγμάτων*
τῶν δὲ κεφαλῆς. *ἀγμά* n. significat *πάθος* & *τὸ κλάσιν*. solenni-
 smũ etiam in hac denominatione commiserunt, ut ne male
 sonaret inscriptio. Si enim *περὶ ἀγμάτων* inscripta esset, vo-
 cabus malè consona fuisset. Rursus secundum librum non be-
 cet ab affe-ctu, sed à loco inscribere. Quartũ caput est, ordo.
 In primis igitur vniuersalia ante particularia legere oportet.
 Ideò primo ordine collocantur aphorismi, quippe qui
 de iis quæ secundũ & de iis quæ præter naturã existunt, di-
 ferant; deinde secundũ ordinẽ iis quæ sunt secundũ natu-
 ram attribuamus. Hæc enim iis quæ præter naturã dignio-
 ra sunt. Idcirco primò sumendus liber de natura pueri & de
 natura hominis, deinde liber de humoribus, & tunc quæ de
 victus ratione scripta sunt. Post illa quæ sunt secundum na-
 turam ea, quæ præter naturam collocanda sunt, tuncq; po-
 pularia præcedant, & in iis prognosticum primò legatur,
 deinde statim sequantur libri de ratione victus in acutis,
 postea etiam ad hunc modum hic propositus liber videlicet
 de fracturis & articulis legendus est quum sic ex populari-
 bus. Sed forsitan dubitauerit aliquis, quum etiam quæ præter
 naturã sunt & popularia tractet, cur non præcessit prognos-
 ticum? rationem reddimus, quia illic similes morbos, hic
 autem illos qui ad solutionem continui pertinent, tradit,
 digniora autem sunt similia iis quæ in continui solutione
 versantur. Rursus verò postquam popularia quæ secundum
 natu-

um & actionem
in autem & ne
do enim nō e
cet curationem
tem & causas &
em pertinet. N
scribitur, quoe
et. A nonnullis
articulis interi
de Medici offi
officina Medici
us dīstertur, &
cien dum est au
ferunt, ab affe
nt *πρωτο*
απο solent
unt, ut ne male
cripta esset, au
librum non be
caput est, ordo
a legere oport
ni, quippe qui
ā existunt, dū
secundū natu
naturā dignio
ura pueri & de
& tunc quæ de
secundum na
nt, tuncq; po
rimō legatur
tus in acutis,
liber videlicet
ex populati
m quæ præter
essit progno
s morbos, his
nient, tradit
ui solutione
æ secundum
natu-

naturam, & quæ contra naturam sunt dixerimus, nobis ad
morbos dispersos & passim vagantes atque epidemicos ac
cedendum, sed primo ad vagantes & palantes. Siquidem pri
mo ordine legendus liber de aëre, locis & aquis, ita dein
ceps ad popularium morborum lectionem erit deuenien
dum. Quinto capite inquiritur, sine genuinus iste liber.
Genuinum autem esse constat primò quidem ex dictionis
elegantia, deinde quod huius libelli fiat mentio in genui
nis Hippocratis libris, in eoq; consenserint omnes inter
pretes, ipsumq; genuinum esse asserant. Constat igitur es
se genuinum. Cuius autē sit Hippocratis non ita nobis con
stat, nūmne forē Gnōsidici, nūmne Heraclidē, nūmne Dra
conis. Vi verò simpliciter dicam, illius est qui aphorismos,
prognosticum, & librum de ratione victus euulgauit. Sextū
caput est quamquam ad partem referatur. Hic enim liber ad
Theoriam, ad praxim & ad physiologiam reduci potest. Ad
praxim, dum curationes recenset; ad physiologiam, dum de
ossium, neruorum & aliorum eiusmodi natura dīstert. Se
ptimum caput est in partes diuisio. Operæpretium enim
est scire hunc librum ab Hippocrate in duas partes diuidi,
à Galeno autem in septem, videlicet primum de fracturis
in tres, secundum verò in quatuor. Id autem, Deo volen
te, inter enarrandum accuratius ediscemus. Octauum &
vltimum caput est, docendi modus, qui alius est, Hippo
crati, alius Galeno. Aphoristico enim & enarratorio est
vltus, hic quidem enarratorio, chōrāctere verò mediō, ali
quando sublimi, interdum verò humili rebus ipsis phrasim
assimilare solitus. Quoniam autem scopus Hippocrati pro
positus est de fracturis, ut didicimus dīstertere, decet nos
antequam ad vocum expositionem accedamus, quædam
præfari: quænam videlicet sit substantia musculorum os
sibus adherentiam, quænam eorum actio, quæ affectio,
& inde *ἐκφυσις*, id est exortus, & num is sit secundum na
turam: non solum autem præfari horum quædam necesse
est, sed & de ossibus. De eorum igitur natura, affectibus, cu
ratione & positione dicendum. Interim verò de muscu
lis dīstertamus. Sciendum est autem eos substantia esse ner
uola & carnea, & per neruosum genus fieri operationes;
per carnosam autem substantiam humectari neruosum &

Nnn 3

fibrosum genus. Carnes enim labri, venæ verò ductuum vicem obtinent. Feruntur autem in ipsos & in arterias, quæ quidem eis temperamentum præbent. Hæc quidem musculorum substantia. Actionem autem motiuam præbent. Ad proprium cum principium recurrentes membra extendunt & contrahunt. Ideo enim dicuntur musculi à conuendo, & nerui ab annuendo. Musculi autem in fracturâ disciplina affectus patiuntur, primum duos, qui ad continui solutionem referuntur. Aut enim obliquè sectio fit, aut in rectum. Sed si quidem obliquè, membrum inutile profusus redditur. Musculi enim vna pars sursum, altera deorsum fertur, & insequitur spasmus, id est conuulsio. Si autem recta fiat sectio, non fertur vna pars sursum, altera autem deorsum, sed aliquando oborta graui inflammatione fit editio, cuiusque pars vna ad dextram, altera ad sinistram fertur, ac rursus subsequitur spasmus. Recte autem supra (primum) addidi, nam per accidens morbum similem & organicum continet. Hi sunt musculi affectus. Eorum autem situs est eiusmodi. Sciendum est enim ab alio osse produci, & in aliud desinere. Neque enim aliter musculi actionem peragi contingit. Si enim à quo exoritur in eundem desinit, sine actione manet musculus. Et hæc quidem de musculis. De ossibus verò etiam lubet differamus. Sciendum igitur est eorum substantiam esse terream & duram, aut enim articulus luxatur, aut propriam cavitatem deserit, & gibbum gibbo communicat. Sed secundum illud alterum, rursus bifariam affectus fit, aut enim articulus per totum frangitur, & dicitur eiusmodi fractio *κευλιδα* fieri, id est, ad instar caulium, aut parum, & vocatur capillaris. Et rursus aut perfectè à proprio situ egreditur articulus, & vocatur luxatio, aut imperfectè & vocatur *παρεξήρησις*, id est subluxatio. Illi autem affectus hac ratione sunt curandi. Quam enim in fractura ossa alia super alia ferantur, distensione & in oppositum tensione vtendum est. Si enim vnâ partem tendas, vni parti dolorem inferas, & maxima consequantur symptomata. Oportet igitur & superiorem & inferiorem partem extendere, vt modum dolori adhibeas. Post extensionem & oppositam tensionem, conformatione etiam vtendum est. Nouit autem conformatio ossa emota in propriam locum

verò ductuum
& in arterias, quæ
Hæc quidem mu-
toriam præben-
es membra exte-
r musculi à con-
tem in fracturati-
os, qui ad conti-
quæ sectio fit, su-
rum inutile pro-
m, altera deorsum
alio. Si autem re-
n, altera autem de-
matione fit dis-
ad sinistram fer-
autem supra pri-
similarem & os-
s. Eorum autem
alio osse produ-
musculi actionem
eundem definit
dem de musculo
Sciendum igitur
am, aut enim ar-
serit, & gibbum
alterum, rursus
ex totum frangi-
i, id est, ad in-
r rursus aut per-
ocatur luxatio,
subluxatio. Illud
Quam enim in-
one & in oppo-
partem tendas,
quuntur sym-
feriorē partem
t extensionem
iam vtendum
n propriam se-
dem

dem rectè reposita seruare. Ita igitur rationales medici ope-
antur, vulgares autem & gregarij non vtentes extensione
ne opposita tensione vincula adhibent, & hac ratione mē-
brum mutilum aut inutile redditur, aut ossa musculos atte-
runt & siderationes insequuntur. Hæc igitur etiā curatio.
Ita autem collocari postulat pars egra, vt maximè sit expers
doloris. Qualis sit verò ille situs doloris expers, si placet, ex-
empli gratia, in manu sermone demonstramus. In hac igitur
angularis figura est doloris expers, neque enim musculi
distorquentur, sed omnes recti collocantur, neque extendi-
tur pars, vt curuetur, sed medium habet ordinem. Quod au-
tem eiusmodi figura sit secundum naturam, potest etiā
vulgaribus hoc modo demonstrari, quum tensio & inflexio
contra naturam sint, patet angularem figuram esse secun-
dum naturam. Cum rationalibus rursus sic agimus, quòd
illud quod est secundum naturam est expers doloris. Præci-
piendum est igitur ægro, vt manum porrigat. Is enim à na-
tura edoctus angularem figuram vt potè doloris expertem
porriget. Ad hæc istud etiā nosse conuenit, quod parti in
angulari figura deligatio facienda est. Nisi enim ita feceris,
sed eam extentam sic deligaueris, postea inflexeris, tandem
ex vinculis partim quidem laxa, partim verò constringen-
tia reperiuntur, quæ ægrum premunt.

SECTIO PRIMA.

Oportet medicum quæ suo loco mota sunt & fracta Oratio
habet proœmium. Est autem proœmiū deliberatiuum.
Quod enim ait Hippocrates tale est, necesse esse vt medicus
fracturarum extensionem norit. Ne verò, quoniam exten-
sionis tantum meminerit, ab eo conformationem, deliga-
tionem & positionem non commemoratam fuisse existi-
mes. Omnia enim vbique simul inaudienda sunt. Extensio-
nem igitur, inquit, nosse conuenit, & situm qui secundum
naturam est, situm quem dicimus angularem, quem qui et-
iam patitur, id ipsum à natura nouit. Sed quoniam fieri non
potest quin erremus, iccirco oportere nos etiā in eo quod
ei quod secundum naturam propius est errare: at quale est
quod ei quod secundum naturam propius est? quod pronū
quàm supinum magis secundum naturam est. Sciendum est

Non 3.

enim Hippocratem exempli gratia de manu sermonem instituisse, unde meritò aliquis dubitare posset, cur à manu, non à capite parte omnium dignissima orsus est. At dicimus huic peculiarem tractatum videlicet de capitis vulneribus dicatum esse. Hic igitur quum caput curerà manu orsus est. Ipsa enim rursus reliquis dignior est. Sed rursus dubitatio oritur, cur primum supino ei quod secundum naturam proprius est? Idque contingere dicimus, quòd muscoli intrò magis collocati sint, quum nimirum tum exortis tum fines directi sint. Ita absoluto priori exordio accedit ad secundum, in quo nonnullos redarguit medicos. Sed ne quis dubitet cur id faciat, tres imprimis causas affert, primam quidem quod sophistæ & simulati medici valdè peccant: secundam quòd hac figura non solum manus, sed & aliæ corporis partes mutilatæ & veluti gibbæ redduntur: tertiam præter hæc, quòd noua & aliena introducendo, utpote hominibus re plurimum in iis rebus voluptatem capientibus, reddunt sibi ægrotos morigeros & obsequentes. Ne igitur iis sine morigeri, ipsis inuidiam constare vult.

Eorum quæ suo loco mota sunt & fracta] Meritò aliquis dubitauerit, cur quum de fracturis disserere illi propositum esset, primò luxationum meminerit, quod dicimus fieri, aut producendi sermonis gratia, aut quod visus sit in sermone de fracturis nolle etiam de luxationibus disserere. Ideò autè tantum meminit veluti per transennam, aut propter aliā causam. Quoniam enim continuam de fracturis speculationem seruare constituerat, ideò primam de luxationibus mentionem fecit, ut vnà cum disputatione de fracturis perfectum de iis & non interruptum sermonem traderet. Is enim doctrinæ modus est, ut eorum quæ anteueriunt extrema sint futurorum principia, aut propter tertiam causam, quoniam ordine multifariam est usus.

Oportebat, inquit, medicum] Querunt nonnulli cur dixerit *ex glo* addito. siquidem absque eo potuit dicere *ex glo* & videtur debuisse. Sed respondemus Iones vel Athenienses frequenter addere solitos.

Ipsa verò natura iustissima est] Naturam hinc vocat ipsam conformationem.

Qui igitur nullum consilium adhibent, plerumque nihil ex-

u sermonem in
ter, cur à manu
is est. At dicimus
pitius vulneribus
à manu orsus est.
rursus dubitatio
m naturam pro
usculi intrò ma
tis tum fines di
t ad secundum,
ne quis dubitet
rimam quidem
cant: secundam
ia corporis par
iam præter hec
è hominibus ve
bus, reddunt fi
le igitur iis sine

Merito aliquis
illi propositum
dicimus fieri, aut
sit in sermone
derere. Ideò an
aut propter aliã
curis specula
le luxationibus
e fracturis per
traderet. Is
euerunt extre
rtiam causam,

onnulli cur di
uit dicere
vel Athenien
ic vocat ipsam

umq; nihil
vanti

rant? Pugnancia loqui videtur Hippocrates. Contra enim
qui consilium adhibent, rectè curare debent. Et dicimus
quod artificem instruere volens id dicit. Perfectus enim ar
tifer, non deliberat. Quarunt insuper nonnulli, cur dixerit
consilium adhibentes. Oportuit enim
hoc est consilium capientes dicere. Et dicimus
illud actionem, hoc verò perpeffionem significare, neque
actionem faciens orationem contra affectus sum.

Medici autem qui sibi sapientiam arrogant] Hinc fit ag
gressio ad secundum exordium.

Quam igitur medicorum errata dicendam] Iam ex iis
quæ antè præcepta sunt angularem figuram esse secundum
naturam & doloris experientiam didicimus. Quoniam verò
nonnulli id quod supinum est, secundum naturam esse di
xerunt, alij quòd pronum, vult eorum opiniones euertere.
Quiaquit, supinam figuram constituunt, illam secundum
naturam esse eatenus affirmant, quatenus iaculantes istam
tanquam generosam & inflexibilem obseruant, præsertim
vero, inquit, quòd tum manus æquabilitas appareat. Su
pra enim alba, infra pilosa cutis. Si igitur, inquit, quæ in
superficie æquabiliter se habent, constat & ea quæ in pro
fundo, veluti musculos qui rectas fibras habent. Similiter
qui pronam figuram manus laudant, hæc tantum asserunt,
quòd iaculatoriam artem in medium non proferunt. Sic
igitur sermonem orsus, variis modis medicos reprehendit.
Et primò, si hoc, inquit, iaculatoriæ arti & medicinæ
concesserimus, cur nobis manum sinistram, non item dex
tram, quæ figuram angularem obseruat in exemplū affers?
Præterea si omnino ab artibus coniecturam facere licet,
quor alie artes figura angulari vtuntur? qualis fortè fuerit
ars terebrandi. Variæ enim sunt figuræ manus in vnaquaq;
arte. alia enim in funda, alia in iactu lapidis. Quomodo au
tem nobis potentem esse eiusmodi figuram asserunt, supinã
videlicet & tensam? præsertim quum ne sanus quidem eius
modi figuram sine sensu doloris obseruare valeat. Et si in
terdum aliquis ita carpum presserit, dolor oboritur, & co
gitur gladium, aut certè quod gestatur projicere, quomodo
tum musculorum secundum naturam versari in coloris
æquabilitate asserunt, quum alium quidem esse colorcem

superficiē, alium autem profunditatis cōtingat? Omnium igitur figurarum prauarum existentium sola angularis utilis est & doloris expers.

Quot errores igitur medicorum quos quidem dedocere vult, & hos docere] Cur hæc dicat quærere operæpreiū: quid enim errorem addiscere opus est? dicimus autem duplicem esse errorem: vnum quidem apparentem, sed reipsa non existentem; alium autem natura existentem. Hunc igitur postremum se velle dedocere, alium autem se velle docere asserit.

Alia in cessando] Pro in quiescendo.

Hominem autem ita collocari oportet] Hinc Hippocrates deinceps fracturarum curationem aggredi vult. Et primò manum fractam curat. Sciendum est autem tres esse manus partes, quarum vna humerus, alia extrema manus, media cubitus vocatur. Sed cubiti, etiam si videatur vna pars, duotamen sunt ossa, quorum inferius propriè cubitus, superius autem radius denominatur, & in manibus quidem manifestum, si duo ossa frangantur, minus autem, si quod est cōtra oppositum. Si horum alterum frangatur, melius ut radius non cubitus frangatur, quandoquidem cubitus subiicitur radio, & cum sustentat, præsertim quæ is sit qui ad brachium articulatur. Præterea lapsus qui in cubitum incidit, facilius apparent, quippe pars illa minimè carnosā. Sed lapsus qui in radio fiunt propter carneam partis substantiam, minimè conspiciuntur. Atq; de his hæcenus. Nosse autem conuenit hic non de vno, sed de duobus differi. Subiciatur igitur cubitus cum radio fractus, oportet ut tēdas & extendas quantum poteris: rarò enim satis extendere poteris, quantumuis etiam violenter tendas. Solummodò dicie se vidisse in puero plus iustò factam tensionem & oppositam distentionem. Quod ad istam verò attinet oportet ut attifex conformationem efficiat, & post hanc deuinciat. Sed quandoquidem in vinculorum mētionem incidimus, agendum tria de iis in medium proponamus, eorum videlicet substantiam, modum & quantitatem. Eorum quidem substantia esse debet, neque lanca, neque recens facta, neque complicata aut conuoluta, quoniam utraq; asperitate laedunt. Oportet igitur eam esse lineam, subactā & attritam.

gar? Omnium
a angularis vti-

m dedocere vo-
experiū: quid
utem duplicem
d ipsa non ex-
dunc igitur po-
se velle docere

nc Hippocrates
vult. Et primò
tres esse manus
manus, media
r vna pars, duo
bitus, superius
quidem mani-
fi quod est cō-
t, melius vt ra-
o cubitus subli-
sit qui ad bra-
bitum incidit,
arnosa. Sed la-
s substantiam,
s. Nolle autem
ri. Subiiciantur
ēdas & exten-
dere poteris,
modò dicit se
& oppositam
portet vt attri-
euiuiat. Sed
cidimus, age-
orum videlicet
n quidem sub-
s facta, neque
asperitate le-
tā & attritam
hæc

hæc est substantia. Vinculi autem modus talis est. Oportet
inquit, te primum vinculum circa ipsum vlcus iniicere, &
tertio circuitu facto, ita in superiorem partem brachiū ver-
sus deferri, valdè premendo, ita vt cū illuc feratur etiam
constringendo fluxio impediatur, & illic circa brachium
deligatur. Ac rursus aliud vinculum imponere circa vlcus
ipsum, & semel super ipsum circumeundo sic deorsum de-
ferri, laxiorem faciendo ligationem, vt tenuis illa sanies ab
vlcere ad inferiores partes feratur, & dolores non inferat.
Oportet autem hoc vinculum ita iustæ esse magnitudinis
vt rursus ex carpo ad brachium reuertatur & reducat. Sin-
gularius, tertium vinculum circa vlcus imponendum, quod
ad superiora feratur, nec strictum sit, sed molle & laxū. Post
vincula verò oportet & pannos cerato intiagere, & ita im-
ponere, vt agglutinatione fracturam contineant. Sed quo-
niam interdum ad aliquam partem deferretur, vnde illud
noscere poterimus? hoc constat quòd primum quidem pars
gibba est in quam deferretur, præsertim quum tactu illa rectè
comprehendatur. de cætero verò etiam dolor oritur. Sed
quandoquidem spleniorum varius vsus, de iis nobis aliquid
dicendum. Sæpè autem æquabilitatis gratia hæc sumen-
da sunt. Exempli gratia, si volo in carpo fasciis vti, illud
æquabile in orbem splenium iniicio, & quod ad carnes
deficit splenium explet. Interdum etiam in rectum ea iniio-
cio, vt conformatio seruetur. Et hæc quidem de pan-
no. Quod autem ad fasciarum multitudinem attinet, sint
duæ aut tres vt dictum est, non quidem latæ, corrugantur
enim & non premunt aut decenter stringunt ipsam fractu-
ram, & rursus si angustæ sint, valdè partem affectam com-
primunt. Vnde verò constat bonam esse deligationem? si
ager tibi dicat, magis fortè se hodie premi quam hesternæ
die, vt noscas debitam deligationem factam esse. Nam in-
flammationes interimunt eos quibus accedunt. Oportet
autem vt se parum premi dicat. Præterea oportet soluere
eos qui teneras habent carnes, & maximè quos pruritus in-
festat. Alios autem tertio quoque die. Semper autem post
deligationem manus angulariter collocanda est, neque ni-
mum supra, neque infra. Si enim supra aut infra collocetur,
videtur manus suspensa, & dolores insequuntur.

Atq; hic quidem linthea ad sinistram aut ad dextram deligentur] *Οδοντα* vincula vocat. Ait autem à sinistra vel à dextra hoc est intra aut extra manum.

Quæ extremitate tenuantur] *καρπια* vocat carnis expertia, quales sunt carpi.

Tertia die fascia tibi laxa appareant] quod inflammationes sedentur.

Postquam ad tertium diem ventum erit, qui est septimus à primo] Hæc theoria tria nobis capita consideranda proponit, quorum primum differit de ferulis, secundum victum ægri nobis tradit, tertium vniuersalem reponendi rationem & modum ostendit. Sed quandoquidem in ferularum mentionem incidimus, de earum materia longitudine, latitudine & tempore dicamus, quando soluendæ, & reliqua eiusmodi. Ac interim de earum substantia dicamus. Ferulas has assumere oportet aut ligna tiliacea, aut si horum nihil reperiatur, arundines vsurpandæ. Imponendæ verò sunt post septimam diem, quando inflammationes cessarunt, hoc modo. Oportet post vincula arundines supra imponere, & fasciis tribus eas leniter vincire, vt vna earum pars sit supra, vna etiam infra, & vna media. Illa autem pars in qua os elapsum est, crassiorem habeat ferulam, aut illic splenium imponendum. Non oportet autem arundines in partes extenuatas ferri, aut prope paruulum digitum, sed has aliqua ex parte mancas facere. Quod si necesse sit eas imponere, panniculi sunt illuc iniiciendi, sicque ferulæ supra adhibendæ. Non sunt autem antè viginti dies soluendæ, nisi aliqua acrimonia aut morsus adsit, tunc enim sunt soluendæ & coarctandæ & rursus eodem modo deligandæ. Si verò nihil horum adsit, sed tantummodò sint laxiora vincula, oportet ferulas coarctare & non soluere. latitudo autem sit duorum digitorum cum dimidio. Ita de ferulis habito sermone, venit ad secundum caput, id est ad victus rationem, in qua tres victus species proponit, tenuem videlicet, & mediam, quæ subuulgaris vocatur quibusdam, & præterea plenior. Oportet igitur circa initia quando fiunt inflammationes & occupatur illic natura, præbere tenuem victum: procedente verò tempore subuulgari vt oportet: adhuc autem procedente tempore plenior, vt callus gignatur.

d dextram de
sinistra vel a

cat carnis ex-

nflammati-

est septimus

deranda pro-

dum victum

di rationem

ularum mē-

line, latitudi-

reliqua eiuf-

nus. Ferulas

horum nihil

la: verò sunt

es cessarunt,

ora impone-

rum pars sit

pars in quā

ut illic ple-

lines in par-

tem, sed has

e sit eas im-

erulæ supra

luendæ, ni-

int soluendæ.

Si ve-

ra vincula,

o autem sit

abito ser-

rationem,

cer, & me-

præterea

fiunt in-

e tenuem

i oportet

callus gi-

gnatur.

natur. hoc est secundum caput. Tertium est præterea in quo de collocatione sermonem facit, dicitq; oportere linteam iniicere non angustum. si enim angustum fuerit, ipsumque ad cubitum solum inieceris, quod extra suspensum erit, labores & molestiam pariet. Si contra in externam partem inieceris, quod ad cubitum suspensum erit, attrahet os fractum & inutilis erit curatio. Quod si secundum fracturam inieceris, quæ hinc & illinc suspensa erunt conformationem peruertent. Oportet igitur linteam esse vetus & latum, ut totum cubitum contineat, & ne manus in superiora aut inferiora vergat, sed sit æqualis.

Ubi igitur ad tertium diem ventum erit, qui septimus est primo quo iniectum fuit Vinculum] Tertium diem dicit, aut pro curationis periodo accipit. Tertio enim die & quinto & septimo soluere præcepit, ut sint tres periodi. Aut tertium dixit, à quo continenter soluit, id est, à quinto, quasi sint rursus tres dies, quinta enim sexta & septima, tres dies efficiunt.

DE BRACHIO.

SECTIO SECUNDA.

At ubi brachium fractum fuerit] Hic ad brachij curationem trāsit Dubitatio autem oritur, cur non statim de summa manu, sed de brachio disseruerit? dicimus ob eam causam sermonem de extrema manu omissum esse, siquidem eius curatio varia est & multiplex, brachij verò curatio simplex. Quandoquidem autem in brachij mentionem incidimus, agedum quinque de eo in medium proponamus, appellationem, situm, constitutionem, curationem & dietam. Brachium dicitur quod medium est inter acutum ossis processum, quod *ἀκρωτις* vocatur, & humeri articulum. Situs autem ex eo est manifestus. Pars enim quæ est intra cubitum & humerum vocatur brachium. Constitutio verò eius talis est. Sciendum est igitur superiores & exteriores partes eius gibbas esse, anteriores autē & inferiores cavas. Anterior quidem cavum, tum quod facile amplectetur, quodque illic situs sit musculus. Inferius verò quod costæ cum gibbæ sint, non cogunt, ut pars gibba gibbæ contingat: hæc est partis constitutio. Curatio autem

hoc modo fiat. Oportet, inquit, ægrum collocare in sublimi aliquod solium, deinde suspendere lignum transversum, & in illud imponere ægri axillam, deinde subsellium demissius subiicere, & illic ægri supremam manum imponere, & cubiti partem, ita ut acutus ossis processus *ακρὸς* dictus suspensus maneat, deinde extremæ parti manus contra subiicere, & tunc supremam partem ossis processus *ακρὸς* dicti latis fasciis circumdare oportet, atque ita trahere, & tensionem oppositamque distentionem facere. Quod si nemo adsit qui trahat, lapides graves suspendito, ita trahunt quidem lapides, in oppositum autem trahit lignum quod transversum positum est, & vna partem conformat, deinde post tensionem oppositamque distentionem, oportet ut tu modo superiori membrum vincias, utaris autem ferulis post nonam diem. Nam quum sit magnam membrum, sunt in eo magnæ inflammationes. Sed quoniam quæ solent loco moveri ad partes gibbas repere solent. Idcirco te fasciam laram iniicere oportet, & ita brachium comprimere, deinde ne costæ gibbæ existentes pervertantur, oportet te pannum complicatum subiicere. Etenim perspirationem efficit, neque costæ dolent neque pervertuntur, & deinde ferri in orbem circa pectus, & ita deligare ad latus oppositum, istaque est curatio. Victus autem ratione exquisitissima propter multas inflammationes utendum esse dicit, præterquam quod oportet tandem permittere ut laxiora sint vincula, ut etiam plenius alimentum exhibeant.

DE PEDE.

Pes hominis ex multis minutisq; ossibus] Ex hoc loco ad extremam manum pergere cupiens, de extremo pede describere conatur, ac tanquam de eo etiam summæ manus orationem exercet, quoniam eadem curatio ambobus convenit, cum eadem sit constitutio. Qualia enim sunt in manu carpus, metacarpium & extrema manus, talia sunt in pede planta, tarsus & extremus pes, & quemadmodum manus viginti & septem habet ossicula. Atque etiam ut ea in manu obiter recenscamus, habet carpi octo, quatuor metacarpij & quindecim digitorum: eodem modo pes habet in pede planta habet ossicula quinque; tarsus quatuor, digiti qua-

collocare in subli-
mum transierunt,
e subfellum de-
nanum impone-
cessus *xepivos* di-
rti manus consi-
processus acui
atque ita trabe-
m facere. Quod
pendito, ita tra-
n trahit lignum
ein conformatur
tationem, opo-
s, vtatis autem
magnum mem-
. Sed quoniam
perefolent. Ide-
a brachium cōs-
peruertantur,
Etenim perspi-
peruertuntur, &
eligare ad latus
ratione exqui-
endum esse di-
mittere vt latio-
exhibeant.

Ex hoc loco ad-
remo pede dif-
æ manus ora-
bobus conue-
sunt in manu
a sunt in pede
odum manus
vt ea in manu
or metacarpis
s habet in pe-
or, digitis qua-
tuor.

modicim, quoniam magnus digitus duos tantum habet
nodos. Preterea sunt alia quatuor magna ossa. Scaphoidei,
astragalus, cyboides & pterna: quandoquidem igitur eadē
est constitutio manus & pedis, exempli vice orationem ex-
tercerin pede, eiusque luxationes nobis tradere vult. Vnde
querunt nonnulli, cur quum de fracturis differat luxationū
mentionem faciat? Idque fieri dicimus, quia hic plerunque
luxationes non fracturas fieri contingat, quoniam ossicula
parua sunt & diffugiunt, aut quia etiam si fracturam patiā-
tur, omnino ad ipsam propter eandem causam luxatio er-
nam consequatur. Quæ enim partem pedis aut manus con-
cundant, omnino secant & vlcus faciunt. Quum sit igitur
varia curatio, de his sermonem habet, aut tertiam ob cau-
sam id sit. Non enim supra dicamus, quod luxationum mē-
tionem faciat, quippe cum disciplinæ de fracturis subiiciā-
tur. Itaque ob eam causam luxationum mentionem facit. Si
igitur, inquit, luxatio fiat in pede, primò multis laxantibus
ut debes, quia multi sunt nervi & muscoli: deinde tendere
& contrā distendere, dictoquē modo vincire, & ita intra vi-
ginti dies curatur si sit os paruum, aut quiescat æger, nisi e-
nim quiescat, quandoquidem per corporis grauitatem al-
leuat, necesse est fluxionibus obortis morbum plurimum
potendi. Si tamen magnum fuerit os, quadraginta diebus
curatur.

DE CALCE.

Quicumq; ex superiori loco saltantes Absoluta curatione
ossiculorum, ad ossium magnorum curam accedit, & ser-
monem à calce orditur, quæ est pars omnium difficillima.
Sciendum est enim calcem cum multis partibus societatem
habere, supra quidem cum sura: infra verò ad dextram dex-
tri pedis partem cum ossiculo tesserali, ad læuam autem cū
naviculari. Quum igitur multis communicet partibus, &
sit pars musculosa, nisi magna quædam vis afferatur, non
facile patitur. Quod si patiatur magna gignit symptoma-
ta, quæ etiam meritò mortem inferunt. Fit enim plerunq;
vt si aliquis violenter decingat, infra quidem terra, supra verò
sura resistat, & suo loco calx excedat, tuncque venæ, nervi,
arteriæque diuidantur & inde oriantur putredines, vlcera

depaſcentia, diuiſis vaſis & obortis deſluxionibus. Inter
dum verò præcedit vlcus depaſcens. Aut igitur putredo
corde febrem excitat, plerunq; verò in venter ſingula,
aut in cerebro conuulſiones & deſipientias efficit, aut in
pace atrophiz ſiunt. Oportet igitur quamprimum docu-
tione cogitare, & vt in genere quidem dicam, cõfeſtum en-
cuatio ſiue per ſanguinis miſſionem, ſiue per catharticon
inſtituenda eſt, vt deſluxiones arceamus. Laxantium autem
medicamentorum curam habetas, & ægrum decoctio de
mæmeli & oleo foueas, deinde tenſione oppoſitaque di-
tentione vtaris, à ſuperiori quidem parte ſuram, ab inferi-
ori pedem extendens. Ita in optimum ſitum calcem reſe-
tues, poſtea deligabis, non vt plerique faciunt, vt ſupra quæ-
dam ſit arundo, infra autem vinciatur taſus, & calx nihil
habeat. Sed vt calx vinciatur, & non aſtringatur, quoniam
adſtrictione & dolore fluxiones procuramus. Sed poſtea
plura adhibeantur vincula, vt hac ratione conformatio-
nem ſeruemus. Quum verò calx ſit anguſta, & nulla ſit di-
ſtatio, metus eſt ne vehemens putredo excitetur. Ideo opor-
tet, inquit, ſcarificationibus valdè tenuibus & ſuperfici-
ſis vti, vt ſola cutis diuidatur, eaſque inter ſe diſtare opor-
tet. Ad hæc videndum ne calx lecto incumbat, inde enim
putredines oriuntur. Verùm intermedium aliquod vtrum
in ſcrobe elaborare oportet, vt in cavitatem illam calx im-
ponatur. Hic autem arundinibus non vtendum. Vnde
nim adhuc beantur, quum pars ſit inæqualis? Viſtu autem
etiam tenui vtendum eſt. Quum ita de iis diſſeruerit, dicit
cyboidis & ſcaploidis oſſis nullam mentionem facere. Quod
enim quod difficile erat curatum eſt, in promptu erit ſu-
cium curatio.

Vene ſanguinem effundunt carne circa os attrita Scimus
quid ſit *θλάσμε*, id eſt colluſio, diuiſio vaſorum, ſuperficie
manente indiuiſibili. Illa autem diuiſio, ſi ſuperficie indi-
ſibili manente rubedinem efficiat vocatur *μαλόν*, id eſt
bex: ſi rubedinem non facit, vocatur *εγχύσμε*, id eſt effu-
ſio. *φλάσμε* autem ab Ionibus vocatur *θλάσμε*.

Tumor autem magnus oritur & dolor Quod omnem
morem vocet Hippocrates *οἰδήμα* perſpicuum, ſed additio-
ne ſignificatur tumoris differentia. Si enim dicat cum ore
laxum

rum, propriè οἰδημα - est. si durum, scirrhus significatur: si
tardum aut feruidum, erysipelas, si tumorem dolorificum.
Galegmone, cuius mentionem facit. Hic enim tumorem do-
lentem fieri dicit.

Contingitur enim Venis & nervis grandioribus] Rectè
dicit grandioribus) ne existimes cum hic dicere sola liga-
menta offici. Sed addidit istud ἐπιγαστροῖς, vt voluntarios ner-
vos affici indicaret.

Posteriorq; tendo] Istud os prædictū est. Scire enim oportet
istam partem cruris carnosam quæ περὶ σποννυμὲλα vocatur,
scilicet à musculis ex genu prodeuntibus & carnosis, ac deinceps
procedentibus fit tendo, qui est in calce: adhuc verò proce-
dentibus & confolutis fit planta pedis inferior τὸ πέλμα vo-
catur.

Succindere aequaliter atq; extenuare oportet] Bifariam lo-
cum explicarunt quidam. Nonnulli enim aiunt extenuare
accipi pro radere cutem quæ est in superficie. Densorem
autem intelligo, & ita restat scarificationes adhibere. Alij
verò dicunt quod extenuare ponit pro eo quod est multis &
tenibus scarificationibus ad partes circumadiacentes ex-
tenuandas oportere uti.

Quum diuturnare supinatio fuerit] ὑπερπνομή hic vocat
ὑπερπνομήν, quemadmodum enim stomachus resupinatus
tione & vomitu facili afficitur. Ita reliquæ partes supinæ
& adjacentes fluxionibus sunt obnoxia.

Hui accedunt Venarum sanguinem fundentium, nausea,
gangrana] Nauseas vocat ruptiones. Gangrana autem via
est ad siderationē quando orta putredine partes nigrae red-
duntur.

Veratrum eodem die epotum & el certè posteriora] πικρὴν di-
cit pro πικρῶν. Sed dubitatione dignum quomodo dicat
veratrum exhibendum, & non potius venam secandā. Hel-
leborus enim ad ventrem fluxiones defert, & per ventrem
vacuus ad ipsum fluxiones magis prouocat. Respōdemus
ab Hippocrate, quando indicant helleborum dicit, intel-
ligi album, quo vomitum ciere solet. Nunc verò quomodo
tam efficaci medicamentū vitur? dicimus temporibus Hip-
pocratis homines fuisse robustiores, quiq; melius medi-
camenta eiusmodi valida perferebant.

Recrit-

Recredefcere] παλιγγενεῖν dicit, pro eo quod est dete-
rius habere.

Subrubicunda sunt & subdura] Manifestum enim mul-
tum sanguinis effluxisse.

Non vino, sed sanorum cremore decocto] Quidam aiunt
ab Hippocrate oxymel offerri, quia incidat, alij οὖν λανθάνον
quod fit ex melle, multis enim modis afficiuntur nervi. Ace-
tum autem nervis inimicum est.

Proxima partes subvirides sunt] πρὸς χλωρὰ dicit πρὸς
αἰὶδ est quadantenus pallida. Hæc enim pulchra sunt,
quia naturæ concinnum ordinem & in qualitatem muta-
tionem indicant.

DE TIBIA.

Tibia binis ossibus continetur] Hinc sermonem de tibia
orditur, in quo nobis inquirendum de ipsius nomine, spe-
cie, constitutione, affectibus & curatione. Sciendum igitur
vocari propriè πνήμην os illud tibiæ anterius. Aliud enim
vocatur ὀστέον, i. sura, & hæc est denominatio. Collocatio
verò manifesta: siquidem inter genu & pedem est, & talem
habet constitutionem. Sciendum igitur in superiori parte
ὀστέον, i. fibulæ tibiæ esse crassiorem, articulatur verò ad
femur hoc modo. Habet tibia duas cavitates, femur duas
gibbositates, quæ quidem tibiæ cavitatibus aptantur. Ha-
bet autem tibia nonnullas eminentias, quæ non facillè lu-
xationes fieri permittunt. Neque his solis natura est con-
tenta, sed etiam articulum tendinibus colligavit, nec adhuc
his contenta, quin etiam molam quam vocant apposuit, quæ
supra genu adiacet. Atque hoc modo quidem tibia cum su-
perioribus articulatur, ferequæ substernitur. In inferiori
autem parte non amplius ita tenuis sura ac ipsa tibia. Pro-
greditur autem ex posterioribus veluti ad anteriora, & utra-
que ossa duas eminentias faciunt, singula videlicet unam.
Quæ quidem malleolos constituunt, quos abusiue imperi-
talis vocant, quorum unus quidem extra, alter verò intus
iacet. Habet autem tibia cavitatem quandam in quam ar-
ticulatur, qui propriè talus vocatur. Istud autem nosse oportet
circa medium crus non flecti ad suram, sed inane esse
spatium, ut fiat vasorum transitus. Atque ista est constitutio.

Affectus

Affectus autem habet varios, fracturis enim & luxationibus afficitur: & hactenus nobis de luxatione quæ fit in inferiori parte pedis tractationem exhibet, sicque ad curationem progreditur. Et post tensionem & in oppositum factam distentionem deligationem faciendam esse dicit, multisque larantibus fouendam. Non sunt autem arundines apponendæ, siquidem est illa pars inæqualis, deinde ita collocandum crus ut in altum & sublime vergat, ne fluxionibus tentetur. In eiusmodi autem affectibus tenui victu utendum. Quum autem de tensione & in oppositum distentione nihil dixerimus, agedum de iis differamus, varia enim est in iis tensio oppositaque distentio. Oportet enim, inquit, nisi habeas qui satis sint ad validam tensionem & in oppositam distentionem, hominem ita collocare, ut inter media ipsius crura lignum rectum in terram defigatur, ne extensus æger ad anteriora sequatur. Ob eam autem causam lignum, quod Iones *πλινθιον* vocant, hoc est rotæ modiolum, in terram e regione ægri defigere oportet, deinde illuc pistillum intrudere, & ad illud extremum pedem deligare, ut fiat tensio & in oppositum distentio. Alioqui oportet ægro reclinato deinde trabeculam supra & infra perforatam lecto subiicere; moxque deligato ægro in poplite & pede extremo tensionem & in oppositum distentionem facito. Quod si hoc non placeret, axiculo utendum, *ὀστέον* enim est lignum in quo rota versatur, quo ad puteos utuntur. Ab altera ergo parte ligato ægro, ab altera axiculo, extremum pedem trahito, & ita tensionem & in oppositum distentionem facito, & quando animaduertes articulationes ad recta tendere, tum eas reponito.

Hac quidem parte multò tenuius] Id est, in altera parte multò est tenuius vnum os, quasi dicat multò tenuius est altero.

Sed è regione tibia non coniunguntur] Hoc est, quòd in totum ossa inter se non coaptantur. Nam quum in medio inflectatur, non appropinquant se inuicem, quia ut dictum est, illinc vasorum transitus patet.

Appendix Verò discrimin] Est enim illic, ut dictum est, appendix, quæ discrimin habet. Discrimen autem vocat inflectionem.

Quod à parte minimi digiti] Vbi sūra sic est.

Extenuationem autem corporis] Extenuationem victu rationem dicit.

Quaecumq; autem ossa non perfectè in sua sede se habent] Aliquod paradoxum vult tradere Hippocrates. Aitenim os aliquod suo loco motum fuerit, neque secundum rationem repositum, vt pote callo genito, & que ad illam partem moueatur, redditur quidem os ea parte in quam emoritur est crassius, ex qua verò excessit, tenuius. Quum ira de hoc differuerit ad tibie curationem accedit. Et ait, si os fractum fuerit, tensione & in oppositum distentione vtendum, deinde deligandum modo à nobis sapientius dicto, & circa vndermam ferulas adhibendas, siquidem rectè omnia fiant. Sit autem positio recta, non angularis, quemadmodum in manu, neque enim eadem consuevit esse positio. Nam in pede recta figura est secundum naturam, quod recti musculi sequuntur, & inter quiescendum, sicuti inter operandum, eadem figura esse solemus. Postquam de his hoc modo differuit, de canalibus esse vtendum. Oportet autem eos esse plumbos vel ligneos. Vtitur verò iis in fractura, ne pars ageretur, neque vincula peruertantur. Hippocrates autem nihil magis præstare dicit. Et cum corpus conuenitur & quod faciunt canales, id ad vinculorum conseruationem ferulas facere affirmo. Iis autem similiter est vtendum, ne existimemus per negligentiam istud omittere. Ac si inde error oriatur, culpam in Medicum coniciunt. Postquam de his sic differuit, ait vbi tibia & sūra fractæ sunt pulchrius circumferre sūram quam tibiam. Nam os sūræ est fungosius, neque conspicuus est in colapsus. Sed est tenuius, neque errores in eo ita sunt conspicui. Ad hæc tibia semper in actione versatur & articulum facit, non autem sūra.

DE FEMORE.

*Si autem femori os fractum sit] Quandoquidem propositum ipsi de femore differere, operæ pretium est nos primò ipsius constitutionem dicere. Sciendum ergo os femoris ad genu duas habere leuiter sinuosas curuitates. Est enim illic neruus *γυνδαδης* ligamenti vicem obtinens, & super ea omnia *εμυοατεις*, quæ etià mola vocatur, ista est eius inferior structura. Superior verò est eiusmodi, habet tres*

nem videt

se habent

Ait enim d

dum rauo

am partem

n emorum

ira de hoc

os fractum

dem, deice

ca vnde ci

fiant. Sit

any in m

m in ped

usculi ses

um, cab

liseruit, a

lumbos

etur, no

il magni

ciuit ca

scere ut

mur per

atur, cul

liseruit,

e suram

spicuis

ica sunt

& ari-

propo

os pri

femo

Est e

& su

st eius

et res

cum

intricatas, quarum media quidē vocatur ischium, exterior
ἡ ἑξωτερικὴ sive *ὑλαυτός*, id est naris, interior *ἡ ἐνθε*, id est pubes, quæ
 perforata est, quod illac transeant cremasteres. Et hæc est
 superior structura. Media autem talis est. Supra quidem &
 extra est curua, intus verò & infra caua. Et pars interior ca-
 ua est ob complexum, aut quod habeat perspirationem: in-
 ferior autem, quia desideat, ne gibbus cum gibbo coniu-
 gatur. Deinde postea tensione & opposita distentione vten-
 dum, & modo sæpe dicto curandus æger. Si ortra sit inflam-
 matio aut infra aut supra, oportet succidam lanam & vinum
 cum oleo mixtum immittere, & laxantia atque discutien-
 tia omnia, deinde deligandum vt in superiorem fracturæ
 partem vinculum feratur, ne fluxiones ad fracturam attra-
 hamus.

Quod femur ab exteriori parte obtortum] *παύσος* pro *παύσι*
ἡ ἑξωτερικὴ, id est in eum.

Tale quidpiam moliri oportet quale traditum est in bra-
chio] Quo enim modo illic iniectam fasciam in oppositam
 costam deligabamus, ne ossa ad gibbas partes ferri permic-
 terentur, ad eundem modum & in femore agendum.

Maximam confusionem prabeat] *τὸ πᾶν* dixit *αὐτὸν τὸ ἀγ-*
νοῦν, id est peruersionem.

SECTIO TERTIA.

Ista igitur res contingunt, quibus ossa quidem fracta sunt
 Hæc speculatio tria continet capita. In primo differitur de
 fracturarum compositione. In secundo verò malè susceptæ
 curationem, & in tertio rectam tradit. Quod ad primum,
 sciendum est fracturam vel cum vlcere vel sine eo esse. Si
 cum vlcere aut simpliciter ita sit, aut etiam ossis transmuta-
 tio id efficit. Sed istud os aut vulnerauit, & extra eminet, &
 tum vocatur *ἐκτὸς ὤσας*, id est eminentia extra corium: aut
 non exeat, & vocatur simpliciter fractura cū vlcere. Omnia
 autem ista sunt composita, dico quæ cum vlcere. Sed melio-
 ri iure composita vocantur, præsertim quæ sunt cum mate-
 riæ affluxu. Sepe enim humor actis influens vlcus excirauit,
 quando etiam squamarum abscessus fiunt. Si autem fractio
 sit in multas tenues partes, quod *ἀλφειήδης* Græci dicūt, vo-
 catur & ista cōposita. Hæc est fracturarum diuisio. Mala au-
 tem curatio hæc est. Nonnulli enim Medici vlcere cum fra-

clausa existente, non utebantur statim diuisione. Sed vlcus ad cicatricem deducentes, tunc tēfione & in oppositum distentione utebantur, quando obducto callo attritoque in tēfione dolores fiebant. Sæpenumero etiam procul ossa inter se distabant, callo non permittēte vt ipsa in directum concedant. Si id in manu contingebat, mediocres: si verò in pedē, molestum. Pes enim claudus reddebatur. Alij non ita utebantur. Sed statim tensionem & oppositam distentionem adhibebāt: deinde partes vlceri vicinas vinciebant, & mediam partem nudam dimittebant. Quid inde accidebat? materia circum circa constrictione facta ad vlcus confluebat, & nudum vlcus aërique expositum remanebat. Frigidum autem vlceribus inimicum. Hæc est mala curatio. Bona verò quænam est? Oportet tendere & in oppositum distendere, & latum iniicere vinculum, vt totum vlcus semel non medium tantum comprehendas, & continuo soluere, laxa que esse vincula, & ceroto ad vlcus vti. Deinde si inflammatio sit transuersa (vlcus videlicet) in totum arundinibus non vti. Quòd si in directum tendat, vti quidem, supra vlcus verò minimè.

Nec testæ alicuius expectatio est, quæ ab ossē abscedat] Pro eo, si non præbeat opinionem ossis abscessuri.

Eadem autem Vlcereum curatio] Inde rursus fracturam cum vlcere curare aggreditur. Hoc autem vlcus non fit ob fracturam, sed ob humoris acrimoniam, aut propter coarctationem, aut non liberam vinculorum perspirationem, aut propter ferularum prauam appositionem. Vnde verò cōstat vlcus fieri debere? Primum ex dolore, postea & morsus contingit & immoderata inflāmatio & rubor. Tū igitur oportet ægrum soluere & fouere atq; cerato vti & vino abluere atque eiusmodi: deinde accedere ad fracturam, & ista constringere, vt fluxiones auertamus, atque ita ad superiores partes accedere. Sed aliquando testæ fit abscessio. ea que aut parua est aut magna. At vnde manifestum erit squamæ fore abscessum? quòd vlcus sit hians & diductis labris, & quòd feratur os in exteriores partes, & quòd ichores crudi ex eo fluant, vtpote ex humore mordicante. Tunc igitur soluere oportet & abluere & laxè deligare. Si autem squama magna fuerit, tunc diligentia multa adhibenda,

vincu-

vinculum autem transuersim in modum literæ X immit-
tendum, & non ligandum. Sufficit enim forus ex vino ad-
mixto oleo. Oportet, inquit, corium subucere, vt ichores
defluant.

Et videtur ad exitum festinare] ὁρῶν αὐτὶ τὴν ἐπιτάξιν
φύσει δὲ αὐτὸν ad exteriora ferri.

Pellis autem caprina substernenda] ἱξάλλω δέρυγι vocat.

Si quis autem velit bene & expedire rem agere] Hic Hip-
pocrates nobis machinas aliquot tradere vult, dicitque eos
qui machinas confecturi sunt, tales efficere vt non iuuent.
Quidam enim ita censuerunt velut in tibia fracta extremū
pedem deligandum esse. Innuentes non debere pedem agi-
tari, sed falso. Eo enim deligato cū reliquum corpus con-
uertitur, æger etiam partem iuxta fracturam suam peruertit.
Alij tursas post septimam diem tensionem & in opposi-
tum distentionem faciunt, alij post quartam. Errant autem
utriq. Quando enim critica est dies, & materia commota,
tum etiam illi roboris & facultatis auxiliū peruertunt, præ-
terquam quod minus illi peccant, qui post illud auxiliū
tensione vtuntur. Cur autem post inflammationum vigorem
tensione vsi sunt? Non igitur oportet, inquit, tales machina-
tiones admouere. Verū siquidem in totum aliud cōmen-
tum dicendum est, tale esto. Oportet duos loculos in farci-
minum formam consuere, vt vnus quidem infra ad malleo-
lum sit conuolutus, alter supra ad genu. Oportet autem ista
farcimina intus ita replere, & vt æqualitas corpus cōtingat,
reliquū sublime sit, superiore verò parte sublime. deinde in
iis debent esse eminentiæ instar auricularū. In sublimibus,
inquā tum supra tum infra, vt in hac virgæ immixtæ contra
se tendant, & in directū extensæ conformationem seruent.

Quibus ossa fracta & cute excedentia] hic Hippocrates
vult αὐτὸν ὁρῶν id est eminentiam illam extra corium cu-
rare, & ait in eo non sola extensione esse vtendum, sed et-
iam per vectem molitione, & vbi alij tendant, neque fer-
rum simile vecti sumes, & ita propelles atque repones os, &
tū doctrina ad fracturas cum vlcere accommodata yteris.
Oportet autem ista fieri antequam inflammationes orian-
tur, videlicet prima aut secunda die. Neq. enim tertia, neq.
quarta, neq. maximè quinta yteris, sed post inflamationes.

Si autem caro aut cutis nigrescat, nihil inquit, collocatur quod non defendat aërem & panniculos complicatos, ne ista immediatè aëri exponantur. Si autem os, inquit, non potueris retrudere, expecta donec putrescat & cadat. Quam autem ratione scire poterò, vtrum breui necne putrescat & cadat? Dicimus varia signa, primum quoniam hinc ichores ferantur, & labra sunt expansa & plurimum diducta, & quod superius est carnisque expers promtè cadit, alia cum maiori difficultate. Si verò cadere morentur, ipsa præcide. Si parum excedat, & maior pars infra sit, expecta donec carnes attenuatae fuerint, & tunc scalpello os denudato, & præcidens rursus vitere composita curatione, quemadmodum vsus es in squamis.

Hac curatio maximum momentum habet.] *πρωτεύων* vocat *πρωτεύων*.

Axis versatio] *ὀρίσκους* vocat *τροχούς* id est orbis. Intelligo autem currus.

Quibus autem femoris aut brachij os excessit] Quando quidem in præcedentibus ossa extra cutem eminentia curauit, vult quoque nunc continuata oratione de illis absolutum sermonem tradere, & dicit fieri *ἐκθύρωμα* id est excessum ossis & in femore & in brachio, qui excessus difficultis est. Quare deuitare potius oportet iustas causas prætexendo, neque tales curationes aggredi. Sunt enim magna ossa, quæ cum magna difficultate callum obducentia multo sanguinis profluvio hominem iugulant. Inflammationes autem, conuulsiones & febres comitantur. In quibus primum caput completur. Secundum autem continetur in eo ubi dicit genu loco suo emoto faciliorem esse curationem, quam si acutus cubiti processus *κόρυς* dictus excedat. Nam gibbositates minores sunt atque etiam cauitates. Ossa enim magna sunt, & multam medullam continent. Querunt nonnulli cur omnino leuia sunt ossa & medullam habentia? Respondet Aristoteles, naturam non solum roboris, sed & motus curam habuisse, propter robur ergo ea terrea & firma fecit, vt essent loco fundamenti: propter motum autem solidauit ipsa, ne vacua existentia grauitatis ipsorum corporis causa essent. Quodque hoc sit verum, hinc patet. *Aut enim ossa elephantum & leonum & omnium generum*

solorum animalium omnino plena esse. Quum igitur propter morum ea indurauerit (nouit autem natura nihil vacuum in toto orbe) ideo medulla illa repleuit. noluit enim aere repleti, siquidem frigiditati & passioni obnoxius aer. Curigitur omnino ea medulla repleuit? dicimus quia ossa terrea sunt, frigida & sicca, medulla contra, vt igitur corrigeret multam siccitatem, ideo medullam immisit.

Quod si repositus, solent conuulsiones superuenire Ope-
repretium quare cur dicat solam conuulsionem superue-
nire, non autem febrem, quando quis reponit, curque de-
terius esse dixit reponere, quam non reponere, propter
dolores & fluxiones? Respondemus illum maioris facta
mentionem & minus comprehendisse. Vbi enim conuulsio,
ibi etiam febris.

Sed si articulus in hanc vel in illam partem moueatur & tra-
hatur ibi os Hic ad aliam doctrinam progreditur, & affe-
ctus quosdam manifestè in positione tradit. In quibus au-
xilante Deo contemplatio collocabitur.

HIPPOCRATIS

DE MORBIS VVLGARIBVS.

LIBER PRIMVS.

SECTIO VII.

SECTIO PRIMA.

Status primus.



morbi sunt q̄ eisdem na-
tionis plures ab eadem
causa & in vernacula
simul corripunt
id. Senn. l. 2. p. 1. C. 11
N Thaso ad autumnum circiter Equino-
ctium & sub Vergiliarum occasum pluuię
multę, continentes & leues fuerunt, non
secus ac spirantibus austris. Hyems au-
strina quę status aquilonares paruos &
insto maiores siccitates habuit, atque et-
iam in totum veri similis fuit. Ver autem
austrinum, frigidum, paruas habens pluuias. Æstas vt plu-
rimum nubila, in qua ab imbris cessatio fuit. Anniuer-
sarij venti (qui Etesię dicuntur) parum, tenuiter, disun-
ctim, segregatimq; spirauere. Existente igitur toto nos am-

bientis aëris statu austrino & ad magnas siccitates vergente, antè ver quidem, quòd superior status subcontrarius & aquilonius factus fuerit, paucis febres ardentes contingunt, earumque valdè mites & facillimè consistentes, quæ neque sanguinis ex naribus profusionem nisi paucis, neque mortem attulerunt. Multis verò aurium tumores subnascebantur, qui in alteram partem vergebant, plerisque etiam in utranque, iisque febre vacuis & in erectum stantibus nec decumbentibus, etsi nonnullis paulisper incalescerent. Omnibus absque noxa extincti sunt, neque cuiquam, veluti qui alias sui ortus causas habent, suppurationem fecerunt.

Horum autem ea fuit natura ut molles & laxi essent, magni, diffusi aut sparsi, sine inflammatione & dolore, omnibusque sensim & sine vlla significatione euanescerent. Fiabant ista quidem adolescentibus, iuuenibus, ætate florantibus, atque horum plurimis qui in palestra & gymnasiis exercebantur, mulieribus verò paucis contingebant. Multis tussis aridæ & inanes, quibus cum tussi nihil educebatur, nec ita multò post voces raucescebant. Quibusdam verò ex temporis intervallo inflammationes cum dolore in alterum testem erumpebant, quibusdam etiam in utroque. Alij quidem febribus corripiebantur, nonnulli verò sine febre persistebant. Atque adeò hæc ipsa plurimis grauiæ & molestissima fuere. De reliquo autem quod ad ea attinet, quæ ad Chirurgiam spectant, in his inculpate habebant. Antè verò æstatis initium, & per ipsam æstatem, atque etiam ad hyemæ, eorum multi qui iam longo intervallo consumti erant, tabefacti decubuerunt, siquidem & multis de tabe in dubium venientibus, ipsa tunc est confirmata. Est ubi etiam eos qui natura erant ad tabem promptè comparata, tum primam occupauit. Ex his multi atque etiam plurimi interiierunt. Atque haud scio si quis ex decumbentibus etiam modico tempore superstit. Celerius verò interiierunt quàm talia transigi soleant, præsertim cum alios & diuturniores & cum febribus coniunctos pertulerunt, nec interierunt, de quibus paulò post scriberetur. Solus nanque & eorum qui tunc viguerunt maximus, multos tabes ipsa peremit.

Eorum autem plurimis huiusmodi affectus aderrant, febres horroris sensu insignes, assiduæ & acutæ, in totum quidem

dem non desinentes, sed quæ erant ex semitertianarum genere, vno die leuiiores, altero verò insuper ingrauescentes, omninoque vehementius incrementum. Sudores autem perpetui, non tamen per totum corpus diffusi, extremorum refrigeratio multa, quæ vix quidem incallescerebant. Alii conturbata biliosa, pauca, syncera, tenuia, mordacia egresserunt, crebroque assurrexerunt. Vrinæ tenues, crudæ, decolores atque paucae, aut crassitudinem & paucum quod desideret habentes, neque probè consistentes, sed in quibus ea quæ subsidebant cruda & intempestiua erant. Tussiendo verò pauca, densa, concocta reiciebant, & quæ paulatim ac non nisi exigè educerentur. Qui autem violentissimè conflictabantur, his ne parua quidem concoctio adfuit, sed perpetuò cruda expuebant. Horum etiam plurimis fauces statim & ad extremum vsque rubore & inflammatione affectæ doluerunt fluxionibusque paruis, tenuibus & acerbis tentati, citò consumiti maleque vexati sunt, perpetuò cibos omnes auersabantur, neque sibi capiebantur, multi que circa mortem delirabant. Atque ista quidem tabidis contigerunt. Iam verò ad æstatem & autumnum febres multæ, assiduæ, neque violentæ prehendebant, istaque diu laborantibus, non his qui cætera molestè habebant, contigerunt. Alii plurimis valdè placidè conturbatæ sunt, nihilque effatu dignæ noxiæ attulerunt, urinæque plurimis boni quidem coloris & puræ aderant, sed tenues & quæ tandem iudicationis tempore concoquebantur. Hi non admodum tussiculosi erant, neque ea quæ tussi reiciuntur negotium exhibebant, neque cibum non auersabantur modò, verum etiam exhibendi illius facilem faciebant copiam. In summa igitur, afficiebantur qui tabescebant non quomodo cæteri tabidi solent, sed febribus cum horrore sensu correpti parum insudabant, interdum alij vagas quodammodo & errabundas accessiones habebant, neque in totum febres desinebant, sed quæ in speciem tertianarum insultus facerent. Inter eos autem quibus erant breuissimi morbi, ij ad vigesimum diem iudicatione soluebantur, plerisque verò ad quadagesimum, nonnullis etiam ad octogesimum. Est vbi ne sic quidem, sed errabundè & nulla obseruata iudicatione quibusdam desinere. Horum quoque plurimis quæ non longo post inter-

uallō remiserant febres reuersiones fecerunt, iisdemq; die-
rum ambibus post ipsas reuersiones iudicabantur, earūq;
nonnullæ ægtos ita produxerunt, vt sub hyemem afflige-
rentur. Ex his autem omnibus qui in hac status conditione
descripti sunt, solis tabidis lethalia contigerunt, in aliis verò
febris nequaquam obuenerunt.

SECTIO SECUNDA.

Status secundus.

Ante Autumnum in Thaso tempestates non tempestiue,
sed cum multis austris & aquilonibus repentinæ & humi-
dæ prorupere. Taliaque ad Vergiliarum occasum vsque &
sub Vergiliis ipsas exitere. Hyems autem aquilonia, aquæ
multæ, vehementes, magnæ, niues, hisq; intermixta vr plu-
rimūm aeris serenitas. Atque ista omnia contingebant,
nec certè admodum inopportuna erant frigora. Iā verò post
brumale solstitium eoq; tempore quo spirare incipit fa-
uonius, extremæ hyemis frigora magna fuere, aquilones
multi, niues & pluiæ continenter multæ, cælumq; cum
ventorum turbine nimbosum & nubilum, eaq; ipsa non
remiserunt, sed se ad æquinoctium extenderunt. Ver autem
frigidum, aquilonium, pluuiosum nubilumq; neque ad-
modum æstuans æstas fuit. Venti anniuersarij continenter
spirauere, statimq; ad Arcturum perflantibus Aquilonibus
aquæ admodum multæ. Existente igitur anno toto humi-
do, frigido & aquilonio, ad hyemem quidem vt plurimūm
bene valuerunt, ante ver autem plærīque omnes molestè &
grauiter vitam traduxerunt.

Primūm itaque lippitudines fluentes, cum dolore, hu-
mentes & crudæ obortæ sunt, sordes in oculis concretæ
(quas lemiæ vocant) paruæ, nec sine difficultate multis e-
rumpebant, quæ cum plurimis reuertissent, tandem ad au-
tumnum reliquerunt. Iam verò per æstatem & autumnum,
ex intestinorum læuitate & torminibus, continuæq; & in-
ani egerendi cupiditate laborarunt, aluiq; fluidæ, biliolæ,
tenuia multa, cruda & mordacia, nonnūquam etiam aquo-
sa deiecerunt. Plærīq; etiā circumflui nō sine dolore humo-
rum æffluxus contingere, bilioli, aquoli, strigementosi, puru-
lenti, & qui vrinæ difficultatem facerēt, non ex proprio ali-
que

quoremum vitio, sed quod istis alia in aliorum vicem succederent. Vomitiones pituitosæ, biliosæ, & crudorum ciborum eductiones, ac sudores aderant, atque omnibus vndiquaque diffusebat humiditas multa. Multis autem hæc fiebant, qui erecti & stantes à febribus erant vacui, plarisque etiam febre correptis, de quibus mox scribetur. In quibus verò descripta omnia deprehendebantur, ij iam quidem ad autumnum & sub hyemem non sine labore tabidi euadebant. Febres erant assiduæ, atque eorum paucis quibusdam ardentes, diurnæ, nocturnæ, semitertianæ, tertianæ exquisitæ, quartanæ, erraticæ.

Atque enumeratarum febrium singulæ multis oboriebantur, ardentes verò omnino paucis, iisque ex ægrotantibus minimum laborarunt. Nam neque sanguis ex naribus nisi paucus admodum, iisque paucis profluxit, neque delirarunt, cæteraque omnia placide tulere. Horum plurimis bene admodum constituto & composito iudicationis ordine, febris ardens cum intermissione in septendecim diebus soluebatur, atque haud scio an quisquam tunc ex hac ipsa interierit, aut ad phrenitum deueniret. At verò tertianæ plures quidem quam ardentes & laboriosiores fuerunt, atque in his omnibus ritè & ordine à primo insultu ad quaternos circuitus processere, in septem verò absolute iudicabantur, neque horum cuiquam reuerterunt. Quartanæ autem multis per initia certo & rato quartanæ tenore ceperunt, quibusdam verò non paucis ex aliis febribus & morbis secessus in quartanas fiebant, longæque his pro consuetudine, atque etiam interdum longiores contingebant. Sed & quotidianæ nocturnæque & errantes multæ diuque plerisque perseverauerunt erectis tum decumbentibus, horumque plurimos febres sub Vergilias & in hyemem usque comitabantur. Multos autem statim ab initio præciqueque pueros convulsiones cum febre tentabant, quæ etiam febribus succedebant, erantque hæc plurimis diuturna quidem, innoxia tamen, nisi quibus cætera omnia perniciem adferrent.

At verò continuæ quidem omnino febres erant nihilque intermittebant, sed omnes inuadebāt earum febrium more quæ ad tertianarum naturam propius accederent, vno quidem die leuiiores, altero verò vehementiores, omnium

quæ tunc contingerent violentissimæ, longissimæ & laboriosissimæ, per initia leues & in totum perpetuò incalescentes, diebus iudicatoriis inscius habebant & in deterius procedebant. Quæ etiam cum parum alleuassent, celeriter rursus ex intermissione vehementius inuadebant, & diebus iudicatoriis magna ex parte deterius affligebant. In his omnibus rigores incompositè & errabundè contingebant, paucissimique & minimi, verum in cæteris febribus maiores, ut & sudores multi, his verò perpauci nihilque alleuantes, sed contrà noxiam afferentes. His magna extremorum perfrictio quæ vix etiam recalescerent. Neque penitus perurgiles erant, maximè verò hi etiam vicissim sopore grauabantur. Alui omnibus quidem conturbatæ erant maleque affectæ, istis verò multo pessimè. Horum autem plurimis vrinæ aut tenues erant crudæque & decolores, aliquantoque post interuallo nonnihil concoctæ, non sine iudicatoriis signis, aut crassitudine quidem præditæ, verum turbidæ, nihil consistentes aut subsidentes, neque concoctæ, aut paucae, viciossæ, crudæ, subsidentes, & in summa pessimæ omnes. Tussis quidem febres comitabantur, sed neque quam utilitatē aut noxiam tunc tussis attulerit licet scribere. Diurna itaque & difficilia hæc erant, valdeque incompositè & errabundè, atque citra solutionem horum plurima tum his qui exitialiter valde, tum his qui nequaquam ita se haberent, permanebant. Si quibus enim aliquantulum intermitterent, in iis celeriter reuersiones faciebant. Est ubi quibusdam iis quoque paucis, ad octogesimum diem cum breuissimè iudicatione soluerentur, nonnullis repeterent, ut etiam in hyemem eorum plurimi ægrotarent. Pluresque verò omnes absque iudicatione deserebant. Hæc autē tum his qui superstitēs erant, tum iis qui moriebantur ex æquo contigerūt.

Cumque multa eaque varia esset in morbis iudicationis cessatio, maximum sanè & pessimum signum pluresque omnes ad extremum usque profecutum est, quod cibos omnes auersarentur, iisque maximè qui cætera quoque exitialiter haberent. In his verò febribus non admodum inopportunè siticulosi erant. Longo autem progressu temporis, cum & labores multi malaque corporis extenuatio fieret, his humorum secessus aut viribus superiores, aut minores

quam

quàm ut prodesse quicquam, succedebant, sed qui confestim intro recurrerent & in deterius contenderent. Atque his aderant intestinorum tormina, crebræ & inanes egerendi cupidines, intestinorum læuiores & alui fluentes, nonnullis etiam aqua inter cutem cum huiusmodi enumeratis casibus, aut sine his contingebat. Ex his verò quicquid violenter urgebat, aut statim è medio tollebat, aut prorsus nihil conferebat. Papulæ parvæ, quæ nec satis pro dignitate morborum excretioni respondebant, sed contrà celeriter disparebant, aut aurium tumores oboriebantur qui sensim & sine vlla significatione euanescebant. Nonnullis ad articulos præcipueque ad coxendicem decumbebant, paucis decretoriè desinebant, sed celeriter rursus pristinum habitum assequebantur.

Ex quouis autem hominum genere interibant quidem, atque ex his plurimè pueri iam à lacte depulsi, iiq; quibus ætas paulum processerat, octennes aut decennes, necdum etiam puberes. Atque ista quidem his non sine superiùs descriptis, multis verò superiora absque his contingebant. Quibus autem ad urinæ difficultatem res tota se conuertebat, in eamque humorum secessus fierent, iis hoc vnum utile omniumque efficacissimum signum fuit, quod etiam pleurosque omnes ab imminente maximo discrimine vindicauit. Accidit verò plurimis urinæ difficultatem potissimumque his ætatibus fieri, itemque aliis multis qui etiam in morbis erecti obambulabant. Hic quoque subita quædam & magna omnium mutatio aderat. Aluos namque si contigisset fufas fuisse, eæ confestim pessimè cogebantur, & ad omnes cibos alacres erant, posteaq; placidæ febres tentabant. Verùm quæ ad urinæ difficultatem spectabant, ea his diurna & molesta fuere, urinæq; copiosæ, crassæ, euariantes & rubræ, partimque cum dolore purulentæ. Atque hi omnes superstites euasere, neque eorum quenquam interisse cognoui.

In quibus verò casibus nullum periculum suspectum est, eorum quæ exeunt maturationes omnes num vndiq; tempestiue procedant, considerandæ sunt. In quibus etiam num abscessus bono sint, aut cum iudicatione fiant videndum est. Concoctiones iudicationem breui fore & certam salu-

britatem portendunt. Cruda verò & incocta, quæq; in mæ-
los abscessus vertunt, aut iudicationis cessationem, aut do-
lorem, aut diurnitatem, aut mortem, aut eorundem re-
uersiones significant. Horum autem quodcumq; maximè
futurum sit, ex aliis considerandum. Summa cura anniti o-
portet vt præterita enarres, præsentia cognoscas, & futura
prædicas. Duoq; ista elaboranda sunt, vt in morbis com-
modes, aut ne quid offendas. Artem tria ista circumscribunt,
morbus, æger, & medicus, qui artis est ad minister, ægrum-
q; oportet vnà cum medico morbo relictari. Capitis &
cervicis dolores & grauitates si febres comitentur, aut sine
iis accidant, phrenitide quidem laborantibus ad conuulsio-
nes desinunt, præsertim vbi æruginosa vomitione refudo-
rint. Sed & eorum nonnulli celeriter inereunt. Qui febris
bus ardentibus aliisue conflantur cum cervicis dolore &
temporum grauitate, si tenebricosa caligo oculis obuesci-
tur, præcordiorumq; contentio sine doloris sensu affurrit,
iis sanguis è narib⁹ profunditur. Qui verò toto capite gra-
uitatem sentiunt, cum oris ventriculi morso, & stomachi
fastidio, ij biliosa & pituitosa vomitione reeiciunt. Quibus
in casibus plærunq; pueris conuulsiones maximè fiunt. Ea-
dem etiam mulieribus contingunt, prætereaq; obscenorum
locoꝝ dolores. Grandioribus autem natu & quos iã calor
defecit, partium resolutiones, aut insania, aut scæcitates.

Status Tertius.

Paulò ante Arcturum, sub ipsoq; Arcturo, imbres co-
piofi & magni spirantibus Aquilonibus in Thaso fuerunt.
Circa Æquinoctium autem & ad Vergilias vsque, parua &
modica pluuia austrina. Hyems aquilonibus perflata in-
sto maiores siccitates, frigidos ventos, & magnas nives ha-
buit. Ad æquinoctium autem maxima frigora. Ver aquilo-
nium, exuperantes siccitates, modica pluuia & frigida.
Circa æstiuum solstitium aquæ pauca, frigora magna ad
Canem vsque. Post canem verò ad Arcturum vsque, perca-
lidam æstatem æstus magni, qui non per interualia aut sen-
sim fierent, sed tum perpetui, tum vehementes, non plu-
bat, anniuersarij venti spirauere. Ad Arcturum autem plu-
uia austrina ad æquinoctium vsque. In hac temporis con-
ditione

ditione ad hyemem partium resolutiones cœperunt multosque inualescunt, ex quibus nonnulli celeriter interierunt, multique vulgari ter grassabatur hic morbus, cætera vero integrè debebant. Febres autem ardentes ante ver cœperunt, & ad æquinoctium vsque & ad æstatem perseverauerunt. Quos itaque statim sub ipsa veris & æstatis primordia morbus inuasit, plerique omnes superstites euaserunt, pauci que interierunt. Cum verò autumnus esset, pluviae que impeterent, lethales erant pluresque peribant.

Inerant verò in febribus ardentibus affectiones huiusmodi, ut qui bene & largiter sanguinem è naribus profudissent, ij vel ex eo maximè seruari viderentur, neque vllum eam modò sanguis bene profluxisset hoc in statu mortuum videre licuit. Philiscus siquidem & Epaminon ac Silenus, quòd his quarto die & quinto è naribus parum stillauerit, mortem obierunt. Plerique igitur omnes ægri appetente iudicatione rigore corripiebantur, iique potissimum qui sanguinem è naribus non profudissent, atque hi in super nouo suborto rigore exudarunt. Quosdam etiam sexto die morbus regius prehendit, verum istos per vesicam expurgatio, aut commota aluus, aut larga sanguinis è naribus profusio subleuauit, quale quid Heraclidæ, qui apud Aristocyden decumbebat, contigit, quippe qui largum è naribus sanguinem profudit, & aluum conturbatam habuit, & per vesicam perpurgatus est. Vigesimo autem die iudicatione est liberatus, non quomodo Phanagoræ famulus, qui cum ipsi nihil horum quicquam euenisset, periit. Plurimis sanguis è naribus erumpebat, præcipuè tamen adolescentibus & ætate florentibus, atque eorum bona pars periit qui sanguinem è naribus non profuderunt. Ætate autem prouectioribus, res sese in morbum arquantur vertebat, aut iis alui commotæ, aut intestinorum difficultates aderant, quale quid Bioni qui ad Silenum decumbebat, contigit. Ætate etiam intestinorum difficultates populariter vagatæ sunt, & quidam eorum qui morbis conficiebantur, quibus etiam sanguis è naribus eruperat, hanc exitum habuerunt ut in difficultatem intestinorum incidere, quale quid Eratonis puero Myllo accidit, qui post multam sanguinis è naribus profusionem in

difficultatem intestinorum delapsi sunt & periculo exempti.

Copiosus igitur præcipue hæc humor fluitabat. Si quidem nonnullis impendente iudicatione sanguis è naribus non profluxit, sed ad aures enati tumores dispaſuerunt. Quibus euanescentibus ad sinistri lateris inanitatem summamque coxendicem grauitas decubuit, doloribusque post iudicationem abortis, atque vrinis tenuibus prodeuntibus, paucum è naribus sanguinem profundere cœperunt. Ac citè quartum & vigesimum diem Antiphonti Critobulifilio, humores in sanguinis è naribus profluuium secesserunt, quod ubi desit, integrè circa quadragesimum diem iudicio est absolutus. Mulieres præterea multæ ægrotarunt, minus tamen quàm viri nec ita multæ obierunt. Plurimæ autem difficulter partum ediderunt, atque à partu insuper laborarunt, ipsæque potissimum obierunt, non secus ac Telebuli filia, quæ sexto à partu die interiit. In febribus itaque plurimis menses apparuerunt, nonnullis etiam sanguis ex naribus profluxit, multisque virginibus id tum primùm contigit. Est ubi etiam sanguis è naribus, quibusdam verò menstruæ purgationes erumperent, quale quid in Dathartifilia virgine tum primùm apparuit, cum larga sanguinis è naribus profusione. Atque haud scio, quibus horum quicquam rite euenerit, an ex iis quæquam perierit. In quas verò prægnantes morbus fortè incidit, hæc omnes, quod scî, abortionibus periclitatæ sunt. Plurimis verò vrinæ bene quidem coloratæ, tenues autem & pauca habentes subsidetia, cum deiectionibus tenuibus & biliosis. Plærisque verò alioqui iudicatis, morbus in intestinorum tormina desit, quale quid Xenophani & Critiæ accidit. Vrinæ etiam quibusdam dilutæ, multæ, liquidæ, tenues post iudicationem fuerunt, in quibus cum reliqua etiam probè iudicata foret, multa subsedere. Atque hoc quidem recensere æquum videtur, in quibus fuere Bion qui apud Silenum decumbebat, Cratia quæ cum Xenophane versabatur, Aretonis puer & Mnesistrati vxor. Qui omnes postea in difficultatem intestinorum delapsi sunt. An verò iccirco id contigerit quod vrinæ dilutæ prodierint, animaduersione dignum est.

Multi circa Arcturum vñdecimo die iudicatione absoluti sunt, neque his, quæ ob iustam causam fieri solent morborum

horum reuersiones, recurrerunt. Sub hoc tempus autem sopore opprimebantur, atque inter hos plures pueri, qui omnium vel maximè morte exempti sunt. Ad æquinoctium verò & ad Vergilias vsque, & sub hyemem, febres ardentes accedebant. Quinetiam tunc plurimi perpetuo cum febribus delirio corripiebantur, atque ex his plerique omnes moriebantur, æstate autem pauci tales euadebant. Inuadentes itaque febres ardentes, quibus præsens immineret pernicietis, satis indicabant. Nempe statim ab initio febris acuta cum modico insuper rigore prehendebat, vigilantes erant, impotentes animi, sitibundi, æstuatione & corporis incontinenti iactatione conflictabantur, cum paruo tenuique sudore circa frontem & clauiculas oborto, nullo tamen per totum corpus diffuso, multum deliri erant, timore & omni magiore confecti, ac velut animum despondentes, extrema paulatim frigus concipiebant, pedes summi, maximeque manuum summitates, diebus paribus accessiones contingebant. Plærisque verò omnibus maximi labores die quarto aderant, sudoresque longissimè subfrigidi, nec extrema amplius recalefcebant, sed liquida & frigida permanebant, neque amplius sitiebant. Vrinæ his erant nigrae, tenues & paucae, alique restiterant, ac ne his quidem quibus hæc acciderent sanguis è naribus profluxit, sed paucus stillauit, neque horum cuiquam res ad recidiuam deuenit, verum sexto die cum sudore perierunt. Phreniticis autem contigerunt quidem descripta non omnia, sed his fere vndecimo die, quibusdam etiam vigesimo iudicatione soluebantur. Quos statim ab initio circa tertium aut quartum diem phrenitis non prehenderat, sed primo tempore moderatè se habebant, iis circa septimum diem morbus ad vehementiam deuenit.

Magnus itaque fuit morborum numerus, atque ex agris præcipuè interibant adolescentes, iuuenes, ætate florentes, qui que erant glabro corpore, cute subalbida, extenso & nigro capillitio, & nigris oculis, ociosè & segniter vitam degentes, voce alta, exili, aspera, balbi, iræ præcipitis & acerbæ, plurimæque huiusce generis mulieres peribant. At verò hoc in statu ex quatuor maximè signis seruabantur ij quibus aut ex naribus bene sanguis profluxisset; aut vrina mul-

PPP

ta, in qua quod desidebat copiosum & laudabile erat per vesicam processisset; quique aut per aluum turbulenta, biliola, tempestiuè dmitterent; aut in difficultatem intestinorum delaberentur. Multisque usu venit ut non ab vno ex descriptis signis iudicarentur, sed ut plurimi per omnia percurrerēt & grauius habere viderētur. Sed hi omnes quibus ista contingerent incolumes euaserunt. Mulieribus item & virgunculis euenerunt paulò antè memorata signa omnia. Decernebat autem si quibus aut horum quippiam optimè fieret, aut liberaliter muliebria apparerent, nulla quæ (quod sciam) ex his quibus horum quid optimè factum esset, interit. Philonis namque filia, cum liberaliter ex naribus sanguis effluxisset, quod septimo die intempestiuus coenasset, mortem obiit.

Quibus inuitis per febres acutas atque adeo ardentes lachymæ effluunt, in his, dum cætera exijaliter non se habeant, sanguinis ex naribus profluuium expectandum est. In his siquidem, qui malè habent, non sanguinis eruptionem, verum mortem portendunt. Quibus febre iudicatoriè desinente, tumores ad aures in febribus cum dolore suborti, neque conquiescunt, neque suppurantur, eos, biliosum alui profluuium, aut intestinorum difficultas, aut quod in vrinis crassus subsidet, liberat, quale quid Hermippo Clazomenio euenit. Quod verò ad iudicia attinet, ea, ut satis perspicere licet, aut sunt inter se similia aut dissimilia. Velut in duobus fratribus apparuit, qui ad theatrum Epigenis habitabant, quibus, cum eadem simul hora morbus cœpisset, zotate prouectiori sexto die, iunior verò septimo decreuit, reuersus vtrique eadem simul hora, dies quinque intermisit atque ex reuersione vterque simul in totum die decimo, primo est iudicatione liberatus. Plurimis autem quinto die decreuit, septem intermisit, & post reditum die quinto iudicatio facta est. Quibusdam etiam septimo die decreuit, diebus septem intermisit, & ex recidiua die tertio iudicatio facta est. Nonnullis quoque morbus die septimo iudicatus est, cumque diebus tribus intermisisset, septimo decreuit. Aliquibus die sexto morbus decreuit, atque ubi dies sex intermisisset tribus diebusprehendit, quos etiam ubi vno die reliquisset, altero rursusprehendit & iudicatus est, quemadmodum

DE MORB. VVLG. LIB. I. SECT. VII. 969

modum Euagonti Daipharsis filio contigit. Aliis sexto die decreuit, septem intermisit, & ex repetitione die quarto iudicatus est, quale quid Aglaïdæ filiaꝝ vsuuenit. Plurimi igitur eorum qui tunc ægrotarunt hunc habuerunt morbi tenorem, atq; haud scio an eorum cuiquam qui superfuerunt rite factæ morborum reuersiones non recurrerint, omnēque, quod sciam, seruabantur quibus hoc recidiuꝝ genus contigit, neq; hoc modo ægrotantium cuiquam morbum rursus repetiuisse memini. Moriebantur autem plurimi ex his morbis sexto die, velut Epaminondas, Silenus, & Philiscus Antagoræ filius.

Quibus tubercula ad aures enascebantur, ea die vigesimo decernebant. Sedata autem sunt iis omnibus quibus non suppurarunt, ad vesicam tamen sese conuerterunt. Cratisonactæ qui ad Heraclium decumbebat, & Scymni fullonis ancillæ suppurarunt, & petierunt. Nonnullis verò morbus die septimo decreuit, hominem intermisit diebus, reuersus est, & ex recidiua quarto die iudicatus est. Phanocritus qui apud Gnathonem pictorem decumbebat, septimo die iudicatione est absolutus. Sub hyemem verò circa brumale solstitium ad æquinoctium vsque, febres ardentes & phrenitides perdurabant, multique peribant. Iudicationes tamen variè ceciderunt, plurimisque quinto ab initio die morbus decreuit, quarto intermisit, repetiit, & ex recidiua quinto die iudicatio facta est, omnino diebus quatuordecim. Atque hunc in modum pueris plurimis, quinetiam natu grandioribus iudicatio facta est. Nonnullis verò in decimo die morbus decreuit, decimo quarto repetiit, perfecteque vigesimo iudicatus est. Quod si qui vigesimo nouo insuper rigore corripentur, iis quadragesimo die morbus decreuit. Plæriq; autem omnes sub primam iudicationem denuo rigeabant. Quinetiam quidam per exordia sub iudicium ipsum nouo rigore correpti adhuc in ipsis morborum reuersionibus vnâ cum iudicatione riguerunt. Verè autem rigeabant omnino pauci, æstate plures, per autumnum adhuc plures, sub hyemem longè plurimi. At sanguinis è naribus profluvia cessarunt.

SECTIO TERTIA.

Quænam in his quæ ad morbos spectant dignotio facienda sit facile discemus, ex communi omnium & cuiusque propria natura, ex morbo & ægroto, ex his quæ offeruntur & eo qui offert. Nam & ex his melius vel grauius se habent. Præterea ex vniuersali ac particulari æris conditione, & regionis cuiusque, ex consuetudine, victus ratione, vitæ genere, ex cuiusque ætate, ægri sermonibus, moribus, silentio, imaginationibus, somnis, vigiliis, ex insomniis, quæ qualia & quando obueniant videndum est, vellicationibus, pruritibus, lachrymis, ex accessionibus, deiectionibus, urinis, sputis, vomitionibus. Videndæ sunt etiam quæcunque fiunt morborum vicissitudines, & ex quibus in quos succedant, & quinam abscessus perniciem aut solutionem portendant. Sed & sudor, rigor, perfrictio, tussis, sternutationes, singultus, spiritus, eructationes, flatus silentes, strepitum cientes, sanguinis eruptiones, ora venarum ex ano sanguinem fundere solita, græci hæmorrhoidas dicunt. Atque ex his quæ per hæc contingunt consideranda sunt.

Febriū hæc quidē sunt continuæ, hæc verò interdiuprehendunt, noctu intermittunt, aut noctuprehendunt, interdiu intermittunt. Sunt & semitercianæ, tertianæ, quartanæ, quintanæ, septimanæ & nonanæ. In febre autem continua morbi sunt valde præcipientes, maximi & grauiissimi, præcipueque lethales. At omnium est tutissima quartana, placidissima & longissima. Non enim solum per se ipsa talis est, verum etiam ab aliis magnis morbis vindicat. In ea verò quæ semiterteriana dicitur, tum morbi acuti accidunt, tum etiam præter cæteras ista præcipue lethalis est. Quinetiam tabes & quicunque alij morbi longi affligunt, in hac potissimum detinent. Nocturna non admodum lethalis est, longa tamen. Diurna longior, nonnullis autem ad tabem vergit. Septimana longa est, non tamen lethalis. Nonana hac adhuc longior, sed non lethalis.

Tertiana exacta celerem habet iudicationem, neque lethalis est. Quintana autem omnium est pessima. Hæc nempe ante tabem, aut iam contabescenibus ubi superuenit, perimit. Insunt autem in singulis hisce febribus, tum con-

nuis,

nais, tum intermittentibus, formæ, constitutiones & accessiones huiusmodi. Videlicet quidam continua quibusdam ubi incœpit floret & viget maxime, & in grauius tendit, circa iudicium verò in ipsoque iudicio extenuatur. Nonnullis verò leniter ac latenter incipit, increfcit autem in dies exacerbaturque, sed sub iudicium in ipsoque iudicio abunde emicat. Est ubi ex moderatis initis augetur & exacerbatur, & simulatque aliquantisper vigorem acceperit, ad iudicium vsque, sub ipsumque iudicium rursus se remittit. Atque hæc in omnem febrem omnemque morbum cadere solent. Ex his autem bene subducta ratione victum offerre necesse est. Iam quoque multa alia præcipua signa his sunt cognata, de quibus partim aliquando scriptum est, partim verò scribetur. Quæ tecum animo reputans, perpendendum considerandumque quodnam præceps periculum & mortem portendat, aut quodnam superstitem ægrum fore indicet, & cuiam admouendus cibus, necne, & quando, & quantus, & quinam cibus futurus sit. Quæ diebus imparibus inuisiones habent, ea diebus paribus decernunt. Quorum verò accessiones imparibus diebus fiunt, ea imparibus iudicantur.

Circuituum autem qui diebus paribus iudicant primus est decretorius quartus, sextus, octauus, decimus, decimus quartus, vigesimus octauus, trigessimus, quadagesimus octauus, sexagesimus, octogesimus & centesimus. Circuituū verò qui diebus imparibus iudicant, primus est tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimus septimus, primus & vigesimus, septimus & vigesimus, & trigessimus primus. Considerandum autem est quod si quid aliter extra hos præscriptos dies, decernat, recidiuas fore perniciemque portendi. Animumque advertere & nosse oportet, his in temporibus futuras iudicationes ad salutem aut perniciem tendere, vel momenta in melius aut deterius facere. Prætereaque videndum est quibusnam circuitibus febres errantes, quartanæ, quintanæ, septimanæ, iudicationes subeant.

Philiscus qui propter mœnia habitabat, primo die decubuit, cumque febris acuta prehendit cum sudoribus & nocte laboriosa. Postridie ingrauescentibus omnibus, ex alui dilutione meliusculè habuit, cum nocte quieta. Die tertio mane & ad meridiem vsq; liber à febre esse visus est, ad vesperam verò febris acuta inuasit cum sudore & siti, lingua inaruit, nigrum lotium reddidit, nox grauis & molesta fuit, non dormiuit prorsusque delirauit. Quarto grauiora euaserunt omnia, vrinæ nigræ, nox faciliior fuit & vrinæ melius coloratæ. Quinto circa meridiem parum idque sincerum è naribus stillauit, vrinæ variæ, in quibus sublimia quædam innatantia rotunda, genitali semini similia, dispersa inerant, neq; residebant. Huic supposita glande flagnosa pauca prodierunt, nox grauis fuit, somni parui, verba cum delirio, extrema vndiquaque frigida, quæ nec etiam ad calorem amplius reuocari poterant, vrinam nigram reddidit, aliquantulum dormiuit, sub diem vox defecit, sudor frigidus obortus est, summitates liuescebant. Die sexto circa meridiem obiit. Spiratio huic perpetuò quasi intro reuocanti & ingemidanti rata & magna fuit, lien in gibbositatem rotundam sublatus est, & ad finem vsque sudores frigidi perseuerarunt. Accessiones diebus paribus inuaserunt.

Ager Secundus.

Silenus qui in Platamone habitabat, iuxta Eualcidis ædes, ex laboribus, comotationibus, & exercitationibus in tempestuosis, ignis, hoc est febris vehementissima prehēdit. Ccepit autem ex lumbis laborare, & capitis grauitate teneri, cum ceruicis distentione. Primo die ex aluo biliosa, spumantia, abundè saturata & affatim colorata multa prodire. Vrinx nigræ, in quibus nigra subsidebant, siccibundus erat, lingua insuper arida, nocte nihil dormiuit. Altero die febris acuta fuit, deiectiones plures, tenuiores, spumantes, vrinx nigræ, nox inquietæ & grauis, aliquantulum delirauit. Tertio omnia grauiora euasere, præcordiorum

conten-

contentio vtrunque ad vmbilicum promissa, submollis, deiectiones tenues, nigricantes, vrinæ turbidæ, nigræ, nox insomnis, verba multa, risus, cantus, continere se non potuit. Quarto eadem affligebant omnia. Quinto per aluum fecessere sincera, biliosa, læuia, pingua, vrinæ tenues, pellucidæ, paulum ad intelligentiam rediit. Sexto circa caput tenuis & paucus sudor obortus est cum extremorum frigore & liuore, multa corporis incontinentia & iactatio, nihil demisit aluus, vrinæ restiterunt, febris acuta. Septimo voce defectus est, corporis summa non amplius ad calorem reuocari poterant, nihil minxit. Octauo sudor frigidus per omnia membra diffusus est, cum pustulis rubentibus, rotundis, paruis, varis non ab similibus, quæ permanebant neque abscissum faciebant. Aluus verò parum concitata, stercora tenuia, crudis similia multa non sine labore demisit, vrina cum dolore morbosæ reddebatur, corporis summa paulisper ad calorem reducebantur, somni exigui erant ac veluti sopores, vox defecit, vrinæ tenues & perspicuæ. Nono eadem fere omnia. Decimo potum non capiebat, sopore detinebatur, somni autem exigui erant. Ab aluo similia prodiebant, minxit affatim subcrassum in matella depositum. Quod subsederat hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simile erat, album, summa corporis iterum frigida. Vndecimo die obiit. Huic per exordia ad extremum usque spiratio magna & rara fuit, & continens præcordiorum palpitatio. Ætatis annum agebat fere vigesimum.

Eger Tertius.

Herophontem febris acuta prehendit, aluus circa initia pauca, & cuiusmodi in crebra & inani egerendi voluntate solent, demisit, deinde verò tenuia, biliosa & copiosa. Somnum nullum capiebat, vrinæ nigræ & tenues erant. Quinto die mane surditas obuenit, exasperata sunt omnia, lien sublatu intumuit, cum præcordiorum contentione, ex aluo pauca & nigra percurrerant, desipuit. Sexto delirabat, sub noctem sudor obortus est, frigus, deliriū perseuerabat. Septimo corporis summa perfrixerunt, siticulosus fuit, delirauit, sub nocte ad mentē rediit, dormiuit. Octauo febris

citauit, lien imminuebatur, prorsus ad intelligentiam rediit. Ad inguen doluit, primumque ei tumor subortus est quæ lienie directo respondebat, deinde dolor ad vtramque ueniam transiit, non facilis urinae melius coloratae, in quibus quaedam alba subsidebant. Die nono sudore oborto morbus decreuit, intermisit. Quinto post reuersus est die, simulque lien in tumorem sublatus est, febris acuta, rursusque surditas. Tertio post reciduiam die imminuebatur lienis tumor, minorque surditas erat, dolor crura inuasit, noctu sudore oborto ad decimum septimum diem iudicatus est, neque in morbi reuersione delirauit.

Ager quartus.

Philini uxorem in Thaso quæ filiam pepererat, cum ex naturæ præscripto purgationes procederent, cæteraque leuiter haberet, decimoquarto post partum die, ignis, hoc est febris vehementissima, cum rigoreprehendit. Huic circa exordia oris ventriculi dolor contigit, & præcordiorum dextrorum, locorum muliebrium dolores, purgatio defecta est. Ex subdito autem pello ista quidem alleuata sunt, capitis verò & ceruicis lumborumque dolores perseuerabant, somni non aderant, extrema frigida, sitibunda erat, aluius adusta pauca demittebat. Urinae tenues & per initia decolores. Sexto die ad noctem multum delirauit, rursusque ad intelligentiam rediit. Septimo siticulosa, deiectiones biliosae, in plenum & assatim coloratae. Octauo nouo rigore suborto febris acutaprehendit, conuulsiones multae non sine dolore, multum delirauit. Glande subdita ad desiderandum exurrexit, multaque prodierunt cum bilioso affluxu. Sonni capere non poterat. Nono conuulsiones, decimo aliquantulum mente constabat, undecimo dormiuit, omnia in memoriam subierunt, sed statim rursus delirauit. Conuulsae autem utinam confertim multam reddidit, raro ab iis qui assidebant admonita, crassam, albam (quale quid in subsidentibus urinis uisitur, quæ longo interuallo in macula depositae & reseruatae returbantur) eaque non subsidebat, sed colore & crassitudine veterini generis urinas referebat. Atque istiusmodi fuerunt urinae, quas videre licuit. Ad decimum

quar-

quartum diem totū corpus palpitaciones occuparunt, multum loquebatur, aliquantulum mente constabat, sed confestim rursus desipuit. Circa decimumseptimum voce defecta est, vigesimo obiit.

Ager Quintus.

Epicratis vxor quæ apud Archigeten decumbebat, cum iam partus instaret, vehementi rigore correpta est, nec (ut aiebant) incaluit, & postridie eadem adfuerunt. Tercio die filiam peperit, cæteraque omnia rite atque ordine processerunt. Altero à partu die eam febris acutaprehendit, cum oris ventriculi & locorum muliebrium dolore. Quæ quidē omnia ex subdito pello alleuata sunt, sed tum capitis, tum cervicis ac lumborum dolor inuasit, neque somni ulli adebant. Ex aluo pauca, biliosa, tenuia & sincera demisit, cum vrinis tenuibus & nigricantibus. Sexto postquam febris corripuit die sub noctē delirauit. Septimo exasperata sunt omnia, cum pertugilio desipuit, siubunda fuit, ex aluo biliosa omnia abundeque colorata secesserunt. Octauo rursus suborto rigore liberalius quieuit. Nono iisdem perseverantibus, decimo molestus erurum rursusque oris ventriculi dolor inuasit cum capitis grauitate & absque delirio, aliquanto plus dormiuit, aluus substitit. Vndecimo melius coloratas vrinas cum copioso sedimento reddidit, leuius habuit. Decimoquarto suborto nouo rigore febris acutaprehendit. Decimoquinto biliosa, flaua, subfrequentia vomitione refusa sunt, ex sudore febris reliquit. Sub noctem febris acuta, vrinæ crassæ quæ album habebant sedimentum. Quibus decimosexto ad noctem ingrauescentibus, molestie habuit, non dormiuit, delirauit. Decimo octauo sitibunda fuit, lingua retorrida, non dormiuit, multum delirauit, erurum dolor infestauit. Ad vigesimum mane paruo suborto rigore sopor tenuit, placidē dormiuit, biliosa pauca, nigra vomuit, sub noctem surditas oborta est. Circiter verò vigesimum primum, sinistrum latus vndique grauitas cum dolore occupauit, parua insuper suborta tussis, vrinæ crassæ, turbulente, subrubræ, quæ depositæ non subsederunt. Cætera verò leuius habuit, neque à febre immunis fuit. Statim per exordia faucium dolor & rubor adfuit, columella con-

tracta fuit, fluxio acris, mordax & salsa ad extremum perfe-
ueravit. Ad vigesimum septimum diem febre libera, vrinx
cum sedimento aderant, latus aliquantulum doluit. Ad tri-
gesimum verò quartum febris corripuit, aluum biliosa co-
turbarunt. Quadragesimo pauca biliosa vomuit. Octoge-
simo iudicatione prorsus est absoluta & febre liberata.

Eger Sextus.

Cleonactidem qui supra Heraclium decumbebat, ignis
hoc est febris vehemens, vago & incerto quodā ordine pre-
hendit. Capitis & lateris sinistri circa initia dolor adfuit,
exterorumque membrorum perinde ac ex lassitudine la-
bores. Februm accessiones aliæ subinde absque vilo ordi-
ne, & nunc quidem sudores, nunc verò minimè. Februm
insultus ut plurimum diebus decretoriis ferè inuadebant.
Ad vigesimum quartum diem extremæ manus frigescerent,
vomitione refusa sunt biliosa, flaua, subfrequentia, non lon-
gè verò post, virulenta, quibus omnibus leuatus est. Circi-
ter trigesimum sanguis fluere ex viraque nare cepit, idque
inconstanter paulatim ad iudicationem vsque, sed nec ci-
bum auersabatur, nec siticulosus toto tempore fuit, neque
verò insomnia torquebatur, vrinx tenues, non tamen de-
colores erant. Ad quadragesimum verò subrubra minxit,
cum sedimento multo rubro, leuius habuit. Post quæ variè
se habuerunt vrinx, ut quæ interdum sedimentum habe-
rent, interdum verò nequaquam. Sexagesimo vrinis sedi-
mentum multum, album & leue adfuit, remissa sunt omnia,
febris intermisit. Vrinx verò iterum tenues quidem, boni
coloris tamen. Die septuagesimo à febre liber fuit, quæ dies
decem intermisit. Octogesimo rigore oborto febris acuta
prehendit, sudor multus, vrinis sedimentum rubrum, leue
adfuit. Quibus perfecta iudicatio successit.

Eger Septimus.

Metonem ignis, hoc est febris vehemens, prehēdit, cum
lumborum grauitate & dolore. Postridie ex liberaliore a-
quæ potu alius rectè demisit. Tertio capitis grauitas te-
nuuit, deiectiones tenues, biliosæ, aliquantulum rubentes
prodierunt. Quarto exasperata sunt omnia, bis ex nare
dextra

dextra sanguis paulatim effluxit, nox laboriosa, deiectiones eadem quæ die tertio vrinæ nigricantes quæ sublimè quidam in medio innatans, subnigrum, donullum, nec subsilens habebant. Quinto die ex nare sinistra liberaliter sanguis syncerus effluxit, sudore oborto iudicatus est. Post iudicationem autem cum peruigilio præter rationem loquebatur, vrinæ tennes & nigricantes erant. Post capitis perfusiones quicuit, mente constitit. Huic morbus non reuerit, verum etiam post iudicationem crebrò sanguis è naribus erupit.

Eger Octauus.

Erasinum qui ad Bootæ torrentem habitabat, febris à cena vehemens corripuit, noctem turbulentam transegit. Primus dies quietus fuit, nox laboriosa. Postridie ingrauescentibus omnibus sub noctem delirauit. Tertio die laboriosè habuit, multum delirauit. Quarto grauissimè, per noctem verò nihil dormiuit, somnia aderant & ratiocinationes, deinde deteriora, magna & imprimis animaduertenda, timor & magna corporis incontinentia. Quinto mane compositus erat, omninoque ad intelligentiam redierat. Ad meridiem verò valde infaniuit, neque se cohibere poterat, summa corporis frigida & liuentia, vrinæ crudæ, sub solis occasum defunctus est. Huic ad extremum vsque febres cum sudore aderant, præcordiorum tumor & contentio nò sine dolore. Vrinæ verò nigræ, sublimia quædam in medio innatantia rotunda habebant, neque subsidebant, & ex alio stercora demissa sunt. Sitis continua non magna tamen. Convulsiones cum sudore sub mortem multæ.

Eger Nonus.

In Thaso Critoni erecto & obambulanti pes vehementer dolere ex pollice cepit, eodem die decubuit cum horrore & stomachi fastidio aliquantulum incallescens, sub noctem desipuit. Postridie per totum pedem & ad talum tumor subruber & contentus, pustulæ paruæ nigræ, febris acuta, infania correptus est. Ex aluo merè biliosa plurima procellerunt. Postridie ex quo laborare coeperat mortuus est.

Ager Decimus.

Clazomenius qui ad Phrynichidę puteum decumbebat, igne, hoc est vehementissima febre correptus, per exordia ex capite, ceruice & lumbis dolere cępit. Confestim surditas inuasit, neque somni aderant, febris acuta prebendit, præcordium in tumorem sublatum fuit, neque valde contentum, lingua arida. Die quarto sub noctę delirauit. Quinto cum molestia exasperata sunt omnia, ad vndecimum verò aliquantulum remiserunt, aluus ab initio ad decimum quartum vsque, multa, tenuia, aquę similia transmebat. Quod ad deiectiones attinet, commodę habebat, deinde aluus suppressa est. Vrinę per totū morbum tenues quidę, boni tamen coloris erant, & sublimę quiddam in medio innatans multum, non nihil dispersum habebant, neque subsidebant. Ad decimum sextum paulō crassiores urinas reddidit, quibus paulū inerat sedimenti, non nihil alleuius est, meliusq; sibi constabat. Decimo septimo rursus tenues profluxerunt, secundum vtranque autem tumor cum dolore subortus est, somni non aderant, delirabat, crurum dolore vexabatur. Vigesimo iudicatione a febre vindicatus est, non sudauit, omninoq; ad intelligentiam rediit. Circa vigesimum septimum vehemens coxendicis dolor obortus statimq; sedatus est. Quę autem ad aures erant tubercula neque conquiescebant, neque suppurabant, verū dolabant. Ad trigesimum primum ex alui profluuiō aquosa excrementa multa & cuiusmodi in difficultate intestinorum esse solent, prodierunt, crassas urinas reddidit, tubercula circa aures conquieuerunt. Circa quadragesimum verò oculi dextri dolor subortus est, hebetior visus fuit, constitit.

Ager Vndecimus.

Dromeadz coniugem, postquam filiam peperisset, ceteraq; omnia rite atque ordine procederent, postridie rigor cum febre acuta prehendit. Primo statim die præcordij dolor inuasit, nō sine stomachi fastidio, horrore, magnaq; corporis incontinentia, neque iis qui post consecuti sunt diebus somnum capere potuit. Spiratio rara, magna subitoq; reuulsa, ac velut retracta fuit. Postridie eius diei quo
rigor

rigor cepit, ex aluo commodè stercora processerunt, vrinæ crassæ, albæ, turbulentæ, cuiusmodi esse solent quæ subsederunt, vbi in matella multo tempore depositæ returbantur; neque subsidebant, noctu nihil dormiuit. Tertio ad meridiem nouo suborto rigore febris acutaprehendit, vrinæ similes, præcordij dolor, stomachi fastidium & nausea aderant, nox difficilis fuit, neque dormiuit, sudor per totum corpus frigidus diffusus est, statim tamen rursus ad calorem rediit. Quarto præcordij dolor aliquantum remisit, sed vnâ cum dolore capitis grauitas adfuit, sopore nonnihil detenta est, nares paucum stillarunt sanguinem, lingua valdè resiccata, sitibûda fuit, vrinæ tenues, oleosæ, parum dormiuit. Quinto siticulosa, nausea abunda, vrinæ eadem, ex aluo nihil secessit, circa meridiem valdè delirauit, confestimq; rursus parum ad intelligentiâ rediit, vbi surrexisset sopore detenta est, paulûperfrinxit, nocte dormiuit, delirauit. Sexto die mane nouus subortus est rigor celeriterque recaluit, sudor toto corpore dimanauit, extrema frigescabant, delirauit, spiratio magna & rara fuit. Paulò post conuulsionibus à capite subortis celeriter defuncta est.

Eger duodecimus.

Incalescens quidam coenauit bibitque largius, nocte omnibus vomitu refusus febris acutaprehendit cum præcordij dextri dolore, inflammatio subinanis ad interna vergebat, nox molesta & difficilis fuit. Vrinæ verò per initia crassæ, rubræ, quæ in matula depositæ non subsidebant, lingua valdè resiccata, non admodum erat siticulosus. Quarto die febris acuta inuasit, vndiq; dolores vrgebant. Quinto minxit læue, oleosum, multum, febris acuta detinebat. Sexto ad vespèram plurimùm delirauit, neque nocte dormiuit. Septimo exasperata sunt omnia, vrinæ similes erant, verba multa profundeabat, neque se continere poterat. Ex aluo irritata liquida & turbulenta cum lumbricis secesserunt, nox perinde laboriosa fuit. Mane verò ex rigore febrisprehendit acuta, sudor calidus subsequutus est, ex quo sine febre esse visus est, non multum quieuit. Ex somno perfrictio, crebra spiratio, ad vespèram multum delirauit. Paulò post verò nigrorum, paucorum biliosorum vomitus est subsequutus. No-

no perfectio, magnum delirium, neque dormiuit. Decimo crurum dolor inuasit, ingrauescebant omnia, desipuit. Vndecimo mortuus est.

Ager Decimustertius.

Mulier quædam quæ in littore decumbebat, trimestrij fœtu grauida, igne, hoc est, vehemente febre, correpta est, statimque ex lumbis dolor inuasit. Die tertio ceruicem, caput, circa iugulum manumque dextram dolor occupauit. Celeriter verò lingua voce defecta est, manus dextra non sine conuulsione elanguit, quale quid in partium resolutionibus leuibusque syderationibus contingere solet, delirauit prorsus, nox difficilis & laboriosa fuit, neque dormiuit, ex conturbata aluo biliosa, syncera & pauca secesserunt. Quarto linguæ vox soluta, eorundem conuulsiones & vndiq; dolores perdurabant, præcordia cum tumore dolor occupauit, somnum non capiebat, prorsus delirauit, alui perturbatio aderat, vrinæque tenues nec probati coloris reddebantur. Quinto febres acuta prehendit cum præcordiorum dolore, penitus delirauit, alui recrementa biliosa erant, sub noctem sudor obortus est & à febre vindicatus. Sexto ad mentem rediit, alleuarunt omnia, ad iugulum verò sinistrum perseuerabat dolor, sitibunda erat, vrinæ tenues reddidit, neque quieuit. Septimo tremor corripuit, aliquantulum soporata est, nonnihil delirauit, iuguli & brachij sinistri dolores perseuerarunt, cætera verò alleuarunt, ad se planè rediit. Tribus autem diebus defecit febris ab eaque immunis visa est, vndecimo rediit, & nouo insultu per octo rigore febris vehemens corripuit. Ad decimum verò quartum diem biliosa, flaua, crebra vomitione suorum refusa, obortoque sudore à febre iudicatione est liberata.

Ager Decimusquartus.

Melidia quæ ad Iunonis fanum decumbebat, ex capite, ceruice, & pectore vehementer dolere cepit, confestimque febris acuta prehendit. Menstruæ verò purgatione pauca visæ sunt, horumque omnium continentes erant dolores. Sexto die profundus eam sopor corripuit, stomachi

fastidium & æstuatio, horror, malarum rubor, delirauit. Seprimo profuso sudore febris intermisit, dolores perseuerabant, febris rediit, somni parui aderant. Urinæ per totum morbum laudabilis fuisse coloris, cæterum tenues. Alui incrementa tenuia, biliosa, mordacia, admodum pauca, nigra, graueolentia prodierunt. In urinis subsederunt alba & leuia, sapor dimanauit, die vndecimo iudicatione integrè est abioluta.

Hippocratis Cei de morbis vulgaribus liber secundus.

SECTIO PRIMA.

Carbone carbunculi æstate grassabantur. Per magnos æstus affatim & continenter compluit, idque ab Austro magis. Sanies quidem plurima cuti subnascebatur, quæ intrò conclusa dum incallescere, pruriginem excitabat. Deinde verò in pustulas erumpebat iis affines, quæ in ambustis fieri solent. Tantus inerat sub cute ardoris sensus, ut vri viderentur. Magnis & squalidis æstibus febres, ut plurimum sine sudoribus: in quibus si leuior imber guttatim defluerit aut stillauerit, copiosiores statim sudores in febribus fiunt. Hæc diurniorem & difficiliorem morbi solutionem habent, quàm si aliter contingerent. Minus tamen, nisi si hæc ab hoc rerum statu, sed & ex morbi natura procederent.

Æstatis temporibus plurimum oriuntur febres ardentes, & si aliis quoque. Æstate tamen sicca & exæstuante, contrahuntur magis & crescunt.

Autumnus sua feritate & malignitate, interaneorum animalia maximè gignit, orisque ventriculi dolorem, qui tamen in eiusmodi morbo minus infestus est. Lumbrici renes, ascarides dicti, vespere maximè, cui analogia quodammodo responder autumnus, infestant. Affligunt verò ut plurimum hæc diei parte, non solum doloris ratione qui tunc magis urget, sed suoque quodam impetu.

Autumnus acutissimos morbos & maximè exitiales gignit. Qui in eo quod accessiones vespere moueat, eam omnino habet affectionem ad annum totum, morborum

velut reuersiones & circuitus habentem, quam vespertinae accessiones ad eam, in qua fiunt, morbi diem. Tale quid evenit, ubi morbus & temporis circumscriptio sibi mutuo responderint: dum nequid in sublimi illa natura innouetur. Quòd si accidat, ista in alium temporis statum erumpent, quo & plurimum poterūt & valebunt. Ut necesse sit, annum ipsum & anni partes sic se inuicem habere.

Constantibus & certis temporibus & annorum tempestiua tempestiuitate, morbi qui facilè soluantur & conficiantur, gignuntur. Incertis verò & inconstantibus, qui neque facilè soluantur, neque consistant. Quale quid in Perintho accidit, ubi ventorum status, aut ab his quies & cessatio, aut imbres, aut siccitates, aut vehementes æstus, aut algores eruperant, aut defecerint. Verò verò saluberrimum omnino est, & minimè exitiale.

Ad dignoscenda morborum principia, considerandum an confestim consistendi vigorem habeant. Quod ex incremento manifestum fiet. Incrementa autem ex ipsis morborum circuitibus & ambitibus. Ex quibus iudicationes etiam ipsæ cognoscuntur, atque ex accessionum (quæ in circuitibus fiunt) inter se commissione, num maturius, aut diutius, aut magis affligant, nec ne. Ex omnibus autem continuis, aut intermittentibus, aut diuturnis vulnibus & sputis cum dolore affligentibus, orientium tuberculorum inflammationes, & quæcunque successu quodam in morbis apparent, atque adeò ex his quæ vulgò in morbis fiunt: quæ celerius quidem, breuiorem: quæ verò tardius, diuturniorem solutionem indicant: morbo ipso plerumque eas quæ in morborum reuersionibus, fiunt accessionum anticipationes atque alia incrementa denegante. Eorum enim qui confestim intereunt, velocius aliquanto sunt iudicationes, quod & celeres sint dolores & continentes & validi. Quæ autem in melius decernunt & iudicant, non statim apparere debent.

Signa iudicatoria quæ nihil decernunt, partim mortem, partim difficilem morbi solutionem significant. Quæ verò præmatutam iudicationem dum adhuc cruda sunt omnia occupant, morborum recidivas conuehant, & solutionem omnino malam aut propè nullam portendunt. Perniciosa quo-

quoque euadunt si modum excedant. Eorum quæ decerne-
re nata sunt, si quæ iudicatoria non fiant, difficilem solutio-
nem, si quæ verò contraria significant, malum indicant. Nō
ideo tantum quòd recurrunt, verumetiam quòd priscam
naturam exiunt & ad contraria vergunt, nō secus ac ea ma-
la sunt quæ in contraria transeunt. Id quoque videndum est
in cibis, venarum subsidentiis, hypochondriorum tumori-
bus, & his quæ sursum aut deorsum feruntur momentis.
Multa verò eiusce sunt generis. Velut si in abortiones factu-
ris emacruerint mammae, neque enim hic contrarietas ap-
paret, vt nec si diurnæ tusses in testium tumores desinunt
& cessant. Vnde sic vt testis ex tussi intumescēs, non consen-
sionis quæ est genituræ & voci cum pectore & mammis,
commonefaciat.

Quæ abscedere nata sunt, ea per venas, ossa, nervos, cu-
tem, aut alia huiusmodi diuerticula abscedunt, bonaq; sunt,
si infra morbum hiant. Qualia sunt varices & lumborum
grauitates, si ex superiorib. partib. ad infernas demittantur.
Præsertim verò optima sunt, quæ ad inferna & infra ventrē
maximè & quàm remotissimè à morbo abscedūt, ac ea quæ
per emissaria quædam rfluunt, aut per emissionem fiunt,
quemadmodum sanguis ex naribus, aut pus ex aure, sputū
& vrina per emissionem effluunt. Quibusdam non eodem
modo abscedit, velut dentes, oculi, nalis, & sudor. Quinet-
iam quæ in cutem abscedunt, foras erumpentia tubercula,
velut putrescentes & purulenti quidam tumores, aut vlcus,
aut reliquæ huiusce generis in cute efflorescentes pustulæ,
desquamatio, glabratio & capillorum defluuium, vitiligi-
nes, scabies, aliaq; huiusce modi, quæ conferto & repentino
quodam confluxu, non autem dimidiato & semirepentē
abscedunt, & quæcunque alia dicta sunt, etsi non indignè
morbi excretioni respondeant. Quemadmodum Teme-
nei nepti, ex valido morbo quiddam in digitum firmatum
est, qui cum morbo suscipiendo non esset sufficiens, ex in-
terno recurso obiit.

Quæ per venas, aluum, nervos, aut cutem abscedunt, ad
ossa, medullam dorsalem, aut alia quædā emissaria effluunt,
qualia sunt, os, pudendum, aures, nares. Vteri affectus octa-
uomense iudicationem subeuntes, posttridie velut in lum-

bos aut femur decumbunt. Interdum verò ex tussi in testes, & in testem per se solum. Quæ in tussi abscedere nata sunt, si in superiore corporis parte, quæ supra ventrem est, sicut nos æquè perfectè leuant. Sanguinis ex naribus eruptiones, quæ liberales sunt & largæ, ut plurimum morbos solunt. Quod in Heragora non satis reputarunt medici.

Quibus voces natura sunt asperæ, iis lingue sunt subasperæ. Quod idè usu venire solet in iis aspredinibus, quæ ex morbis contingunt. Hoc igitur habent, quæ natura non autem ex morbo duræ sunt. Molles verò ad noxiam & vitilitatem tardius quàm prior illa natura transeunt. Videnda quoque veniunt, quæ ex viuendi ratione oblonga sunt capita, & cotiuices quæ ex his quæ in prouum sunt inflexionibus longæ sunt. Venarum etiam capacitas & crassitudo, quæ ex eadem causa fit, considerata est, & coarctationes & latitudines breuitates & exilitates. Et quibus contrariis ex causis ventres, iis ventres & ossa lata quoque sunt, gracilesque existunt, quibus repugnant obesi & pingues. Ex his quoque videndi sunt, quinam ad inediã moderatè se habeant, & quæ sunt ad auctiões, quidnam cuique detrahant, & quidnam diminutiones adaugeant, & quænam cum his quæ augentur simul incrementum aut firmitudinem & robur capiant. Videndæ etiam quænam sint venarum inter se distantie & intercapedines.

Quæ ad imum ventrem rupta sunt si circa pubem accidunt, ut plurimum statim sunt indolentia. Quod si dextram umbilici superiorem partem attingat, dolorem & corporis iactationem afferunt, & stercoris per vomitum educationem, velut etiam Pittaco accidit. Fiunt autem rupta ex plaga aut diruptione, aut alterius assultu. Quibus quod imum ventrem & cutem intercedit, inflatur nec quiescit, iis color pallido multo suffunditur, ac velut ex albedo pallefcit, quod eorum omnium in hepate causa sit, atque hepaticis morbis conflictentur. Quinetiam morbi regij qui ex hepate sunt colorem subalbidum habent, non secus quàm qui ex aquoso hydropo aut pituita alba periclitantur. Qui vero ex splene sunt tum morbi regij, tum hydropes nigricantiores sunt. Sed & in subalbidis lenticoloribus vlcera pergitur cicatricem veniunt, ac cutis & labia diffinduntur, quod est

ex rufsi in reſtes,
edere nata ſunt,
tem eſt, ſiit non
s eruptiones, que
os ſoluunt. Quod

que ſunt ſubalpe-
bus, que ex mor-
atura non autem
am & vilitatem
videnda quopar-
unt capira, & cer-
exionibus longi-
lo, quæ ex eadem
es & latitudines
is ex cauſis ven-
iles que exiſtunt
quoque videtur
ant, & que ſunt
quidnam dimi-
quæ augentur &
capiant. Videtur
antiz & inter-

ea pubem ante-
Quod ſi dextram
rem & corporis
nitum eductio-
m rupta ex ple-
bus quod imum
quieſcit, iis colo-
o pallescit, quod
hepaticis mor-
ij qui ex hepate
us quàm quæ
ur. Qui vero ex
nigricantior
era per egreſ-
atur, quod do-
ulocho

DE MORB. VVLE. LIB. II. SECT. VII. 981

ulocho & Aleuæ accidit. Id autem oritur ex ſalſuginofi cor-
poris humoribus, cum in cutem à capite, maximè ex pul-
mone concalefacto, deciderit.

Videadæ ſunt cauſæ ex quibus quis laborare cœperit, ſi-
ue morbus ex capitis & auris, aut etiam lateris dolore ini-
tium ſumſerit. Quibusdam verò dentes, quibusdam etiam
glandularum tumores, morborum ſignificationem affe-
runt. Quæ erumpere & febres decernere nata ſunt vlcera ac
tubercula, ſi non affuerint, iudicationem ipſam tollit. Qui-
bus verò intrò ſubſiſtunt, certiffimas & celeriffimas morbo-
rum recidiuas afferunt. Miliū ſolidum oleo incoctum, li-
quida & crudas deiectiones ſuſtit, vt exemplo eſt nauæ pu-
er & Myriochaune:

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus
libri ſecundi,

SECTIO SECUNDA.

Mulier oris ventriculi dolore conſtitabatur, qui non
conquieſcebat. Hæc tenuiſſimo farinæ hordeacæ pol-
uie mali punici ſucco macerato ſemel die in cibatu conten-
ta, non reuomebat, velut Charioni contigit. Mutationes ſi
non in deteriora mutantur bono ſunt, quod in iis vomiti-
bus accidit, qui ſumto medicamento in febribus ſiunt. In
quorum extremo quæ ſyncera & meraciora vomitu reiecta
ſunt, putredinem ſignificant, quemadmodum Dexippo
contigit. Serapis ex liquida & humente aluo intumuit. Pru-
ntus autem haud ſcio quoto die non vlterius progreſſi ſunt.
Ex abſceſſu verò in lateris inanitate orto & nigrefacto,
mortua eſt. Stymargi vxor vbi ventris perturbatio quæ per
paucos dies durauerat, plurimū conſtitiffet, & ex abortio-
ne quatrimeſtris fœtus fœminæ conualuiſſet, intumuit.
Moſcho ex calculo grauiter laboranti in ſuperiori palpe-
bra hordeolum innatum eſt, quod ad aurem magis verge-
bat & intrò exulceratum fuit. Quinta aut ſexta die pus ex
internis erupit, atque inde inferiorum partium affectiones
ſolute ſunt. Glandularam ad aures tumor aderat, & earum
quæ collo ſubiacent inflammatio, ſuperiori tumori è dire-
cto reſpondens:

Aristæi vxoris frater, ex via delassatus incaluit, eiq; postea terminthi in tibia coorti sunt. Adfuit febris continua & postridie sudor, qui & reliquis diebus paribus cum febre semper subortus est. Præbebat autem suspicionem lienis aliquantulum malè affecti. Sanguis ex nate sinistra crebro fluxit, atque ita subinde iudicatus est. Postridie secundum aurem sinistram tumor, sequentiq; die etiam secundum dextram subortus est, qui tamen minor erat & interprescebat. Hi omnes sensim conquieuerunt aut euanuerunt, nec suppurarunt. Ex moderatis febribus ei qui ab Alcibiade venerat, & lienem magnum habebat, ante iudicationem testis sinister intumuit. Et sanè tunc illi febris die vigesimo iudicata est. Deinde aliquando subincalcescebat, & aliquatenus floridum conspuebat. Quæ ex tussi paucum & nihil effatu dignum reiciebat, huic manus dextra & crus sinistru syderata & resoluta sunt. Nulla autem alia pars immutata est, non facies, non mens ipsa, ac ne illis quidem parceret validè admodum. Ad vigesimum diem in melius processit. Quod ferè circa mensium eruptionem contigit, qui iam primùm illi, quòd illibata esset virginitatis fortè apparuerunt. Apemantus & fabri illius qui caput fregit pater, & Nicostratus, tussi nihil reiecerunt. Decumbebant autem alioqui ad renes dolores. Ad interrogata dicebant, eos semper potu aut cibo impleri.

Vehementissimos dolores conspiciat aliquis quoniam modo dignoscat, terror, tolerandi facilitas, experientia, ipsaque timiditas & ignauia indicant. Aqua quò citius calefit aut frigescit, eò semper leuior fit. Cibi & potus num æquales moras faciant, vt iudices, experientia opus est. Dicendū etiam, quòd in sanguinis profluuiio ex pallido virescunt. Et quæcumque alia huiusce generis: Nempe quòd ad humectandum, siccandum, calefaciendum, & refrigerandū, talia multa inueniri queunt. Eiectus abortu fortis masculos sexaginta dierum, in partuum suppressionibus salubris. Hercules mali octauo die intumuit. Quisquis tinesmo aut intini egerendi voluntate prehenditur, is profectò plerumq; ex torminibus laborat. Lactanti pustulæ per totum corpus eruperunt, quæ ad æstatem confederunt, vbi lactare desisset. Coriarij illius qui coriariam faciebat, vxori, vbi peperisset.

set atque omnino absoluta esset, ex locellis membranofum quiddam subsistere visum est, quod quarto die demissum est, non sine perniciē tamen, cum difficultate urinae premeretur. Quae ubi non multò post concepisset, marem peperit. Per multos autē annos iam id ipsum durauerat, & ad extremum menses non prodibant. Vbi autem peperisset, sensum urinae difficultas intermisit.

Cuidam ante conceptum coxendicis dolor cōmotus, à conceptu cessauit. Vigesimo autē à partu die rursus doluit. Marē igitur peperit. In inferiori tibia dextra itēq; in manu dextra ad pollicē, pregnantī tertio aut quarto mēse pustulae eroperunt, ad quas thuris micās concussu elisas (maonā vocā) adhibere solemus. Quae an pepererit, nescio. eā enim reliqui semestrem. Habibat autē, ni fallor, in Archelai adibus, ad rupem. Antigenis vxor quae ad Nicomachum habitabat, carnosum puerum peperit, membris quidem & principis corporis partibus distinctum. magnitudinem verò quatuor digitorum qui non excederet, totusque esset exossus, tandem etiam crassius & rotundus. Ipsa autem ante partum suspiciosa erat, simulque cum partu pus paucum vomitione reiecit, quale ex furunculo. Ei quae ex difficili partu gemellas edidit, nec admodum perpurgata est, venter totus intumuit, tandemque in magnitudinem excreuit, reliqua verò depressa sunt & subsederunt. Ad sextum mensem rubra deinde reliquo toto tempore alba admodum profluxerunt. Hae verò fluxiones veneri officiebant, illique merē rubicunda prodibant.

Diurnis & trahentibus intestinorum laxitatibus, rursus acidus bono est qui prius non adfuit, qualis Demaneae contigit. Quem & arte parare fortē licet. Nam & huiusmodi perturbationes, prioris status imutationes afferunt, fortē etiam intestinorum laxitatem acidi ructus soluant. Lyciae, quae veratri potione sanata fuit, ad extremum splen magnus fuit cum dolore & febris. Dolores verò ad humerū pertingebant. Vena quae ad splenē est in cubito distēdebatur, & plerumq; quidem pulsare videbatur. Interdum verò neque scita est, sed simul cum sudore aut sponte sua confidebat. Quibus procedentibus splen ad dextra pertēdebat, spiritus ex internis duplicem elidebat sonum, neque

tamen magna erat respiratio, leuiter mente mouebatur, cooperiebatur, & flatus intrò suberat, nec quicquam infra subibat, neque meiebat. Obiit ante partum. Quæ sua irruptione ad alterutram faucium partem vergebant, exulcerata non sunt, in sinistram partem transierunt, lienem dolor inuasit, idq; sine iudicatione. Hieroni ad decimum quintum iudicatio facta est. Cui sorori ad instar splenis iccur inuauit, & die secunda obiit. Bioni cum ex larga vena nihil subsideret, sanguis ex nare sinistra erupit: lienem enim durum & incuruum habebat. Cum verò sursum emerisset, recidiuam passus est.

Erant autem eorum qui ex angina laborabant affectiones huiusmodi. Cervicis vertebræ modò plurimum, modò verò propè erant, vt intrò vergerent. Collumq; ipsum qua parte cavitatis internæ significationem præferebat, contactu dolorem sentiebat. Cuidam verò affectus ipse paulò infra os, cui dentis nomen est, pertingebat, nec ita præceps erat: quibusdam etiam maiori ambitu circumscribebatur. Qui si secundam vertebra dentem appellatam non attingeret, fauces nulla inflammatione tentabantur, sed subledebant. Partes quæ sub malis intumescabant, non erant inflammatis affines, neq; vlli glandularum inflammatio adfuit. Sed cum hæc secundum naturam se haberent, linguam non faciliè conuoluebant, maior enim & prominèrior ipsis esse videbatur. Quæ sub lingua sunt venæ, erant conspicuæ, nec deuorare aliquid poterant, nisi admodum molestè. Quòd si vi cogerentur, in nares erumpebat. Sermo etiam ipsis per nares efferebatur. Respiratio his non admodum elata, neq; sublimis. Quibusdam verò temporum, capitis & cervicis venæ intumescabant. Atque horum quibusdam paululum dolores exasperabantur, quibus tempora incallescant, et si aliàs non febricitarent. Multis non præcludebatur spiritus, nisi si saluam aut aliud quiddam deglutire cuperent. Neque intrò desigebantur oculi. Quibus igitur neutram in partem deflectebat tumor, sed recta procedebat, iis ne membrorum quidem resolutio accidit. Quòd si quem horum perissem mihi constiterit, cum recensere non grauabor. Sed i omnes quos videre licuit, superstites permanserunt. Atq; horum quidam quàm celerrimè alienabantur, plurimi verò

quadrage
bre con
nullum
deglutiti
lumellæ
cationem
batur. Qu
bebant, i
bant, neru
alteram
facie, ore,
etiam ge
quæ ab a
non totum
ad manus
sed pauca
rectum tu
verò febr
di consili
tur, ipsis q
omnium
qui non il
tant. Veru

Hip

Perinth
Phyern
calde sicca
cidisset, gu
non multu
state febr
quibus nu
vibus, aq
terdum d
seri expo
tionem refe

quadraginta dies percurrerant, idque non paucis sine febre contigit. Multis etiam in longum valde temporis intervallum, tumoris aliquid protraheretur, cuius rei iudicium deglutitio & vox quoque ipsa præbebant. Ipsæ quoque columellæ eliquatæ, imminutionis pravam quandam significationem præsefererant, etsi nihilo deterius habere videbatur. Quibus verò in alterutram partem tumores decumbebant, ij ea ex parte, unde vertebrarum inclinationes fiebant, nervorum resolutione tentabantur, atque inde versus alteram trahebantur. Apparebant autem hæc maximè in facie, ore, & eo, quod ad gurgulionem est intercepto. Quin etiam genæ inferiores non temerè immutabatur. Ceterùm quæ ab angina fiebant leues membrorum resolutiones, non totum corpus perreptabant, quod in alijs fieri solet, sed ad manus usque pertingebant. Atque ij concocta quidem, sed pauca, nec sine molestia expuebant. Quin & ij quibus in rectum tumor decubebat, expuere quoque poterant. Quos verò febris infestabat, hi multò graviori difficultate spirandi conflictabantur, & inter loquendum alieniores videbantur, ipsis quoque venæ magis intumescerant, atque horum omnium pedes erant frigidissimi. Ex quibus isti præcipuè, si qui non illicò mortui sunt, erigere haudquaquam se poterant. Verùm omnes quos videri licuit, mortui sunt.

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus
libri secundi:

SEXTIO TERTIA.

Perinthum venimus ad solstitium penè æstivum, ubi hyems placida & australis fuit. Ver autem atque æstas valde sicca ad vergiliarum occasum. Quod si quæ pluvia decidisset, guttatim defluebat, eratque rori simillima. Etesæ non multum spirarunt, idque dispersim & contractim. Æstate febres ardentes plurimæ populariter grassatæ sunt: in quibus nulli aderant vomitus, sed alui perturbationes externis, aquosis, non biliosis, & spumantibus multis, quæ interdum deposita subsidebant. Quibus sanè simile erat quod æti exponeretur. Aluique secessus eandem perpetuò speciem referentes malo erant. In his multi soporati leuiterque

mente emoti, præcipueque ex somno tales euadebant, cum
verò expergiscerentur, de omnibus rectè sentiebant. Res-
piratio non admodum elata. Urinæ multis quidem tenuer
& paucæ, nec aliqui decolores. Sanguinis ex naribus flu-
xus non nisi paucis contingebant, atque sub auribus tumo-
res, parotides dicti: de quibus postea scribam. Neque verò
lienens tumor aderat, aut præcordij dextri magnus dolor,
aut valida contentio: etsi quiddam erat, quod leuem præbe-
ret significationem. Iudicabantur verò maximè omnia ve
plurimum ad decimum quartum diem, partim cum sudore,
partim verò cum rigore, nec nisi admodum paucis recidivæ
contingebant. At verò dum guttatim rosis modo sub æsta-
tem decidebant pluuia, sudor apparebat. Quinetiam fe-
brium initio quidam sudores statim fiebant, neque tamen
malignè, & quibusdam sub hoc tempus iudicatio cum su-
dore facta est. In febribus autem æstiuis circa septimum,
octauum & nonum diem, aspredines quædam miliaceæ,
culicum moribus ferè similes, quæ tamen non admodum
pruriebant, in summa cute subnascebantur, & ad iudica-
tionem vsque perdurabant. Ac ne eæ quidem masculo-
rum vlli eruperunt. Mulier verò cui talia fierent, nulla
mortua est. Hebetiori tamen erant auditu & soporosa,
quamuis antea non admodum soporosa essent, quibus
ista euenire debebant. Neque tamen in totum perseuera-
bant. Æstate verò etiam ad Vergiliarum occasum in sopo-
rem & somnum pronæ erant, post ea quippe in somnia ma-
gis urgebantur. Verùm neque prorsus ob istam temporis
constitutionem moriebantur. Alium igitur non licebat, ne
per ea quidem quæ assumebantur, sistere: sed eam, quæ præ-
ter rationem fieret, medelam conferre posse, facile qui
existimasset: quamuis permulta quibusdam procederet
ex eo qui in cubili frigido substrato fiebat decubitu. Fri-
gidum quippe exulcerat. Calido verò quicquid huiusce
generis, sensim magis procedit. Et quamuis nullus natura-
affectus inerat, quibus huiusmodi signa aut maiora aut
minora aderant, oscitatio, tussis, sternutamentum, pandu-
latio, eructatio, flatu, reliquaque eiusce generis perniciem
afferbant. Quibus in febribus quæ cum corporis iacta-
tione & horrore accidunt, vultus rubet, lassitudines, oculor-
rum

tum dolo-
solutione
teant, pr
virgunc
& quibus
si succede
tem refer
& quo te
febril'm
Medic
ritalia &
& eodem
tardius au
quale est
di. Plurin
quænam
morbi te
anni quo
tur, alia q
Zoiilo
cura sube
si coactè
tar, magis
quoddam
cetera iu
re pus m
uit, atque
cura est.
bilis erat
præcipue
sunt, qua
um die
stitit ad
mor ren
decernel
fuit. Inci
no autem
absque
sputum

rum dolores, capitis grauitates, aut leues membrorum resolutiones adfunt. In quibus videndum si menstua appareant, præcipuè verò quibus primum erumpunt. Quin & virgunculis & mulieribus quibus ex longo interuallo, sed & quibus non consueto tempore, aut vt decet, apparent, & si succedente tempore plurimam pallidæ fiant. Plurimi autem refert videre in omnibus, quod & postea consequitur, & quo tempore, & in quibus, velut biliosis admodum, in febribus maximè, quibusdā prorsus in crura purgatio secedit.

Medicamentorum verò naturas esse scimus, ex quibus vtralia & huiusmodi sint, habent. Neque enim omnes vno & eodem modo, sed aliæ aliter se habent. Quin aliàs quoque tardius aut maturius sumta differunt, & præparationes ipsæ, quale est siccare, tundere, incoquere, & cætera huiuscemodi. Plurima verò prætereo, quæ huc considerata veniunt, quænam cuique conueniant, & in quibus morbis, & quo morbi tempore. Etas etiam cuiusque, forma, victus ratio, anni quoque tempus quodnam sit & qualiter circumscribatur, aliæque id genus in speculationem veniunt.

Zoilo qui ad murum habitabat, ex matura tussi febris acuta suborta est, & faciei rubor, aliusque intercepta nil, nisi coactè reddebat. Lateris sinistri & auris quæ è directo erat, magnus dolor. Caput verò non ita dolebat. Purulentum quoddammodo expuebat semperque ægrotabat, alioqui cætera iudicata sunt, & ad octauum aut nonum diem ex aure pus multum erupit. Ad noni diei initia auris dolor cessauit, atque haud scio quomodo sine rigore iudicatio consecuta est. Caput valdè sudauit, aurisque & lateris sinistri stabilis erat quidam ardor. Supernè vnà cum aure ad scapulas præcipuè, dolor sedatus est. Sed & prius sputa multa reiecta sunt, quæ ad expuitionis initia, & circa septimum aut octauum diem florida erant, deinde verò laboriosa. Aluus substitit ad nonum & decimum diem, dolor extinctus est, & tumor remittebat, sudoresque parui fiebant, qui neque tamè decernebant, vt ex fecibus ipsis aliisque satis manifestum fuit. Incipiente enim auris dolore, aluus perturbata est. Nono autem die ex aure pus erupit, iudicatusque est morbus absque rigore decimo quarto eodemque ipso die. Quin & sputum copiosius & coctum magis procedebat, vbi pus ex

aure liberiùs effluxit. Sudores autem & serpentina vlceralò-
go postea intervallo in capite fiebant, quæ tertio die exi-
cata sunt. Quæcunque absque iudicationis significatione
disparent, malè decernunt, velut in Erysipelate, quod Polo-
marchi ancillæ contigit, videre satis licuit.

Febres ex glandularum tumoribus ortæ, præter diacris,
malæ. Sed & glandularum tumores, qui in febribus acci-
dunt, deteriores sunt, si in acutis statim quidem remiserint.
Qui statibus conficitur cum molli præcordiorum tumo-
re & neutrius lateris contentione, iis supernè in dextris ro-
tundum quiddam ac veluti circumferentia aliqua pure ple-
na. Quod modò valdè extensum est, modò verò diffusum,
interdum etiam deorsum vergit, & vtrique ad vmbilicum
contentionem facit. Si flatus in ea quæ sursum sic in dire-
ctum latione, in rotundum quiddam concludatur, & vel-
ut comprehendatur, absque iudicatione calore attenuatur.
Quòd si illud effugerit, ad suppurationem fertur. Spira-
tio frequens, parua, magna, rara: foras magna procedit, in-
trò parua. Hæc quidem protensa, illa verò vrgens. Duplica-
ta intrò reuocatio, qualis superspirantibus: Calida item &
frigida. Oscitationes assiduas, longa spiratio sanat. His qui
non bibunt, aut ne vix quidem, brevis spiratio plurimum
confert.

Secundum directionem laterum & præcordiorum con-
tensiones laboriosæ, tum verò lienis tumores & sanguinis
è naribus eruptiones fieri debent. Quæ post iudicationem
relinquuntur, recidivas facere solent. Primum igitur in lie-
num tumoribus, nisi in articulos desinant, vel sanguinis è
naribus eruptio, vel præcordij dextri contentio fiet, nisi si-
riox irruerint, & viam quodammodo sibi fecerint. Sunt
enim velut vtrorumque interceptio. Atque sic quidem me-
ritò horum recidivæ fient. Hæc igitur perpendicularem, ab-
cessus procurare conveniet, si non fiant: quosdam verò qui
iam fiunt, declinare: quosdam etiam qui quæ & qualiter o-
portet prodierint, recipere. Qui verò ne abundè quidem
prodeunt coadiuvandi sunt: quidam etiã qui prorsus sane
incommodi, auertendi, atque eò maximè si nullam adhuc
sui significationem edidère, sed futuri sint, alio qui verò cum
adhuc rude habuerint initium. Sanguinis è naribus eruptio-
nem

nes, quæ quarto die fiunt difficilem faciunt iudicationem, Febres quæ vno die intermissionem, altero verò perfrictionem habent, iudicium ad septimum circuitum sustentant.

Scopo post mucosorum & biliosorum exitum & faucium inflammationem, ex improba victus ratione aluus restitit, & febris continuaprehendit, lingua erat florulenta, & insomnia conflictabatur. Partium quæ ad pubem sunt, valida contentio & æqualis, paulatim ad imum dextræ partis vergens. Respiratio erat subfrequens cum præcordiorum dolore inter respirandum, & cum loco dimoueretur, aut sese conuerteret, absque tussi subcrassa excrebat. Peplios exhibita præcordium quidem alleuauit, nihil autem transmissit. Postridie glandes duæ immissæ, nullo modo apparuerunt. Vrina crassa erat & turbulenta, subsidentia verò æquabilis & lauis. Aluus etsi turbata erat, restitit tamē, ventri quæ contrectari aliquanto mollior erat. Lien intumescerebat & subleuabatur, suoque momento deorsum librabatur. In potu erat acetū mulsū. Decima sanguis ex nare sinistra aquosus & paucus prodiit, quod ægro non magnū adiumentum attulit. Vrina subsidentiam habebat, in qua subalbidum quiddam inerat tenue, matulæ adhærēs, quod neque erat genituræ omnino simile, neque verò dissimile. Effluxerat autem breui intervallo. Postridie, ex iudicatione a febre omninò liber. Vndecima verò, viscidum aliquantulum subiit. Cum profluvio autem biliosum quid effluxit. Multæ vrinæ perpurgatio cum copia tum etiam subsidentia, quæ ante vini vsum tenui pituitæ ferè erat similis. Vndecima prodierunt alui fæces, paucæ quidem, viscosæ tamen & conturbatæ. Quod an iudicationem haberet, non secus ac Antigeni in Perintho decidit, dubitari poterat. Podagricis humorum coitus & tubercula dura in lingua subleuantur, & humiles calculi concrescunt, imbecillitatesque illis circa articulos fiunt. Ossium enim natura quòd indurentur aut contenduntur in causa est.

Hippostrati vxori præcordij sinistri tumor, ex quartana annua in fastigium sublatus est, cum palam frigidula esse videretur, oborto frigoris impetu & sudore per totū corpus persuadente, iudicata est. Ad hæc menses, qui tunc restiterant, magna copia, & per longū intervalium eruperunt: ne-

que aliqua in parte subsistere, abscessus visus est. In his quæ pullant & sanguinem fundunt, positus figuram amplam & laxam esse oportet, idque omnino si ex prorsus declui, acclivis fiat. Quare quæ in venarum sectionibus deligationes fiunt, sanguinis impetum promouent, validæ verò inhibet. Qui natura sunt sanguinei & aliquantulum biliosi, acidis ructibus consistantur, atque adeo verendum, ne in atre bilis morbum desinant. Rigores mulieribus à lumbis inchoant magis, & per dorsum ad caput feruntur. Quin & viris posteriore magis quàm anteriore corporis parte, ut cubito & femore. Id autem comprobatur cutis ipsius raritas, cuius indicium est, pilorum in animantibus generatio.

Quibus intra præfinitum tempus nulla sit noxia, cævitales partus edunt. Quod si quid gestationis tempore appareat, in quos menses incidat, videndum est. Labores certis temporum circuitibus fiunt, & fœtus qui septuaginta diebus mouentur, ter iisdem in sese ductis perfecti fiunt. Ad purgationis menstruæ extremum, ubi sinistra & dextra dehiscunt, humidi quod tunc procedit copia, quæ per ea quæ prædeunt satis indicatur, siccissimam victus rationem desiderat. Efformatus fœtus, quò velocius mouetur, eò tardius incrementum habet. Labores ut plurimum tertio supra quinquagesimum die, & sexto supra centesimum contingunt. Quod si menstruam rationem in eas secundo & quarto mense. Quæ ad septimestrem partum necessario consideranda veniunt, aut certè à profluuiio menstruo aut conceptu, menses nouem supputandi sunt, dum ex ducentis & septuaginta diebus, ex Græcorum ratione menses prædeat. Videndum etiam si quid ad hoc accedat. Quinetiam num ista in maribus & sceminis fiant, num verò contra eueniat. Ex eduliis & potibus humeri ac mammae intumescunt, quin & victus intemperantia & flatus incrementum capiti addunt, quo ad ossa firmitatem acceperint. Menstruorum purgationum certus quidam est circuitus. Quæ igitur ante has fiunt grauitates, laboribus qui ab octimestribus fœtibus accidunt, affines sunt. Primipararum lac ab alimento mutationem, octauo verò mense complementum & abolitionem adeptum est. Quocirca menstruæ purgationes, si in his quæ ad decimum mensem tendunt, octimestribus non absumiles fiant, perniciosæ sunt. Ma.

Magnis & profundis vulneribus tumores nisi apparuerint, ingens subest malum. Qui si laxi & molles fuerint boni sunt, si verò sursum serpant damno. Tumores in vlceribus à conuulsione & insanìa vindicant. Qui si derepente disparent, his quidem quibus à tergo fuerant, cōuulsionem cum dolore: illis verò quibus à fronte, insaniam aut acutos laterum dolores, aut sanguineam intestinorum difficultatem conuehant. Nam & tumores temerè præterque rationem alleuantes, imposturam significant, quale quid in Andronici filio intrò recurrēs, erysipelas portendit: nisi si quid bonæ existimationis ad eundem locum recursus attulit. Hoc circa ortum ad aurem erat, postea ad pubem distributum est. Quod alteri tertio ab ortu die eruperat, suppuratum est nono, & septimo sanus euasit. Longè tamen maligniora sunt, quæ de repente euanescent.

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus,
libri secundi,

Sectio quarta, De venis.

Iecoraria per lumbos ad magnam vsque vertebra[m] dorsum fertur, indeque aliquid ex sese verticulis adiicit. Ex hepate sublata per septum transuersum cor recta, deinde iugula adit. Hinc verò partim ad ceruicem, partim ad humeros, quædam etiam inferius paulò reflexa, ad vertebra[s], & costas declinant. Ex sinistris quidem vna ad clauiculas tendit, ex dextris etiam in aliquem illa partem locum. Alia verò paulò inferius deflexa, vbi illa desinit sese costis adiungens, dum eam quæ in corde est attigerit, ad sinistra se flectens. Deorsum verò demissa secundum vertebra[s] descendit, donec eo perueniat vnde se sublimè erigit, reliquis omnibus costis adhærens, vtrinque singulis per sese sola propagines mittens, à corde aliquatenus, idque ad sinistra magis porrecta, postea arteriæ se submittens quousque consumpta fuerit, eoque peruenierit vnde iecoraria sublimis emerit. Quopriusquam perueniat, ad extremas duas costas scinditur, & in vtranque verticulorum partem progressa ibi conditur. Quæ verò recta à corde iugula petit, upra arteriam euadit,

indeque non secus ac dum ad lumbos est, arteriæ subtenfa in iecur infilit, modoque ad portas & fibram, modo verò in id quod est reliquum deinceps excurrit, paulò infra septum transuersum, quod ita hepatis incumbit vt facile separari nò possit. Bipartitò autem ad clauiculas scinduntur, & hinc & inde sub pectus ad imum ventrem pertingunt. Quoniam verò inde ferantur, mihi nondum constat. At septum transuersum infra ad vertebram quæ sub costis est positum habet, atque ea in parte qua renes ex arteria vtrinque eminet. Ex quibus arteriæ enascuntur, quæ vtræque ex parte cum arteria neruum habent. Atque huc quadamtenus ex corde remeans iecoraria desinit. Ab iecoraria verò per septum transuersum duæ maximæ venæ hinc & inde subleuantur, quæ multifidam ramorum propaginem, per septum emittunt, eiq; complexu adherent. In superna autem illius parte magis conspicuæ extant. Duo verò nerui à cerebro infra magnæ vertebræ os à superiore parte perreptant, & ad galiam magis ab vtræque arteriæ parte vtræque pertingens, in sese velut in vnum coit, dein vbi septum & vertebræ existunt, ibi desinunt. Etsi quidam ambigunt, & ab hac communione ad iecur & lienem ferri videntur. Alius neruus vtrinque ex vertebræ orbiculatim ossibus secundum spinam, per obliquam vertebrarum partem extenditur, & costis distribuitur. Atque hi non secus ac venæ ipsæ per septum transuersum ad lates pertendere mihi videntur, in quibus etiam desinunt. Rursus autem ab eo loco vnde septum exoritur, continuitate quadam per medium infra arteriam quod est reliquum ad vertebras quemadmodum & venæ ipsæ emittunt, quo ad in os sacrum procurrentes consumti condantur.

In Æno qui continenter leguminibus vescabantur, tum p̄ mares tum foeminae, crurum impotentia conflictabantur, cum qua vitam tolerabant. Et verò qui eruo in cibum vtebantur ex genuum dolore laborabant. Adhibenda diligentia est, vt præceps acerbaque iracundia inducatur, cum coloris reficiendi, tum etiam succorum in corporis habitum effundendorum gratia. Quod etiam in læticia & motu ceterisque id genus videndum est. Vnæque totius corporis curatio (si id male habeat) procuranda est: sine secus, in id ipsum animi vires intendendæ. Strymargi ancilla Idumæa ex filio parcu

partu vteri osculum conuolutum habuit, & in coxendicem
& cubiam dolor firmatus est. Secta ad malleolum vena con-
ualuit, etsi totum corpus tremores occupabant. Verum ad
causam ipsam, & causam occasionem, aut primordia, deueniendum fuit.

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus,
libri secundi:

*Sectio quinta. Animi per naturales
notas cognitio.*

QVI fuluo sunt colore, ad uncis naribus, & paruos habent
oculos, ij maligni sunt. Qui verò fului, simi, & gran-
dioribus sunt oculis, boni. Aqua inter cutem laborantes
caecos habent oculos, & capillorum de fluxum patiuntur.
Et linguae hæsitantia liberat varix ad dextrum aut sinistrum
testem enatus, & absque horum altero solui non potest. Qui
magni sunt, calui, balbi, & lingua hæsitantes boni. Balbus
verò caluus, & qui inter loquendum hæret, aut corpus hi-
spidum habet, morbis confectantur admodum melanchol-
icis. Morbos quoque habent, quicunque inter loquen-
dum hæsitant & balbutiunt, vt nec labris moderari queant.
Eos necesse est illis desinentibus, purulentos fieri. Validum
inferiorum partium dolorem surditas alleuat, & sanguis ex
naribus profluens. Furor, magnum morbum (sic enim co-
mitialem vocant) soluit, sed cum præcipue qui ex inuaden-
di consuetudine penè familiaris factus est. Puerperas si con-
uulsio prehenderit, febrem excitare conuenit, immisso-
que in vesicam cerato multo tepido, aluum infuso collue-
re. Si capitis os fractum fuerit, lac & vinum æquali aquæ
mixture dilutum, propinandum. Quod si ab vlcere conti-
gerit, interiores venas secare oportet, nisi si febris prehen-
derit. At verò si delirium accesserit, caput perfundendum
est, dum ne præcordiorum tumor adsit. Si caput doluerit,
ad pectus, deinde ad præcordia, tum demum ad coxam
procedit. Omnia autem simul dolere nequeunt. Subuen-
taneos flatus incisa vena; fluxum verò medicamentum illi-

tum sistit: fluxus enim ab insigni & magna vena impetum habet. Quod si ex sese multus profluat, ieiunium confert aut lac, dum duabus aquarum partibus, lactis quatuor temperate propinentur. Fomentum & medicamentum, restibilem fecunditatem affert.

Qui de repente sine febre voce deficiunt, iis venam secare oportet. Pituita de fluxionibus dum tentantur oculi, ex mammis trahunt, & pituita quæ ad nares regurgitat, in pulmones redundat. Quibus tussis nihil elidit & sicca est, eam non nisi valido coxendicum dolore, & crurum, aut testium soluitur. Aqua intercutem laborantem dum tussis prebenderit, si quidem protinus animo deficiat, calida omnia adhibeat necesse est. Sin minus, vinum & cibos ingerere conuenit. Venas verò interiores secare oportet, dū magni morbi (quem Comitiale dicimus) vehementia intendit, quem soluit coxendicum dolor, oculorum peruersiones, oecacatio, testium tumor, & mammarum eleuatio. Febris si apprehenderit & facies, die impari subsidat, in sequentem diem solutio expectanda est. Tussis in hydropse cum crurum tumoribus malo est. Ad aurium dolorem lacte vtendum est. Febris, nisi impari die remiserit, reciduiam timere necesse est. Qui venæ in cubito conspicuum pullum habet, is furibundus in acerbam iracundiam facile præcepsest. Qui verò quiescit, lentus est & quodammodo torpet. In vulnere sanguinem profundente, vlcus aqua ne asperferis; caput verò calida perfundito. Oris ventriculi morsum, merum in pane calido adhibitum sanat. Vomitus sedat calida in potu adhibita & vomitione reddita. Quæ syderatione periclitantur, ea vena intercepta vlcere & curare conuenit. In co-
uulsione digitorum manus, sine febre, scarificatione opus est, dum capitis dolor non adsit: Sin minus, calidam affundiro. Ad oculos: Spodij partes duodecim, croci quinq; nucleoli oliuæ, vnam, cerussæ, myrrhæ, singulorum tantundem, frigida caput aspergito, & allia cum maza apponito. Vari-
ces qui in caluis apparent, nisi magni fuerint, furorem in iis portendunt. Ad alphas & lepram, calcem eloram adhibeto vt ne vlcere. Vt secundæ quæ superauerunt excidant, sternutatorio ad nares appposito, sternutantis nares & os com-
prime.

HIP.

Q Vib
iracu
mitur, p
telinguæ p
Qui incon
precipitis.
gri, nares c
res & rauo
Aus angul
nem accep
que calues
die impari
tè præstat.
rantem aq
ter die app
tricatione
pos est. Vo
iam libera
quodam
contingit.
cies beneh
re, diuerna
sione, aut l
xendicum
fundendu
quàm cali
In alui p
tes corpor
minum cu
si die impa
turum sit
Egyptium
guine illi

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus,
libri secundi:*Sectio Sexta, Animi cognitionem per naturalles notas faciens.*

Quibus caput magnum, oculi parui, si balbutiant, ij in iracundiam sunt præcipites. Quibus longa vita promittitur, plures dentes habent. Balbutientes & volubilitate lingue præditi, ij melancholici & plurimum biliosi sunt. Qui inconniuentibus oculis intuentur, iræ sunt admodum præcipitis. Quibus caput magnum, oculi grandiores & nigri, nares crassæ & simæ, ij boni sunt. Qui oculos grandiores & rauos habent, caput paruum, cervicem tenuem, pedus angustum, ij à natura concinnam partium proportionem acceperunt. Qui capite est paruo, neque balbutiet neque caluesceret, nisi si cæcos habuerit oculos. Conuulsis, si vox die impari libera restituitur, à magno morbo immunitatem præstat. Febricitantem verò puerperam & ex dolore laborantem aqua perfundito, eique pristanam crassam calidam ter die apponito. Puer mense septimo, nono aut decimo nutritionem accipit, voce pollet, inualefcit & manuum compos est. Vox ubi absoluta fuerit & libera reddita, omnia etiam liberantur (ipsa quippe natura liberæ vocis emissioni quodammodo respondet.) Solutio autem ista, die impari contingit. Venarum in manibus conspicua pulsatio, & facies bene habita, cum præcordiorum contentione & tumore, diuturnum morbum significat, qui ferè non sine conuulsione, aut liberali sanguinis ex naribus profusione, aut coxendicum dolore soluitur. Gula affecta calida caput perfundendum est, dum ne frigus adsit. Sin minus, farinam quam calidissimam & merum apponito.

In alui perturbatione fabas coctas apponito, nisi si partes corporis superiores admodum biliosæ fuerint, aut cuminum cum fabis in cibum dato. Morbus verò ipse non nisi die impari intercipi poterit. Cuius neque principium futurum sit nisi die pari, mense quoque & anno pari. Nitrum Ægyptium coriandrumque & cuminum tritum cum vngue illinito. Qui in morbis percut, in diem imparem,

Rrr

menſem & annum quoque imparẽ incidant neceſſe eſt. Pulchrum autem & ex Medici dignitate fuerit, mortem ipſam aut vehementes dolores prædicere. Oculorum viſiſi valeat & conſtet, mortem in propinquo eſſe ſignificat. Quod ſi anno impari fieri contingat, imparitatem in vtriſque conſentire neceſſe eſt. Sin verò anno & die pari fiat, mors in diem imparẽ ex neceſſitate incidit. Quod ad numerorum rationem attinet, dies tertius ſummam habet potentiam. Anginam & lippitudinem venæſectio ſanat. In teſtino vulnerato ſpiritus infra ad vulnus procedit ſine maniſeſto ſenſu, & pectus vacuatur. Lac igitur cum vino, pari aquæ mixtura temperato exhibero. Qui pectus admodum bilioſum habent ij balbutiunt, furibundi ſunt & calui. Ex his qui etiam ab ortu diſtortum corpus habent, hebetes ſunt & ſtolidi, aut calculo obnoxij, aut inſanientes. Quibus verò id non accidit, ij naturæ benignitate ab aliis malis vindicantur. Plurimum habent dignitatis & præſtantiæ mamma & oculus dexter, eademque rectitudo in inferioribus partibus. Nam & mares in dextris innasci ſolent. Purgationes menſtuas in mulieribus ſiſtere voles, cucurbitulam maximam iuxta mammam deſigito. Trimeſtris foetus de omnibus certitudinem facit, quippe tunc perfectionem accipit. Si lac magna copia profluat, foetus imbecillum eſſe neceſſe eſt. Quod ſi mammae ſolidiores fuerint, foetus eſſe ſaniorẽ indicant. Vtraque mamma venam craſſam habet. Qua in re maxima prudentiæ pars ineſt. Lotium ſubſtillum aut yrinæ difficultatem, venæſectio ſoluit. Locis ſuperioribus, qui ad caput ſunt, ad humorum excretionem turgentibus, & ſuapte ſponte motis, vlcerum purgatio, vomitus & ſudor conferunt.

Ex alui perturbatione aut tuffi cancto oborto os amarum redditur. In potu dandum elaterium bis aut ter, dum ne balbus fuerit: florem æris uſtum dum ruſceſcat apponere oportet, & ſpongiam, niſi ſi balbus fuerit. Anxietudinis & moleſtæ corporis iactationis incontinentiæve, horroris & oſcitationis remedium, eſt vinum pari aquæ mixtura temperatum aut lac. Grauiſſimos aurium dolores affixa cucurbitula tollit. Superiorum partium dolorem genuum aut coxendicum dolor, aut anhelatio oborta, hæc omnia ſoluit.

DE MORB. VVLG. LIB. III. SECT. VII. 299

In tenuiori intestini morbo, eoq; non intenso sed leui, frigidum vinum multum & meracum quantum conuenit dandum, quoad somnus aut crurum dolor obori⁹ fuerit. Quem febris quoq; & intestinorum difficultas sine dolore soluunt. In praecordiorum contensione, manus compressio & balneum prodest. Ad reduuiam galla nigra cum melle facit. Aqua inuadente & imminente, lactis cotylas octo in potum exhibeto. Quod si vomat neque bibat, pulmentarium ruris acre, quod ex intrito allio & cepa fit (mytroton vocant) apponito. Ad conceptum: Polypos paruos in prunis assatos quam calidissimos & propè semiustulatos elui dato, pastillosque ex nitro Aegyptio trito, coriandro & cumino, naturalibus subdito. In capitis dolore ex crapula, meri cotyla potanda. Quod si aliter dolor contingat, panis quam calidissimus cum mero in escam exhibendus. Si quem calor aut febris prehendat, neque ex bile, neque ex pituita, sed aut ex lassitudine, aliave de causa febricitet, calida mulca affusa caput irrigato, quoad in pedibus sudor excitetur, farinamque quam crassissimam coquito. Excitato verò in pedibus sudore farinam plurimam & calidissimam edat super ebibito mero, & stragulis coopertus placidè quiescat. Aut certe narcissi duo aut tria capita in coena edat. Venturum futorem praenunciat, cui in mammis sanguis colligitur.

Hippocratis Coi medicorum longe principis, de morbis vulgaribus,

LIBER TERTIVS.

ANTIO FOESIO Mediomatrico Medico, autore,

SECTIO PRIMA.

Aeger primus.

Pythio ad Telluris ædem habitabat. Huic statim primò die tremor ex manibus, febris acuta, & in æris vacillatio cepit. Quæ omnia postridie exasperata sunt, & tertio eadè perseverauere. Quatto, ex aluo pauca, siccera, biliosa transmissa sunt. Quinto inualuerunt omnia, tremores persevera-

R R R 2

runt, somni exigui aderant, aluus constitit. Sexto spuras fuerunt varia, aliquantulum rubra. Septimo os perperam distractum est. Octauo ingrauescentibus omnibus etiamnum tremores permanebant. Vrinæ verò à principio quidem & ad octauum vsque diem tenues, decolores, sublimis quidam in medio innata, nubilum habebant. Decimo sudoribus prouocatis paulumque maturioribus redditis spuis indicatus est, & sub iudicium ipsum urinae aliquantisper tenues visæ sunt. Post iudicationem verò, quadagesimo tandem die circa sedem suppuratio facta est, & in itranguriam abscessus transit.

Aeger secundus.

Hermocrates qui secundum nouum murum decumbabat, igne, hoc est vehementissima febre correptus est. Cæpit ex capite lumbisque dolere, præcordia molliter contedebantur. Lingua verò per exordia deusta fuit, confestimque surditas obnata est, somni non aderant, sed nec admodum sitibundus erat. Vrinæ crassas, rubras, quæ in matella depositæ non subsidebant, reddidit. Ex aluo verò exusta non pauca demissa sunt. Quinto die urinas minxit tenues, suspensum quid in medio habentes, neque subsidentes. Sub noctem desipuit. Sexto aurigine tentatus est, ingrauescebant omnia, neque sibi satis constabat. Septimo molestè habuit, urinae tenues, similes erant, identidem subsequenter diebus se gessit. Ad vndecimum autem diem alleuari omnia visæ sunt. Sopor cæpit, urinae crassiores, subrubrae, deorsum tenues erant neque subsidebant. Paulisper ad intelligentiam rediit. Decimoquarto à febre immunis fuit, non sudauit, dormiuit, prorsus mente constabat, urinae eadem. Ad decimum septimum reuertit morbus, incaluit, deinceps febris erat acuta, urinae tenues. Rursus autem vigesimo die iudicatus est, à febre immunis fuit, neque sudauit. Hoc toto tempore cibum auersabatur, mente constabat, loqui non valebat, lingua resiccabatur, non sitiebat, sopore tentatus aliquantulum dormiuit. Circiter verò quartum & vigesimum, denuo incaluit, aluus fluida, liquida & tenuia multa demissa, & proximis deinceps diebus febris acuta prehendit, lingua exusta est. Septimo & vigesimo obiit. Huic per totum morbum

hum furditas permanfit, vrinx crassæ & rubræ non subsi-
debant, aut tenues & decolores, & suspensum quid in medio
inans habebant. Cibum verò capere non valebat.

Aeger tertius.

Quidam in Dealeis hortis decumbens, ex longo inter-
uallo capitis gravitate & temporis dextri dolore conflictat-
us, ex leui verò occasione, igne, hoc est vehementi febre,
correptus decubuit. Postridie ex sinistra nare paucus synce-
rus sanguis effluxit. Aluus autem stercora probè demisit.
Vinx tenues, in quibus varia inerant suspensa quædam in
medio innatantia, hordei tosti non eractè moliti crassiori-
bus frustulis ferè similia, genitaleque semen referètia. Ter-
tio die febris acutaprehendit, deiectiones nigræ, tenues,
spumantes processere, & quæ in iis secessibus subsidebant
liuida erant, sopore aliquantulum premebatur, cum desur-
geret molestè habebat. Quæ in vrinis subsidebant liuida &
oliquantisper glutinosa erant. Quarto biliosa, flaua, pauca,
vomitione reiecit, paulumque intermittens, virulenta. Ex
nare sinistra paucus syncerus sanguis defluxit, deiectiones
ex dextera vrinxque erant, paucus tenuisque sudor circa caput
& iugulum obortus est, lien sublatus intumuit, fœmur è di-
recto respondens dolorprehendit. Præcordiorum dextro-
rum contentio submollis fuit, nocte non dormiuit, aliquan-
tulum delirauit. Quinto deiectiones fuere copiosiores, ni-
græ, spumantes, in quibus subsidebant nigra, nocte nihil
dormiuit, despuit. Sexto deiectiones nigræ, pingues, gluti-
nosæ, foetidæ erant, dormiuit, meliusque mente constabat.
Septimo lingua valdè resiccata, sitibundus erat, non dor-
miuit, delirauit, vrinas tenues neque probè coloratas red-
didit. Octauo alui recrementa nigra, pauca, coacta, quieuit,
ad se se rediit, neque valdè siticulosus fuit. Nono oborto ri-
gore febris acuta inuasit, insudauit, perfrixit, delirauit, dex-
ter oculus peruersus est, lingua resiccata, siticulosus erat &
insomnis. Decimo in iisdem versabatur. Vndecimo prorsus
per omnia mente constabat, febre liber, insudauit, vrinx te-
nues ad iudicationem visæ sunt. Duos dies à febre integer
remanfit, quæ decimoquarto repetiit, mox verò nocte non
quieuit, omnino despuit. Decimoquinto vrinata turbidam

reddidit, cuiusmodi fit ex his quæ ubi subsederunt, commo-
uentur, febris acuta prehendit, penitus desipuit, non quie-
uit, genua & tibiae dolor occupauit. Ab aluo autem ex glâ-
de supposita, stercora nigra exierunt. Decimosexto vrinae
tenuēs sunt redditæ, quæ suspensum quiddam in medio in-
natans nubilosum habebant, delirauit. Decimosепtimo
mane extrema frigescēbant, tegumentis conuolutus est,
grauiter febricitauit, sudore per totum corpus dimanante
alleuatus est, paulò plus intelligebat, neque febre liber, si-
bundus erat. Vomitione refusa sunt biliosa, flaua, pauca. Ex
aluo verò stercora prodierunt, ac mox paulò nigra, pauca,
tenuia. Vrinae tenuēs neque laudabilis erant coloris. Deci-
mooctauo sopore detentus est neque ad intelligentiam re-
dierat. Decimonono eadem perseuerauerunt, vrinae tenuēs
erant. Vigésimo dormiuit, in totum mente constabat, sudo-
re correptus a febre immunis fuit nec sitiuit. Vrinae verò te-
nuēs erant. Altero & vigésimo paululum desipuit, non nihil
sitiuit, præcordiorum dolor & continēs ad vmbilicum pal-
pitatio occupauit. Quarto & vigésimo in vrinis subsidētia
inerant, penitus mente constabat. Vigésimo septimo co-
xendicis dextri dolor cepit, vrinas tenuēs reddidit in quibus
subsidētia inerant, de reliquo verò placidissimè habuit. Ad
vigésimum nonum oculus dexter doluit, vrinae tenuēs red-
ditæ sunt. Quadragesimo pituitosa, alba, copiosa, aluus de-
iecit, sudore multo ex toto corpore diffuente, perfectæ iu-
dicatione est absolutus.

SECTIO SECVNDA.

Aeger quartus.

Philistes in Thaso, ex longo interuallo capite dolebat, tandemque etiam altissimo sopore aliquantulum correptus decubuit. Obortis autem ex comestationibus febribus assiduīs, ingrauescebat dolor, nocte primum iaculuit. Primo die biliosa, pauca, vomitione refudit, flaua primum, deinde verò æruginosa plurima. Ab aluo autem stercora exierunt, non implacida fuit. Post die surditas obuenit, febris acuta cum præcordiorum dextrorum contensione, quæ intro vergebant. Vrinae tenuēs & perspicuas reddidit, in quibus suspensum quiddam in medio innatans paucum, semini

DE M
genitali
ut. Die
exagitatu
maturnu

Chzri
igne, hoc
capitis gr
perturbat
sit. Terri
puè verò
omnia d
iper dorm
rata sunt
to eadem
bris acuta
iudicatus
biliosæ,
boni colo
bilosum l
quibus su
telligētia
Ad decim
uit. Deci
Decimos
uasit, & su
Vrinae po
erant col
ciduam
iaculuit,
quiddam
tulum de
cervicis
mo perf

Eury
mentis

genitali simile inerat. Circa meridiem vehementer insan-
uit. Die tertio permolestè habuit. Quarto conuulsionibus
exagitatus est, exasperata sunt omnia. Quinto sub tempus
matutinum defunctus est.

Ager quintus.

Chætion, qui apud Demænetum decumbebat, ex potu,
igne, hoc est febre vehementissima correptus est, statimque
capitis grauitas cum dolore occupauit, non dormiuit, aluus
perturbata secessus tenues & aliquantulum biliosos demi-
sit. Tertio die febris acuta inuasit & capitis tremor, præci-
pue verò labri inferioris, pauloq; post rigor, conuulsionēs,
omniò desipuit, nox molesta fuit. Quarto quieuit, pauli-
isper dormiuit, delirauit. Quinto laboriosè habuit, exaspe-
rata sunt omnia, delirium, nox molesta, non dormiuit. Sex-
to eadem perseuerauere. Septimo nouo suborto rigore fe-
bris acuta prehendit, & per omnia membra diffuso sudore
iudicatus est. Huic per totum morbum ex aluo deiectiones
biliosæ, paucae, synceræ prodierunt. Urinæ tenues erant,
boni coloris, quæ sublime quiddam in medio innatans nu-
bilosum habebant. Ad octauum urinas melioris coloris, in
quibus subsidencia inerant candida & pauca reddidit, ad in-
telligētiam rediit, à febre immunis fuit, quæ nono repetiit.
Ad decimum quartum autem grauius febricitauit, insuda-
uit. Decimosexto biliosa, flaua, copiosa, vomitione reiecit.
Decimoseptimo nouo desuper orto rigore febris acuta in-
uasit, & sudore dimanante à febre iudicatione absolutus est.
Urinæ post morbi reuersionem & iudicationem melioris
erant coloris, atque in his subsidencia inerant, neq; per re-
cidiuam mentis alienatio adfuit. Decimooctauo paulum
incaluit, atque insuper sitibundus, urinæ tenues, sublime
quiddam in medio innatans nubilosum habebant, aliquan-
tulum delirauit. Ad decimum nonum à febre immunis fuit,
cervicis dolor occupauit, urinis subsidencia inerant. Vigesi-
mo perfecta iudicatione absolutus est.

Ager sextus.

Euryanaëtis filiam virginem, ignis, hoc est febris vhe-
mentissima, prehendit. Sine siti autem perpetuò permanet,

neque cibos villos admittebat. Aluus pauca demisit, urinæ tenues, paucae, neque probi coloris erant. Incipiente autem febre, ad sedem dolor erat. Sexto verò die à febre immunis fuit, non sudauit, iudicata est. Quod ad sedem enatum erat paululum suppurauit, simulque iudicatione disruptum est. Ab iudicatione septimo die, rigore correpta aliquantulum incaluit, sudauit. Octauo verò post iudicationem die non admodum rigit, posteaque extremorum frigus semper adfuit. Ad decimum, post eum quem habuerat sudorem, delirauit, rursusque statim ad mentem rediit. Ista autem (vt ferrebant) ex degustata vna huic contigerat. Vbi autem duodecimum diem intermisset, plurimum rursus desipiebat. Aluus conturbata, biliosa, pauca & syncera, tenuia, mordacia reddidit, crebro desurgebat. Septimo verò die ex quo postremum delirasset, mortua est. Hæc ab ipso morbi exordio ex faucibus doluit, & continuum ruborem habuit, gurgulioque retractus est destillationes multæ, paræ, tenues, acres, aderant. Tussiebat, neque concoctum quicquam educebat. Toto morbi tempore omnis generis cibos auersata est, neque quicquam appetiuit, non sitiit, neque quicquam effatu dignum bibit, taciturna erat, nihil loquebatur, mœror & animi desperatio inerat. Erat autem natiua quædam ac congenita ad tabem propensio.

Aeger septimus.

Quæ apud Aristonem erat & angina consistebatur, primum ex lingua laborare cœpit. Vox obscure se probebat, lingua rubens & resiccata erat. Primo die horruit, incaluit. Tertio rigor, febris acutaprehendit, colli tumor subruber, durus, & in pectus vtrique ex parte imminebat, extrema frigida, liuida, spiratio sublimis, potus per nares resque deorare quicquam poterat, deiectiones & urinæ restiterunt. Quarto exasperata sunt omnia. Quinto angina periit.

Aeger octauus.

Qui ad Mendacium forum decumbebat adolescens, ex lassitudinibus, laboribus, ac cursibus præter consuetudinem, igne, hoc est febre vehementissima, correptus est. Primo die conturbata aluus, biliosa, tenuia multa reddidit. Uri-

ne tenues & nigricantes erant, somnum non cepit, sitibundus fuit. Postridie exasperata sunt omnia, deiectiones plures erant & importuniores, neque dormiuit, mens perturbata fuit, aliquantulum infudauit. Tertio inquietè habuit, sitibundus, nausabundus, multa corporis iactatio & angustia, extrema liuida & frigida; præcordiorum cōtensio submellis verique. Quarto somnum non cepit, peius habuit, septimo obiit. *Ætas erat annorum prope viginti.*

Æger nonus.

Mulier ad Tifamenum molestis voluuli casibus appetita fuit, multis vomitionibus confictabatur, potum continere non poterat. Dolores circa præcordia aderant, qui in inferioribus secundum ventrem locis cum torminibus assiduus urgebant. Non siciebat, incallescibat, extrema perpetuò frigecebant, stoma. Hi fastidio laborabat, vigilerat. Vrinæ paucas, tenues reddidit. Alui recremēta cruda, tenuia, pauca. Nil amplius iuuare poterat, defuncta est.

Æger decimus.

Ex his quæ circa Pantimiden erant, mulier quædam ex infantiuli foetus abortione, primo die igne, hoc est febre vehementissima correpta est. Lingua resiccata, siticulosa erat, æstuabunda cum insomnia. Aluus conturbata ex multis tenuibus & crudis. Postridie nouo oborto rigore, febris acutaprehendit, venter multa reddidit, non dormiuit. Tertio die inaugebantur dolores: quarto delirauit: septimo defuncta est. Aluus per totum morbum recrementis multis tenuibus, crudis fluxit, urinæ paucæ, tenues erant. Febris ardens.

Æger undecimus.

Alteram ex abortiuo foetu circiter quintum mensem, ignis, hoc est febris vehementissima,prehendit. Per exordia verò sopore rursusque insomnia detinebatur cum lumborum dolore & capitis grauitate. Secundo die aluus turbata est, primumque pauca, tenuia & syncera deiecit. Tertio plura & peiora, nocte nihil dormiuit. Quarto mēs emota fuit,

metus atque animi ægritudo inerat, dexter oculus peruersus est, sudor paucus & frigidus circa caput dimanauit, extremitates frigide. Quinto exasperata sunt omnia, multum delirauit confestimque rursus ad intelligentiam rediit, siticulosa erat, insomnis. Alius per totum morbum multis & intemptiuis fluxit. Vrinæ paucæ, tenues, nigrescentes erant: extrema frigida, subliuida. Sexto eadem perseuerarunt. Septimo phrenitide extincta est.

Aeger duodecimus.

Quæ in Mendacium foro decumbebat, tum primum laboriose masculum enixa, igne, hoc est febre vehementissima, correpta est. Statim per exordia sitibunda, ex stomachi fastidio & oris ventriculi dolore laborabat, lingua resiccata erat, alius tenuibus, paucis, perturbata fuit, neque somnum cepit. Postridie nouo aliquantulum suborto rigore febris acutaprehendit, modicus circa caput sudor frigidus dimanauit. Tercio non sine dolore aluo cruda, tenuia, multa demissa sunt. Quarto nouus obortus est rigor, exasperata sunt omnia, peruigil fuit. Quinto molestè habuit. Sexto eadem perseuerarunt. Ex aluo verò liquida multa secessere. Septimo nouo suborto rigore febris acuta corripuit, sitis multa aderat & incontinens corporis iactatio. Ad vesperam frigidus toto corpore diffusus est sudor, perfrigidus, extremorum frigus, quæ nec iam ad calorem reuocari poterant. Iterumque sub noctem oborto rigore extrema non recalescebant, neque dormiuit, aliquantulum delirauit, confestimque rursus ad intelligentiam rediit. Octauo circa meridiem recaluit, sitiuit, sopore oppressa fuit, nauseabunda. Biliofa, pauca, non nihil flaua vomitione refudit, nox iniquies, non dormiuit, multum confertas vrinas reddidit idque non sentiens. Nono remissa sunt omnia, sopore detenta est, ad occasum suborto aliquantulum rigore, pauca, biliofa, vomuit. Decimo rigor, febrilis insultus, neque quicquam quicuit. Mane vrinam multam, in qua nulla subsidencia inerat, reddidit, extrema recaluerunt. Vndecimo vomuit virulenta, biliofa, non ita multo post rigore correpta est, rursusque extrema frigescabant. Sub occasum sudor, rigor, vomuit multum, noctem molestè tulit. Duodecimo multa, nigra,

nigra, foetida vomuit, singultus multus adfuit & sitis molesta. Decimotertio rigore correpta, nigra, graueolentia, multa vomitu effudit. Circa meridiem verò voce defecta est. Decimoquarto sanguis per nares effluxit, defuncta est. Huic per totum morbum aluus lubrica & horrois sensus adfuit. Ætas erat annorum ferè septendecim.

SECTIO TERTIA.

Status Pestilens.

Annus Austrinus, imbribus abundans, atque in totum à ventis tranquillus fuit. Quum autem paulò superioribus anni temporibus, iusto maiores siccitates viguissent, sub Arcturum, spirantibus austris, multum pluit. Autumnus obscurus, nebulosus, cum aquarum abundantia, hyems austriana, humida & leuis. Longo verò post solis cōversionem interuallo, iuxta æquinoctium, extremæ hyemis frigora adfuerunt, iamque sub Æquinoctium ipsum Aquilonares venti cum niuibz non ita diu spirauere. Ver rursus Austrinum, à flatibus quietum, aquæ multæ & continentes ad canem vsque. Æstas serena, calida, æstus præfocantes magni. Annuiensarii venti (etefias vocant) pauci disunctim spirauere. Sub arcturum rursus spirantibus aquilonibus, aquæ multæ. Existente igitur anno austrino, humido & leni, hyeme quidem salubriter agebant, præter tabidos, de quibus mox scribetur.

Ante ver, autem vnà cum frigoribus consecutis ignes facti plurimi, partim quidem aliqua de causa, partim quidem sine ea contingebant, atque hi maligni quidem multos sustulerunt. Multi ex faucibus laborabant, voces vitiatæ erant, febres ardentes vnà cum phrenitide, serpentia oris vlcera, pudendorum tubercula, lippitudines, carbunculi. Alii perurbatæ, cibos auersabantur, & hi quidem partim siticulosi, partim sine siti erant, Urinæ turbulentæ, multæ, malæ, reddebantur. Sopore vt plurimum deincebantur, rursusque perui Giles. Morborum solutiones prorsus nullæ partimque difficiles, aquæ inter cutem, tabidi multi. Atque hi quidem morbi populariter vulgabantur. Ex enumeratoz autem generum vnoquoque laborabant multi & moriebantur plurimi, eorumque singulis hunc in modum

accidit. Multis certè ignis sacri occasio ex contemnendis valdeque parvis vlculculis toto corpore oblata est, præcipuè verò sexagenariis circum caput, vel si quid paululum negligeretur. Nonnullis autè, etiam inter curationes ipsas, magnæ inflammationes contingebant, multusque ignis sacer celeriter vbiq; populabatur. Horum igitur plurimè abscessus ad suppurationes vertebant, carniūque & ossiū ac neruorum ex decidentia mutilationes magnæ fiebant. Neq; verò contracta fluxio puri erat affinis, sed aliud quoddam putredinis & fluxionis multæ ac variæ genus. Quibus itaque circa caput huiusmodi aliquid contigit, totius capitis & menti glabrationes, ossiūque denudationes & prolapsus acciderunt, multæque fluxiones fiebant, istaque partim in febribus, partim sine his aderant. Atque hæc terrorem potius quàm periculum denunciabant. Quibus namque talium maturatione res ad suppurationem deuenit, eorum plarique superstites euadebant. Verò quos inflammatio quidam sacerque ignis reliquerat, nullumque huiusmodi abscessum creauerat, ij frequentes periere. Similiter quoque & quacunque corporis parte oberrarunt, ista contigerunt. Multis siquidem brachium ac cubitus totus defluebat. Nonnullis verò ista latera malè vexabant, aut anteriorum aut posteriorum aliquid. Est vbi etiam fœmur integrum, aut tibia, aut pes totus denudabantur. Horum autem omnium grauissimè vrgebant quæ circum pubem pendendaque contingebant. Atque ea quidem fuit eorum quæ cum vlcere aut occasione aliqua externa contigerunt conditio. Multis autem vnà cum febribus ipsis, aut ante febrem, atque etiam post febres ipsas inciderunt. Illud verò ipsis inerat, vt quæcunq; per suppurationem abscederent, si vel insignis aliqua alui perturbatio, aut probarum vinarū transmissio extitisset, per ea ipsa solutio procederet: sin quibusdam nihil horum contigisset, temereque & sine vlla solutionis significatione euanescerent, ea mortem inferebant. Longè igitur plurimos sacer ignis vere appetiuit, qui & per ætatem & sub autumnum consequebatur. Magna verò perturbatio quibusdam inerat, & ad fauces tubercula, linguæque inflammationes, & quæ secundum dentes abscederent. Multisque vocis vitiatæ & præpeditæ facta est significatio,

fiatio, potissimè quidem his qui tabescere cœpissent, atque etiam febre ardente detentis & phreniticis.

Cœperunt itaque febres ardentes & phrenitides antè ver, postea quæ præcesserunt frigora, plurimique tunc diu ægrotarunt grauibuscque & lethalibus casibus conflictati sunt. Erat autem febrium ardentium quæ obuenerant constitutio huiusmodi. Per initia sopore detinebantur cum stomachi fastidio & hectoris sensu febris acuta, neque magnopere fiebant aut delirabant. Ex naribus paucus stillauit sanguis. Plurimos accessiones diebus paribus inuadebant. Atque sub ipsas accessiones obliuio, membrorum exolutio & vocis defectio contingebant. His quidem pedes summi & manus frigidiores euadebant, multoque maximè circa accessiones, deinde verò lentè nec probè recalescebant, rursusque ad intelligentiam redibant & loquebantur. Eos autem aut peripneus sopor non somnolentus detinebat, aut vigilæ cum laboribus. Horum plerisque alius recrementis crudis, tenuibus, multis turbabatur. Urinæ multæ, tenues, neque indicatorij neque boni quicquam habebant. Neque aliud quicquam in ita affectis decernebat, neque enim ritè sanguis è naribus proflebat, neque aliud quicquid eorū quæ abscedere nata sunt iudicatione tentabatur, moriebaturque; vnusquisque, vti fors ferebat, vago & incerto ordine, plerumque circa iudicationes, quidam verò longius producti cum vocis defectione, nonnulli etiam cum sudoribus. Quæ quidem his qui perniciosè haberent contingebant. Quin & similia phreniticis fiebant. Atque hi omninò sine siti erant. Neque phreniticorum quispiam vehementer insaniuit, sicut in cæteris vsuuenire solet, sed ex mala alia quadam & languida in somnū degrauatione grauius peribant. Aliæ insuper etiam febres viguerunt, de quibus mox scribetur. Multis os serpentibus vlceribus affectum vlcerosumve fuit, fluxiones ad pudenda multæ, exulcerationes, tubercula intus & extra circum inguina. Lippitudines humectæ, longæ, diuturnæ, non sine doloribus, palpebris foris & intus adnascabantur quedam quæ multorum aciem perderent, sicos nominant. Enascebantur verò cum aliis in vlceribus multa, tum in pudendis. Carbunculi æstate multi atque alia quæ putredinis nomine donantur. Pustulæ item

magnæ. Serpentina vlcera plerisque magna. Quantum autem ad alium spectabat, plerisque circa eam multa & noxia euenere. Primum quidem crebræ & inanes egerendi voluntates multis molestæ, imprimis verò pueris atque iis omnibus qui pubertatem nondum attigerant, eorumque plurimi peribant. Multi intestinorum læuitate vexabantur, quidam difficultate intestinorum, neque hi admodum molestè. Alius autem biliosa & pinguis, & tenuis, & liquida demittebatur, ac multis quidem eò morbus ipse decubitu tum circa febres, tum in febribus. Tormina cum doloribus aderant, itemque conuolutiones malignæ. Multis in corpore existentibus ac suppressis exitus. At neque exuentia dolores tollebant, multæque corporis partes affectæ erant. Atque ad ea quæ adhibebantur non facilè habebant. Purgationes, nempe plurimos magis offendebant. Eorum verò qui ita habebant plerique quidem subito moriebantur, multi etiam diutius perdurabant. Atque vt semel absoluam, tū qui diuturnis, tum qui acutis tenrābatur morbis, ex ventris vicio omnes ferè perire. Omnes nanque venter pariter sustulit. Omnes autem in quos sanè incidi, præter præscriptos omnes morbos quibus vexabantur, cibos equidem auersabantur. Plerique verò præcipueque hi ipsi & quicodem modo affecti erant, sed & ex aliis qui etiā perniciosè haberent. Sicculosi partim quidem erant, partim verò sili vacui. Ex his quos febres atque vexabant, nullus in tempestiue potum sumit, sed quo ad potionem, licebat eam instituere viuendi rationem quam velles. Vrinæ autem copiosæ prodibant, neque potioni ingestæ respondebant, verum plurimum superabant, multumque etiam vitiosæ erant: urina redditæ. Nam neque crassitudinem, neque concoctionem habebant, neque probè expurgabantur. In multis nanque probæ per vesicam expurgationes bono sunt. Plurimis verò colliquationem perturbationemque, & dolores, & moram & iudicationis cessationem portendebant. Sopore autem decinebantur, imprimis quidem phrenitici & qui febre ardente laborabant, quin etiam cæteris in omnibus maximis morbis, quod cum febre contingerent. Omnino verò plerisque aut grauis sopor comitabatur, aut tenues & parui somni.

Multa

Multa alia præterea passim vulgata sunt febrium genera, tertianæ, quartanæ, nocturnæ, assidua, diuturnæ, incertæ & vagæ, implacida, inconstantes. Atque hæc omnes non sine multa perturbatione contingebant. Plurisque etenim alius cum horrois sensu turbabatur, sudores nihil decernebant, urinæque quales supra descripsimus. Eorum verò plurisque hæc erant diuturna. Neque enim decernebant quæ iis ipsis abscedebant, quod cæteris vsu venire solet. Omnino quidem omnibus diffiçiles erant iudicationes, aut nullæ, aut diuturnæ, his verò quàm maximè. Atque horum pauci circa octogesimum diem iudicatione absoluebantur, magna autem ex parte iis temerè defecerunt. Horum etiam pauci ex aqua inter cutem moriebantur erecti & stantes. Plerosque verò etiam præter alios morbos tumores exagitabant, ac præ cæteris tabidos. Maximè autem & grauissimè affligit tabes plurimosque interemit. Nempe cum multis ad hyemem cœpisset, hi magna ex parte decubuerunt, partim verò erecti & stantes pertulerunt. Ineunte autem vere eorum qui decubuerant plerique perierunt, reliquorum verò nullum tussis reliquerunt, verum æstate remiserunt. At sub Autumnum omnes decubuerunt, multique interierunt, eorum verò plerique diu traxerunt. Horum itaque plurimi, ex his de repente pessimè affligi cœperunt, crebri erant horrores, plerumque febres assidua, acutæ, sudores etiam intempestiui, multi, continenter frigidus, refrigeratio multa, vixque recalescebant. Alui variis modis subsistentes, rursusque illico lubricæ, atque eorum quæ pulmones offendeant per inferna transmissio. Urinarum illaudatarum abundantia, corporis extenuationes malæ. Tussis autem omninò quidem multæ aderant, multaque cocta & liquida educebant, neque verò admodum laboriosæ. Quod si etiam quadantenus laborarent, rursus tamen valde placidè & molliter omnibus ex pulmone purgatio procedebat, fauces non admodum mordebantur neque sanguines quicquam infestabant. Viscida nihilominus & alba, liquidaque & spumosa multa ex capite descendeant. Longè verò maximum malum tum hos tum etiam cæteros comitabatur, ciborum fastidiū, uti paulò ante scriptum est. Nam neque ad portionem neque ad cibum alacriter habebant, sed valde

siti vacui degebant. Corporis grauitas inerat & sopore detinebantur. Ac fere omnes tumoribus corripiebantur & in aquam inter cutem euadebant. Horrore concutiebantur & sub mortem delirabant.

Erat autem tabidorum species ex iis qui glabri erant, subalbidi, lentis colorem referentes, subrubri, cæsis oculis, pituita alba redundantes, & quibus scoptula operta alarum instar à tergo extabant atque prominebant, mulieresque eodem modo se habebant. Idem & qui ad atram bilem generandam essent idonei & subsanguinei. Atque hos febres ardentes & phrenitides, & intestinorum difficultates tentabant. Iuuenes crebræ & inanes egerendi cupiditates, pituitosos longa alui profluvia, acria & pingua ventris recrementa biliolos vexabant. Omnibus autem quos paulò supra descripsimus, ver quidem erat molestissimū plurimosque sustulit. Æstas verò placidissima, minimeque multi perierunt. Per autumnum rursus & sub Verginis, multi interierunt quartana febre detenti. Mihi porro videtur æstas illa meritò multum profuisse. Æstiuos namque morbos succedens bruma soluit, & brumales adueniens æstas dimouet. Quamquam quæ tunc fuit æstas ex sese non satis suæ naturæ constabat, verum de repente calida, austrina, & à ventis silens fuit, nihilominus tamen ad aliam temporis conditionem mutata profuit. Per verò magni in arte æstimo, posse de iis quæ scripsimus cogitationem rectè suscipere. Eorum namque usum qui calluerit, is mihi non magnopere videtur in arte aberrare posse. Exactè autem tenere oportet propriam cuiusque temporum anni conditionem, & statum, morbumque ipsum, & quidnam boni commune sit constitutioni cum morbo, quidnam & mali constitutio, aut morbus inter se commune habeat. Et quisnam morbus diuturnus sit & exitium afferat, aut quisnam diuturnus & ex quo egri euadant. Et quisnam præceps & exitialis, aut quisnam præceps & salutaris. Atque ex his ipsis tum iudicatoriorum dierum series obseruanda est, tum etiam prædicendi facultas suppetit. Ac in his exercitato proclive est instituendæ victus rationis tempus & modum cognoscere, & quibusnam ea præscribenda sit.

Agrodi

Primus.

Parius quidam in Thaso, qui supra Dianæ fanum decumbebat, febre acuta correptus est, statim quidem assidua, ardente, siticulosa. Per exordia sopore detinebatur, rursumque vigiliis vexabatur. Alius inter initia turbulenta, urinae albæ. Die sexto oleosam urinam reddidit, delirauit. Septimo exacerbata sunt omnia, non dormiuit. Quin & urinae similes & mens perturbata. Ex aluo verò biliosa & pinguis prodire. Octauo deinceps parū ex naribus stillant, vomitione refusa sunt virulenta, pauca, aliquantulum quieuit. Nono eadem perseuerauere. Decimo cuncta remiserunt. Undecimo, sudor, sed non toto corpore dimanauit. Corporis quidem summa perfrigerant, sed mox recaluit. Duodecimo, grauiter febricitauit, alui recrementa biliosa, tenuia, copiosa. In urinis suspensum quid in medio innatans inerat, delirauit. Decimoseptimo permolestè habuit. Nam neque somni aderant, neque tamen febris intendebatur. Vigesimo sudor vndiq; profluxit, per uigil fuit, deiectiones biliosa, cibum auersabatur, sopore decensus est. Vigesimo quarto recidiua contrigit. Trigesimo quarto à febre immunis fuit, aluus non substitit, moxque recaluit. Quadragesimo sine febre, aluus non diu substitit, cibum auersabatur rursum aliquantulum febricitauit, idque perpetuo inordinatè, partim quidem à febre liber, partim verò non. Nam si quando intermitteret alleuaretque, statim repetebar. Cibariis etiā multis vilib⁹ & vitiosis utebatur. Circa recidiuas somni mali, delirauit. Urinas tūc reddebat crassas quidem, verum turbulenta & prauas. Ex aluo coacta moxque diffusio demittebantur. Febriculæ assiduæ aderant, deiectiones multæ tenues. Cētesimo & vigesimo die defunctus est. Huic aluus ab initio continenter biliosis, liquidis, multis diffuebat, aut si consisteret, feruida & cruda deieiciebat. Urinae per totum morbum malæ. Sopore fere detinebatur, nec sine doloribus, eratque insomnis, cibos auersabatur, assidueque febris ardens vexabat.

Eger secundus.

Quæ in Thaso ad frigidam decumbebat, ubi filiam en-
 ra est, nec purgationes irent, eam tertio die febris acuta cū
 horrois sensu corripuit. Ex longo tamen ante partum in-
 teruallo ex febre decumbebat, cibumque fastidiebat. Post
 rigorem autem febres fuerunt assidue, acutæ, cum horrore.
 Octauo proximisque diebus multum delirauit, statimque
 ad intelligentiam rediit. Alius perturbata, multa, tenuia,
 aquosa, bile permixta demisit, absque siti erat. Undecimo
 mente constabat, sopore tamen detinebatur, urinas mul-
 tas, tenues & nigras reddidit, perui gil erat. Vigesimo cor-
 poris summa paulum perfrixerunt, moxque calor rediit, non
 nihil mente mota est, perui gilauit. Alui deiectiones ex dem
 perseuerarunt, urinae dilutæ, multæ. Vigesimo septimo a fe-
 bre immunis fuit, alius substituit. Non longè verò post ad
 coxendicem dextram vehemens enatus dolor diu tenuit, fe-
 bres rursus subsecutæ & urinae aquosæ. Quadragesimo de-
 ca coxendicem dolores alleuarunt, sed tussis assidua, humi-
 dæ, multæ tenuerunt, alius suppressa est, cibum fastidiebat,
 urinae eadem. Febres verò in totum quidem non desine-
 bant, sed errabundas & incertas habebant accessiones, &
 partim quidem sic, partim verò non prehendebant. Sexa-
 gesimo tussis absque vlla iudicationis significatione defe-
 cerant. Neque enim vlla sputorum concoctio exiitit, neque
 aliud quicquam eorum quæ abscedere solent. Maxilla dex-
 tra cōuulsa est, sopore detinebatur, rursus delirauit, statim-
 que ad mentem rediit. Carterum à cibis auerso erat animo,
 maxilla quidem loco restituta est, alius autem biliosa pau-
 ca transmisit, febris intensior fuit, nec sine horrore, proxi-
 misque diebus voce defecta est, rursusque ad intelligentiam
 rediit & sermocinata est, octogesimoque expirauit. Urina
 huic perpetuò nigræ, tenues & dilutæ fuerunt, soporque co-
 mitabatur, cibos non sumebat, animum despondebat, per-
 uigil, iracunda, implacida, meus atra bile tentabatur.

Eger tertius.

Pythionem in Thaso qui supra Herculis fanum decum-
 bebat, ex laboribus & lassitudinibus negligenterque sub-
 ducta

ducta victus ratione, rigor vehemens & febris acuta prehendit. Lingua resiccata erat, sicculofus, bile abundans, somnum non cepit. Urinæ nigricantes, sublime quid in medio suspensum habebant, neque subsidebant. Altero sub meridiem die corporis extremorum frigus cepit, præcipueque circa manus & caput, sermone & voce defectus est, longo intervallo breuem spiritum traxit, reuocatus est calor, suavitatem quietam duxit, sudor circa caput parum motus est. Tertio die quiete habuit, ad vespeream verò sub Solis occasum aliquantulum perfrixit, perturbatio cum nocte laboriosa, nihil dormiuit. Ex aluo verò pauca stercorea coacta transmissa sunt. Quarto manè quieuit, sub meridiem autem exasperata sunt omnia, perfrixit, sermone & voce destitutus est, deterius habuit, tandem recaluit. Urinæ reddidit nigras suspensum quiddam in medio innatans habentes, noctu placide habuit & somnum cepit. Quinto alleuari visus est, cæterum in ventre grauitas cum dolore tenuit, sitibundus fuit, nox molesta. Sexto manè quidem placide se gessit, sub occasum verò dolores intenderunt, grauius habuit. Vespere autem ex paruo per aluum infuso venter probe reddidit, noctu somnum cepit. Septimo die magna corporis æstuatione & stomachi fastidio conflictabatur & quadam corporis implaciditate tentabatur, oleosam urinam reddidit, noctu turbatio multa, delirabat, somnum nullum capiebat. Octauo manè quidem aliquantulum dormiuit, confestimque perfrictio cepit & vocis defectio, spiratio exilis & imminuta, ad vespeream autem calor rursus reuit, delirauit: Nam verò appetente die paulò leuius habuit, alui recrementum sincera, pauca, biliosa. Nono sopore detinebatur, æstuatione & stomachi fastidio tentabatur cum excitaretur, neque valde sitibundus erat. Sub Solis autem occasum magna corporis inquiete tenebatur, delirauit, nox praua. Decimo manè vox defecit, frigus multum, febris acuta, magna sudoris copia, defunctus est. Hic diebus parib' grauius habebat:

Eger quartus.

Qui ex Phrenitide laborans primo die decubuit, æruginosa & virulenta, multa, tenuia, vomitione refudit, febris horrore sensu insignis prehendit, sudor copiosus, assiduus

toto corpore dimanauit, capitis & cervicis granitas non sine dolore. Urinæ tenues, in quibus sublimia quædam in medio suspensa, parua, dispersa inerant, neque subsistebant. Ex aluo stercora affatim prodierunt, multum delirauit, nihil dormiuit. Postridie mane vox defecit, febris acuta inuasit, sudauit, non intermisit. Totum corpus palpitationes occuparunt, nocte conuulsiones. Tertio die grauiora euaserunt omnia. Quarto mortuus est.

Ager quintus.

Caluum in Larissa, ex fœmore dextro dolor de repente occupauit, nihilque adhibitis remediis est profectum. Primo die febris acuta, ardens, sensum prehendit, comitabanturque dolores. Postridie fœmoris quidem dolores remiserunt, febris autem intesa est, implaciditate quadam corporis tenebatur, somnum non capiebat, corporis summa frigebant, urinarum copia profluxit, sed nec eæ laudabiles erant. Tertio die fœmoris quidem dolor cessauit, verum mentis alienatio perturbatioque adfuit, & multa corporis incontinentia iactatioque. Quarto sub meridiem celerrimè periit.

Ager sextus.

Abderæ Periclem febris acuta, continua, cum dolore prehēdit, sitis multa, æstuatō & stomachi fastidium aderat, potum continere non valebat. Aliquantulum autem tum ex liene tum ex capitis grauitate laborabat. Primo die sanguis multus ex nare sinistra profluxit. Febris tamē intensior erat, urinas reddidit multas, turbulentas albas, quæ nec depositæ subsidebant. Postridiē grauiora euaserunt omnia. At certè urinæ quidem crassæ erant, verum quæ magis subsiderent, stomachi fastidium & æstuatō alleuata est, dormiuit. Tertio die febris remissa est, urinæ copiosæ, concoctæ, in quibus multum subsidebat, profluxerunt, noctem quietam habuit. Quarto sub meridiem sudor multus, calidus toto corpore dimanauit, à febre iudicatione est absolutus, nec recidiū passus est. Morbus erat acutus.

Ager septimus.

Abderæ virginem quæ ad viam sacram decumbebat, fe-

uitas non si-
quædam in
subfistebat.
delirauit, ni-
s acuta inua-
tationes oc-
uiores euase-

de repente
ctum. Pri-
comitaban-
res remise-
lam corpo-
summa fri-
udabiles e-
verum me-
corporis in-
a celerimè

bris ardensprehendit. Sitibunda autem erat & paruigil, ei-
que tum primum muliebria profluxerunt. Sexto die vehe-
mens stomachi fastidium adfuit, rubor, horror, cum mole-
sta corporis iactatione. Septimo eadem perseverauerunt.
Vix tenuis quidem, verum probati coloris erant, alius
commodè habebat. Octauo surditas, febris acuta cepit, in-
somnis, æstuabunda, cum horroris sensu mentis erat com-
pos, urinae eadem. Nono ac proximis diebus eadem perse-
uerarunt, atque adeo permansit surditas. Decimoquarto
tantis perturbatio, febris remissio. Decimosextimo mul-
tum ex naribus profluxit, surditas nonnihil est leuata, pro-
ximisque diebus stomachi fastidium & surditas aderat, &
delira erat. Vigésimo pedum dolor cepit, surditas & deli-
rium intermisit, paucus ex naribus sanguis prorupit, sudo-
ribus à febre liberata est. Quarto & vigésimo febris repe-
tit, rursusque surditas, pedum dolor perseverauit, mens e-
mota est. Septimo & vigésimo copiosis obortis sudoribus,
à febre immunis fuit, surditas reliquit, pedum dolor ali-
quantulum tenuit. In reliquo verò, perfecta iudicatione ab-
soluta est.

Aeger octauus.

um dolore
um aderat,
utem tum
no die san-
e intensior
az nec de-
omnia. At
gis substi-
st, dormi-
oncocta,
em quie-
s, calidus
bsolutus,

ebat, fe-
bris

Abderæ Anaxionem ad Threicias portas decumben-
tem, febris acutaprehendit, lateris dextri dolor continens
tenebat, tussis erat sicca, neque quicquam primis diebus ex-
puebat. Siti cruciabatur atque insomnia, urinae probè colo-
ratae erant, copiosæ & tenues. Sexto die delirauit. Forus ve-
rò nihil profecerunt. Septimo molestè habuit. Nam & fe-
bris intende batur, neque dolores remiserant, & tussis infe-
stabant, & difficilis spiratio inerat. Octauo facta in cubito
vena multus sanguis prout debuit effluxit, dolores certè re-
miserunt, verum tussis sicca perseverauit. Undecimo le-
niores fuerunt febres, paucus sudor circa caput prodit, et-
iamnum tussis tenebant, & quæ ex pulmone prodibant li-
quidiora erant. Decimosextimo cœpit pauca & concocta
expuere, alleuatus est. Vigésimo sudore oborto febre liber
fuit, à iudicatione verò nec ius habuit. Sitis autem vexabat,
nec probæ pulmonis expurgationes erant. Septimo & vi-
gésimo rediit febris, tussiuic, concocta plurima eduxit, in

vrinis alba, multa subsidebant, sitis desit, somnium cepit, Trigesimo quarto sudore per totum corpus diffusio, febre liberatus & prorsus est iudicatione absolutus.

Ager nonus.

Abderæ Heropythus rectus & obambulans ex capite doluit, neque verò multò post decubuit. Is habitabat ad superiorem tractum, febris erat ardens, acuta. Statim initio plurima biliosa vomitione refusa sunt, sitis aderat & magna corporis iactatio & incontinentia. Urinæ tenues, nigrae, in quibus interdum quidem suspensum quiddam in medio innatans sublime erat, interdum verò non. Nox laboriosa, febrium accessiones subinde variae ac plerumque inordinatae. Sub decimum verò quartum diem obsurdit, febres intendebantur, urinæ eadem. Vigesimo itemque proximis diebus permultum deliravit. Quadagesimo multus è naribus sanguis erupit, magisque ad sese rediit, surditas inerat quidem, verum minùs vexabat, remiserunt febres. Consequētibz diebus crebrò & paulatim sanguis è naribus profuxit. Ad sexagesimum verò diem, desierunt quidem sanguinis è naribus eruptiones, verum coxendicis dextræ vehementer dolor tenuit, ac febres intendebantur. Neque verò multò post, inferiorum omnium partium dolores exorti sunt. Contigit autem ut aut febres maiores essent, surditasque multa, aut ista quidem remitteret & alleuarent, verum inferiorum ad coxendices partium grauiores fierent dolores. Iam verò ad octogesimum remiserunt quidem omnia, verum nihil dereliquit. Nam & urinæ probati coloris, in quibus plura subsidebant, prodierunt, & deliria sunt imminuta. Circiter centesimum alius biliosis multis perturbata est, nec pauco tempore talia multa procedebant, tandemque intestinorum difficultas cum dolore vexauit, cætera commodè habebant. In totum autem, tum febres reliquerunt, tum surditas desit. Centesimo prorsus est iudicatione absolutus, febris erat ardens.

Ager decimus.

Abderæ Nicodemus ex venere & potu febre correptus est. Per initia autem stomachi fastidio & oris ventriculi do-

num cepit,
diffuso, febre

ns ex capite
icabat ad su-
Statim initio
rat & magna
ues, nigra, in
in medio
x laboriosa,
ue inordina-
it, febres in-
ue proximis
multus è na-
ditas inerat
res. Confe-
aribus pro-
quidem san-
dextra ve-
Neque verò
ores exorti-
nt, surditas-
ent, verum
fierent do-
quidem o-
obati colo-
deliria sunt
multis per-
cedebant,
re vexavit,
um febres
rsus est in-

corruptus
riculi do-
lore

lore cum siti conflictabatur. Lingua exusta est, vrinę tenues & nigrae. Postridie febris inuasit cum horrois sensu & stomachi fastidio, nihil dormiuit, biliola, flaua vomitione sunt refusa, vrinae ex dem perseuerabant, noctem quietam transiit, somnum cepit. Tercio die imminuta sunt omnia & tranquillitas adfuit. Sub Solis occasum rursus corporis implaciditate aliquantulum tentatus est, noctem perimolestē tulit. Quarto rigor cepit, febris magna, omnium dolores aderant, vrinae tenues erant, ac suspensum quiddam in medio innatans habebant, multum delirauit. Septimo allevatio fuit. Octauo cetera remiserunt omnia. Decimo sequentibusque diebus dolores quidem tenuerunt, verum leuiiores erant. Accessiones verò & dolores hunc perpetuò diebus fere paribus inuaserunt. Vigesimo vrinam reddidit albam, cui crassitudo inerat, nec deposita subsidebat, copioso sudore profuso visus à febre liber esse. Sub vesperam autem rursus incaluit, itemque dolores vexarunt, horror adfuit, siccus, nonnihil delirauit. Quarto & vigesimo, copiosam vrinam albam reddidit, in qua multa subsidebant. Sudore calido copioso per totum corpus diffuso, à febre iudicatione est absolutus.

Ager undecimus.

Mulier quædam in Thaso austera & aspera, ex mœrore manifesto recta adhuc & obambulans, in somnia & ciborum fastidio tentata est, siti & magna corporis æstuatione premebatur. Habitabat autem ad Pyladis ædes in Plano. Primo die appetente nocte, metus, sermones multi, animi ægritudo, febricula leuis cepit, manè conuulsiones multæ vexarunt. Ac sicubi conuulsiones illæ multæ intermitteret, delirabat, obscœna loquebatur, dolores multi, vehementes & continentes aderant. Postridie eadem perseuerarunt, somnum non cepit, febris ingrauescebat. Tercio conuulsiones certe cessarunt, sopor verò atque in somnum degrauiatio tenuit, rursumque expurgata est, exiliit, neque sese contionere poterat, multum delirabat, febris erat acuta. Eadem autem nocte sudor copiosus, calidus, toto corpore dimanauit, à febre immunis fuit, somnum cepit, omninò ad sese rediit, iudicatione est absoluta. Ad tertium verò diem

vrinæ nigrae, tenues erant, habebantq; in medio suspensum quiddam innatans, rotundum admodum, neque subsidebat. Sub iudicium autem muliebria copiosa profuerunt.

Eger duodecimus.

Larissæ virginem quandam febris ardens & acuta prehendit, per uigil erat, sitibunda, lingua fuliginosa, arida. Vrinæ probati quidem coloris reddidit, tenues tamen. Post die molestè habuit, non dormiuit. Tercio die alius a quosdam multa transiit, proximisque diebus talia commodè prodierunt. Quarto urinam tenuem, paucam reddidit, quæ suspensum quid in medio innatans sublime habebat, neque subsidebat, sub noctem delirauit. Sexto ex naribus sanguis abundè multus effluxit, atque ubi inhorruisset, sudore copioso calido per totum corpus diffuente, ex febre immunitis iudicatione liberata est. In febribus autem, iamque peracta iudicatione, tum primùm muliebria descendunt, quod illibatae virginis esset. Prorsus verò stomachi studio laborabat, horrebat, faciei rubor aderat, oculorum & capitis grauitas. Huic morbus non repetiit, sed iudicatione est absoluta. Dolores diebus paribus inuadebant.

Eger decim tertius.

Abdere Apollonius, diu rectus & obambulans morbum sustinuit. In tumorem autem ei elata erant viscera, & consuetus hepatis dolor longo tempore perseuerauit, ac tunc sanè etiam auriginosus factus est, flatibus abundabat, & colore erat subalbido. Ex intempestiuore verò potu & bubulæ esu, aliquantulum primùm incaluit, decubuit. Deinde cum lactis usus esset copioso crudo & cocto, caprillo & ouilo, vitiosaque victus ratione, insignes omnium offensiones factæ sunt. Nam & febres exasperatæ sunt, neque memorabile aliquid ex ingestis alius reddidit, urinæ tenues & paucæ, neq; somnum capiebat, mala inflatio aderat, sitis multa, sopore detinebatur, præcordia dextra cum dolore intumuerant, extrema undique frigescebant, aliquantulum delirabat, omnium quæ dixisset capiebat obliuio, mente emouebatur. Ad decimum quartum diem, ex quo suborto

nico.

rigore incaluit, decubuit, vehemēter insaniuit, clamor, perturbatio, sermo multus, mox contrā repressus est, atq; tum sopor inualit. Deinde verò aluus perturbata, copiosa, biliosa, lyncera & cruda demissi, vrinae nigrae, paucae, tenues erāt, magna corporis implacitas, alui recrementa varia. Nempe vel nigra, pauca & virulenta, vel pinguis, cruda & mordacia defecit, ac tandem etiam lacti similia reddere visa est. Sub vigesimum quartum diē alleuatio fuit, in reliquo quidem eadem perseverauere, verū aliquantulum ad intelligentiam rediit (ex quo nanque decubuerat, nihil meminisse) statimque rursus desipiebat, atque in deterius omnia tendebat. Circa trigesium verò diem febris acuta inualit, alui recrementa copiosa & tenuia, delirus fuit, extrema perfrizerunt, vox defecit. Quarto & trigesimo vita defunctus est. Ex quo eum vidi, huic perpetuò aluus turbulenta fuit, vrinae tenues, nigrae, sopore detentus & infomnis, extremities frigidae, per totum morbum delirauit. Phrenitide periiit.

Eger decimusquartus.

Mulierem in Cyzico gemellas laboriosè enixam, cū non admodum partus purgamenta processissent, primum quidem febris corripuit horrore sensu insignis & acuta, capitis & ceruicis grauitas non sine dolore tenuit. Inter exordia insomnia vexata est, taciturna autem erat, terrore & suspensioso vultu, & quae nullis persuasionibus flecti poterat. Urinas tenues & decolores reddidit, sicut premebatur, ac ut plurimum stomachi fastidio laborabat, aluus inordinate quidem & inconstanter perturbabatur, rursusque consistebat. Sexto die sub noctem multum delirauit, somnum non cepit, circaque vndecimum vehementer insaniuit, ac rursus ad intelligentiam rediit. Urinas nigras, tenues, moxque ubi aliquantulum intermisissent, oleosas reddidit, & ab aluo multa, tenuia & turbulenta prodire. Decimoquarto conuulsionibus multis appetita est, extrema erant frigida, neque amplius ad mentem rediit. Urinae restiterunt. Decimo sexto voce defecta est. Decimo septimo pleuritide periiit.

Eger decimusquintus.

Draconis uxorem in Thaso, quae in Plano decumbebat,

febris horrore sensu insignis & acuta ex morore prehendit. Ab initio autem paunis contegebatur, & ad finem usque semper taciturna fuit, manibus palpabat, euellabat, scalpabat, floccos legebat, lachrymas fundebat, moxque ridebat, somnum non capiebat, alius irritata nihil demittebat, parum nec nisi commune facta bibebat. Urinae tenues & paucæ erant, febres ad manus contactum leues apparebant, lumina corporis frigescebant. Nono die multum delirauit, ac mox composita fuit & taciturna. Decimo quarto spiratio rara, magna, longo tempore tenuit, rursusque breuis. Decimo septimo irritatione turbulenta commota est alius, deinde potus ipsi pertransibant, neque consistebant, omnium sensum perdidit, cutis erat distenta & arida. Vigesimo multum obloquebatur, ac mox composita fuit, vox defecit & breuem spiritum trahebat. Primo & vigesimo defuncta est. Huic perpetuò ad finem usque spiratio rara & magna aderat, nihil omnino sentiebat, semper paunis contegebatur, aut sermones multos fundebat, aut fere usque taciturna erat. Phrenitide laborauit.

Eger decimus sextus.

Melibææ adolescens quidam, ex comestationibus liberaliore potu ac venere longo tempore incaluit & decubuit, Horrorem autem sentiebat & æstuabundus erat, peruihil, neque sibi premebatur. Alius primo die stercora multa demisit cum magno humorum affluxu, proximisque diebus aquæ similia plurima prodire. Urinas reddidit tenues, paucas, decolores. Spiratio erat rara, magna, ex longis intervallis. Præcordiorum contentio submollis aderat, utriusque promissa, perpetua & continens cordis palpitatio, urinam minxit oleosam, paulatim mente motus est, compositusque erat & taciturnus, cutis ressecata & distenta, alui recrementa vel multa & tenuia, vel biliosa & pingua. Decimo quarto exasperata sunt omnia, mente motus est, valde delirauit. Vigesimo vehementer insaniuit, corporis incontinetia & iactatio aderat, nihil minxit, potionem vix continebat. Quarto & vigesimo ex phrenitide periit.

HIPPO-

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus
liber quartus.

Post Æquinoctium & Vergilias, velut exedentia & mu-
cosa quædam, quæ caput perriperunt, supra aurem se-
cesserunt, & ei qui apud Leocydem erat, in pedem decubue-
runt. Phanodico in pedum digitos, ad imam pedis plāram,
(quod Græcis *ῥήδης* dicitur) Qua parte cuidam in tibia se-
ctio fuit, ea quidem illi denigrata est. Vlcus erat magnum
& externam tibiæ partem ac posteriorem peruadebat, quod
ubi perpurgabatur, pectoris & lateris sinistri è directo do-
lor & febres corripiebant, vnde interiit. Spartario exquisitè
biliosum decubuit, ei quæ caustica admouenti, circa æqui-
noctium sanguis deorsum affatim prodit. Seni mirum in
modum decessit, nō vltra quatuordecim dies. Notis ab An-
tiphilo compuncto, inusto, die septimo iudicatio contigit,
biliofo, muto. Tercio post iudicationem die aut non longè
postea sanguinem sputo reiecit, superstes extitit, tandemq;
in morbum recidit. Ad Vergiliarum occasum primum iu-
dicatione (vt par erat) absolutus est. Ab occasu autem Ver-
giliarum biliosus & ad insaniam adactus, iudicatione circa
nonum diem absque sudoribus facta, superstes euasit. Sub
æquinoctium Chalcidionius, qui à portis in forum delatus,
ex ruptione ad mammam dextrā dolebat, subinde aliquan-
tulum ex virore pallescens spuebat, aluus bene habuit. Su-
dor cum septimo die cœpisset, ferè ad octauum vsque te-
nuir, decimoquarto iudicatione absolutus est. Sub quadra-
gesimum verò ei tubercula, ad vtramq; aurem sublata sunt.
Non abs re credebat purulentus fore, quod non extitit.
Aristodemo vltio in pectore facta est. Philidis filio, cui quòd
aliquid ex casu abscellit, etiam ei pectus inustum est, supra
dolor aliquis prius extiterat, post æquinoctium autumnale
morbis reuersiones factæ sunt, & aliàs ad brumam vsq; per-
seuerarunt. Post solstitium Acheloi vxor sexto die abortio-
nem fecit, cum sanguine abundaret, horrores sentiret, ac
sudores tenerent. Decimoquarto die iudicatio contigit.
Quor mensium fœtus fuerit nescio. Ea alium masculum
factum vigesimo post die abortu reddidisse dixit. Atq; haud
scio an verà dixerit.

Sub brumam aquilonij status erant, aurigine abundè
 fœdati quidam, atque hi quidem cum horrois sensu, alij
 verò minimè. Tercio die linguæ adustæ. Circa sextum &
 septimum perturbationes, quæ etiam diu perseverarunt.
 Decimoquarto alui renitentes nec medicamentis cedentes,
 nec pro ratione febrium ulli sudores. Quibusdam lienes
 parui, ad præcordia dextra extēsi, & ad manus tactum mur-
 mur aliquod edentes. Sanguinis profluvia, ac per urinas
 purgatio & iudicatio. Multò verò magis deorsum tende-
 bant. Nam & hoc tunc contigit. At qui non isto modo se
 haberent, lienes verò etiam intumescabant, ij sanguinem
 ex nare sinistra profundebant. Exacto solstitio bruma cum
 hybernis algoribus & flatibus aquiloniis, paulò verò postea
 australis tempestas ad quindécim dies erat. Post hæc verò
 nives confectæ diebus quatuordecim. Sub hoc anni tem-
 pus aurigine abundè colorati quidam, neque sincerè iudi-
 cati, in morbum reciderunt. Post nives austrini imbres sug-
 cesserunt, grauedines cum febribus & sine his eruperunt.
 Cuidam verò in dentes decubuit, cum antea media corpor-
 is parte dolor esset, in dextra, superciliumque & oculum
 occupavit. Erant autem raucedines & faucium inflamma-
 tiones, earumque adenæ, spongiæ dictæ, sustollebantur, &
 ad aures ac malas tumores molles, qui etiam cum febre se-
 dabantur. Febricitare incipientibus horum plæraque su-
 pernè & ad utranque partem enascebantur, & quibusdam
 tonsillarum tumores sub autumnum & hyemem, quinet-
 iam & porrigines aderant. Multæque cuiusque modi abor-
 tu & partus difficultate periclitabantur. Virgini sexto die
 cum iudicatio obuenisset, sexto in morbum recidit. Iudica-
 ta verò est per sextum diem. Hisce temporibus omnia sexto
 & octavo die iudicabantur. Sub Vergiliarum occasum Me-
 andrij cæci vxor, statim ex virore pallescens, statimque pu-
 rulentum circa sextum diē expuit, iecur in tumorem subla-
 tum est, deorsum pauca demisit, carniū purulentarum in-
 star sputa pauca, alba, lata ore reiecit, cibos auersa est,
 mortem obiit circa vigesimum. Ex vicinia Thestoris famu-
 læ ex vitione alui deiectio biliosa, copiosa & præcordiorum
 distensio adfuit. Ipsi sexto die post suppressionem ex aluo
 tenuia, copiosa semel prodire, statimque sudoribus iudi-
 cata

tata est, alius restitit. Sub eadem autem horam rigore correpta febricitauit, & rursus sub idem tempus sudoribus iudicata. Therсандri vxor aquæ intercutis specie quæ pituita alba dicitur, non admodum laborans, cum lactaret grauitè febricitauit. Huic ex reliquorum incendio lingua succensa est. Sub hoc tempus lingua etiam velut densa grandine exasperabatur, & lumbrici ore reiecti. Ad vigesimum verò diem non est absolutè iudicata.

Sub Vergiliarum occasum Metrophanti puer ab altero testa in caput ictus, cum ad duodecimum diem deuenisset, febricitauit. In causa autem fuit quòd cum vlcus abstergeret, partes ambientes perfricuit, & perfrigeratus est, statimque vlcus labra intumuerunt, vltra vlcus vndique cutis est extenuata. Cum verò non cunctanter scetus fuisset, neque pus effluxit, neque leuamentum adfuit: sed secundum aurem ad maxillam sinistram videbatur pus colligi (hæc enim parte vlcus extitit.) Tandem neque hoc etiam suppuraui, & in humerum dextrum pus subito collectum est. Extinctus est circiter vigesimumquartum. Post Vergiliarum occasum cui auris dolebat, is circiter vigesimum ac postea voce destitutus est, & dextra corporis parte ad motionem impotens, absque febre sudoribus correptus est. Auris dextra dexterque oculus non valdè constiterunt, & quiddam ex inferiore parte attrahere videbatur. Ex sinistra autem parte oculus cum graui dolore distortus est. Cerox ad duritiem deuenit, & tertia postea hora æqualiter doluit. Post Vergiliarum occasum Attici famulus quartana correptus stupidus permanfit. Sub idem tempus alter vera Typhomania (qui affectus ex phrenitide & lethargo mixtus est) correptus, vbi ad coxendicem & crura dolor venit, quieuit. Quo verò id die factum sit nescio. Eodè tempore horrore tentati quidam & vomitionib⁹, post iudicationem cibos auersabantur, bile, lienis tumore, duritie, dolore, & sanguinis fluore vexabantur. Quibusdā etiam sub idē tempus post Vergiliarū occasum, ob lienem affectum sanguis ex virore pallidus è naribus profluit. Cranone Nicoltrati vxorem accessione correptam, ad decimumquartum diem mox colli reliquarumque partium imbecillitas occupauit, & cibus intro conclusus fuit ad decimum vsque diem. Spiratio crebra, parua,

& incontinentia, digitis palpabat, delirabat, sudores aderat. In dextram partem ceruix, os, oculus, naris contracta sunt. In urinis quod subsidebat album erat, erui simile, aliud album, aliud ramenta referens, aliquantulum ex virore pallescens, lentium farinæ simile. Huic interdum velut adipale quiddam in summo extabat, idque confertum neque admodum dispersum, velut quod in medio urinae suspensum innatat disparatum, ouillo velleri non dissimile. Postea autem urina in qua nihil subsidebat reddebatur, & interdum quidem talis erat, interdum verò in ea aliquid subsistebat. Quædam etiam in qua paucum huiusmodi in latitudinem dispersum, quædam returbara. Alia eiusmodi erat, ut quod in medio suspensum innatat, nubeculæ aliquantulum nigrae simile, & crassitudinem quandam habere videretur. Quædam verò mollis & tenuis, quædam tale sublimamentum tenue habens, quædam qualis veterini generis, quædam velut tenebricosa continens. Qui primus mente caprus est adolescens, urinam reddidit puram, renuem, omnium deiectione tenuis, multa, sine bile fuit, lingua admodum aspera, febris perurens, peruigil, aluus intumescbat. Hic desipuit octauo (ni fallor) die lasciuè admodum, exurgebat, pugnabat, valde obscena loquebatur, cum ab iis natura abhorreret. Hunc post redolitas effusus ac multas tenues urinas ex suppressione, somnus continuus cepit & sudor (iccirco quod talis esset iudicatorius existimatus) ferè circa decimum diem. Postea & rursus vehementer insaniit, & celeriter mortuus est vndecimo die, ea de causa (ut arbitror) quod merum multum antequàm vehementer desperet potasset. Ei pauci erant anni, prope viginti.

Eumenis coniunx autumno bilem atram vomitione reiecit. Quin & odores id declarabant, & febres horroris sensu insignes vexabant, & oris ventriculi dolores. Biliosa pauca vomuit & lumbricum. Deiectiones tenues erant per totum tempus ante Vergiliarum occasum, & circum eas cessabant, sanguinisque profluvia & breues febres breuiusque reuersionibus statim reuertentes aderant. In quibus ægri cibum auersabantur, ac velut excocti erant, corporis incontinentia & oris ventriculi dolore vexabantur.

Lum-

Lumbricis conflictabantur circa indicationes, rigoreque erant affecti ac biliosi. Peregrino adolescenti tertio die & quarto & quinto multus è naribus sanguis profudit, sexto modeste se gessit, desipuit. Septimo die aluus restitit, sopore detinebatur, tertio die morbi reuersio facta est, aluus rediit desit. Urinam non vidi. Sub indicationem prout debebat se gessit. Sub Vergiliarum autem occasum, austrini flatus & pluuia aderant, tuncque adolescens mucosa, aliquantum biliosa, cocta, glutinosa & crebra alui recrementa demisit, febris assidua aderat, lingua arida. Sexto die indicatione est absolutus. Septimo rursusprehendit eodemque die dimisit cum tremore. Sexto in aurem sinistram fluxio glutinosa, crassa decubuit. Pueri vlceri exedente (phagedænas vocant) affecto, inferiores dentes, & ex superioribus ac inferioribus primores exundarunt, & cavitatem reliquerunt. Quibus quidem os à palato discedit, iis medius desidet nasus. At quibus superiores primores dentes, iis summus nasus latus est. Qui quintus ab anterioribus numerabatur, quatuor habuit radices (quarum duæ ferè ad vicinum vtrunque dentem connexæ erant) suis extremis omnes ad interiora inflexas. Ad tertium dentem plures supurationes quàm ad cæteros omnes, & ex naribus crassæ fluxiones, & ex temporibus dolores inde maximè contingunt. Exeditur iste præcipuè quintus, & ex medio quidem tuberculum habebat. Ex duobus autem primoribus, minor primus interna parte iuxta duos erodebatur. Septimus radicem vnam, crassam, acutam habebat.

Athenæo autem puero masculino sinistra parte dens inferior, dextra superior doluit. Huius auris dextra pus collegit, cum non ampliùs doleret. Post Vergilias tempus placidum, nubilosum & caliginosum fuit. Indicationes quinto & sexto & septimo die fiebant, itemque longius procedebant. Februm reuersiones aderant, quæ ad interantes vergebant, & cibum auersabantur, ac biliosæ erant, & intestinorum difficultates cum ciborum fastidio & febre, vergebant. Sub Vergiliarum occasum austrini flatus vehementer spirabant, sanguinis profluvia, febres ad tertianarum naturam propius accedentes, & cum rigore algidæ grassabantur. Qui in supræna erat & bile plurimum abun-

dabat, sanguinem naribus profudit, alui deiectio pauca aderat, septimo die cum rigore iudicatione est absolutus. Post ad extremam cauponam, quarto die sanguinem ex naribus effudit, illico multum nugabatur, aluus restitabatur, cum precordiis duris & dolentibus. Sexto die glan de supposita, mala ex pallido virentia demissa sunt. Septimo sub maturinum tempus corporis iactatio, multus clamor, venarum ad umbilicum pulsationes, ac velut in gravissimis febribus, pulsus creberrimi & maximi erant, & per omnem morbum veluti ad vesperam accessiones movebantur. Ad dignoscenda autem principia & accessiones in considerationem adhibenda sunt, & ipsa temporis tempestivitas, & continuitas, & anni tempus. A Vergiliarum occasu austrini flatus spirabatur, quæ quinto die iudicabantur, vno intermisso prehendebatur. Quæ verò pustulæ erumpebant ad instar foliorum molles & laxæ erant, quale quid acanthio Lapyto contigit. At circa Vergiliarum occasum, cutim scabies & asperitates pruriginosæ quadantenus instabant, absque humoris lachrymatione, & præcipuè quidem hac anni tempestate. Quinetiam imperigines in tumorem sublatae aderant. Huiusmodi erat quæ Pythodori coniugi & Capelio vna cum febre contigerant. Sub cuius initia ferè Pythodori uxori coxendicum impotentia aderat. Post Vergiliarum occasum horrores egros tenuerunt, & sanguinis è naribus profluvia. Sutor certè quidam septimo die iudicatione est absolutus. Vbi vnum diem intermisisset, altero prehensisset, rursus quarto iudicatus est. Quidam ex his qui apud Leocydem erant, septimo iudicatus est, quarto alius. Moscho nono die largus ex nare sinistra, paucus autem è dextra sanguis effluxit. In decimum quartum diem, prout debebat, iudicatio ab initio commovebatur. Decimosextimo errata in ciborum ratione contingebant. Decimonono noctu enatum est ad aurem dextram tuberculum paruum, intus durum, foris paulum molle dolorem inferens, nec remittens. Purgatione reiecta suorum admodum biliosa, purulenta, sepiæ atramento maximè similia. Neque secus ac is cui admota cucurbitula, cum dolor ad coxendicem esset, in crus descendit, alleuatus est.

Qui ex sicili equo decidit, cui nec illico admota est cucurbitula, intus vltus est, ac vigesimo malum recrudit, cum

sanguis

sanguinis profluuium sæculenta & erodentia prodierūt. Mulier Tenedia quarto die masculum triginta dierum (vt aiebat) abortione reiecit, aluus liquida, tenuia demisit, lingua exarsa est, quarto die iudicatio contigit. Post Vergiliarum occasum lienis affectus aderant, & ad quintum vlque diem sanguinis è naribus profluuium, iudicatio obrigit. Cuidam septimo die vrina erui loturæ similis prodit, sibi ipsi persimilis, deinde pura, recidiua facta est. Intermisit quoque & Megarensis filio, præterquam quòd sanguis non profluxit. Vrina qualis Artigeni, alba, crassa, similis. Sub brumam syduis insignis visum est, quinto autem post sextoque die terræ motus extitit. Antigenis vxor quæ in Perintho erat, suspiriosa perseuerauit, cui nescienti an vterum ferret, rubra comparuerunt, venterque interdum paruus, interdum magnus videbatur. Semper tussiebat ac si celeriter viam conficere contingeret. Mensis agebatur octauus cùm constitit, febre prius tentata.

Coniux fratris Apemanti septimo die (vt dixit) scæmelam sexaginta dierum abortione reiecit, ad nonum verò diem perturbata est. Post iudicationem dextra parte dolor erat, ac si ex conuersione accidisset. Hæc celeriter fortū concipiebat & perdebat. Quædam cum albo fluore filiam peperit, quædam cum rubro, vt conueniebat. Horrore vexabantur ægri, corporis incontinentia iactabantur, cibos auersabantur, morborum reuersionibus tentabantur: biliosi sanguinis eruptionibus obnoxij, lienis affectibus aliquantulum vexati, sinistra parte plurimi dolorem sentientes. Apemanti vxori cùm in hanc partem conuertebatur, dexter oculus doluit; si in alteram, lateris inanitas. Aristophontis filiam febris tertio & quinto dieprehendit, sicca plurimum permanfit, aluus tamen huic conturbata est, difficilis iudicatio fuit, supra triginta dies cessauit. Pustulæ quidem ex laboribus non vehementibus ad diem septimum perueniūt, aliquantulum liuidæ. Rigor ancillam quæ post Heroum habitabat corripuit. At albæ & magnæ ferè improbantur in alto stupore (quem catochon dicunt) correptis, somniculosi, & quibus corporis moles non concidit, & bilis restat, atque etiam vbi non confidunt, siue aluus lubrica sit, siue dura. Zoilo fabro pulsus tremuli, tardi. Lotium & alui re-

crementum modicè decoloratum fuit, imi ventris contentio vtrinque in directum ad vmbilicum pertingens cum graui febre, cibos auersabatur, sticulosus. Apud Tecomzum præfecti annonæ filia, cum incertum esset, an vterum gestare inciperet, duorum mensium spatio vomitus pituitosus, interdum etiam biliosus erupit, difficulter peperit, integrè purgata est. Ad trigesimum diem similis vomitus perseuerauit, deinde aluo conturbata vomitus cessauit. Lazitas intestinorum adfuit, neque menses prodierunt, duorum annorum spatio per hyemem profluvium per ora venarum sanguinem fundere solita, passa est. Duo fratres. Cecropis propinqui, quibus circa initia nigra demittebantur, aliquantulum fæculenta, & condimentis ex sanguine paratis affinia, quæ ex bile saturatis & spumantibus cum virore pallescebant. Qui ex pacto assinum sustulit illico febricitauit, tertio die sanguinem è naribus profudit, & quarto, & quinto, & septimo, & octauo, iudicatione est absolutus cum aluo lubrica. Qui circa fodinas versabatur præcordia dextra contenta habebat, lien magnus erat, & alius distenta, aliquantulum indurata, inflatus fuit, decolor. Huic in genu sinistro decubuit, morbi reuersio facta est, in totum iudicatione est absolutus. Temenei filius quandam habuit spirandi difficultatem, adeò vt ex viridi pallesceret, qui color ad dorsum & manus transit.

Puerperæ maritus prope Sitodocum, aurigine confectus ad quem die septimo profectus mortuus est octauo, neque vrinam reddens, neque alui excrementa deiiciens. Præcordia magna & dura erant & spiratio crebra. Hic moriens ne præ dolore quidem frontem sudore madefecit. Huius vxor formellam septimestrem septimo die eiecit, quarto autem die comparuit. Eam certè circa initia pedum dolor tenuit. Desinente autem febre spirandi difficultas soluta non est, sed intrus relicta. Manus & brachium dolor tentauit. Morbi reuersio quam diutissimè tenuit, quibus ante iudicationem vtrinque restiterunt. Soror quæ apud Temeneum erat, cum rigore iudicatione est absoluta. Statim autem desinente colore ex viridi pallescente, manus & humeri dolorem senserunt, atque his cessantibus, caput. Oculorum superiores palpebræ in tumorem sublatae sunt & lachrymas profuderunt.

runt. Ignoro reliqua. Circa septimum diem primum, indicatione est absoluta. Eodem modo se gessit Meātri vinitor, nisi quod alius circa initia tenuia reddidit, deinde subsistit, vrinaq; iudicatione est reddita. Septimo die rigor non adfuit, quod antea alius conturbata fuerit. Potamonis filius cui alius septimo diebus non demisit, duobus ante iudicationem diebus non riguit, ideo neq; vrina subsistebat. Hegelistratio suppuratio ad oculum enata est, & extremus dēs suppurauit, fur susq; curatus est oculus, & per nares pus crassum descendit. Ad gingiuam caruncule parua, rotundę, discesserunt. Huic circiter tertiu diem affore suppuratio videbatur, deinde retro conuertebatur. Confertim autem mala & oculi intumuerūt. Quibus in febribus ardentib⁹ ad oculos aliquid abscedebat, hi pręrubras malas habebant & sanguinem ex naribus profundebāt. Quinetiam & quibus tumores ad aures solati erant, fortassis autē potius ad articulos abscessus colligebantur, neq; tamen id pro cōperto habeo. Rigores quibusdā cum tremore aderāt, pręcordiorum distictio, muliebria decimo septimo cōparuerunt & absolutā iudicationē fecerunt. Quę quidē si sic perseuerarēt, tertio die, partim ēt quinto, partim septimo iudicatio cōtingebat.

Hegelistrato duo extremi dentes inuicem erodebantur, extremus habebat supra gingiuam duo tubercula, vnum quidem iuxta erosionem, alterum vero altera ex parte. Quā verō parte duo dentes sese contingebant, ibi radices latę, similes, binę sibi inuicem respondebant, altera ex parte vna erat medietas pręterea rotunda. Mulier, cui sanguis quarto & sexto die ē naribus profluxit, septimo iudicatione est absoluta cum maximo rubore. Mulieri vehemēti capitis gravitate laboranti, iudicatio circiter vigesimum diem contigit. Vigesimo magno pręcordiorum aestu tenebatur. Septimo non multus sanguis ē naribus profluxit, deinceps tenebatur. Ad octauum in oculum dextrum decubuit. Viro eadē contigerunt, nisi quod septimo die iudicatio facta est, liene in sinistris aliquantulū intumescēte. Huic ad octogesimū diem, atq; etiam longiores oculi affectus obuenerunt, ideo fortassis q; a iudicatione contigissent, & q; multi essent. Temei sorori inflata pręcordia & distenta longo ex intervallo apparuerunt. An verō etiam pręgnans esset, non satis

compertum habui. Alius primum restiterat, tuncq; vomitione conflictabatur, quæ postea non amplius aderat. Multa nanque glutinosa & biliosa alius demisit, neque præcordia obstabant. Undecimo die ad dextræ pollicem inflammatio oborta est, alius affatim perripit, & superiore parte concessit, ex quo melius habuit. Etenim in somnum delatio & febris minuebatur, & quodammodo etiam facilius erat spiratio, quod per superiora prauum quiddam vomitu reiecerat. Decimosexto tenuis & crebra spiratio contigit & febris, mortua est. Ipsam febris ante abscessum corripuit, & septimo ab abscessu periit. Fuit & hæc quodammodo rubicunda.

Apemanti sororis filius præcordia tumida & lienem habuit, crebra spiratio erat, alui egestio glutinosa & biliosa quibusdam stercoribus permixtis. Cum ex opere defatigatus esset, vigesimo die in pedes abscessus decubuit, idque ex iudicatione. Ex eo fortassis quod lassitudinis sensum habentibus, abscessus articulos potius petunt quam oculum. Præcordia verò distenta erant, & sanè etiam tussicula quædam paululum sicca vexabat. Quæ relinquuntur post iudicationem recidivas adferre solent, & quæ in ipsis morbis excernuntur, sputum præmaturum, alius, vita intemperans, & talia huiusmodi. Apemantum sedis dolores vexabant, & dextrilateris inanitatem, atque ad umbilicum paulò infra pertingebant. Ex dextra parte ante dolorem vrina cruenta prorupit, tertio die desuit. Et faber opposita parre ex eadem rectitudine dolorem sensit atque huic etiam vrina cruenta prorupit. Quæ ubi desuisset, vtrique in vrinis quiddam subsidebat, idque tertio die. Plurimum autem subinde incalcescebat Apemantus, quod non nisi sinistra parte sentiebat alter. Nicostrato etiam ad extremas partes dextras aliquid accidit, paulò infra quàm quibus in sinistris. Oblongum verò quiddam supra lateris inanitatem vtrisque ad umbilicum vsque extendebatur. Anus apud Sofileum aquæ intercutem specie quæ picuita alba dicitur, laborabat. Tibiæ tumoribus duris, albis & mollibus vexabantur, pedesque etiam minus, qui etiam partes infra femora pertingebant. Idque plarisque difficilem exitum minabatur. Quæ etiam lumbos peruadebant, & venter tenuis erat, præcordia subinania,

anhc.

anhelosi verò non admodum. Cessantibus autem plurimis, etiam alia incumbere cura, vbi oculorum acies cæsa reddebatur. Cuius quidem oculorum cura paulò quidem lenior erat. Coxendicis autem & cruris dolores ex vtero pendere videbantur. Quos supposito medicamento odorato ex farina & vnguento, statim discuti & desiccare contigit. Tempus autem eius quod in oculum abscessit, annuū fuit, quod vndiquaque immaturum erat, cui præsertim pustulæ non omninò resolutæ fuerunt. Tale quoque quiddam in disquamatis vlceribus contigit. Puer in Hippolochi vico, cui ad vtraque præcordia aliquid continebatur quod durū erat & parte inferna aliquantulum splendescens, quale quid simile fabri ferrarij vxori aqua inter cutem laboranti aderat, cui tenues procedentes deiectiones quadam tenus molitudine attulerunt. Erat verò etiam ad ipsum dextra parte quodammodo planum, protuberans, & aliqua ex parte rotundum. Huic ab ortu umbilicus denigratus fuit, & profundum vlcus erat, neque umbilicus ferè cicatrice obductus fuit, pudendumque extrema parte denudatum erat, cum nihil huiusmodi statim extitisset, neque conatum esset, tandemque magis fieret. Hic plurima vomitione reiecit, febriçitavit, cibum auersatus est, conualuit. At circa septimum decubitus diem (antea nanque laborauerat) multa epota aqua, & alioqui fortassis negligentius se gerens, corporis iactatione torquebatur, & nonnihil conuellebatur. Vbi vero desit conuulsio, inscienter extinctus est. Antea autem affatus minxit, & flatus cum strepitu prodierunt, superioresque partes nulla ex parte sunt emollitæ. At statim vbi descessisset, & illæ valenter sunt emollitæ, & alioqui totum corpus velut scuticis cæsum, rubore infectum est, præterquam qua parte præcipuè tumor sublatus fuit, multoque tempore calor perseverauit. Abderæ cuidam per inferiora erupit. Quidam etiam anteriore parte intumescere absque febre. Contactu verò tumor ille purulento affinis erat. Anhelatione laboranti famulæ, cui interdum ex vasis sanguis profluxit, mensium verò tempore densata est spiratio. Quibus cessantibus febris oborta est, mamma sinistra superiore parte pus collegit, atque etiam auris per initia. Olympiodori famulæ sanguis ex nare dextra profluxit, & ad viginti

mum iudicata est, non secus ac febricitantibus contingit.
 Alui deiectiones etiam quales per æstatem grassabantur,
 & quales Hipponacti contigerunt. Hyle Aristidæ ancilla
 octauo die exhibitis medicamentis purgantibus per infe-
 riorem aluum signa edidit, qualia facillè ferentibus accidit,
 si non præter rationem vires frangantur, neque spumantia,
 neque lubrumenta, sed ouis similia excernantur, qualia He-
 raclidæ vxori permultum purgata est & facillè tulit. Quæ in
 Bulagoræ vico perpurgata fuit, febricitare coepit ex liene,
 cum præcipuè quidem rubicunda esset (etsi qui dextra præ-
 cordia quadam ex parte, non sublata quidem, verum disten-
 ta habent, ij maximè rubicundi fiunt.) Aluus initio pertur-
 bata fuit, & in oculum decubitus expectabatur. Huic die
 septimo ex oculis prodiit sanguinolenta & mordicans lachry-
 ma, & per nares, & fauces, & aurem sinistram. Decimoquin-
 to sudor cum rigore obortus est, nec ante rigorem iudica-
 tio contigit, admodum ex virore palluit, facies circumfusa
 est & collapsa, auris è directo lieni & lateri respondens, do-
 luit. Pueris aluus conturbabatur & tussis sicæ aderant, in-
 terdum postremis diebus inter tussendum pus ad humerum
 colligebatur. Fulloni ceruix, caput, septimo manus obor-
 puit, nono crus stupidum fuit, tussis cessauit. Quæ malam
 distractam habuit, quinto mense in vtero ad sinistram tra-
 ctionem sensit. Cranône Lycino Grammatico febre bi-
 liosa correpto ex lienis vitio, capitis grauitas adfuit, ad lie-
 nem asperæ quædam inæqualitates sentiebantur, in labris
 vtrisque vlcera interna rotunda, parua aderant, deinde et-
 iam paulum sanguinis è directo profluxit.

Famulæ quam nuper emtam vidi, cui durities magna
 dextra parte aderat, non admodum dolorem inferens, et-
 iam vehier magnus & distentus fuit, non aqua inter cutem
 laboranti similis. Quæ & alioqui opima erat, neque admo-
 dum difficulter spirans, malè tamen colorata. Menses à septē
 annis non processerant, intestinorum difficultate preme-
 batur, neque tamen inanis egerendi conatus aderat. Tunc-
 que quod in dextris erat dolorem inferbat, febres lætæ te-
 nebant, non tamen ultra septem dies. Aluus quoque contur-
 bata fuit, succino similia, glutinosa quædam & plurima de-
 mittens. Diebus aliquot conualuit, posteaque menses pro-

fluxerunt.

fluxerunt, & ad ventrem attinentes partes molles erāt, corporisque quod crassum reddebatur, color laudabilis erat. Minois vxor quę ex compressione inter secandum in syderationem incidit, malo in pulmones incumbente, breui significationem edidit, quibus diebus superstes erat, etiam aliud quiddam intus delituisse. Quę naribus imponuntur medicamenta, si tertio die febris adfuerit, aut dolor quidem soluat, crassa per nares profluunt. Quod si neque dolor neque febris cesset, tenuia ac forassis vrentia. Tenuē quidem, velut Hegesippo, cū ad noctem appositum fuisset. Crassum verō huic aderat qui in Corintho spadoni similis esse videbatur, & Celeuris filius erat. Maturi in morbis abcessus, num. iudicatione decernant significatur, si dum feruoris sensus est, non febricitent, & quę implaciditatem faciunt facillē ferant, velut quę Charoni in sede contigerunt. At Leambio cū exulceratum esse intestinum existimaretur, medicamentis ad intestinorum difficultatem adhibitis, humerus & sedes parte sinistra exulcerata sunt, absque febre. A flatibus distento laterum inanitas cum quodam dolore in tumorem sublata est. Huic post multum lactis & meracioris vini potum, cumque superdormiuiisset, nausea illico & calor accessit. Deinde vbi accenso foco, prunis coctam farinam crassiotem pro cibariis comedisset, substitit aluus, & purulentū aliquid in super trāsmisit. At sede inflammata, febris omnino expers & doloris fuit, quod asseueranter dico. Senem qui in lapideis vestibulis degebat, lumborum dolor cepit & vtriusque cruris, & vtriusque ad femora & tibias interdum, & quandoque genua descendit. Quo diutissime perseverante multę reuersiones aderant. Tumor pedū fuit, lumborum, tibiar, & parui inguinum tumores, venter durus, totius imi ventris tensio cum dolore. Plurunque vesica dura & dolēs inuenta est, & progermina quędam, & calores aderant. At certē in oculis, auribus, naribus, manibus, iudicationum notę quędam sunt, & alia quędam in considerationem adhibenda sunt. Ager quoque ipse num sudet, aut tangat, aut olfecerit, aut gustauerit, & alia quoque animaduertenda. Pili, color, cutis, venę, nervi, muscoli, carnes, ossa, medulla, cerebrum, quęq; ex sanguine proueniunt, viscera, reater, bilis, reliqui humores, articuli. Deinde num

circa aurem dolor subnatus sit,arque ibidem aliquid collectum fuerit, quod glandula non attingat, neque os purulentum sit, & id ipsum sensim euauerit, tumque febris statim coeperit. Pulsus, tremores, conuulsiones, singultus, circumcirca vrgens spiratio, secessus, ex quibus in cognitionem venimus. Oculis purulentis si rumpantur magna vlcera fiant, & si secantur, profunda, ac vtroque modo pupillæ ulcerantur. Aristæas ex vico Amphilocho quarto die delirauit, aluus aliquantulum ex virore pallescetia demisit, somni salubres aderant, & æger coloris erat candidi. Quibusdam circa initia velut quidam tremor digitorum & labiorum inter loquendum aderat, reliquarumque partium, & effrenatam linguæ volubilitatem habebant. His præcipue facies rubescebat, & inebriabantur, aut vomitione probe videntes intumescebant. Qui ad Medosadæ vicum habitabat, tenuia, minimè biliosa, aquosa, multa deiecit, præcordia cedentia & tumida habuit, & sopore detentus erat. Ad decimum quartum diem maximè cum iudicatio procederet, rigor absque tremore adfuit, membrorum dissolutio, remissio, collapsio, alui deiectiones. Sopore detentus ex somno mente mouebatur non insaniit, ad decimum quartum diem iudicatione est absolutus, neque quicquam eorum quæ decernere solent obstitit. Eodem modo alter circa initia nonnihil glutinosa alui recrementa demisit, ex quibus quod crassum erat iudicatorium fuit, peruigil erat, post hæc nonnihil glutinosa, aliquantulum biliosa, matura, biliosa, non tenuia prodierunt. Vbi verò consistere coeperunt, celeres fuerunt iudicationes. Circa sextum diem præcordia distendi visa sunt venarum agitarum in morè, deinde circa septimum dormiuit, ad nonum iudicatione est absolutus. Vterque candidi erat coloris non fului. Excrementa aquosa sub dio aliquando exposita, supernè leuia, tenuia, infra quod subsidentiam habuit glasto admodum simile erat. Quibus dextra parte aliquantulum mollis distentio sit, phrenitici euadūt, nisi febre desinente soluantur. Quibus verò præ ventris molitudine, in se velut quiddam collectum cum dolore durefcit, & valdè malignum est, neque dissipari solet, fortassis tale quid in pus vertitur. At in dextris sublatis tumores, qui magna quidem ex parte molles sunt, maximeque premeti,

si quid

si quid submurmuravit, non admodum maligni existimandi sunt. Quale quid in dextris ei accidit qui ex Amphilocho villa venerat, & ei qui iuxta Medosadæ vicum habitabat, qui sopore detinebantur & altiore somno corripiebantur.

Aëris conditiones quænam sint, & quibus temporibus ac regionibus magis aut minus contingant, considerandæ sunt. Ad iudicationem quoque morborum vigores interdum spectare oportet, & accessiones quæ quotidie, aut maturius, aut serius, tertio, quartove circuitu inuadunt. Videntur etiam quibus in circuitibus quæ decernunt intumescunt, sanguinem profundant, & contrâ. Quibus etiam in abscessibus morborum reuersiones sunt, temporum venæ, & collapsiones, & colorum mutationes ante iudicationes, & quibus iudicatio minimè contingit. Item corporis anxietates, distentiones, colorum mutationes ex rubro in pallidum, ubi iudicatio non fit, & cutis distentiones absque iudicatione, oculi collapsio, corporis asperitas cum siccitate. Quibus quidem volentibus lachrymæ emittuntur, nil malè portenditur, at quibus inuitis effluunt, malum. Quibus autem dentes undique lente obducuntur, malum suspicari licet. Qui vlcus in tibia habuit, & Attico vsus est, huic pustula sublaræ sunt, rubræ, magnæ, idque tussis vice quæ postea vexauit, neque enim antea tussiuir. In Æno horrorem sentiebant quotquot ex capitis vulnere laborabant, malignè habebant, pus colligebant, post inanem egerendi cupiditatem ex via pedum dolor aderat, & cum mentis perturbationibus lassitudines. Ex quorum numero Clinia cibos auersabatur, contabescebat, pus interdum paulò cruentum, interdum pus intumescens reiecit. Hippei coniunx aqua inter cutem laborans, quæ etiam à tribus annis ad ventris initia tussi vexabatur, maiorem autem puris copiam intro collegit, sub hyemem aquosa facta est. Ab illis verò medicamentis repurgata melius habuit. Ancilla mortua est. In tussientibus, iis quidem qui manibus laborabāt, velut puero qui sarmenta contorquebat, & Amyntæ filio, ubi utrisque solius dextræ resolutio contigisset, cessabat, deinde tussientes ea affecti sunt. Qui verò aut equitarunt, aut pedibus iter fecerunt, in lumbis & fœmoribus eam senserunt. Ma-

gna autem ex parte sicca tussiles erant, aut certè quidem violentæ. Enmyris vxor ægrorum in morem minimè affecta, absque febre stupida est reddita, deinde in totius corporis tremorem res vertit, & colliquationem & cibi fastidium ac sitim, frigidaq; erat. Qui nocturna cæcitudine laborabant (nyctalopes dicuntur) plurimam vrinam reddebant, postea paulum quiddam emittebant. Iis verò tussi atque insuper febre diuexatis tubercula ad aures circa septimum aut etiam octauum diem erumpébant. Enmyris filia febre laborauit, & ex aure pus effluxit, haud certò scio an circa octauum diem. Quibusdam verò dens præcipuè tertius inter superiores exesus fuit, & hic præ omnibus exesus reperiebatur. In hunc dolor & quibusdam etiam circum pus colligebatur. Interdū verò vehementia ad aures tubercula exoriebantur, & hi magis tussiebāt quàm illi, interdum etiam suppuratio fiebat cū febribus, & liberabantur septimo die. Ex ingrauescente præcordiorum tumore solutio nulla contigit aluo emollita inerant pauca, aliquantum glutinosa, cœcreta quædam minimè bona. Lotium cruentum & sputum spumās reddebat. Is ad quem me deduxit Cynicus, septimo die ingrauescebat, ad decimum verò quartum diem iudicatione est absolutus. Sed quæ sensim disparuerunt malum portendebant. Fauces puras habebat, pauca, lata & matura expuebat, paucus è naribus sanguis stillauit, capitis grauitas aderat & manuum ac crurū dissolutio: aluus soluta profuit, pedes semper caluerunt, somni aderant, nihilq; ad aures sublatum est, quòd concocta expuisset. Demarati coniunx etiam inter horrendum pedes calidos habuit, siue ad suppurationem deuenit, nec ne, periit. Senex qui decessit, vnà cum vxore sua ægrotabat, cui furiosum quiddam latēs inerat. At vbi prodissert lumbricus aliquantulum crassus, & paucum cibi recrementum, statim conquieuit, & dormiuit ac conualuit senex iste, cutis corporis circumtensa, extrema frigida, mollis erat, ab initio tremula habebat labra, manus & vocem, moderatè mente motus est, ore erat hianti, neque admodum difficulter spirabat: diebus haud procul viginti mortuus est. Quibusdam præcordia ac aluus compressa ac conferta demiserunt absque murmure, interdum, vt Abderis, stellionum tunicis similia. Id verò animaduertendum

verrendum quod primū cōtingit pridie iudicatoriorum dierum, quodque bona & mala signa his diebus eueniunt, quibus diutius ingrauescunt, aut quibus desinendo tardius occupant. Tum quæ perfidè alleuant, tum ea per quæ seipsis morbi grauiores fiunt. Sputa pulmonum inflammatione laborantibus interdum biliosa, breui cessaturum morbum, quæ valdè flaua, breuem fore indicant. Si qualia sunt per initia, talia tandem se ostendant, ea non admodum concoqui existimare oportet, sed iudicationem facere, qualis ei qui apud præceptorem erat contigit, & qualem alias interdum vidi. Nicippus in febribus per somnum veneris imagines habuit, nihiloque ei deterius fuit, quod & ipsi sapius absque noxa contigit. Id illi cessaturum prædictum fuit, cum febres iudicatione solutæ fuissent, quod & ita euenit. Critias febribus detentus, insomniis, vt nouimus, vexabatur, quibus etiam ipse vnà cum iudicatione est liberatus. Alcippus per ora venarum quæ in ano sunt sanguinem fundere solitus, curari vetabatur, curatus insania correptus est, quæ febre acuta succedente cessauit. In febribus acutis siti oppressi à Medicis, aut sua sponte potu interdicto vexati, multum bibere posse videntur. Iis frigida exhibita vt vomitio prouocetur, conducit. Sic nanque biliosa aderunt. Nervos in sese contrahi id indicat. Siquidem manus nerui superiores vulnerati fuerint, manus ab inferioribus nervis tracta, deorsum inclinabit, contra verò aliter continget. Quibus testes intumescunt, tussis sicca vexantur, & tussis venæ secta in testium tumores desinit, & inflammatione tentati tussiuunt. Quinetiam febribus ex inguinum tumoribus abortis, tussis succedunt.

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus,
liber quintus.

Olitoris uxorem in Helide febris assidua detinuit, neque epota medicamenta quicquam profuerunt. Infra verò umbilicū in ventre quiddā durum erat & intumescens, ac vehemens dolores faciēs, quod cum manibus oleo iunctis validè est expressum & emollitū, ac deinde plurimus ei sanguis deorsum profluxit, ac cōualuit & vixit. Timocrates in Helide post longam potationem ab atra bile insania cor-

reptus, epoto medicamento perpurgatus est, eaque purgatione multam pituitam & atram bilem tota die demittit, quæ sub vesperum cessauit, vbi multum laboris in purgatione pertulisset: hunc epota polenta somnus corripuit, & totam noctem tenuit ad solis ortum. In somno verò iis qui aderant nihil respirare, sed mortuus esse videbatur, & nihil, neque quid diceretur, neque quid fieret sentiebat. Corpore autem distento erat & rigido, vixit tamen & excitatus est. In Oeniadis Scomphus lateris dolore detentus septimo die mortuus est cum delirio. Medicamentum autem deorsum purgans ebibit, cum ipso ante purgationem die mente constaret, neque multum purgatus est. In purgatione verò ipsa delirauit. In Oeniadis Phœnici & Andreae fratribus mala altera intumuit, & labrum quod ex anteriore parte malæ & oculo responderet, neque quicquam intro spectanti comparebat, neque foris ullam puris significationem edebat, sed arida putredine intumescens marcescebat, & mortuus est. Eadem quoque alteri contigerunt. Mortuus est autem hic quidem septimo die, neque eorum medicamentum quicquam profuit. Phœnici verò putredo in circulum erecta est, & vlcus ante mortem magna ex parte repurgatum fuit. Sed & hic mortuus cum diu traxisset. In Oeniadis Pyridamus pulmonis inflammatione laborans, decimo die delirare cœpit, curatus verò tum ad sese rediit, tum spura puriora reddebantur, & morbus in melius tendebat. Somno ei multo offuso oculi aurigine tentati sunt, & circa vigesimum diem mortuus est.

Quidam in Oeniadis morbo detentus, cum sine cibo perseueraret, strepitum in ventre vehementem & dolorem percipiebat, ciboque assumpto & comminuto, vbi post cibifunctionem tempus aliquod intercessisset, non longè post ea idem sentiebat, corpusque contabescebat & paulatim absumebatur, neque alimentum ex cibis sumtis percipiebatur, & per aluum demittebantur ciborum reliquæ prauæ & exustæ. At cum cibum recens deuorasset, tum minimè strepitum sentiebat, neque dolor detinebat. Sic sumtis omnne genus medicamentis tum sursum, tum deorsum purgantibus, nihil alleuabatur. Secta verò per vices, vtriusque manus vena, donec exanguis fieret, tum demum alleuationem & mali liberationem sensit.

In

In Oeniadis Eupolemus coxendicis dextræ dolore conflictabatur, ac inguinis, & propinquæ coxendicis iuncturæ quæ est ab inguine & anteriore coxendicis parte. Huic sanguis ex malleolo detractus est admodum multus, niger & crassus, epotoque medicamento aluum deorsum purgante, multum purgatus est, & melius quidem ei aliqua ex parte fuit. Dolores verò non cessabant, sed tum coxendicem, tum illius iuncturam ad sedem (quæ *κοχενν* dicitur) tum etiam inguinis loca suppuratio occupabat, ibique dolor erat intensior. Pus autem os potius quam carnem altè peruadebat, & aliquandiu sic se habere ignoratus est, donec admodum debilis exitit. Tandem crustis valde multis, iisq; magnis & densis inustus est, pusq; multum & crassum effluxit, ac non paucis post diebus interiit, tum ex vlcere magnitudine, & multitudine tum ex corporis debilitate. Hic videbatur liberari posse, si vnica ampla sectione sectus fuisset, ac per eam pus diffusum esset, aut si altera sectione opuserat, eam amplam ad mouere atque hæc in tempore facta oportuit. Lyconi in Oeniadis in reliquis quidem eadem contigerunt, dolores tamen ad crus non admodum peruadebant, neq; purulentus exitit, verum sanus longo interuallo. Medicamenta autem ebibeat, & cucurbitulas admouebat, sanguis mittebatur, atque interea melius habere videbatur. Athenis quidam pruritu totius corporis, præcipuè tamen testium & frontis detinebatur, ac vehementer admodum vexabatur. Cutis toto corpore crassa erat, ac qualis in lepra videri assolet, neque vlla ex parte præ crassitudine apprehendi poterat. Hic nullis remediis iuuari potuit. In Melum autem ad balneas calidas profectus, prurigne & cutis crassitudine liberatus est, hydropè tamen periit. Quidam Athenis cholera correptus, tum vomebat, tum infra demittebat, & doloribus conflictabatur, ac neque vomitio neque alui deiectio sisti poterat, voxque defecerat, nec lecto moueri poterat, oculi caligine obducti & caui, conuulsiones detinebant, quæ ab intestinis profectæ ventriculum occupabant, & singultus. Quod ex aluo secedebat, vomitione longè copiosius erat. Hic epoto veratro cum lenticulæ succo, etiam insuper alterum lenticulæ succum pro viribus ebibit, ac tandem post vomitum ei ambo coacta sunt & suppressa, verum perfri-

gescebat. At calida admodum lotus est à pudendis deorsum, in tantum ut etiam superiora incallescere, & virire. Postridie verò polentam sumsit. Gorgiæ vxori in Larissa menstruæ purgationes quatuor annis suppressæ erant, præter valde paucas. Vtero autem, quamcunque in partem se inclinasset, pulsus atque grauitatis sensum præbebant. Fœtum concepit hæc mulier & produxit, emissâq; est in lucem nono mense puella viua in coxendice vlcus habens, ac secundarum exitus consecutus est, & copiosus admodum sanguinis fluxus successit, postridieque, & tertio, & quarto etiam sanguinis grumi concreti. Febris eam decem primis diebus detinuit, ac in posterum ei sanguis ruber prodiit. Facies, tibiæ, pedes ambo, & femur alterum vehementer tumescebant. Cibos auersabatur, siti verò vehementi torquebatur, ac maximè frigida cōferebat, vinum autem nullo modo. Venter excluso primo fœtu exiguo quidem momento remollitus est, planè autem non concidit, sed durior perseverabat, verùm citra dolorem. Quadagesimo verò à primo die, quod præposterè conceptum fuit excidit, caro quædam, & venter concidit tumoresque omnes, fluxusque tenuis & sanguis olens prodiit, ac conualuit.

Phæris mulierem ingens capitis dolor diu tenuit, quem neq; purgato capite quisquam alleuare poterat. Melius autem habebat cum ei menstrua expeditè prodibant. Hæc in intenso capitis dolore pessis odoratis ad vterum apposisis alleuabatur, & aliqua ex parte purgata est, cumq; concepisset, caput doloribus leuatum est. Larissæ mulier prægnans decimo mense copiosum sanguinem quatuordecim diebus demisit, plurimum tamen tribus potissimum diebus, antequàm puer in lucem ederetur. Decimoquarto puer mortuus vtero excidit, cuius brachium dextrum lateri adhærescebat. Tertio die noctu eadem hora cum puer prodiit, secundæ & purgamenta alba deciderunt, ac deinceps tribus diebus & noctibus multa quodammodo prodierunt. Post hæc febris duobus diebus ac toridem noctibus tenuit, dolorq; totum ventrem & coxendices fereq; imum ventrem vexauit. Larissæ Hipposthenes pulmonis inflammatione Medicis detineri, falsò tamen, videbatur. Principio quidem lucta se excens duro in loco supinus cecidit, superincidēte ei aduersario.

lario, & lauit frigida, cœnam sumsit, & grauior sibi videbatur. Postridie verò febris & tussis siccior, ac spiratio crebra tenuit. Quinto autem die cruentum paucum secreuit, & delirare cœpit. Cùm tussis vrgeret, tū dolor pectus & dorsum infestabat. Sexto postquam sternutasset sanguis ex naribus effluxit ad quatuor ferè heminas. Sub vesperam neq; loquebatur, neq; quid fieret aut quid diceretur sentiebat. Vndecimo mortuus est. Quinq; autem diebus quandoque bene sentiebat, quandoq; verò minimè, febre liber erat. Sputū verò nullum excernebatur, neq; stertor derinuit, quoniam sputum non aderat. Larissæ Scamander coxendicem syderaram habuit. & os diu disparatum. Hic post magnā sectionem, etiam ad os ipsum, deniq; inustus est, ac tū duodecimo post sectionem die conuulsio cœpit ac magis derinuit. Conuulsione autem tentabatur crus ipsum ad latera vsq; quæ ad alteram etiam partem perueniebat. Crus autē contrahabatur & extendebatur, cæteraq; mēbra mouebat, & maxillæ riguerunt. Hic octauo post conuulsionis insultum die, conuulsione periit. Vtriculis verò concalactis ex eruo ad curationem totum corpus fouebatur, & ex infuso per clysterem tandem nonnihil stercoreis subiit. Medicamentum affatim synceram bilem deturbans ebibit, & insuper aliud deuorauit. Ac secessit quidem, nihil autē ex deuorato medicamento leuamenti sensit. Somnus paruus venit. Rursusq; epoto sub vesperam valido medicamēto affatim synceram bilem deturbante, sub ortum Solis mortuus est. Atq; diutius morbum sufferre potuisset, ni vis medicamenti obstitisset.

Larissæ Palamedis equiso vndecim annos natus, ab equo in fronte supra oculum dextrum vulnus accepit, & ad os vitium peruenisse videbatur, ex eoq; modicus sanguis profusiebat. Hic magnam sectionem ad os duplex vsque pertulit, & eo statu os curationem accipiebat, quod etiam antea illico os vtero gestabat. Sub vigesimum diem circum aurē tumor exortus est. Febris cœpit & rigor, ideoq; potius augebatur tumor & dolor. Sub initia febris ex rigore cepit, & oculi, frons, ac tota facies intumuit. Hæc autem dextra capitis parte ferè contigerunt, peruasit tamen tumor etiam ad sinistram, sed hic nullam noxiam attulit. Ad extremum verò febris continuaprehendit. Atq; ista minus affligebat ad

octauum diem vsque. Post inuersionem autem & medicamenti deuorati purgationem, illito tumori medicamento superstes fuit. At verò malorum causa nullo modo ad vlcus referenda erat. Theophrasti filio Larissæ vesica fœda scabie (lepram dicunt) laborauit, & glutinosam vrinam reddebat, in eaque reddenda circa initium & finem dolore diuerbatur, & mentulam confregit. Hic epoto acrimedicamento vrinam promouente, ad vesicam nihil quidem secessit, sed vomitione pus multum & bilem reddidit, cæteraque eiusdem generis per aluum demittebat. Venter dolore conflictabatur, & intus ardoris sensus percipiebatur. Reliquo verò toto corpore perfrixit & exolutionem sensit, neque quicquam assumere voluit. Huic medicamento vis nimia ventriculum vehementer admodum exulcerauit, quo epoto tertio postea die extinctus est. Larissæ Antimachi vxor ferè quinquaginta diebus vterum gestabat, & reliquo tempore cibos fastidiebat, septemque diebus vteri & oris ventriculi dolore conflictabatur, & febris prehendebat. Ex quo tempore nihil per aluum secessit. Huic medicamentum deorsum purgans valentius quàm par erat deglutendū est exhibitum, & bilem præ inedia & febre exultam vomitione reiecit. Neque enim villo potu utebatur. Paucam verò vi quadam euomit & in grumos contractam. Deinde vbi commota fuit, eam demittebat, & debilitari visa est, aquaque epota vomere renuit. Post hæc autem dolor vehemens inferiorem aluum detinebat, quæ à medicamento exulcerata erat, eique statim post stercus ramentum subcrentum ex aluo secessit. Perpetuò verò increfcebat imbecillitas & incontinens corporis iactatio, & purgatio ad quinque heminas processerat. Aqua multa vëtri affusa restitit aluus, aliud quippe nihil assumere poterat. Circa mediā noctem mortua est. Videbatur autem superstes esse posse, si aquam bibere aut statim ante portionem vomere potuisset. Larissæ Onesidem ancillæ exulcerata est aluus & intestinum à bile per se commota, ac sursum & deorsum bilis & sanguis prodibant, febrisque detinuit. Huic imbecillæ in potu est exhibitum medicamentum deorsum purgans imbecillum, aquosum & paucum, ex quo copiosa vomitione sunt red-dita, & amplius per inferna subierunt, ac sub vesperam re-

petiue.

perauerunt. Postero verò die febris aderat, verum debilis. Aluus etiam exulcerabatur, & eadem adhuc deiectiones erant. Tertio autem die vehementi admodum febre correpta, sub vesperum obiit. Hæc prorsus peritura fuisse existimata est, minimè verò quandiu epota frigida vomitus tenuit. Vbi verò perfrixit aluus superior, aqua perpurgata, post epotum pisanæ succum frigidum, sic ex infuso subluta est. Larissæ Eudemus valdè magnum & diuturnum pariebatur sanguinis profluvium per ora venarum quæ sunt in ano (Græci hæmorrhoidas dicunt) adeò ut exanguis esset, & bilis commota. Leniter tamen habebat toto corpore, & aluus deorsum conturbata, biliosa demittebat, & hæmorrhoides remittebant. Post epotum medicamentum deorsum purgans, probè repurgatus est, ac insuper pisanæ succum ebibit, & amplius aluus turbabatur, dolorque ad præcordia aderat. In hoc hæmorrhoidibus manus est adnota, cum malè quodammodo affectus esset venter, & amplius curatione opus esset, ac vomitus afflixit. Tandem verò ex irritato medicamenti cancro, febris adorta est, nec ante mortem dimisit. Interdum quoque cum rigor subiens dimississet, febris adfuit, ipsique ex aluo bilis secessit, flatus partim prodibat, partim intus remanebat, dolorque ventrem affligebat. Hæmorrhoides verò deinceps à purgationibus extra anum eminere ceperunt, & per eas flatus existerat, qui à stercoratione ortum ducebat.

Larissæ quidam hasta lata percussus, à tergo vulnus accepit, cuius acies infra umbilicum penetravit, & cum linore actumore amplum spatium peruasit. Post acceptum vulnus deinceps dolor primò vehemens tenebat & venter intumescerebat. Postridie exhibito medicamēto deorsum purganre, quiddam suberuentum deiecit, & mortuus est. Huius intestina non esse sana, venterque sanguine redundare videbatur. Apellæus Larissæus annos attingens propemodum triginta aut paulò minus, morbo detinebatur, quo noctu magis inter dormiēdum quam interdium corripiebatur, & duobus ferè annis laborabat ante mortem. Bilem autem flavam interdum vomitione reiciebat ubi excitabatur, quædoque etiam atram. Hic vehementi admodum capitis purgatione & longo intervallo usus, atque etiam bis epoto me-

dicamento, sex menses transegit. Edax autem erat & corpore bilioso, ac post multam luctum vehementi rigore correptus est, & febris inuasit, morbusq; noctu afflixit. Postridie verò rursusq; altero die, sanus esse videbatur. Subsequente autem nocte, ubi cenasset, à primo somno morbus corripuit, qui noctu & interdiu ad cœnæ tempus vsque tenebat. Mortuus est ante quam ad se rediret. Primum corporis dextra ac facies, reliquumq; corpus, conuulsione tentabatur, deinde sinistra peruehatur, cumq; quietus esse videretur, sopore & stertore detinebatur, rursusq; morbus excipiebat. Eumelo Larissæo crura, manus, & maxillæ riguerunt, neq; extendere, neq; flectere poterat, nisi quis extenderet aut flecteret, vt nec maxillas diducere, nisi quis diduceret. Neque verò alia corporis parte dolorem sentiebat, neq; quicquam comedebat præter mazam, & mulsam potabat. Vigesimo die sedens supinus decedit, & à lapide vehementer in caput percussus est, eiq; oculorū caligo offusa est, neq; longè postea sanus surrexit, & omnibus erat liberatus, nisi quod è somno cum excitaretur, articuli aliquantulum colligati esse videbantur. Etatis autem erat iam duodecim annorum aut tredecim. Mensibus verò tribus aut quatuor laborauit.

Larissæ virgo post paucum sanguinem vomitione reiectum, purulenta euasit, febribusq; correpta, non ante liberata est quam vitam cum morte commutasset, quæ tertio mense contigit. Ante mortem autem aures obsurduerunt, neque exaudiebat, nisi quis valde acclamaret. Ante verò quam sanguinem vomitione reliceret, iam debilis erat. Larissæ Dyseridis ancilla iuuenula, cum venere vteretur, vehementer affligebatur doloribus, aliàs verò dolorem non sentiebat, neque concepit vnquam. At cum annum sexagesimum attigisset, post meridiem vehementibus velut partus doloribus conflictabatur. Post multum verò ante meridiem porri esum, ubi dolore correpta est omnium qui antea tenuerunt vehementissimo, exurgens asperum quiddam in ore vteri contrectauit. Deinde cum iam animo linoqueretur, ab alia muliere manu immissa expressus est calculus asper, fusi verticillum propemodum æquans. At tunc statim sanitati est restituta, & deinceps perseuerauit. Maliensem plaustrum onustum qua parte costæ sunt, calcavit.

cauit, easque confregit, & ei aliquanto tempore pus infra costas sublitit. Subter lienem inustus, & curatione per linamenta conceprta adhibita, ad decem menses peruenit. Secta cute in omento, foramen visum est vtrique penetrans, & ad renem ossaque putredo perueniebat. Fefellit nos huius corporis habitus biliosus, & quæ in corpore inerat multa omenti putredo sicca, aliarumque carniū, quas statim oportuerat, quoad eius fieri potuisset, medicamento sicco inuadere, dum vir aliquid habebat vitium. Humidis namque nihil proficiebatur, sed putredo inualefcebat. Sub linamentis verò subsistente humore, rigor corripiebat & febris, putredoque augebatur. Istuc autem putridum quiddam, subnigrum & graucolens affluebat. Antequam verò ad curationem aggredieremur, ferè quotidie multum foras traiciebat, quod nec facillè fluebat. Cognita est morbi natura altius defixa esse quàm subtecutem. Adeo vt omnibus ritè administratis, seruari tamen non posse videretur, etiamsi ventris profluuium inuasisset.

Autonomus in Omilo ex capitis vulnere obiit decimo sexto die æstate media lapide ad suturas in medium sinciput cominus immisso. In quo non animaduerti cum sectione indigere. Opinionem verò meam fefellerunt suturæ in seteli noxiam continentes: postea nanque & conspicuum exitit. Primùm certè ad clauiculam, deinde verò ad latus dolor admodum vehemens, ortus est, & conuulsio ad vtranque manum peruenit. Vlcus enim medium caput & sinciput occupabat. Ad sectionem ventum est decimoquinto die, neque pus multum prodiit. Cerebri verò membrana sine putredine apparebat. In Omilo famula duodecim ferè annos nata, ex capitis vulnere moritur decimoquarto die æstate media, vbi impacta à quodam ianua os collisum & fissum fuit. Ad suturas verò vulnus erat, quod certè sectione egere est animaduersum. Sectum est autem non quantum oportuit, verum quod in ipso relictum est, in pus versum fuit. Octauo die rigor, febrisprehendit. Habebat verò non commodè, sed quantum etiam prioribus diebus cum febre vacabat. Nono autem die quod reliquum erat exectum est, & pus

valdè exiguum cum sanguine subesse visum est, membranaque pura erat, ac somnus quidem cepit, febris verò post-hac non dimittebat. Convulsio autem manum sinistram occupabat, quòd dextra potiùs parte vlcus haberet. In Omilo Cyrenius vbi pus intro collegisset, triginta diebus serius quàm oportuit inferiori ventri vstionem adhibuit, & moderatè habebat, resiccatumque pus in ventre fuit. Calidissimo verò anni tempore, ex pomorum, aliorumque inutilium eduliorum esu, febrisprehendit, aluique profluuium ac mortuus est. Hecason in Omilo perinde ac aliter serius inuistus est. ferè tamen totus venter resiccatus est. Difficultate autem intestinorum correptus, vbi eam euasisset, quiduis edebat, donec totus intumuit, ei que pus per inferiora erupit & alui profluuium sublatus est. Hecasoni in Omilo ex corporis impuritate & praua purgatione, grauis in coxendicem dolor incubuit. Quo quidem demittente, febribus correptus est, diuque lectulo decumbens, neque bibebat quicquam, neque sitiebat, debilis autem erat & crebrò horrores sentiebat. Huic probè quidem, vt conueniebat, morbus sublatus est. Corpus verò ab oblatione opem sentiebat. Sub extremum morbus per inferiora erupit, ac omnis cum multa bile secessit, & mente motus mortuus est. Videbatur autem morbum euasisse. Salamine qui in anchoram delapsus est, in ventre vulnus accepit, & vehementissimis doloribus conflictabatur. Epotum autem medicamentum neque deorsum demisit, neque vomitione reiecit. Quæ seipsa iugulauerat, suffocabatur. Cui longè postea medicamentum deorsum purgans deuorandum exhibitum, per aluum demissum est. Adolescens Eubœa veniens, vbi post multas infernas purgationes intermisisset ac quieuisset, febris correptus est. Deinde cum sibi videretur per superiora purgandus, medicamentum deorsum purgans imbecillum, nempe radicem ebibit, & quarto post potionem die mortuus est, cum nihil perpurgatus esset, sed somnus tenuisset, neque si sedari potuisset. Serua quædam barbara, cui ex deglutito medicamento pauca quædam per superiora prodierunt, quæ suffocabat, per inferiora verò multa, nocte mortua est. Eubienfis quidam medicamento deorsum purganti ebibito tribus diebus purgabatur ac mortuus est. Manum autem

pura-

purulentam ad cubitum vsque habebat. Symmachi puer à bile præfocabatur, noctu inter dormiendum, & cum febris eum detineret. Epotum autem medicamentum non contineuit, neque purgatus est, sex etiam ante mortem diebus. Qui prope curriculum habitabat, ubi noctu sanguinem vomitione refudisset, postridie cum multa sanguinis vomitione & suffocatione mortuus est. Ad lienem verò & infra copiosus ei sanguis secedebat. Puer in ventrem & iecur à mulo ictus, obiit quartodie. Spirationem autem crebram habebat, neque intelligentia valebat, & febris deiebat.

Hermophili filius diebus undecim laborauit. Febris autem detinebat, neque ciborum reliquiae subierant. Ac imprimis quidem delirio correptus est, quod noctu desit. Postero verò die voce defectus iacuit cum stertore, distortis oculis, febricitans. In os autem immissa penna, bilem atram vomitione reiecit, & ex infuso per clysterem stercus multum prodiiit. At stionis seruae pes suapte sponte syderatione tentatus est, iuxta pedis medium, interna parte ex obliquo, & ossa purilagine concepta discessionem fecerunt, ac paulatim fistulosa prodibant, aluique profluvio succedente mortua est. Mulier sana & obesa, ex medicamento conceptus gratia deglutito, ventris dolore & intestinorum torminibus conflictabatur, ac intumuit. Spirandi difficultas instabat & animi consternatio cum dolore. Sanguinem paucum vomitione reiecit, & quinquies emortua est, vi expirasse videretur, ac neque vomitu ex aqua frigida, dolor virgens aut spiratio remittebat. Frigidæ verò ferè amphoteriginta corpori affusæ sunt, quòd sanè vnicum opem ferre videbatur, ac postea bilis copiosa infra demissa est. Virgente verò dolore nihil secedere poterat, vixit tamen. Antanderex deglutito medicamento alioqui nullam noxam sensit, ac circa vesicæ dolor tenere visus est, quæ statim multo recremento repurgata est. Post meridiem dolor vehemens valdè tenebat, ac in posterum diem suffocatio, animi consternatio, & corporis disiectio. Vomebat etiam ac nihil per aluum demittebatur, noctu malè habebat, neque somnus inuasit. Postridie verò multum ex aluo prodiiit, ac demum sanguis, & periit. Athenadæ puero masculino vlcere exedente (phagedænam vocant) laboranti, dens ex sinistra

parte inferior, ex dextra verò superior doluit. In aure dextra pus collectum est, non amplius vrgente dolore. Cerdo qui in Pityo erat calcem affuens, sese supra genu in femur pugit, & ferè ad digiti longitudinem subulam adegit. Huic ne sanguis quidem vllus effluxit, & vulnus celeriter coisit. Totum autem femur intumescebat, & tumor ad inguen & lateris inanitatem extēdebatur. Hic tertio die mortuus est. Quidam accepto in inguine à sagitta vulnere quem nos vidimus, præter omnem ferè expectationem seruatus est. Neque enim spiculum, quod nimis altè descenderat, eductum fuit, neque vlla memoratu digna sanguinis eruptio, aut inflammatio aderat, neq; claudicauit. Inuentum autem spiculum sexto demum anno ex quo vulneratus erat, eduximus. Iniecta autem erat suspicio illud iater medios nervos iaruisse, venamq; nullam aut arteriam diuisam fuisse. Qui iaculo acuto in posteriorem partem paulò infra ceruicem fauciatu est, vulnus quidem accepit aspectu minimè effatu dignum. Neque enim altè penetrabat. Non longè autem postea sublato iaculo, distendebatur in posteriora conuulsus, velut qui in scapulas rigescunt, & posteriorum partium distentione tentantur, maxillæq; constrictæ erant. Si quid etiam humidi ore contineret & deuorare tentaret, in nares regerebatur, ac in reliquis statim deterius habebat, alteroq; die mortuus est. Adolescentem per asperam viâ maturato cursu calcis dolor cepit, inferiore præcipue parte. Quo loco abscessus nullus factus est, qui humorem cogeret. Quarto tamen die locus vniuersus nigricabat ad talum vsque, qui astragalus dicitur, & cavitatem illam quæ est ad planum pedis, quod *σῆδος* vocatur. Quod denigratum fuit nō disruptum erat, verum prius è medio sublatus est. In totum verò post cursum vixit viginti diebus. Qui ad oculum fauciatu fuit, vulnus quidem in palpebra accepit, cuspis verò abundè demersa fuit, spiculum autem extremū vltius extabat. Recisa palpebra cuncta exenta sunt, nullumq; detrimentum adfuit. Oculus nanque remansit & citò conuulsit. Sanguis autem liberaliter & abundè profluxit.

Pulchra erat virgo Nerij filia, & ferè annos nata viginti, cui à muliercula amica ludente lata manu siniciput percussus est. ac tunc quidem oculorum caligo corripuit, & sine respi-

respiratione erat, cumque domum peruenisset, illico febris
vehemens cepit, & capitis dolore tentata est, cum faciei ru-
bore. Septimo autem die, ad aurem dextram pus graueo-
lens, aliquantulum rubrum cyatho amplius prodit, melius-
que habere & alleuari visa est. Rursus inualecente febre in
somnia propensa erat, neque loqui poterat, faciei pars
dextra contrahabatur, difficultas spirandi ac conuulsio cum
tremore aderat, & lingua impediabatur, oculusque stupe-
factus est, nono mortua est. Cleomenis puerum hyeme ci-
bifastidium cepit, à quo sine febre extenuabatur, cibosque
ac pituitam vomitione reiciebat, duobusque mensibus in-
appetentia consecuta est. Coquo ex phrenitide gibbosa
spina facta est, neque huic medicamentum purgans epo-
tum opem ullam attulit, sed vinum nigrum & panis in ci-
bo balneis abstinuisset & leuiter conficari, neque multis
fomentis calefieri, sed blandè. Cuidam circa vigesimum
ætatis annum, post epotum abortiuum dolor contigit &
multorum biliosorum, pallidorum, porraceorum vomit-
us. Vbi bibisset conuulsio prehendebat, & linguam com-
manducabat. Quarto die ad eam ingressus sum & erat ei
lingua magna, nigra, oculorum album rubescebat & perui-
gil erat. Quarto die sub noctem mortua est. Origanum
oculis & dentibus potu exhibitum nocet. Puellam quæ
ex abrupto loco decidit vox defecerat, corporis iactatio
prehendit, & sub noctem copiosum sanguinem vomitio-
nereiecit, qui copiosior sinistra parte, in quam impeg erat,
effluxit. Mulsam non sine negotio absorbebat, stertor &
crebra spiratio, velut moribundis, aderat. Venæ quæ sunt
in facie distendebantur, & decumbebat supina, pedes in-
calescebant, leuiter febricitabat, vox defecerat. Septimo
die vox erupit, paulatim incalescebat & seruata est. Pytho-
cles lac multa aqua permixtum ægrotantibus exhibebat.
Pernionibus medeberis scarificando & pedes calefacien-
do, sic ut maximè igne & aqua exalfacias. Oculis noxiam
adferunt lens, poma dulcia, & olera. Lumborum, cru-
rum & coxendicis dolores ex laboribus obortos, aqua ma-
rina calida & aceto perfundere oportet, vel intincta spon-
gia fovere. Lanis verò succidis deligare & pellibus agni-
tis. Fullonibus in inguinibus tubercula exoriebantur

dura & sine dolore, circaque pubem & in collo magnitudi-
ne similia erant. Antea quidem febris tussiculosa tenuerat.
Tertio mense aut quarto venter contabuit, calores accesserunt, lingua arida, sitis aderat & alui deiectiones molestæ, mortui sunt. A Macedone quidam lapide in caput percussus, decidit. Tertio die vox defecerat, & corporis incontinentia iactatio erat, febris parua, tempora non admodum pulsabant. Nihil omnino audiebat aut sapiebat, neque quiescebat, sed quarto die mouebatur. Madorum circa frontem, tum sub naso ad mentum usque erumpebat, & mortuus est. In Delo Eniates quidam retro in latus sinistrum iaculo percussus, vlcus sine dolore quidem habuit. Tertio vero die grauis dolor ventrisprehendit, nihil ex aluo secedebat, verum sub noctem ex infuso per clysterem stercus prodit, neque dolor intermittebat, sedes ad testes eminebat. Quarto die dolor ad pubem & ventrem detinebat, neque quiescere poterat, biliosa affatim syncera vomitione reiecit, oculi quales animo deficientibus. Post quintum diem mortuus est. Calor quidam tenuis aderat.

Iaculo in iecur percussus illico cadauerosus color affusus est, oculi concaui extiterunt, corporis incontinentia iactatio & implacitas aderat. Mortuus est antequam conicio dimitteretur, cum prima luce vulneratus fuisset. Polemarchi coniugi per hyemem angina laboranti guttur intumuit cum multa febre, & sanguis missus est, faucium suffocatio desiit, febris perseverabat. Sub quintum diem tumor ad laeuum genu cum dolore subortus est, eique ad cordis regionem quiddam coaceruari videbatur, ac respirabat velut qui in aquam demersi sunt respirare solent, & expectore strepitus quidam edebatur, idemque contingebat quod fatidicis mulieribus quæ Pythone afflatæ, quod ventre oracula fundunt, Engastrimythi, hoc est ventriloque, dicuntur. Circiter septimum aut nonum diem sub noctem alius affatim prorupit, & liquida multa quæ praua existimabantur demisit. Ipsa verò tandem voce defecta mortua est. Ventres in morbis medicamento purgante subducere conuenit, inferiores quidem ubi materiam concoctam & consistentem videris (cuius rei signum est, si neque anxietate, neque capitis grauitate diuexati ægri fuerint) aut ubi calores miti-

simi

simi fuerint, aut ubi finita accessione desierint: superiores
 verò in ipsis accessionibus. Tunc namque etiam per se hu-
 mores in sublime efferuntur, cum anxietate & capitis gra-
 uitate, aut incōtinenti corporis iactatione egri conficiantur.
 Cuidam ex casu in cubitum vulnerato, ob siderationem
 cubitus pus colligit, quo iam maturescēte glutinosa sanies
 exprimitur, qualis etiam Leogenisco & Demarcho Agleu-
 teis filio. Eodem verò modo neque admodum ex illo em-
 pus vllum effluxit, quale quid Æschyli filio contigit. Plærif-
 que autem pus colligentibus horror & febris accidebat.
 Parmenisci puero surditas obigit, cui contulit aurem non
 eluere, sed sola lana expurgare, & oleum aut netopum in-
 fundere. Desambulationes quoque imperare, manè surgere,
 & vinum album bibere. Aspasij vxori ex vehemēti dentis
 dolore mala in tumorem sublata sunt. At ubi ex castorio &
 pipere os colluisset, alleuamentum sentiebat. Callimedon-
 is filio ad tuberculum in collo enatum, durum, magnum,
 immaturum & dolorem excitans, contulit vena secta in
 brachio, aut lini semen vino albo subactum & oleo mace-
 rarum cataplasmate impositum & deligatum, valdeque co-
 ctum, aut in aqua mulla decoctum cum fœnigræci, hordei
 aut tritici farina. Melissandro magno gingiuarum dolore & tu-
 more oppresso, vena in brachio secta est. Alumen per initia
 adhibitum cursum cohibet. Aqua inter cutem laboranti
 vile est corpus laboribus exercere, sudores mouere, pane
 calido oleo intincto, & pauco potu uti, caput tepida lauare.
 Vinum quoque album & tenue, ac somnus auxilio est. Bias
 pugil suapte natura vorax, in choleram morbum incidit ex
 carniū esu præcipue que suillarum crudiorum, & vini sua-
 uis ebrietate, ex bellariis ac dulcioris, cucumere, pepone,
 lacte, & polenta recenti. Æstate verò cholera morbus & fe-
 bres intermittentes vigent. Timochari hyeme de stillatio-
 ne in nares præcipue verato, post veneris vsum cuncta re-
 siccata sunt, lassitudo, calor, & capitis grauitas successit. Su-
 dor ex capite multus manabat. Erat autem etiam per sani-
 tatem sudoribus obnoxius. Tercio die conualeuit. Post ca-
 niculam febres vigeant, in quibus ægri sudoribus disflue-
 bant, neque à sudore penitus perfrigerescebant, sed rursus in-
 calecebant, longæque ac ferè sine iudicatione erant, neque

admodum sitim adferebant, paucis septimo aut nono desinebant, vndecimo, decimoquarto, decimoseptimo & vigesimo iudicatione soluebantur. Polycratem febris inuadebat, & quod ad sudorem attinet, quæ scripta sunt ei contigerunt. A medicamento alius purgata est, & febris mitis erat. Demuo sub vesperam circa tempora & collum parui sudores, deinde etiam toto corpore dimanabant, rursusque incaluit. Ad duodecimum & decimumquartum diem febris intendebatur, & alui recrementa pauca erant. A purgatione post sorbitionum usum, circa decimumquintum diem venter dolor ad lienem & lateris sinistri inauitatem prehendit, qui cum calidis admotis, minusque frigidis iuuaretur, ex molli per clysterem infuso desit.

Magnæ nauis præfecto anchora manus dextræ indicem & os infernum collisit, ex quo inflammatio, sideratio, & febris successit. Quo modicè per aluum repurgato, calores & dolores leues fuerunt, ex digito aliquid deiecit. Post septimum diem sanies laudabilis exibat, ac deinde se non posse omnia lingua explicare dixit. Prædictio facta est partium posteriorum distentionem (opisthotonum dicunt) aduenire, & ad id conferebant maxillæ cohærentes, deinde ad collum affixæ. Tertiò verò die totius corporis in posteriora conuulsione cum sudore tentabatur. Sexto post prædictionem die mortuus est. Telephanes Harpali ex liberta filius luxationem in pollice deorsum accepit, vnde inflammatio & vehemens dolor insecutus est. Quo remisso in agrum profectus est, vnde rediens ex lumbis doluit, lauit, sub noctem maxillæ cohærebant, & in posteriora distentio (opisthotonum vocat) aderat. Sputum spumans ægrè dentes pertransibat, tertio die mortuus est. Thrinon Damonis filius ex tibiæ ulcere iuxta malleolum, cum ad neruum sanè purum medicamentum erodens fuisset adhibitum, distentione in posteriora, quam opisthotonum dicunt, mortuus est. Animaduertendum sanè est num in omnibus internis puris collectionibus, & oculorum laboribus, ad noctem dolores fiant. Tusces per hyemem vigent, præcipuè verò austrino cæli statu, crassa multa albaque screantibus febres ferè succedebant, & quinto die desinebant. Tusces verò sub quadragesimū, quale quid Hegesipoli contigit. Eutychides ex cholera

lera morbo in cruribus nervorum distentionem sensit cum
 inferna alui deiectione. Bilem abunde saturatam multam,
 & vehementer rubram ad tres dies noctesque vomitione
 reiecit, cum corporis imbecillitate & incontinenti iactatio-
 ne. Nihil verò continere poterat, neque cibi, neq; potionis
 quicquam. Vrinæ quoque multa suppressio, eiusque transi-
 tus qui ad inferiora tendit. Vomitione fex mollis prodiit, &
 deorsum quoque proiecta est. Androphani vocis defectio
 & delirium aderat, quibus solutis multis annis superfuit, &
 in morbum relabebatur. Lingua verò toto tempore arida
 perseverabat, neque loqui poterat nisi collueretur, magna-
 que ex parte admodum amara erat. Interdum quoque cor-
 dis dolor affligebat, quem venæ sectio soluit. Huic aqua aut
 mulla in poru exhibita contulit. Veratrum nigrum ebibit,
 neque biliosum nisi paucum prodiit. Demum per hyemem
 decumbens mente abalienata erat, & lingua similiter vitiiis
 afficiebatur, calor tenuis erat sine dolore, lingua decolor,
 vox qualis pulmonia laborantibus, è pectore vestem exue-
 bat, seque educi iubebat, nihil verò apertè proloqui pote-
 rat, sub noctem mortuus est. Nicanor cum ad conviviū
 prodiret tibicinæ metu afficiebatur, adeo ut cum tibia in-
 flaret eamque in convivio tibia canentem audiret, præ ti-
 more turbaretur, neque sustinere posse diceret, si nox esset,
 de die verò, nihil commoveretur. Quæ quidem cum diu
 comitabantur. Democles qui cum illo erat, caligine tenta-
 ri & exoluro esse corpore sibi videbatur, neque per præru-
 ptum locum iter facere, neque pontem, ac ne minimè qui-
 dem profundam scrobem transmittere, verum per ipsam
 scrobem adire poterat. Quod eum aliquandiu tenuit. Phœ-
 nicis hic erat affectus. Ex oculo dextro plærunque velut ful-
 gor coruscare videbatur, paruoque postea temporis inter-
 uallo, dolor in tempore dextro insitebat, & posteriorum
 colli vertebrarum contentio aderat, ac circum dentes duri-
 ties, quos distētus diducere conabatur. Vomitiones ubi cō-
 secutæ erant commemoratos dolores submouebant & le-
 nibant. Quinetiam sanguinis missio auxilio erat, & veratri
 potio cuiusquemodi humores eduxit, porraceos verò maxi-
 mè. Parmenisco et antea animi desperatio accidebat, & vita
 desungi cupiebat, interdum verò rursus securo erat animo.

Canonis famula ex prægresso capitis dolore mente erat abalienata, clamor aderat, eiulatio multa, parum quiescebat. Sub quadragesimum diem mortua est. Decem sub mortem diebus voce defecta fuit & conuulsione tentata. Adolescens post multum meri potum, quodam in tectorio supinus dormiebat, cuius in os serpens Arges dictus subiit. Quod sanè cum sensisset, neque loqui posset, stridere dentibus coepit, & serpentem deuorauit, summoque dolore detentus, velut strangulatus, manus prætendebat, seseque iactabat, & conuulsione mortuus est. Eodem quoque modo circa eodem dies mortuus est Timocharis famulus, melancholicis affectibus iisdem actantis (vt videbatur) tentatus.

Nicolai filio circa brumam ex comporationibus horror obortus est, sub noctem febris, postero die vomitus biliosus, syncerus, paucus. Tertio die frequenti adhuc concione sudore per totum corpus oborto, desit. Diopethis sorori semicertiana affectæ, sub accessionis tempus vehemens oris, ventriculi dolor contigit, totoque etiam die perseverabat. Eiusmodique oris ventriculi dolor reliquis mulieribus similiter contingebat. Attamen sub Vergiliarum occasum talia viris rarius contingebant. Vxor Epicharmi ante partum, intestinorum difficultate laborabat, dolor vehemens aderat, alui recrementa aliquantulum cruenta, mucosa. Vbi peperisset, confestim sanitati est restituta. Polemarchi uxori articularibus doloribus vexatæ, vehemens quidam coxæ-dicis dolor contigit, cuius causa fuere minimè profluents menses. Per noctem totam ad meridiem vsque vox intercepta fuit, audiebat tamen & mentis compos erat, manuque indicabat ad coxendicem dolorem adesse. Epicharmo sub Vergiliarum occasum humeri dolor & ad brachium graui-
tas contigit, stupor aderat, crebræ vomitiones, & aquæ po-
tio. Euphranoris filio pustulæ culicum moribus non ab-
similes eruperunt, verùm pauco tempore durauerunt, postri-
die febris inuasit. Post fauonium ad autumnale Equino-
ctium squallores multi contingebant. Sub canem æstus ma-
gni, venti calidi, febres in quibus ægri sudoribus disfluebant,
aurium tubercula multis aderant. In oppugnatione circa
Datum Tychon catapultæ in pectus vulnus accepit paruo-
que post interuallo risus ei aderat cum perturbatione. Vi-
debat

debatur autem Medicus cum lignum eximeret, circa septū
 transuersum hastilis partem aliquam reliquisse. Cumq; sub
 vesperam ei dolor commotus esset, infusum per clysterem
 & per medicamentum aluum deiciens exhibuit. Primam
 noctem implacide transiegit. Sub diluculum verò & medi-
 co & reliquis melius habere visus est. Prædictum est con-
 uulsione accedente celeriter periturum. Postera ergo nocte
 implacitus, insomnis, in ventrem plerunque recumbens,
 sub tertij diei exortum conuulsione tentatus, tum temporis
 mortuus est. Billo in dorsum vulnerato spiritus multus cum
 strepitu ex vulnere prodiit, & sanguis multus prorupit. De-
 ligato verò medicamento quod cruentis vulneribus adhi-
 betur, sanatus est. Philes puerū ex osse denudato in fronte,
 nono die febris detinuit, os liuorem contraxit, mortuus est.
 Et Phaniæ & Euergetæ liberis, liuore contactis ossibus fe-
 breq; detentis, os ab osse discessit, neque pus comparuit.
 Aristippo sagitta in ventriculum magna vi & grauius im-
 pacta, vehemens ventris dolor celeriterq; ardor aderat,
 nihil deorsum demittebat, incontinenter corpus iactabat,
 biliosa abundè colorata vomitione reiciebat, posteaq; me-
 lius habere videbatur, rursusq; paruo interiecto tempore
 dolores vehementer corripuerunt, venterq; velut in inte-
 stini tenuioris morbis affectus erat, calor, sitis aderat, & in-
 tra septem dies vitam cum more commutauit. Neapolis ve-
 rò ex simili vulnere eodem modo affectus fuit. Ex acri au-
 tē per clysterē infuso aluus affatim prorupi, colore tenui,
 pallido, nigricante suffusus est, oculis erat squallidis, splen-
 didis, intus reuolutis & defixis. Metrodori puero ex dentis
 dolore maxillæ syderatio, & supercrescens in gingiuis caro,
 ac moderata suppuratio contigit, tum molares, tum maxil-
 la ipsa deciderunt. Abderæ mulieri cuidam carcinoma in
 pectore extitit, & ex papilla sanies subcruenta effluebat, in-
 tercepta autem fluxione mortua est. Ex fluxione quæ ex di-
 midia capitis parte contingit, quidam dolebant; & per na-
 res humore secedente, moderatè febricitabant, tandemq;
 quinta die perfrigerabantur. In partu concussa circa pectus
 & latera dolor obortus erat, excreatio purulenta, tabes sub-
 stitit, sex dies febris detinuit, dehinc rursus alui profluui-
 a, cessatio, febres, alui constipatio accidit, tandemq; septima

die mortua est. Anginosæ manus dextra & crus doluit, leuîs febris detinebat, suffocatio tertio die remisit, quarto conuulsione tentata & voce capta fuit, stertebat, dentes conterebat, malarum rubor aderat, quinto aut sexto die mortua est. Signum ad manum subliuidum apparuit. Et alia quædam ex palato stertorem emittebat, lingua resiccabatur, pulmonis inflammatio aderat, mente constans mortua est. Olyanthi quoque quidam aqua inter cutem laborans, repente voce captus est, per diem ac noctem mente captus mortuus est.

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus,
liber sextus.

Sectio prima.

1 **Q**UI ex foetus corruptione & vteri tumoribus ad capitis grauitatem deueniunt, iis ad sinciput dolores maximè fiunt, & in reliquis vteri doloribus, iis octo aut decem mensibus in coxendicem morbus desinit.

2 Eorum qui acuminato sunt capite, partim quidem valida sunt ceruice, qui cum cæterorum membrorum, tum etiam ossium robore præstant, partim verò capitis doloribus & aurium fluxionibus tentantur, quibus oris palatum caui est, & dentes permutatim variant.

3 Quibus ex palato os discessit, iis medius desidit nasus. Quibusdam verò, qua ex parte dentes procedunt, summus nalis sinus efficitur.

4 Puerorum fulgores cum pubertate in quibusdam mutationes habent, atque etiam aliàs.

5 Ad renem doloris grauitas vrget cum cibo impletur, pituitamq; vomitione reiciunt, vbi verò dolores plurimum exercuerint, æruginosa, & leuius quidem habent. Liberantur autem doloribus vbi cibi vacuati fuerint, arenulæq; fuluæ subsident, & cruentam vrinam reddunt, femoris quod è directo respondet, stupor sentitur. Quietem agere non conducit, sed exercitationes, non repleti. Iuuenibus veratrum exhibere oportet, poplitem cedere, vrinam cienti-
bus vacuare, attenuare ac emollire.

6 Menstruæ purgationes aquosis mulieribus longo tempore

tempore perseverant. Quod si non celeriter prodeunt, tumoribus consistantur.

7 Cranone dolores inueterati frigidi, recentes verò calidi, eorumque plerique à sanguine fiebant. Qui etiam ex coxendice frigidi.

8 Affectus qui ad vehementes rigores tendunt, ferè non nisi propè vigorem mitescunt.

9 Rigorem vrinarum suppressiones præcedere solent, si cum bonis signis processerint, & aluus permeet, somni que affuerint. Quinetiam febris genus, ac forsitan etiam quæ ex lassitudinibus contingunt in considerationem adhibenda sunt.

10 Quibus rigores fiunt, nil ferè abscedere solet.

11 Crurum effœminationes, veluti ante morbum, aut statim ex morbo iter facienti fiunt, atque ideo fortassis quod ex lassitudinibus aliquid in articulos abscessit, ex quo etiam crurum effœminationes.

12 Tubercula meliora æstimanda sunt quæ foras protuberant, & in acutum sublata sunt ac fastigiata, æquabiliter, quæ maturescentia, neque in ambitu dura, & deorsum tendentia, neque bifida: contraria verò mala, quæque plurimum distant ea pessima.

13 Autumnus sua feritate & malignitate interaneorum animalia gignit, & oris ventriculi dolorem, ac febres horridi sensu insignes, atramque bilem.

14 Ad dignoscenda principia accessiones in considerationem adhibere oportet, ac in omni morbo quale est sub vesperam accessiones moueri, & nūc annus in vesperam vergat, ac lumbrici tenues, ascarides dicti, tum moueantur.

15 Tusculi infantes si prehenderit cum ventris perturbatione & febre assidua, indicat post iudicationem bimestri, in totum vigesimo die, ad articulos etiam tumores fore. Qui quidem si è superioribus partibus infra vmbilicum in inferioribus articulis cōstiterint, probari debent. Si verò in superioribus partibus, nō æquè morbum tollunt, nisi pus collegerint. Quod si in humeris suppurationes faciant, tum tantula ætate iusto breuiora & tenuiora brachia efficiunt, (Græci galianconas quasi mustelæ cubito præditos vocāt.) A morbo quoque liberabit vlcusculorum in inferiores par-

res eruptio, dum rotunda non sint, neque altè infederint. Huiusmodi namque tum maximè pueris pernicioſa ſunt. Soluet etiam morbum & ſanguinis profluuium, quod potius in natu grandioribus apparet.

16 In morbis præcipitibus, vbi malè habent ægri, vltro quidem profluens lachryma, bonè eſt, inuitis verò malum denunciat. Quibus etiam palpebræ circumtenduntur, malū ſignificatur. Malum quoq; quod in oculis inareſcit, tenuiſſimæ lanugini aut aquarum aſpergini ſimile, quæ *αἴμα* dicitur. Oculorum denique hebetatio ac reuſio, & ſquallor, 10 malum denunciat, quiq; intrò corrugantur, qui concreti ſunt, ac ægrè vertuntur, & intrò ſunt conuoluti, quæq; alia prætermittuntur.

17 Febrium partim quædam manui mordaces apparet, quædam verò mites. Partim verò quædam minimè mordaces apparent, increſcentes tamen. Aliæ autem acutę quidem, at quæ tamen manui cedant. Partim verò conſeſtim exardeſcunt, aliæ autem in totum debiles apparent & aridæ. Quædā etiam ſalſæ, nonnullæ verò ſtatulentæ, aſpectu horrendo, aliæ tactui madentes. Aliæ quoque prærubræ, 20 quædam etiam liuidæ, quædā præpallidæ, aliæq; idgenus.

18 Corporis diſtentio & articulorum duritas malo eſt, ipſeq; æger exolutus, & artuum perfrictiones, malum portendunt.

ſectio ſecunda.

1 Dilatate, coarctate, hoc quidem certè, illa verò minimè.

2 Succī hi quidem expellendi, illi verò exiccandi. alij autem inferendi, idq; interdum quidam, interdum verò 30 minimè.

3 Corpus, cutem, carnes extenuare, increaſſare oportet, atque alia, ac partim quidem, partim verò minimè.

4 Lenire, exaſperare, indurare, emollire, & hæc quidem, illa verò minimè. Excitare, torporem inducere, aliæq; quæcunque id genus.

5 Deriuatione vti oportet vbi reuulſioni conſeſtim aliquid conſeſſeris, & renitentia emollite.

6 Humorem alium nec prodeuntem educere oportet, cum

tum verò qui prodit vnà ex vasis effundere, simile quoddam opus facere, velut si dolor dolore sedatur. Dissimilia si sursum sublata tendant, per inferiora soluere conuenit, atque his contraria facere, velut capitis purgatio, venæ sectio, si quando non inconsultò detrahatur.

7 Abscessus, veluti glandularum tumores, eorum quidem locorum vnde propagines ducunt, atque etiam aliorum, specimen exhibent, ac præcipuè viscerum, ac tum certè ij maligni sunt.

8 Spiratio parua frequens, magna rara, parua rara, frequens magna, foras magna procedens, intrò parua, intrò magna, foras parua. Hæc quidem protensa, illa verò vrgens. Duplicata intrò reuocatio qualis superspirantibus. Calida item & frigida.

9 Assiduarum oscitationum longa spiratio medela est. Ateorum qui non bibunt, aut vix quidem, breuis spiratio.

10 In directum laterum dolor, præcordiorum distentiones, lienis tumores, & ex naribus eruptiones fieri debent. In auribus item directio, & magna ex parte talia in oculis spectanda sunt. Videndum sanè vtrum omnia, an ea quidem ab infernis sursum in directum ferantur, qualia quæ iuxta maxillas, aut oculum, aut aurem fiunt, an verò quæ à superioribus deorsum, non in directum tendant? Quamuis angine tumores rubicundi, & laterum dolores secundum directionem fiunt. An quæ ex superioribus partibus infra iecur distribuuntur, qualia quæ in testes & varices decumbunt. Hæc in considerationem adhibenda sunt, quemnam ad locum ferantur, & ex quo, & quamobrem.

11 Temporum venæ non consistentes, neque splendidus color, si spiratio intus deficit, aut tussis sicca, non maligna adfuerit, in articulos decubitus fore denunciant, idque vt plurimum secundum distentionum rectitudinem quæ in ventre fiunt. Horum verò plærisque qui natura candidioris sunt habitus, etiam facies impensè rubet, neque sanguis ex naribus, aut paucus, profluit. Et quidem si quid ex his quæ effluunt intus relinquitur, ad abscessum morbus est accommodatus. Eodem modo si sitis remanet, orisque siccitas & insauitas, accibi fastidium. Tales sunt autem febres non acutæ, sed quæ reuersiones faciunt.

Xxx

12 Quæ post iudicationem relinquuntur, recidiuas facere solent. Primum igitur lienis tumor accidit, nisi in articulos desinant, vel sanguis ex naribus profluat, aut præcordiorum dextrorum contentio, nisi urinae exeant & viam quodammodo sibi faciant. Ipsa enim utroque interceptio, horum iure quodam recidiuas faciet. In his igitur abscessus procurare conuenit, si non fiant, qui verò iam fiunt declinare, eos autem qui quales, & qua oportet prodierunt, recipere. Qui verò non admodum prodeunt, coadiuuandi sunt, quidam etiam qui prorsus sunt incommodi, auertendi, maxime si futuri sunt, alioqui cum recens coeperint.

13 Sanguinis è naribus eruptiones quæ quarto die fiunt, difficilem faciunt iudicationem.

14 Febres quæ die vno intermittunt, & subinde rigore corripuntur, iudicationem à quinto ad septimum circuitum deducunt.

15 In his quæ ad tertianarum naturam propius accedunt, nox accessionem præcedens molesta est, quæ verò subsequitur plerumque leuior existit.

16 Tussis sicca parum irritantes per febrem ardentem, pro ratione siticulosa non sunt, neque linguas ericcant, siquidem non à malignitate sed à vento accidunt, quod & inde manifestum fit. Cum enim loquuntur, vel ore sunt adaperito, tum tussunt, alioqui verò minimè. Hoc autem in febribus ex labore abortis maximè fieri adsolet.

17 Nil temerè assentiendum, neque quicquam negligendum.

18 Contraria paulatim inducere oportet & interquiescere.

19 Capitis posteriore parte dolenti, secta in fronte vena recta profuit.

20 Præcordiorum successiones ex quibus & quales fiant spectandæ sunt, atque etiam alia, & in viscerum inflammationibus quantum valeant, siue ex icore in lienem, siue contra ferantur, & quæcunque sunt eiusmodi.

21 Reuellenda ea sunt quæ quo non oportet vergunt, si autem quoniam conuenit, iis tum viam struere decet, quam nam in partem singula tendunt.

22 Ad pustulas latas, quæ ferè non pruriunt, (quales si-

mon

non per hyemem habuit, qui vbi ad ignē inungeretur, aut calida lauaretur, iuuabatur vomitus non conducebant. At cernē sementis calidis adhibitis iuuari potuisse existimo.

23 Quæ maturationem desiderant, ea occludi conuenit, contraria verò exiccare & aperta esse.

24 In oculis fluxione tentatis, reuulsionem ad fauces facere conuenit, si modo conferre videatur. Atque vbi eructatio conducit, & alia quæcunque id genus.

25 Meatus recludendi sunt, vt nares, atque alij quibus opus est, & vt conuenit, & qualia, & quamam via, & quando, & quantum oportet, velut sudores, aliaque sanè omnia.

26 Magnis in malis facies bona si fuerit, bono est. In paruis verò bonæ significationi contraria denuncians, malum significat.

27 Mulieri quæ apud magnū Theatrum post Heroum habitabat morbus arquatus superuenit. Qui apud Timenæ neptim decumbebat, colore atro suffusus est.

28 In Perintho vrina genitali semini similis est reddita, & quæ eorum quæ circa abdomen erant affectuum iudicationem attulit. Taliaque vrinæ liberabant, cum neque flatu copioso, neque glutinoso stercore multo egresso emollirentur. Neque enim sanè magna erant præcordia. Qui se primo die brassicam comedit, cum adhuc difficulter spiraret, circa abdomen emollicbatur rectè spirans effectus est; & quæ alius est exagitata.

29 De sanguinis humore aquoso ita est existimandum, quod pauidos & peruigiles facit, siue malus, siue bonus fuerit.

30 Quibus lien deorsum propendet, iis pedes, genua & manus calent, nares & aures semper frigent. Videndum igitur num iccirco tenuis illis sanguis inest, num verò & naturalē habent.

31 Suppurationibus vmbilicus terminus, quæ si in pus verti debeant, his alui perturbantur.

32 Lien non superiore, verum inferiore parte durus, rotundus, latus, crassus, longus, tenuis. Minus autem his qui grauedine ex capite laborant.

33 Ad diligentem ægrotum procurationem Medico vti-

dendum est quænam de morbo interrogationes fieri debeant, quæ narrat æger qualia haberi debeant, ut accipienda sermones, quæ ad ægrum, quæ ad assidentes, & quæ ad ea quæ extra spectantur attinent.

34 Quoniam in calidiore solidioreque, dextra scilicet lateri parte, mares concipiuntur, ideoque nigri sunt, & vena extra prominent, longæque biliosiores exsunt.

35 Mas concevit coaluitque citius, ubi motus est conquiescit, & tardius augescit longioreque tempore.

36 Quod solidior & biliosior euadit, & sanguine copiosior sit præditus, in causa est locus hic animalis calidior.

Sectio tertia.

1 Cutis raritas alui densitatem efficit, cutis coarctatio carni auctorem, ventris torpor, omniū conturbationem & vasorum impuritatem, cerebri consumptio, vnde & caluitium, instrumentorum attritionem.

2 Corporis euacuatio cursu fit, quiete, palestra, multæ obambulationibus velocibus. Quibus maza cocta ut plurimum, panis autem modicus conuenit.

3 Extenuationis signum eadem diei hora obseruari oportet. Statim namque corporis moles contrahitur & concidit. De laboribus aliquid remittendum, alioqui defluat. Vno enim & eodem modo totum corpus concidit. Tunc autem cum iam collapsi fuerint, suillas assas offerre conuenit. Cum verò reficiantur id indicat, quod rursus floridum corpus efficitur.

4 Exercitationis modum indicat sudor guttatim effluens, qui velut ex aquæ ductibus emanat, aut ex tumore compressio.

5 Mulierem quam primum Cranone curavi, cui lien natura magnus erat, febris ardens prehendit, prærubra erat cum difficultate spirandi. Decimo die sudor ut plurimum ex superioribus partibus profluxit, quinetiam & ex inferioribus decimo quarto die.

6 Ex capitis grauedine & rauedine laborantibus, ubi febre corripiuntur, iis ferè morborum reuersiones non fiunt.

7 Quod

7 Quod in pus verritur, id morbi reuersionem non facit. Ipsa nanque maturatio, simul & iudicationis & excretionis rationem habet.

8 Quibusdam cum venerem exercent venter inflatur, quod Damnagoræ accidit. Quibusdam verò tum crepitus fit, vt Arcefilao.

9 In his qui alarum instar prominentes habent scapulas, flatus simul causa est. Sunt enim flatulenti.

10 Valdè frigidum, velut nix & glacies, venas rumpere & tussis excitare solet. Humorū verò collectiones facit, quales sunt oblongæ circa aures eminentiæ, à Satyrorum similitudine Pherea dictæ, aut rotundæ, arborum quarundam tuberculis similes, quæ Gongronæ vocantur. Quinetiam & corporis durities simul causa existit.

11 Post mictionem coitio, num idè pueris potius contingit quòd sint calidiores?

12 Figuras quasdam corporum magis alleuare, ex eo perspicuum, qui cum sarmenta manu flecteret aut intorqueret, ac præ doloribus decumberet, arrepta summa defixi paxilli parte inhæsit, & alleuamentum sensit.

13 Quem ex montano labore iuxta pontem vidi crura hinc inde iactantem, huic altera tibia minimùm extenuabatur, femora autem plurimùm. Vrina verò & genitale semen non retinebantur.

14 Quicumq; alata latera natura habere dicuntur, quòd à tergo scopula operta alarum instar emineant, idque ex causæ imbecillitate accidit, ij in malignis destillationibus siue excretio fiat, siue non fiat, malè habent.

15 Rigores quidem mulieribus à lumbis inchoant magis, & per dorsum deinceps ad caput feruntur. Quin & viris posteriore magis quàm anteriore corporis parte. Horremus siquidem exterioribus magis quàm interioribus corporis partibus, veluti cubitis, femoribus. Sed & cutis raritas id indicat, cuius indicium est pilus. Si verò aliundè rigent, forteque ex vlceribus, ex vasis rigor inchoat.

16 Curationis summa ex primo ortu, causa, plurimis ægri sermonibus, iisque quæ sensim in cognitionem veniunt, colligenda est, ac perdiscendum num inter se sint similia, an dissimilia, vt ex dissimilitudinibus vna similitudo fiat. Hæc

utique via est, hacq; ratione quæ rectè se habent explorantur, quæ verò secus, deprehenduntur.

17 Sanguinis è naribus profluuium accidit, aut his qui aliquantulū palleſcentes nigricant, aut ex rubro palleſcant, aut aliquantulum pallent. In quibus vbi paulum concesseris, sicco aliquo medicamento incrassare oportet. In aliis verò minus incrassandum. Sicco autem albo medicamento ad ea vti oportet, quale est galla, aut alumen.

18 Vbi venerem exercere aut hircire incipiunt, tum sanguinis profluuium tentantur.

19 In mulierum congressibus quidam crepitum edunt, vt Arceſilaus. Sunt qui vbi congressuri sunt, corpore horret ac corrugantur. Quibusdam verò vbi congressi fuerint, venter inflatur, vt Damnagoræ.

20 Mutationes cauere oportet, in eoq; obseruanda est cibi parcitas, & quod lassitudinem adimit, & quod bibendum sitim arcer.

21 Quæuis extenuatio cutem laxat, deinde distenditur, reſectio contrà. Cutis collabentis corrugatio, reſectio extenuatio, horridum, læue, alterum alterius signum existit, itemque subbiliosum, & subrubrum. Eadem ratione mammae demittuntur, graciles verò reuellantur & distenduntur: id non eam ob causam fieri quis existimauerit, sed quia corpus carne repleatur.

22 Iugula conspicua in quibusdam videntur & venæ apparentes.

23 Herodicus febricitantes tum multis obambulationibus, tum multa lucta & fomentis conficiebat, idq; male. Febris enim fami, luctæ, obambulationibus, cursibus, frictioni, iis utique omnibus est inimica. Laborem igitur labore curabat. Inde venarum rubor, linor, pallor, aut laterum dolores molles contingebant.

24 Sitim prohibet, os claudere, tacere, auram cum potu frigidam intrducere.

25 Videndæ sunt causæ ex quibus morbi cœperint, siue capitis dolor, siue auris, siue lateris prehenderit. Cuius reſidentes, & in quibusdam glandularum tumores significationem afferunt.

26 Quæ suboriuntur vlceræ & tubercula, ac febres de-

cernere nata sunt, si non affuerint, iudicationem ipsam tolerant. Quibus verò aliquid intus relinquitur, iis certissimæ & celerissimæ morborum reuersiones fiunt.

17 Rotunda spura, qualia in Pleno visa sunt, delirium portendunt.

18 Qui sanguinem per ora venarum quæ in ano sunt profundere solent, neque morbo laterali, neque pulmonis inflammatione, neque ulcere exedente (phagedænam dicunt) neque furunculis corripuntur, neque tuberculis quæ à cicicorum similitudine terminthi dicuntur, ac fortassis ne lepra quidem, forte quæ neque aliis id genus. Intempestiuè tamen curati multi, breui huiusmodi morbis correpti sunt, eamq; ob causam perniciosè habuerunt. Quod & in reliquis abscessibus, velut fistulis cõtingit, qui aliorum medela sunt. Et in his quidem videndum est, quibus in morbis quæ facta sunt liberant, eosdem si antè fiant prohibere.

19 Loci alterius noxios humores loca quædam excipiunt, aut ob dolorem aut grauitatem, aut aliud quippiam, aut quòd cum aliis communiter habeam, liberant.

20 Quòd aliò sanguis inclinet, ideò non amplius exit, sed iuxta humoris cognationem eiusmodi spura excreantur. Atque interdum horum quibusdam opportunè sanguinem detrachere conuenit, in aliis verò perinde atque his, id non æquè consentaneum.

31 Incruenta spuētibus, sanguinis detractionem prohibet anni tempus, lateris dolor, bilis.

Sectio quarta.

1 Quibus iudicationis tempore exorta ad aures tubercula non suppurauerint, iis euanescentibus morbi reuersio contingit, factaque pro recidiuarum ratione morbi reuersione, rursus attolluntur & permanent, non secus ac febriū reuersiones, eodem circuitu. In his ad articulos aliquid abscedere posse sperandum est.

2 Urina crassa, alba, qualis Archigenis puero aderat, interdum in febribus quæ sunt cum lassitudinis sensu quarto die prodit, & ab abscessu vindicat. Quòd si præter hæc sanguis è naribus abundè profluat, etiam prorsus liberat.

3 Qui articulari morbo detentus, intestini dolore dextra

parte vexabatur, leuius habebat. Vbi verò hic curatus fuit, magis dolebat.

4 Agasij filia adhuc puella, crebra spiratione vexabarur, mulier vero effecta, non ita pridem à partu, leui dolore correpta est. Cumque graue pondus sustulisset, protinus quidem in pectore aliquid concreuisse visum est. Postridetur creber anhelitus (asthma vocant) tenuit, tum coxè dextra indoluit. Quumque hæc doleret, tum etiam creber anhelitus fatigabat, qui dolore desinente cessabat. Sputum spumosum reiecit, per initia verò floridum, quod ubi cōstitit, vomitionem biliosam & tenuem referebat. Dolores autem potissimum aderāt cum manu laboraret. Huic allio, suilla, ouilla & bubula interdicerè visum fuit. Difficultate autem spirandi laborantibus, clamore atque præcipiti iracundia abstinendum.

5 Cui in capite tumor ad aures depascendo proserpebat, ei primùm alumen vstum admotum profuit. Is alium abscessum habuit ea ratione fortassis quòd os abscedere oportebat, quod sexagesimo die supra aurem discessionem fecit, cum in summo vertice vulnus esset.

6 Homo crassiora intestina ad instar canis habet, maiora tamen. Appendent autem ex medianis membranis, quæ mesocola dicuntur. Hæ verò ex nervis à spina sub ventre procedentibus.

7 In quibusdam ægrotis est gratificandum, velut est, ut mundè tum potus tum cibis parentur, tum etiam quæcunque videt & attingit mollia sint. In aliis quoque gratificari oportet quæ non magnam noxam afferunt, aut quæ faciliè sarciri queat, velut frigida, ubi ea opus est. In his etiam Medicum ægrotò se gratum præbere conuenit, qualia sunt ingressus, sermones, corporis habitus, vestitus, tonsura, vngues & odores.

8 Aquam ubi decoxeris, partim quidè ut aërem recipat efficies, partim verò, ut vas plenū non sit, & operculū habeat.

9 Quòd multi ex immodico sanguinis profluvio aqua inter cutem corripuntur animaduertendum est.

10 Si qualia opus est purgentur, tum faciliè tolerant.

11 In Aëno qui continenter leguminibus vescantur, tum mares, tum foeminae, crurum impotentia consuetudine

tur, in eaque perseverabant. Et verò qui cruo in cibum utebantur, ex genuum dolore laborabant.

12 Vigilantem externis partibus calidiorem esse, internis autem frigidior, apparet. Dormienti verò viceversa contingere.

13 Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, & quietem agere conuenit.

14 Somnus in loco frigido, stragulis corpori iniectis, capiendus est.

15 Quæ stanti adest somnolentorum nictatio, somnum profundum facit.

16 Imbecilla victus ratio frigida, valida verò calida.

17 Aquarum quæ arte carent, partim quidem ab æthere excreta, cum tonitru, aut media æstate demittitur, partim verò nimbofa, & mala est.

18 Tum aqua, tum vigilia, voraces homines efficiunt.

19 Per calidissimam naturam calido anni tempore, cubile in aëre frigido, crassam efficit, in calido verò extenuat.

20 Valerudinem excolunt citra satietatem cibis vesci, & impigrum esse ad laborem.

21 Leuem inter vigilandum sitim somnus sedat, eam verò quæ ex somno orta est, vigilia interdum.

22 Qui plurimo calore abundant, ij magna sunt voce præditi. Plurimus etenim aër frigidus inspiratur. Duorum verò magnorum magna quoque soboles existit.

23 Qui calido sunt ventriculo, frigidas habent carnes & graciles existunt. In iis venæ prominentes apparent, & ad iram sunt proniores.

24 Per exuperantes terræ siccitates, volucrum genus probè valet.

25 Videndum vter testis extra promineat (quod τράγος Græcis dicitur.) Quòd si dexter, mas; si verò sinister, foemina portenditur.

26 Oculi ut valuerint, ita & totum corpus. Color quoque ad deterius aut melius confert. Æquum est autē prout se habuerit alimentum, ita etiam externas corporis partes affectas esse.

27 Inter lethalia signa numeratur calidus vapor per cutem emanans, si prius nares spiritum frigidum emisserint. Vitalia verò contra se habent.

28 Cibus labores præcedere oportet.

Seçtio quinta.

1 Morbis naturæ medentur.

2 Natura ipsa sibi per se, non ex consilio motiones ad actiones obeundas inuenit, partim quidem, ut nictare, partim verò etiam quibus lingua subseruit, & quæcunq; alia id genus. A nullo quidem edocta natura, citraq; disciplinam, ea quæ conueniunt efficit.

3 Lachrymæ, narium humor, sternutationes, aurium fordes, oris saluatio, sputi eductio, spiritus ingressus, exitus, oscitatio, tussis, singultus, non eodẽ prorsus modo fiunt.

4 Consideranda quoq; sunt, vrinæ secessus, & flatus, huiusque alterius excretio, alimenti & transpirationis actio: & mulieribus, quæ iis insunt, quæq; in toto corpore accidunt, sudores, pruritus, pandiculationes, & quæcunque id genus.

5 Humanus animus ad mortem usque perpetuò producit. Quòd si vnà cum morbo incensus fuerit, tum etiam ipse corpus depascitur.

6 Morbi vnà nobiscum educati, in senectute & maturatone, & solutione, & rarefactione desinunt.

7 Medicatio est obluentem esse neque consentientem affectui. Sic frigidum & auxilio est, & quæ à calido sunt, tollit.

8 Præceps atque acerba iracundia cor & pulmonem in sese, & ad caput calorem & humorem attrahit. Animi autem tranquillitas cor relaxat.

9 Labor articulis & carnibus confert, visceribus verò eibus & somnus.

10 Cura ac meditatio hominibus pro animi exercitatione est.

11 Ad vulnera sanguis concurrit, succurrendum igitur ut vacuum expleatur.

12 In auris dolore, lana digito circumuoluta, vngue calidum instilla, deinde interiori manus volæ lana imposita, auri supponito, ut aliquid ipsi exire videatur, deinceps in ignem immittito. In quo tibi æger ipse fallendus est.

13 Lingua humorum serum quale sit indicat. Pallidæ quidem lingue ex bilis redundantia fiunt (biliosum autem à pin-

à pingui.) Rubicundæ verò à sanguine, nigræ ab atra bile, valde reficcatae ex succensa fuligine & vtero, albæ autem ex pituita.

14 Vrina cibi & potus colorem refert, estque veluti humoris in corpore colliquatio.

15 Lingua humorum præstantiam colorem refert, ideoque per hanc ad humorum dignotionem peruenimus.

16 Carnes gustanti salæ, superuacaneam quandam copiam indicant.

10 17 Si mammarum pupillæ & rubra circa eas circumferentia pallida fuerit, morbosum esse vteri conceptaculum significatur.

18 Aurium sordes hominibus dulcis quidem lethalis, & mara verò minimè.

19 In longis morbis solum vertere conducit.

20 Imbecilles cibi breuem vitam præstant.

21 In diuturnis circa articulos præcipueque coxendicem defluxionibus (quæ *κίχμυξ* Græcis dicuntur) venas in auribus posteriores pertundere oportet.

30 22 Veneris usus morbis à pituita confert.

23 Valentes cibi aut potus eos qui calido sunt ventriculo perturbant.

24 In profluio quod fit per ora venarum in ano sanguinem fundere solita (Græci hæmorrhoida dicunt) velut quiddam atræ bili affine effluit.

25 Morbos qui temporis successu augentur & deteriores fiunt, coitus lædit.

26 Refrigeratio quæ in ventre continentur indurat. Coitus quæ ventre continentur indurat.

30 27 Veratrum epotum si celerius purgare voles, lauare aut cibum sumere oportet.

28 Per somnum sanguis ad interiora magis se recipit.

29 Ex superioribus ventris partibus rigor, febris verò ex inferioribus ferè ortum ducit.

30 30 Aëris per inspirationem attractio fit vbi pulmo siccus fuerit, aut æstum conceperit. Immodicè euacuatum etiam somnus multus exiccat.

31 In frigidis cibis annumerantur lentes, milium, cucurbitæ.

32 Vlcera erumpunt vbi quis non purgatus exercitatio-
ne vtatur.

33 Si mulier aut capra cucumeris agrestis succum (ela-
terium dicunt) aut cucumim syluestrem deuorant, etiam
pueri purgantur.

34 Impensè calido corpori cibò interna refrigeratio cõ-
paratur, sole, igne, vestitu, æstiuo tempore, externa noxa.
Contrario verò sic contraria conueniunt.

35 Ex cibis hi quidem celeriter superantur, illi verò con-
trà.

10

Sectio sexta.

1 Carnes & ex ventre & extrinsecus attrahunt. Indicat
autem sensus ipse corpus totum tam foras quàm intrò spi-
rabile esse.

2 Venula sanguinis multitudine calidior effecta, æstuo-
sum quiddam producit, confestimq; excernit.

3 Et quibus quidem pingue abundat, bilis flaua gigni-
tur, quibus verò sanguis, atra.

4 Mentis memoriæ, odoris, aliorumq; & famis, ac in-
strumentorum medico cura esse debet.

5 In labore, cibo, potu, somno, rebus venereis, modus
adhibendus est.

6 Qui frigidior est, frigidus anni tempore ac regione ca-
lidior erit.

7 In doloribus leniendis proximum ventrem purgare,
sanguinis verò ventrem secare oportet. Alleuamentum
quoque afferunt vstio, sectio, calefactio, perfrigeratio, ster-
nutamenta, plantarum succi, prout ipsorum facultas con-
uenit, & varia cyceonis mixtura, cinnum Latini vocant. Ma-
lignorum remedia sunt, lac, allium, vinum feruefactum, sal,
acetum.

8 Quidam ex via delassatus, imbecillitate & grauitate
corruptus, expuit. Tussis enim ex capitis vertice aderat, fe-
bris acuta, ad manū aliquantulū mordens erat. Secundo ve-
rò die capitis grauitas erat, lingua exusta est, nares vngu-
ibus sculptæ sanguinem non profuderunt. Lien parte laua-
tum magnus tum durus dolore tentabatur.

9 Qui quartanā vexantur non vlllo magno aliquo mor-
bo

bo corripuntur. Quòd si antea corripiantur, quartana succedente liberantur.

10 Pro quibus, quinam morbi succedant, considerandum.

11 Bilis fit, velut de auiibus dixi, quæ & biliosæ sunt. Caloracrimoniam indicat.

12 Perturbationes ac morborum transitus videndi sunt, nempe cum delirantibus laterum dolores cessent, quibusdam etiam febres, quibusdam verò minimè, sed vnà cum sudoribus, nonnullis quoque cum perturbatione. Est vbi quibusdam cutis resiccata, circumtensa & fuliginosa euadit.

13 Torpores quinam & ex quibusnam fiant videndum, & quales sint, ei cui coxa doluit.

14 Inflammationes quæ circa aures fiunt, & ipsarum quoque aurium inflammationes, plærunque tertio die occidunt.

15 Quibus cutis arida & dura obtenditur, ij sine sudore, quibus verò etiam laxa, ij cum sudore moriuntur.

16 In morbis vagis & facilè mutabilib⁹, mutationes iuuant. Sed mutationes ad loca conuenientia fieri oportet, priùs quàm vitium aliquod contrahatur, quale quid Cherrioni accidit.

17 Considerandæ veniunt irritantes fluxiones ex quibus in vocem stridulam ex faucium asperitate desinant.

18 Quibus quidem quod sanum est relinquitur, causa per inferiora subducta, aut purgare, aut deligare, aut eiicere, aut secare, aut vrere oportet. Quibus verò nihil tale fit, nil moliri opus est.

19 Quibus sanguis multus ex naribus profluit, si quidem immoderatæ decolorationes adsunt, iis parum conferunt. Qui verò prærubro sunt colore non eodem modo afficiuntur. Et quibus caput facilè tolerat, prodest, quibus verò secus, minimè.

20 Quibus nares natura humidiores, & semen genitale humidius ac copiosius, ij minus salubriter degunt. Plurimi autem quibus ex morbo istud accidit, contra se habent.

21 Sputa rotunda delirium portendunt, qualia visa sunt ei qui in Plinthio decumbebat, cui postquam sanguis è nare sinistra profluxit, die quinto absolutus est.

22 Urina multum habens sedimentum deliria tollit, qualis etiam Dexippi fuit post capillorum defluuium.

23 Non ante annum quartana desinit.

24 Æstate in aurium inflammationibus quinto die eruptiones fiunt, est ubi etiam longius perdurant. Sic & quæ circa gingivas & nares suppuraciones contingunt.

25 Quibus ex dentium dolore tenuia à superciliorum parte procedunt, iis à pipere probè infixio crassiora postridie prodeunt, si præsertim alia non euicerint. Hinc namque medicamentum soporiferum Hegesippo non obtinuit, quin 10 potius etiam vehementius accersiuir.

26 Ex capite ossium natura æstimanda est, tum etiam neruorum, venarum, carniarum, reliquorumque humorum, ac superiorum & inferiorum ventriculorum, mentisque & morum. Ex his etiam quæ per annum fiunt, videndum quod quadam anni parte tum etiam maturius contingunt, veluti pustulæ, & quæ sunt eiusmodi, haud aliter quam in iis quæ quotidie citius aut tardius corripiuntur.

27 Itidem considerandum corpus biliosum & sanguine præditum atram bilem plurimam gignere, nisi effluvia habeat. 20

28 Lycino tandem lien intumuit cum dolore die quarto aut quinto.

Sectio septima.

1 Circa brumam decimo quinto aut vigesimo die, ex crebra australium ac borealium ventorum, niuorumque temporum mutatione tussis cœperunt, quæ quidem partim breuiiores, partim verò longiores extiterunt. Postea quoque crebra pulmonum inflammationes contigerunt. Rursus ante æquinoctium plerisque reuersiones fiebant, quadragesimo 30 ut plurimum ab initio die. Et nonnullis quidem breues admodum ac iudicatu faciles extiterunt, quibusdam verò faucium inflammationes aderant, aliis anginae, quibusdam etiam partium syderationes, aliis quoque, præcipuè verò pueris, nocturnæ cœcitudines (quas Nyctalopas vocant) eueniebant. Pulmonis autem inflammationes breues admodum fuerunt. Faucium quoque inflammationes tandem tussientibus, aut omnino parum pro tussi fiebant, ex quibus breues erant, præcipuè verò nocturnæ cœcitudines. Anginae autem & par-

& partium siderationes, aut duræ & siccæ erant, aut parvæ & rarò matura educentes. Nonnullis verò multum etiam educebatur. Qui igitur plus voce laborabāt, aut rigore corripiebantur, iis tussis in anginas potissimum delinebant. Qui verò manu laborabant, manuum tantum resolutiones habuerunt. Qui autem equitabant, aut plurimum viæ confecerunt, aut alioqui cruribus laborarūt, iis lumborum aut crurum impotentia ex resolutione obortæ sunt, & femorū actibiarum lassitudo & dolor. Durissimæ autem & vehementissimæ tussis erant quæ ad partium siderationes deducebant. Ista quidem omnia in reversionibus fiebāt, per initia verò non admodum. Atq; horum plerisq; tussis in medio remisit, penitus autem non reliquerunt, sed cum reversione adfuerūt. Quibus vox tussi abruptebatur, eorum plurimi non febricitarunt, quidam verò breui intervallo. Sed neque pulmonis inflammationes, neque partium syderationes, horum cuiquam contingebant, neq; aliud quicquam de se significationem edidit, verum in voce sola indicio decernebatur. Nocturnæ autem cœcitudines ac nyctalopice affectiones firmæ & stabiles erant, velut quæ aliis ex causis ortum habebant, cæque pueris maximè fiebant. Oculorum verò nigra aliquātulum varia erant, eorum quidem qui pupillas paruas habebant. Atque in totum niger vix plurimum oculus erat. Magnos verò potius quam paruos oculos habebant, & plurimi capillis pallis & nigris erant.

2. Cæterum mulieres non æquè ac viri tussi conflictabatur, sed pauca etiam febricitarunt, earumq; valde pauca ad pulmonis inflammationem deuenerunt, cæque grandes namq; & omnes euadebant. Cuius rei causam esse existimabam quòd non perinde atque viri in publicum prodirent, & quòd nequaquam pariter ac viri morbis tentantur. Anginæ autem liberis quidem duabus obortæ sunt, cæque mitissimæ, seruis verò exuberabant, & quibus vehementissimæ contingebant, eæ etiam celerimè peribant. Viris quoque pluribus obtigerunt, atque hi partim quidem euaserunt, partim verò perierunt. In summa, iis quidē qui deglutire solum non poterant, mites admodū ac toleratu faciles erant. Qui verò præter hæc etiam obscurus loquebatur, iis tum molestiores, tum diuturniores fuerunt. Aliquantum

etiam malæ erant, quibus venæ circa tempora & ceruicem in tumorem attollebantur. Pessimæ verò quibus etiam vnâ spiratio sublimis erat. hi nanque etiam incallescabant. Ac veluti scriptum est, ita affectuum commercia se habebant. Qui quidem primùm descripti sunt, etiam sine posterioribus contingebant. Qui verò posterius, non sine prioribus. Celerriimè interibant vbi cum febre subinde rigore correpti essent. His neque per medicamenta quæ humores suis sedibus submouent, compressis, vllum effatu dignum auxilium allatum est, neque alui perturbatio, neque venæ sectio iuuuit, quæ ipse tentauit. Incidi etiam venam sub lingua, & quosdam ex superioribus partibus purgavi. Atque hæc quidem etiam omninò æstate contigerunt, veluti quoque quæ proruperunt plurima. Ac primùm quidem per squalores, lippitudines cum dolore populariter grassatæ sunt.

3 Sanguinem è venis profluentem sistunt, animi deliquium, figura aliorum tendēs, venæ interceptio, linamentum contortum, appositio, deligatio.

4 Glandularum tumores maxima ex parte suborbantur, quòd iecoraria vena affecta esset. Quòd si ab arteria malè affecta fierent, malum signum erat, quale quid Posidoniæ contigit.

5 Qui sanguinis profluuium vitam cum morte commutabant, tenuem circa frontem sudorem non habuerunt, sed similia iis quibus moles corporis concidit passi sunt. Quin & anhelatores & qui cum sudoribus peribant, malè habuerunt.

6 Considerandum est ventres quosdam perturbatione facile ferre, quale quid in Posidonia visum est. Quin etiam videnda fuerunt quænam interaneorum animalia inducerent. In extenuatione circumtensio ante obitum facta est, & vmbilicus prominens ipsi est exulceratus, & gingiuarum dentibus instantium exulcerationes affuerunt.

7 Videndum quoque est multa de vnoquoque rectè præcipi posse, partim quidem eadem facultate, partim verò minimè, qualia sunt eiusmodi, diffundi, dissolui, educi, & inducari, ac maturari. Considerandum etiam vbi opus est timidos à lecto protrudere, & mutatione excitare, torpentes, ad ea quæ cunctanter agunt.

8 Aqua

8 Aqua inter cutem laborantes citò incidere oportet tabescentes confestim vrere, caput secare. At ista in aqua intercute suffulis animaduertenda sunt, ne cuius venter aut interiora ferro contingantur. Perindè enim ac in multis genibus accidit.

9 In aff. ctibus circa os ventriculi (perindè ac Xenarcho contigit) sufficienter calidum inspirare conuenit, & euacuationis loco vlcus ab initio calidis fouere.

10 Considerandum qualis vox est iratis, num talis non irato ac natura fuerit. Atque oculi quales à natura fuerint, num turbulenti, quales habent cum irascuntur, qui tales nō sunt, cæteraque id genus pro morborum ratione. Velut si quis tabificam formam inducit, num talis à natura æger fuerit, vt in hunc morbum incurrat, cæteraque huiusmodi.

11 Tusses quæ lassitudinis sensum inducunt, etiam pariter læsas, sed & præcipuè articulos contingunt. Quinetiam in febribus cum lassitudinis sensu tusses siccae fiunt, quæ si istius relinquuntur, vnà cum febre in articulos firmantur.

12 Tabescentibus ac non parientibus spiratio obscura, mala, & quæcunque alia eius est generis ex eadem constitutione proueniens.

13 Autumnus tabidis malus. Ver quoque etiam malum, cum ficus folia, cornicis pedibus similia fuerint.

14 In Perintho vere plurimi tabe laborarunt. Cuius rei simul in causa fuit tussis per hyemem populariter grassata, ac in quibusdam morbi qui diutius traxerunt. In his enim qui ambigunt se habebant, tabem confirmarunt. Interdum quoque in quibusdam diuturnis morbis tabes non fiebat, velut in his qui renum doloribus conflabantur. Quin & quibusdam aliis idem contigit. In quorum numero ille extitit, ad quem me Cyniscus deduxit.

15 In doloribus laterum, pectoris, aliarumque partium, tempora num multum inter se differant, animaduertendum, quando nimirum melius, aut rursus peius habeant, nihil in hoc delinquentes.

Sectio octaua.

1 In diuturnis intestinorum difficultatibus, ciborum fastidia mala, idque maximè si febris accesserit.

Yyy

2 Vlcera vndiquaque glabra, maligna.

3 Lumborum doloris ad latus recursatio, & tubercula putrida quæ $\sigma\eta\psi$ dicuntur, malo sunt.

4 Renum vitia supra quinquagesimum annum sanata non vidi.

5 Animaduertenda sunt quæ per somnos ingrauescunt, & quibus extrema perfrigescunt, mensque perturbatur, ceteraque id genus quæ per somnos eueniunt, & quibus contrà accidit.

6 Quibus certè nihil intra statutum pariendi tempus accidit, iis singulis vitales partus existunt.

7 Quæ gestationis tempore apparent, in quos menses incidant, videndum.

8 Labores certis temporum circuitibus fiunt, & quicquid septuaginta diebus mouetur, ter iisdem in sese ductis perficitur, & quicquid nonaginta diebus mouetur, ter iisdem in sese ductis perficitur.

9 Animaduertendum etiam quòd post menstruas purgationes, utri tum dextra, tum sinistra dehiscunt, quodque humiditas, quæ per ea quæ prodeunt satis indicatur, siccissimam victus rationem desiderat.

10 Quodque qui celerius efformatur fœtus ac mouetur, rursus tardius incrementum accipit.

11 Labores ut plurimum uterum gerentibus, tertio, quinto, septimo & nono mense contingunt. Item secundo, quarto & sexto.

12 Quæ ex parua tabella desumpta, considerata sunt.

13 Victus ratio ciborum ac potum repletionem ac vacationem constat, eorumque mutationes, dum ex aliis in alia fiunt, prout se habeant, consideranda.

14 Odores partim oblectantes, partim offendentes, quidam etiam implentes & obsequentes, eorumque mutationes ex quibus contingant, & qualiter se habeant animaduertendum.

15 Eos qui irruunt, intrant, aut egrediuntur spiritus aut etiam corpora contemplari oportet.

16 Eorum quæ sub additionem cadunt, quædam meliora esse, quædam verò offendere, videndum.

17 In lingua quoque ex quibus quænam alliciantur, videnda sunt.

18 In aëre considerandum quanta insit caliditas, frigiditas, crassitudo, tenuitas, siccitas, humiditas, an plenior, an verò minor & copiosior. In quibus quænam mutationes, & ex quibus fiunt, quomodoque se habeant animadvertere oportet.

19 Quæ continent corpora, aut intus continentur, aut in nobis cum impetu mouentur, contemplanda sunt.

20 Sermonis quoque & silentij habenda est ratio, & dicere oportet quæ velit æger, videndumq; quibus vitur sermonibus, sintne magni, an multi, an veri, aut ficti.

21 Quæ è corpore prodeunt nosse oportet vnde initium ceperunt, aut vbi cessarent, quamque sunt diuulsa, Colores quoque ex quibus aut caliditatem, aut falsuginem, aut dulcedinem, vel tenuitatem, vel crassitudinem inspicere conuenit, num verò æqualiter aut inæqualiter in corpore, quod tempore eueniant. In quibus omnibus quales mutationes & ex quibus existunt, considerandum.

22 Contemplandum num eructationem inchoauerit natura, nec obtinuerit.

23 Lachrymæ considerandæ, num volenti, aut inuito, vel multæ, vel paucæ, aut calidæ, aut frigidæ emanent. In quibus etiam crassitudinem & gustum inspicere oportet.

24 Sputum videndum num ex ore æger excreet, num verò tussi aut vomitione reiiciat.

25 Solis æstus, frigus, humectatio, siccitas, consideranda sunt. Mutatio quoque per quæ, ex quibus, & ad quænam se habeat.

26 Labores etiam, otia, somnos, vigilias, in considerationem adhibere oportet.

27 Quin etiam quæ in somno fiunt, & in somnia videnda sunt, deinde cubilia quoque in quibus decumbunt, & ex quibus transferuntur.

28 Mentis quoq; intelligentia videnda est, vt per seipsa constet, circa instrumenta & res externas, an tristitia, aut gaudio, an metu, aut confidētia, an spe aut animi abiectio- ne teneatur. Velut Hippothoi puella quæ mente per se cōsta- bat, & eorū quæ in morbo contingebāt optimè gnara erat.

29 Ætatem quidem ab ætate distinguere oportet, & nū prius aut posterius quàm conuenit, quid contingat. Velut si quid hyeme resolutione tentatum sit, & ætate senili, aut puerili, & ætate, aut prius, aut posterius quàm conueniat. Dentium eruptiones, capillorum exortus, seminis eiectio maior aut minor, pilorum incrementum, crassitudo, robur, imminutio.

30 Quod cognatum est, & quod per sese constat, & quod maior aut minor inest cognatio, contemplari oportet.

31 Anni quoque tempestas consideranda est quæ maturior aut serior contingit, & quæ assiduus imbris madens, aut impensè sicca extitit, frigida aut calida, ventis carens, aut quibus ventis perflata. Videndum quoque num ista temporis initio, aut medio, aut fine, aut assidue, aut iam præterito, aut adhuc præsentē contingant.

32 Morbi etiam horam & tempus contemplari oportet, & quæ in morbis accidunt, circuitus, ex hisque quinam maiores, & quinam longiores, & incrementa. Totius quoque morbi incrementum, aut remissio, aut vigor, & quod magis quodque minus confecerit, & quando, & quam ratione, & quam hora & ætate in considerationem adhibenda sunt.

33 Populariter grassantium morborum inspicienda natura est, ac si quis eorum sine vomitu initium sumserit, veluti an post epotum medicamentum alius quibusdam sistatur, an parum purgetur.

34 Fortè etiam considerandi sunt exactè albescentes si febricitent, quorum etiam labra inspicere oportet, quale quoque febris genus & tempora.

35 Corpus quoque & actio in considerationem adhibeatur, tum visio, auditio, tactio, nasus, lingua & ratiocinatio.

36 Tumores in superioribus palpebris relictos considerare oportet. Aliis nanque circum gracilescuntibus morborum reuersiones denunciantur. Videndæ quoque sunt palpebræ quæ in extremitate aliquantulum rubescunt & indurantur, atque inter eas maximè glutinosæ, ex tumescentes, quæque in his continentur, quale quid Pharsalo Polymedæ conigit.

37 Tumores prorumpentes, aut liuores, in lippitudinibus,

bus, aut vlceribus considerandi sunt. Quinetiam quæ ex tuberculis aut suppurationibus deferuntur inspicere oportet.

38 Vteros affectos indicabunt tormina circa vmbilicum & dolores, qui interdum à porro, quinetiam & ab alio his postea contingebant.

39 Nonnullis etiam erysipelas à ceruice ortum duxit, eodemq; ferè tempore in facie iudicabatur. Nigra quoq; quibus in collo erant, mala, tum etiam si pustulæ erumpebant, aut quibus aliud perturbabatur.

40 Attribile vexatus Adamantus, multo sumto peplio interdum nigra vomitione reiecit, quod aliquando etiam à capis contigit.

41 Febres in quibus labra exulcerantur, ferè intermittunt, & tertianis perfrigerationes adfunt. Durentes verò statim ad manuum contactum semper solutæ apparent.

42 In articulis quale quid insit considerandum, num etiam suppurationem faciant.

43 In valetudinis autem ratione consuetudo spectanda est, in victu, tegumentis, laboribus, somnis, rebus venereis & animi affectibus.

44 Considerare morbos oportet, qualiter, ex quibus, quasnam formas habeant, ad quos locos conuersi sunt, quo tempore coeperunt, affuerunt, cessarunt.

45 Videndum in quibusnam incontinenti metum iniicere oporteat.

46 In morbo contraria victus ratio adhibenda.

47 Videndum etiam quod facile & quod ægrè aut cum molestia fertur.

48 Victus ratio quoad eius fieri potest dignoscenda est. Hanc enim non penitus perspectam habere calamitatis plenares est.

49 Optimis verò medicis similitudines imponunt & difficultates pariunt. Contraria verò causa efficit, quæ qualis sit consideranda venit. Et sanè difficile est curandi viam ratiocinatione assequi, veluti num acuminato sit capite, si resinis naribus, si aduncis, si biliosus & ægrè vomat, si bile atra præditus, si iuuenis, si negligenter & temerè vixerit, de hisque simul inter se conuenire est difficile.

50 Quendam cui parua fistula rursus rumpebatur, cussiculæ quiescere non sinebant.

51 Quendam cui iecoris fibra in sinus cōtracta fuit concussi, & continuo dolor cessauit.

52 Satyrus in Thaso cognomento Grypalopex, cum viginti quinque annorum esset, sæpius inter dormiendum seminis profluum expertus est, eique semen interdum frequenter promanabat. Cum autem trigessimum annum ferè attigisset, tabe correptus mortuus est.

53 Abderis palæstræ custos quidam Stheneus nomine, cum valentiore multum luctatus, & in caput lapsus, digressus, frigidam copiosè hausit. Posthæc verò nocte illa insomnia corporis incontinentia & iactatio, ac extremorum frigiditas contigit. Postridie domum ingressus, glande aluo apposita, nihil demisit, paucam autem vrinam reddidit, cum antea nullam reddidisset. Sub noctem loquax, nihilominus insania & corporis incontinentia vexatus, delirauit. Tertio verò die extremorum perfrictio adfuit, exalfectus sudauit. Epota autem mulsæ tertio die mortuus est.

54 Atra bile vexati morbo quoque comitali corripimur magna ex parte consueuere, & morbo comitali laborantes atrabile diuexari. At horum utrunque magis accidit, prout ad alterutram partem morbus inclinarit. Etenim si in corpus, morbo comitali laborant, si verò in mentem, atra bile vexantur.

55 Abderis Phaëthusa Pythæi coniunx antea per iuuentutem fecunda erat, viro autem eius exulante diu menses defecerunt, ex quo postea dolores & rubores ad articulos exorti sunt. Quæ ubi contigerunt, tum corpus virile, tum in vniuersum hirsutum est redditum, barbaque est enata, & vox aspera reddita. Sed cum omnia quæ ad menses deducendos facerent tentassemus, non profluxerunt, verum haud ita multo post vita functa est.

56 Idem quoque in Thaso Namysæ Gorgippi coniugi contigit. Omnibus autem medicis cum quibus etiam collocutus sum, vnica spes adesse visa est, ad muliebrem naturam reduci posse, si menses secundum naturam procederent. Verum etsi omnia moliremur, huic prodire nequiverunt, sed paulo post mortua est.

HIP

Hippocratis Coi de morbis vulgaribus,
liber septimus.

Post caniculam febres vigebant in quibus ægri sudoribus diffuebant, nec penitus à sudore perfrigescabant, sed rursus incalescebant, fereque longæ erant & difficilem habebant iudicationem, neque admodum sitim adferebāt. Paucis verò septimo & nono die desinebant, quibusdam etiam vndecimo, decimoquarto & decimoseptimo. Polycratem febris & sudor qualis descriptus est inuasit. Ex medicamento purgatio per aluum multa, & febris adeo levis erat, ut obscure præter quàm in temporibus consisteret. Sub vesperam parui sudores circa caput, ceruicem, pectus, deinde statim etiam per totum ventrem exorti sunt, rursusque incaluit. Ad duodecimum verò & decimumquartum diem febris intēdebatur, & paucae erant alui eiectiones. Post purgationem sorbitionibus usus, sub decimumquintum diem ventris dolores ad lienem & lateris sinistri inanitatem preheaderunt, qui postquàm calida admota minus quàm frigida conferrent, molli per clysterem infuso cessauerunt. Idē verò etiam Cleocydi ex doloribus & febre eodem modo laboranti contulit. Circa autem decimum sextum calores remissiores visi sunt, & alui eiectiones synceram bilem demittere, mensq; ferocior. Spiratio autem moderata, interdum verò ubi abundē attraxisset, rursus confertum expirabat, tanquam animo deficiens, aut velut qui per æstum iter confecit in umbra desidens respirare solet. Sub decimumseptimum igitur diem ad vesperam in sella residens, in animi deliquium incidit, diuque sine voce ac sensu iacuit, & paucam aquam mulsam vix sumsit, velut resiccatis faucibus colli fibras distendens, & prorsus vitibus exolutis, vix tandem ad se rediit, & calores remissiores erant. Demum secundo & vigesimo die morbus desit. Circa idem fere tempus Pythodorum febris assidua prehēdit, octauo sudor exortus, rursusque incaluit. Decimo iterum sudor, duodecimo sorbitiunculam ex hordeo sumsit. Ad decimumquartum vsque diem febris obscura fuit, in temporibus tamen aderat, sine siti erat, & sanus sibi esse videbatur. Quotidie sudores effuebant. Decimoquinto verò die post sorbitionem

ex pulli iure, bilem vomitione reiecit, & aluus deorsum est commota, febris exasperata, rursus desit, sudores multi disfluebant, totumque corpus præter tempora perfrigeratum sentiebatur, pulsus non deficiebat. Videbatur autem medico tempore quieuisse, ita ut sibi incalescere videretur. Vigesimo quarto die, ubi iam per multos dies cibos gustasset & pransus esset, febris erat multa, & sub vesperum vna cum somno delirium. Iam igitur febris detinebat assidua & vehemens, interdum quidem vnam, interdum vero duas noctes peruigil erat. Omni verò deinceps tempore tam abunde somnus suppetebat, ut ægrè excitaretur, in somno delirium aderat, & si quando ex somno excitaretur, vix sibi constabat, non siciebat, spiratio moderata, atque interdum qualis Polycrati, lingua colore tineta erat. Post septimum verò recidivæ die prisane succus exhibebatur, post decimum quartum cibus, primis septem diebus eructabat ac reuomebat interdum cum potu biliosum quiddam circa nauseam, donec aluus deorsum soluta est. Ex quo recidivam passus est, sudores defecerunt, nisi si quis adeo paucus circa frontem erupit, vix ullam de se significationem ederet. Lingua ex somno nisi collueretur præ siccitate aliquantulum balbutiebat, in eaque ulcera rumpebantur, & in labro inferiore ac gingivis, deiectiones paucae erant, ad decimum quintum à recidiva diem crebriores & glutinosæ, quæ ex malicorij decocto sedatæ sunt, urinæ quales quæ morbi diuturnitatem præ se ferunt. Ad extremum dum potum deglutiret, pectoris dolor aderat, id quod manus pectori admota indicabat, qui cum inum ex ovo sorbenti sedatus est, lingua verò laxitatem pertulit. Quinquagesimo die à primo, circa Arcturum, sudores pauci circa lumbos & pectus exorti sunt, & corpus totum præter tempora, exiguo admodum tempore perfrigescebat. Primo & quinquagesimo remisit, aequè de integroprehendit. Ad Æquinoctium autumnale Eratolai puer intestinorum difficultate cum febre correptus est. Alui recrementa biliosa erant, tenuia, multa & aliquantulum ac modicè cruenta, ventris verò dolor vehemens. Epoto autem sero & lacte cadentibus calculis immixtis iacenso, dolores moderatiores euadebant, & deiectiones suberuentæ, verum biliosæ comitabantur, crebræ erant ad descendendum

dum exurrectiones, minore tamen cum dolore. Post pri-
 mos autem sex dies febricula, neq; ægroto, neq; multis to-
 to morbi tempore prorsus adesse videbatur, adeò obscura
 erat. In temporibus tamen pulsatio aderat, & lingua præ sic-
 citate aliquantulum balbutiebat, sitisq; moderata erat &
 insomnia. Sorbitiones verò iam sumebat & vinum. Cum
 iam ferè decimumquartum diem attigisset, tumores ad au-
 rem vtramq; sigillatim oborti, duri & crudi omnes sensim
 euauerunt, moderatos verò dolores afferebant. Non desi-
 nentibus autem deiectionibus, sed biliosis vsque perseue-
 rantibus, herbam pollinis in modum sorbenti, miciores ad
 aliquod tempus biliosæ deiectiones & dolores euaserunt,
 sed liquida multra crebrò demittebat, cibos admodum auer-
 sabatur, neq; nisi modis omnib⁹ coactus assumebat. Quòd
 ad calorem, linguam & si. im. attinet, qualia dicta sunt per-
 seuerabant, neq; sudores ulli apparebant. Ea autè erat ob-
 latio, vt vbi de eo quod paulò antè intellexisset, in interroga-
 stis, aliquo post interuallo iterum interrogaret, ac velut non
 prius dictum rep-teret. Neque si desideret recordabatur, ni-
 si à quoquam admonitus, eiusq; affectionis sibi ipse con-
 scius erat, neque ignorabat. Spiratio qualis per sanitatem.
 Supra trigessimum verò ad quadragesimum diem vsque, &
 ventris dolor multum incresecebat, & supinus decumberebat,
 neque se tantillum conuertere poterat. Quòd autem dolor
 grauis esset, aliis qui cibum in os inderent, regebat. Alui re-
 crementum multum erat, disparatum & tenue, coloris vi-
 noli erant quæcunque assumebat, interdumq; aliquantu-
 lum cruenta, corporis vigor ad extremam colliquationem
 & imbecillitatem conuersus est, neque alio subleuante sur-
 gere amplius poterat. Quòd si quis medium vmbilicum at-
 tigisset, & manum ad cartilagineam illam in pectoris cauo
 sub qua os ventriculi delitescit, deduxisset, tanta illic palpi-
 tatio inerat, quanta neque ex cursu, neque ex timore circa
 cor suscitari queat. Epoto per duos dies lacte asinino cocto
 ad nouem heminas Atticas, biliosa purgatio vehemens
 exiit, doloresq; cessarunt, & ciborum appetentia oborta
 est. Postea autè lactis bubuli quatuor circiter heminas At-
 ticas simul ebibit, in dies singulos duos cyathos, primùm a-
 quæ sextam partem, viniq; nigri & austeri modicum im-

miscens, semel verò cibum sumebat, sub vesperam panis subcineritij chœnicis dimidium, & pisciculum saxatilem tenuem, aut caprinæ carnis & ouillæ frustulum. Lactis potus erat ad quadraginta dies, post primos decem dies absque aqua, ex vini verò nigri modica portione. Post septuagesimum iam à primo diem, à balneo sub noctem sudor paruus obortus est. Modico potu utebatur, eoque post cibum, aut austeriore.

Crescerati dolore cum laboribus totum ventrem occupanti, crebraque exurrectione & deiectione aliquantulum cruenta, cum pedum tumore, farina lacte subacta magis quàm serum caprinum contulit. Eadem quoque Adriano fere iam per viginti quinque dies contulerunt. At Cænæ filio lac asininū coctum. Circa brumam Cydis filium rigor prehendit & febris, aurisq; dextræ & capitis dolor. Hic autem auris dolor statim à puero comitabatur cum defficatione, fistula & graui odore. Cumque ita se haberet fere doloris expertus erat, sed tunc dolor grauis aderat, & capitis dolor vrgebat. Secundo aut tertio die bilis vomitione reiecta est, delidenti subbiliosa deiectio extitit, glutinosa velut oui subpallidū. Quarto & quinto sub noctem aliquantulum delirabat, & auris capitisq; dolor vehemens erat & febris. Sexto ex mercuriali aluus deiecit, & calor & dolor cessasse visus est. Septimo velut sanus, verum circa tempora pulsatio non deseruit, neque ullus sudor erupit. Octauo sorbitiunculam ex hordeo sumisit, sub vesperum verò betæ succum, & noctu somnum cepit, ac magnopere doloris expertus fuit. Nono sub Solis occasum læto erat animo, ac sub noctem capitis & auris dolor grauiter vrgebat. Per hoc tempus autem cum valde laboraret, statim ab initio aurem pure manare contigit. Nocte verò tota noni diei, posteraq; die, ac noctis magnam partem, neminem agnoscebat, perpetuoque ingemiscebat. Die autem ad sese redierat, & dolores cessarant, calorq; leuior erat. Vbi verò sorbitionē ex mercuriali sumisset, vndecimo die aluo reiecta sunt pituitosa, mucosa, graueolentia. Duodecimo & decimotertio moderatè habuit. Decimoquarto ducto initio à matutino tempore ad meridiem vique toto corpore sudor effluxit, ac somno soporeq; multo grauius, non nisi à grē excitabatur. Sub vesperum verò expertus.

& cor.

& corpus quidem moderatè perfrixir, at in temporibus pul-
sus perdurauit. Decimoquinto & decimosexto sorbitioni-
bus ex hordeo vsus est. Decimoseptimo verò sub noctem
rursus eorundem dolor rediit, ac delirium, & pus effluebat.
Decimooctauo, decimonono & vigesimo, furiosè habebat,
vociferans sese attollere conabatur, sed caput continere nō
poterat, & manibus ex porrectis semper aliquid frustra ca-
ptabat. Primo & vigesimo sudor modicus circa latus dex-
trum, pectus, & caput, & vigesimo secundo plurimus circa
faciem extitit. Per hoc tempus autem, siquidem plurimum
voce contenderet, quæ volebat perfectè efferebat. Sine co-
natu verò, semiperfecta loquebatur, & os solutū, ac maxil-
la & labra semper in motu erant, tanquam qui loqui cupe-
ret, oculorum creber motus & intuitus, oculi quæ dextri co-
lor qualis dictus est, aliquantulum cruentus, palpebra su-
perior intumescat, & circa genæ extremum rubor erat, ve-
rò omnes faciei adeò contractæ erant, vt conspicuæ essent,
neque amplius oculis nictabat, verum intentè intuebatur,
palpebrasq; ad superiorem partem extollebat, quasi aliquid
in oculum incidisset. Cùm biberet, in pectus & venter
descendens potus strepitus percipiebatur, quale quid Char-
tadi adfuit. Spiratio fere semper moderata fuit, lingua qua-
lis pulmonum inflammatione laborantibus, ab initio ex-
pallido albicans, & perseverans capitis dolor. Cervice per-
petuò immota, non nisi cum capite circumagebatur, & pars
quæ ex ceruice ad spinam descendit, recta & inflexibilis erat,
decubitus qualis dictus est, neque semper supinus erat. Pus
verò iam serosum, album effluebat, nec nisi magno nego-
tio spongia detergebatur, odoreq; modum excedebat. Ad
extremum pedum contactum non percipiebat. Harpalidæ
sorori quatuor aut quinque mensium vterum gestanti, pedum
tumores aquosi exorti sunt, & oculi in orbem intumescen-
tibus, totumq; corpus veluti pituita alba suffusus, in tumorem
subleuebatur. Tussis sicca, erectæ ceruicis spiratio, eiusmo-
diq; anhelatio, interdum quæ à spiritu suffocabatur, adeo vt
perpetuò sedere in lecto cogereetur, neq; decumbere posset,
sed si qua somni incideret opinio, eū desidendo caperet. Fere
sine febre erat, fortisq; ex longo intervallo nō mouebatur,
ac veluti ad corruptionē tendebat. Creber autem anhelitus

fere ad duos menses perseverauit. Fabis verò melle conditis, & mellis linctu vsa, Æthiopicoque cumino ex vino epoto, melius habuit. Deinde etiam multa matura, pituitosa & alba tussi reiecit, spirandi difficultas desuit, & prolem edidit formellam. Polycratis coniugem per æstatem circa caniculam febris prehendit. Difficultas spirandi mane minor aderat, post meridiem verò maior, & paulò crebrior, statim ab initio tussis & exsecratio qualis purulenta. Intus ad arteriam & fauces stridula quædam inerata asperitas, facies bene colorata, malarum rubor non in plenum sed leuiter florulentus. Procedente verò tempore vox rauca extitit, & corporis colliquatio, & circa lumbos eruptiones, ad extremumque aluus liquidior. Septuagesimo die febris prehendit cum vehementi frigore externo, ac in temporibus quies erat. Spiratio autem increfcebat. Post hæc verò quietem spiratio crebrior extitit, adeo ut quo ad vixerit sedens permanserit. In arteria strepitus multus instat, sudores maligni, intuitus valde compositus ad extremum vsque. Ipsa diebus pluribus quam quinque perfrigerata est. Post primos autem dies feculentum assidue excreauit. Mulierem supra portas habitantem iam prouecta ætate febricula prehendit, qua iam desinente, ceruicis dolor ad spinam & lumbos portendebatur, neque admodum his partibus valebat. Maxillæ verò & dentes in sese adeo cohærebant, specillum ut non immitteretur, vox etiam balbutiebat, quod corpus resolutum, immobile ac imbecillum esset, mentis tamen compos erat. Ex calefacientium autem & aquæ mulsæ tepidæ vsu, tertio fere die remisit, posteaque sorbitionibus & iusculis conualuit. Id quod sub autumnii finem contigit. Vnctor apud Harpalidem circa autumnum cruribus & manibus imbecillior factus, medicamentum sursum ac deorsum purgans temere ebibit, ex quo febris inuasit, & ad arteriam tale quiddam defluxit, ut loquentem impediret, & inter loquendum crebriorem anhelitum redderet, non secus ac angina cum raucedine laboranti. Cum deglutiret præfocabatur, cæteraque patiebatur quæ qui angina laborant, tumor tamen non aderat. Febris verò increfcebat & tussis, multamque ac liquidam pituitam excreabat. Progressu autem temporis dolor circa pectus & mammam sinistram obortus est, cumque exurgeret

urgeret aut commoueretur, crebra anhelatio multum vexabatur, sudor ex fronte & capite manabat, & faucium affectio detinebat, remissius tamen dolore ad pectus recedente. Per exordia igitur fabis melle conditis utebatur, ubi verò febres detinebant, potius aceto mulso calido, & mellis delinctu copioso. Quatuordecim autem diebus elapsis omnia cessarunt, & manibus ac cruribus non multò post valuit. Chartarum febris ardens adfuit, bilis per vomitionem multa reiectio, & per aluum egestio, insomnia, & ad lienem tumor rotundus. Ipso die mane ad desidendum surrexit strepitu circa ventrem absque dolore oborto. Cum verò ventrem exoneraret, sanguinis recentis plus quam congiij mensura per aluum subiit, & pauca interposita mora, etiam tertio sanguinis grumi concreti. Oris autem ventriculi anxietas erat, & fere toto corpore parvus sudor & febricula. Primum etiam mentis compos esse videbatur, procedente vero die, anxietas & corporis inquietas, iactatio maior, & spiratio paulò crebrior erat, confidentius & per humanius quam occasio ferret homines alloquebatur & excipiebat, & quædam animi deliquia accedere videbantur. Quibusdam autem sortitiones ex hordeo & aquam in qua farina crassior macerata erat, offerentibus, non desuit, verum difficultas spirandi sub vesperam admodum magna erat, & corporis iactatio vehemens, ac in dextrum & sinistrum sese disiciens, nullo tempore quiescebat, pedes frigidi, tempora & caput magis incallescabant, instante iam morte, multisque sudoribus paruis diffuebant. Cum biberet, circa pectus & ventriculum demissi potus strepitus percipiebatur, quod sanè mirum in modum perniciosum erat. Vbi verò sibi aliquid infra demitti velle dixisset, defixis oculis non longa interposita mora, vitam finiuit. Hermoptolemi uxorem hyemis tempore febris & capitis dolores prehenderunt, cumque bibisset, tanquam difficulter deglutiens exurrexit, & cor valere dixit, lingua ab initio liuida fuit. Morbi autem occasio ex horrore post balneum nata visa est, nocte & die insomnis erat. Post primos dies interrogata, se iam non solum capite, sed etiam toto corpore laborare dixit. Sitis interdum quidem summè intensa, interdum etiam moderata erat. Quinto, sexto, & ad nonum usque diem fere delirium, rursusque secū

semiperfecta loquebatur cum sopore. Interdum etiam manum ad parietis tectorium extendebat, & pulvinum quendam frigidum qui capiti suberat, etiam pectori admovebat, interdum etiam vestem stragulam reiciebat, & in oculo dextro subcruentum quiddam & lachryma inerat. Urina verò erat quæ in pueris semper mala censetur. Circa initia quidem per aluum aliquantulum fulva demittebat, postea verò aquosa multum, atq; eiusmodi coloris. Undecimodie mediocriter calere videbatur, ac interdum sitis expers intum erat, ut nisi quis daret non peteret. Post primum tempus de die somnus moderatè contingebat, noctu verò perugilerat, & ad noctem magis laborabat. Nono alius emota est aquosa deiciens, eodemque etiam modo undecimo. Sequentibus verò diebus, fere crebra ad desidendum exortio erat, eademque deiectio. Primis autem diebus exandescerebat & eiulabat, instar puelli clamabat & terrebat, & ubi ex sopore excitaretur, circumspiciebat. Decimoquarto autem die eam de repente exilientem acriterque vociferantem velut plaga aliqua accepta, aut ex gravi dolore & metu, continere difficile erat, adeo ut quis eam apprehensam paucotempore dæderet. Deinde rursus quietem agebat, & sopore oppressa perpetuò dormiebat, nihil in totum videns, interdum verò neque audiens, per totumque diem istum, tum ad tumultum, tum ad perturbationem, crebrò commutabatur. Nocte autem sequente subcruentum quiddam per aluum subiit, veluti mucosum, rursusque tanquam limosum, postea verò porracea admodum & nigra. Decimoquinto die vehementes corporis iactationes & metus, & clamor remissus erat. Consequabatur autem effusio & excandescencia, & eiularus, nisi ipsi citò quod vellet exhibitum esset. Statim quidem à primis diebus omnes & omnia cognoscebat, & quod in oculo erat conquevit, furor verò præter temporis occasionem & vociferatio, prædictaque mutatio ad soporem consequabatur. Inæqualis erat auditio, partim quidem vehemens etiam si quid summissè diceretur, in quibusdam verò altius loqui videbatur. Pedes semper æqualiter cum reliquo corpore calidi ad extremos usque dies, verum decimo sexto die minus. Decimo septimo cum moderatè quam cæteris diebus haberet, sub noctem velut horrore suborto

se con-

se contrahens, magis febricitabat, plurimumq; siccabat, & reliqua similia consequebantur. Manuum tremores fiebāt, & caput succutiebat, oculorum intuitus prauus & sitis vehemens ubi bibisset, rursus exposcebat & arripiebat, & abunde bibebat, neq; auellere poterant. Lingua sicca valdeq; rubra erat, totumq; os ac labra exulcerata & sicca, manum utranq; tremulam ori admovebat cum mādūcaret, & si quid manducandum aut sorbendum porrigeretur, avidè ac furiosè deglutiebat & sorbebat, oculorum obtutus prauus erat. Ante mortem autem tribus aut quatuor diebus tantus interdum horror incidebat, ut corpus contraheret & contereret anhelansq; respiraret, crurum distentiones & pedū singus aderat. Sitis verò & mentis affectiones eadem perseverabant, & ad desidandum exurrectiones, aut inanes erāt, aut pauca & tenuia cum modico quodam conatu demittebantur. Ad extremum tertio & vigesimo die oculus manens magnus erat, brachisq; circumspectio, & quietem agebat interdum absq; integumentis & sopore. Sub vespere autem oculus dexter tanquam cerneret aut quid veller, ab externo angulo ad nasum movebatur, cognoscebatq; & ad interrogata respondebat. Vox post multa aliquantulum balbutiens, ac præ clamore fracta & rauca.

Amphiphradis puerum æstate lateris sinistri dolor & tussis prehendit. Multa aquosa & aliquantulum biliosa per aluum deiciebantur, & circa septimum febris desisse videbatur. Tussis aderat & color subalbidus & aliquantulum pallidus. Ad duodecimum aliquantulum ex virore pallescens erpuebat. Procedente morbo spiratio densior semper fuit & creber anhelitus, cum stridula quadam ad pectus & artemiam asperitate, sorbitionibus utebatur, toto tempore mente constabat. Ad octauum & vigesimum diem extinctus est, sudoribus interdum foras erumpentibus. Cauponi peripneumonia laboranti alius statim subiit, ad quartum diem sudor multus obortus est, febricula cessasse videbatur, tussicula prope nulla erat. Quinto, sexto & septimo die febris detinebat, octauo sudor, nono pallidum excreuit. Decimo abundè alius demittebat, non sæpe, ad vndecimum leuius habuit, decimoquarto conualuit. Hermoptolemo post Vergiliarum occasum febris accessit, tussis non admodum

infestabat, lingua verò qualis pulmonum inflammatione laborantibus, nono die exudauit, totus (vci visum est) perfrixit, oblata ei sorbitiuncula ex hordeo circa meridiem incalcescebat, vndecimo sudor & aluus resiccata sunt, biliosa erant alui excrementa, tussicula suborta est. Decimoquarto pallidum excreauit, stertor aderat. Decimoquinto cum toto tempore mente constitisset, mortuus est. Alter quidam in palato stertorem sentiens, lingua arida qualis pulmonum inflammatione laborantibus, mentis compos mortuus est. Posidonius etiam cum adhuc æstas impenderet, pectoris, præcordiorum, & lateris dolore citra febrem diu conflictatus est. Multis verò annis antea pus thoracis cauo collegerat. At per hyemem cum horrore correptus fuisset, dolor intendebatur & tenuis febricula, excreatio purulenta erat, & tussis cum stridula asperitate ad fauces & stertore, mentis autem compos mortuus est. Balis filio cum monte penitus aberrasset, sexto lingua praua, & aliquantulum rubra exiit, & voce vacillabat, oculi colorati, natantes quales nigrantium, reliqui etiam corporis color non admodum auriginosus, verum aliquantulum pallidus, liuidus, vox deprauata, obscura, lingua qualis pulmonum inflammatione laborantibus, mens non sibi constans, respiratio quæ ad manum est praua, non crebra, neque magna, pedes frigidi, lapidei, circa nonum diem mortuus est. Anginosæ apud Metronem manus dextra crusque doluit, febricula detinebat, tussicula, suffocatio, tertio die relaxauit. Quarto convulsione tentata, voce capta est, stertor, dentium cōtlexio, malarum rubor aderat. Hæc non longè vitam protrahens, quinto aut sexto mortua est. Signum ad manum subliuidum apparuit. Bion cum multo tempore aqua intercutem laborasset, multis diebus cibum auersabatur, & urinæ stillicidio vexabatur. Ad genu sinistrum oborto abscessu, & suppuratione facta mortuus est. Ctesiphon post magnam febrem ardentem aqua inter cutem correptus est, & antea cum hydropè & lienis tumore laborasset, valde oppletum est scrotum, crura & abdomen. Sub finem tussis & suffocationes ad noctem contingebant, ex pulmone magis, velut pulmonis vitio laborantibus. Tribus aut quatuor ante mortem diebus, rigor, febris corripuerunt, ad femur dextrum parte interna iuxta

iuxta venam mediam quæ ab inguine fertur, collectio velut
 ex igne agresti oborta est, cum rubore aliquantulum livi-
 do. Ad noctem oris ventriculi dolor, neque multò post vox
 defecit, suffocatio cum sterore, & mortuus est. In Olyntho
 quoque qui aqua inter cutem laborabat, de repente voce
 defectus, per diem & noctem mente captus mortuus est.
 Prodromi puer per æstatem aliquantulum balbus, febre
 ardente correptus est, lingua ipsi subarida, obscura, alui
 multa deiectio, superstes fuit. Leophorbida post brumam
 febris acuta adfuit, præcordiorum & ventris dolor, deie-
 ctiones liquidæ, biliosæ, multæ, interdum sopore detineba-
 tur, lingua qualis pulmonum inflammatione laboranti-
 bus, tussis non aderat. Duodecimo nigra, pauca & porracea
 aluo deiecit. Decimoquarto febricula desisse videbatur,
 postea verò sorbitionibus utebatur. Decimosexto os ad-
 modum salum cum siccitate extitit. Ineunte autem vespere
 horror & febris. Primo & vigesimo die ad meridiem ri-
 gor & sudor corripuit, febricula desinit, calor tamen suberat
 exiguus, & sub noctem iterum sudor, & vigesimosecundo
 die sudor adfuit calorque remisit. Prioribus autem diebus
 omnibus sine sudore fuit, & aluus humida extitit etiam in
 ea quæ postea adfuisse vita est morbi reuersione. Theochis
 affinem quæ supernè habitabat, sub Vergiliis febris acuta
 apprehendit, sexto desisse visa est, lauit tanquam desisset, se-
 ptimo gena valde rubuit, vtra non memini. Sub vesperam
 febris multa contigit, & animi ac vocis defectio aderat, ne-
 que verò multò post sudor, ac cessatio à morbo septimo die.
 Theodori coniugi febricitanti, magna sanguinis è naribus
 profusio hyeme contigit. Vbi verò febris ad secundam
 diem cessasset, non longè postea lateris dextri velut ex locis
 laborantibus grauitas adfuit, actum primùm & sequenti-
 bus diebus grauis dolor ad pectus subortus est, fomentoq;
 ad latus dextrum adhibito, quarto die dolores remiserunt.
 Spiratio crebrior adfuit, ei que vix respiranti arteria sibi-
 lum quendam edebat, & cum supina iaceret non nisi cum
 negotio conuertebatur. Sub noctem febris vehementior
 & breuis desipientia extitit. Quinto die matutino tempore
 mitior esse videbatur, paruus sudor è fronte primùm mo-
 dicè diffusus est, deinde longo tempore per totum corpus &

Zzz

pedes. Post hæc autem ipsi videbatur febris remisisse. Arteriarum quippe corpus ad manus contactum frigidius sentiebatur, temporū verò arteriæ etiam magis saliebant, spiratio crebrior erat, subindeq; delirabat, & cuncta deteriora euadebant. Lingua perpetuò admodum alba, neq; tussis aderat, præterquam tertio & quinto die exiguo tempore, sitis nulla, verū sputatio aderat. Ad quintum diem præcordia dextra plurimū intumescēbāt, postea verò molliora reddebantur, tertio glande subdita stercus paucum deiecit, quinto rursus liquidum, parum, venter autem mollis fuit, urinae acerbæ, succum specie referentes, oculi tanquam delassatæ, non nisi cum negotio suspiciebat, & oculos circumferebat. Quinto sub noctem grauius habebat & delirium sequebatur. Sexto rursus, qua hora plenum esse forum solet, sudor multus detinebat, à fronte ortum sumens in totum corpus diffundebatur, multo tempore compositæ sua negotia tractabat. Circa meridiem verò plurimū delirabat, & perfrectio similis perseverabat, grauiora autem circa compositæ extiterunt omnia. Sub vesperum tibia ipsius ex cubili delapsa est, & puero tum præter rationem interminata est, tum rursus siluit, & ad quietem se conuertit. Circa primū somnum autem sitis multa & insania aderat, residebat, & iis qui aderant conuitia ingerebat, rursusq; conticuit & quieuit, & visa est ad reliquam noctem sopore preffa fuisse, oculos tamen non clausit. Per diem verò plurimū nutibus respondēbat, corpore quiescens, & moderatè intelligens. Eadem rursus hora sudor, similiter oculi demissi, ad inferiorem palpebram magis incumbētes, intenti, rigidi, eorumque alba pallida & mortuis similia, & tota cutis pallida & nigra, manum plærunque ad parietem aut vestem stragula admovebat, cum biberet sonitus ingentes edebantur, respuebat, & sursum in nares regerebat, stercosque vellebat & vultum tegebat. A sudore autem manus velut congelatæ, sudor frigidus consecutus est, corpus ad manus tactum frigidum, exiliebat, vociferabatur, insaniebat, spiratio multa, manus tremulæ exstebant, sub mortem autem conuulsione tentatæ. Septimo die mortua est. Sexto noctu paucam urinam reddidit, glutinosam, semini genitali similem, & quæ festuca trahebatur, omnibus diebus insomnia verata fuit.

fuit. Post sextum diem vrina aliquantulum cruenta visa est. Antiphanis filium per hyemem lateris dextri dolor, tussis, febris corripuit, edebat, deambulabat aliquantulum febri- citans: ruptis laborare videbatur, nono die remissit febris, non reliquit, tussis plurimum vexauit & crassa spumosaque reiecit, lateris dolor detinebat. Ad decimum quartum rur- susque vigesimum diem febris cessare videbatur, & rursus corripiebat. Calor autem tenuis erat, & per breue aliquod temporis spatium relinquebat. Tussis verò interdum quidē relinquebat, interdum etiam intendebatur cum multa suf- focatione. Tum verò relaxabat, & post hos dies excreatio multa cum suffocante tussi aderat, & purulēta supra vas fer- uentia & spumantia educebantur, & in faucib. stridula mul- ta asperitas sibilū quendam edebat, creber anhelitus sem- per detinebat & densior spiratio, raroq; facile spirabat. Su- pra quadagesimum autem diem, prope sexagesimum (ut opinior) oculus sinister cum tumore, sine dolore occæcatus est, neq; verò longē postea etiā dexter pupillæq; vehemēter candidæ & siccæ existebant, neq; multò post hanc excecā- tionē mortuus est, non vltra septem dies, cū stertore & mul- ta desipientia. Eodem quoq; tempore Thessalioni similia similibus ex causis contigerunt, feruentia, spumantia, puru- lenta, educebantur, tussis aderant & faucium stridulæ exaspe- rationes. Polemarchi vxorē hyeme angina vexauit, guttur intumuit cū multa febre, vena secta est, faucium suffocatio cessauit, febris perseuerauit. Ad quintum diem læuum genu dolor & tumor occupauit, sibiq; videri quiddā ad cordis re- gionem coaceruari dixit, & respirabat qualiter in aquā de- mersi respirare solēt, ac strepitus quiddā ex pectore edebatur, idemq; cōtingebat quod mulieribus fatidicis, quæ Pythone afflatæ, quod vētre oracula fundunt, Engastrimythi, hoc est ventriloquæ dicūtur. Ad octauum aut nonum diem sub no- ctem alius affatim prorupit, liquida, multa, conferta & gra- uolentia demisit, vocis defectio tenuit, mortua est. Aristip- pus superiorē in vētrem magna vi & grauiter sagitta percus- sus, vehemēti vētris dolore detētus est, celeriter intēdeba- tur, deorsū nihil demittebat, incōtinenti corporis iactatio- ne torquebatur, biliosa abundē colorata vomitione reicie- bat. Vbi verò vomuisset meli⁹ habere videbatur, paruo inter-

iecto temporis intervallo rursus dolores vehementes corripuerunt, venterque velut in intestini tenuioris morbis incendebatur, calor & sitis aderat, ac intra septem dies vitam cum morte commutavit. Neopolis verò ex simili vulnere eodem modo affectus fuit, ex acri autem per clysterem infuso alvus affatim prorupit, colore tenui, pallido, nigricante suffusus est, oculi squalidi erant, rigidi, intus reuoluti, inrenti. Iaculo in iecur cominus percusso, illico cadauerosus color affusus est, oculi concaui, corporis incontinens iactatio & implaciditas aderat. Mortuus est antequam concio dimitteretur eodem quo percussus est die. Qui à Macedone lapide in caput ictus est, supra tempus sinistrum nò magis quam cutis scarificatione quadam dissectus, ex vulnere vertigine affectus est & cecidit, tertio die vocis defectio & corporis incontinens iactatio erat, febris non admodum vehemens, temporum pulsatio velut ex tenui calore, nihil audiebat, neque mentis compos erat, neque quiescebat. Mador circa frontem, tum sub naso ad mentum vsque erumpibat, quinto die mortuus est. Æniates quidam in Delo retro in latus sinistrum iaculo percussus, vlcus quidem sine dolore habuit. Tertio verò die ventris dolor parvus aderat, nil ex aluo secedebat, verum sub noctem ex infuso per clysterem stercus prodiit, & dolor intermisit, sedes extra in scrotum prolapsa est. Quarto die in pubem & totam ventrem dolor vehementer irruebat, neque quiescere poterat, biliosa affatim sincera vomitione reiecit, oculi ex viridi palliscentes & quales animo deficientibus. Post quintum diem mortuus est, præter quàm quòd calor quidam tenuis ipsi inerat. Audello in dorsum vulnere accepto spiritus multus cum strepitu ex vulnere prodibat, & sanguis multus prorupit. Deligato verò medicamento quod cruentis vulneribus imponitur, sanatus est restitutus. Contigit autem etiam miserrimo Philixæ puero ex ossis denudatione in fronte, nono die febris, deinde os liuorem contraxit, mortuus est. Phaniæ quoque & Euergi liberis, liuore occupatis ossibus, febreque detentis, cutis ab osse discessit, & pus intus depascebatur. His cerebri perforatis, ex ipso osse tenuis sanies, leuosa, aliquantulum pallida, graueolens & lethalis emergebat. His quoque accedebat vomitus, & ad extremum convulsionis,

uulſiones, & quandoque ſtridulam vocem edebant, interdum etiam impotentes erant. Quòd ſi vulnus dextram partem occuparet, ſiniſtra laborabant; ſi verò ſiniſtra, dextra. Theodori puerum nono die inſolatu vntem, decimo die febris inuaſit ex oſſis denudatione nullius pene momenti. In febre autem os eſt denigratum, cutis diſceſſionem fecit, admodum ſtridulam vocem edidit. Secundo & vigefimo die venter intumuit, præſertim verò ad præcordia, tertio & vigefimo vitam cum morte commutauit.

Quibus oſſa fracta fuerint, eos ſeptimo die febris inuaſit, tempore verò calidiore etiam citius. Quòd ſi magis cõſecta fuerint, etiam illico. Exarmodi etiam puerulus, ſi miſer quoque dolorem ad femur ſenſit, non ea parte qua vulnus erat, & ſtridulam vocem edidit, & ceruicis dolor adſuit. Poſtmodò con quoque tertio die conuulſione correptus eſt, calor nõ relinquēbat, decimo octauo mortuus eſt. Iſagoræ filius poſteriore capitis parte vulneratus, collifo oſſe & denigrato, quinto die ſuperſtes exiit. Os autem diſceſſionem non fecerat. Magnę nauis præfecto anchora manus dextrę indicem & os collitit, ex quo inflammatio, ſydetatio & febris ſuccēſſit, aliquantulum purgato quinto die calores & dolores modicè remiſerunt, ex digito aliquid decidit. Poſt ſeptimum diem ſanies moderatè exhibat, deinde ſe non poſſe omnia lingua explicare dixit. Prædictione denūciatum eſt periculum, ſi poſteriorum partium diſtentio (opithotonum dicunt) corripere, & ad id contulerunt maxillæ cohærentes, deinde ad collum affixæ. Tertio die totius corporis in poſteriora conuulſione cum ſudore tentabatur. Sexto à prædictione die mortuus eſt. Telephanes ex Harpali liberta filius, plagam de ortum in pedis pollice accepit, ex qua inflammatio & vehemens dolor cõſecutus eſt. Quo remiſſo in agrum proſectus ex lumbis doluit, lauit, ſub noctem maxillæ cohærebant, & poſteriorum partium diſtentio (opithotonos dicitur) aderat. Sputum ſpumans ægrè dentes pertranſibat, tertio die mortuus eſt. Zeno Damonis filius circa tibiā aut malleolum iuxta neruum iam parum accepto vlcere & à medicamento eroſo, diſtentione in poſteriore (quam opithotonum dicunt) mortuus eſt.

Menonem ſub Arcturi exortum & antea ex febre æſtiua

& alui profluuium imbecillum, ex via de lassatum etiam lateris sinistri dolor & tussis detinuit, quæ quidem etiam prius ex destillatione aderat, tunc verò valdè intensa erat. Peruigil erat, & febrem statim ab initio implacidè ferebat, residens tertio die expuebat pallidum, arteria sibilum quædam cum stertore edebat. Sub quintum diem ferè densa spiratio aderat, pedes, tibiae, extrema plerumq; frigida & extra stragula erat. Ab exordio quod per aluum secedebat biliosum existebat, neq; valde paucum, neq; multum. Septimo, octauo & nono lenius ferre videbatur, & somni quidam aderat, crudiora erant quæ excreabantur, decimo & ad decimum tertium vsque alba admodum & pura. Præcordia molliora existebant, sinistra autem contenta, faciliusq; spirabat. Glâde subdita aluus moderatè demisit, decimo tertio rursus pallidū spuit, decimo quarto verò magis, decimo quinto quod coloris erat, porracei. Aluus verò malecolonia, biliosa, liquida, crebrò demisit, præcordia sinistra attollebantur, decimo sexto verò etiam valdè intumuerant, & spiratio iam cum stertore erat, sudor circa frontem & ceruicem, rarò pectus occupabat, frons & extrema ferè frigida perseverabant, venæ temporum saliebant, somni cum sopore diem & nocte postremo tempore detinebant, vrina ab initio cruda, cinerem colore referens. Ad decimum & decimum tertium vsq; tenues & non decolores. A decimo tertio autem quales ab initio. Cleochum lateris dolor & febris corripuit, remisit febris, toto corpore sudor dimanauit, per vrinam multa efferebantur, quæ postea returbida facta est. Ad Vergiliarum occasum Olympiadæ vxorem octo mensibus vtero gerentem, ex casu febris acuta corripuit, lingua æstuans, sicca, aspera, pallida, oculi pallidi, corpus mortuo simile, abortu quinto die sine labore est liberata, & somnus (vt videbatur) cum sopore adfuit, sub vesperum cum excitaretur non sentiebat, sternutamentum cienti medicamento celsit, potionem recepit & succi prissanæ nonnihil, potionem deglutiens aliquantum tussit, vox soluta nō erat, neq; ipsa quicquam conualescebat, oculi demissi erant, spiratio sublimis, quæ naribus trahebatur, color prauus, sudor pedes & crura, cum morti esset proxima, occupabat, mortua est. Nicolai vxori ex febre ardente ad vtrinq; aures tubercula suborta sunt, paulò

paulò pòst alterum, cùm iam febris remittere videretur, velut tumor laxus decimoquarto die valdè citra vllam significationem conquieuit, morbi reuersio facta est, color cadauerosus erat, lingua aspera, densa admodum, subalbicans, siticulosa. Alui egestio copiosa, liquida, omni tempore maleolens. Ante obitum corpus egestionis copia consumtum est, ad vigesimum diem mortua est.

Ante Vergiliarum occasum Andream horror, febris, vomitus corripuit, ab initio semitertiana apparebat. Tertio ¹⁰ verò die cùm rursus in foro negotiaretur, horrore correptus est, cum febre acuta, bilem synceram vomitione reiecit, delirauit, sub noctem meliusculè habuit. Quinto rursus grauius habuit, sexto ex mercuriali aluus probè deiecit. Septimo grauius habebat, cæterisq; deinceps diebus iam magis cõtinenter febris detinebat, & ab initio sine sudore erat, sitiq; torquebatur. Præcipuè verò os resiccabatur, nullumq; potum non auersabatur, cùm os admodum ingratum esset, lingua resiccata, inarticulata erat, asperitas existerat cum pallore albicans, per uigilio, anxietate torquebatur, exolutus, fractus, lingua interdum præ siccitate nonnihil balbutiens, donec eam perfunderet, sorbitiunculâ ex hordeo præcipuè sumebat. Nono aut decimo ad sinistram aurem atque alteram, parua tubercula sine vlla iudicationis significatione apparuerunt. Vrinæ per totum morbum non decolores, verum sine sedimento fuerunt. Decimoquarto circa superiores partes sudor non admodum moderatus obortus est. Ad decimum tertium calor conquieuit. Post decimum aluus sicca, nihilque nisi subditis glandibus deiiciens. Ad vigesimum quintum pustulæ pruriginosæ, calidæ, velut ambugusta cute, sensim exortæ sunt. Dolor autem axillas & latera occupabat, in crura citra vllam significationem transiit & desinit. Balneum proderat & illitus cum aceto. Mense verò secundo ferè aut tertio, dolor ad renes, qui quandoq; tenuerant, constitit. Aristocratem sub brumam lassitudo, horror & calor inuasit. Postea verò tertio die lateris & lumborum dolor cœpit, & tumor ab axilla initium sumens totum latus occupabat, ad ipsam costâ durus, cum rubore qui ab axilla initium ducebat, & liuore, non secus quàm si ab igne calefactus & vstulatus fuisset, anxie & molestè habebat, admodum

stiriculosus erat, lingua subalbicans. Urina non prodibant, crura aliquantum frigida, alvus ex mercurialis succo paucadenciebat, liquida, subalbicante, spumosa. Sub noctem respiratio sublimis exiit, parvus sudor circa frontem erupit, partes inferiores frigidae, anxietate vexabatur, crura intumescebat, rufis non aderat, mentis compos mortuus est. Onesianacti m ad autumnum lippitudo, postea verò febris quartana detinuit. Per quartanae exordia à cibis alieno admodum erat animo, progressu verò temporis ad cibum alacriter habebat. Quinetiam Polychari in febre quartana eadem circa cibos contigerunt. Mnesianacti quoque etiam contigit alui deiectio ante febrem, posteaque multo tempore comitabatur, multis albis, mucosis prodeuntibus. Quandoque etiam paucum sanguinem citra laborem & dolorem demittebat, ventris autem strepitus aderant. Post febrem tuberculum durum ad sedem abscessum fecit, diu incoctum perseveravit, ad intestinum ruptum est, & foris fistulosum euadebat. Cum autem in foro deambulare ei ante oculos fulgores obuersabantur, neque planè solem intueri poterat. Vbi verò paulum secessisset, extra se fuit, & ceruicis conuulsione retatus est. Postquam autem domum relatus est, ægrè visum recepit, vixq; ad sese rediit. Primum verò circumstantes oculis collustrabat. corpus adeò perfexit, ut vix utriculis & nouis subinde adhibitis fomentis recalesceret. Postea quàm autem sui compos fuit & surrexit, prodire noluit, sed timere dicebat. Quòd si quis de grauib; morbis verba faceret, præ timore se subducebat. Interdum sibi ad præcordia calorem occurrere dicebat. & oculis obuersantes fulgores comitari. Alui deiectio multa fuit, & sæpè & similis hyeme contigit. Venæ sectio facta est, veratrum exhibitum, lactis vaccini potione vsus est, ac primum asinini, quod contulit, & alui egestiones sedauit. Aquæ potio ab initio fuit, deambulationesq; & capitis purgationes. Anecheri filio ista contigerunt. Per hyemem in balneo ad ignem cum inungeretur calefactus est, & confestim in comitialibus similes conuulsiones incidit. Vbi verò sanis multæ conuulsiones fuissent, circumspect, non erat apud se. Vbi autem ad se rediit, postridie mane iterum conuulsionibus correptus est, spuma non admodum apparuit. Terti

die

die linguam inarticulatam habuit & quarto loqui velle lingua præferebat. Quinto loqui non poterat, verum in nominum principiis hærebat, eodemq; die lingua admodum hæsitabat, & conuulsione vexabatur, ac extra se erat. Vbi verò ista remitteret, lingua ægrè ad pristinum statum redibat. Sexto die cum omnibus abstinuisset, & sorbitione & potu, nil etiam amplius sumit. Cleocho post lassitudines & exercitationes, cum per aliquot dies melle vsus esset, tumor ad genu dextrum subort⁹ est, magis verò ad infernam partem. circa tendines qui sub genu sunt, tendebat, obambulat aliquid tantulum claudicans, suræ tumor cum duritie aderat, & ad pedem ac malleolum dextrum pertingebat. Ad gingiuas circa dentes tubercula magna velut vix acini, livida, nigra, sine dolore erant, vbi cibum non caperet. Quinti etiam crura nisi exurgeret doloris expertia erant. Tumor enim in sinistram partem venit, minus verò etiam liuescebat. In tumoribus ad genua & pedes quædam veluti suppurationes inerant. Tandem autem stare non poterat, nec calcibus incedere, sed lecto decumbebat. Calores erant manifesti, interdum cibum auersabatur, non admodum siticulosus, neque ad sedile exurgebat, anxietate vexabatur, interdumque parvo animi deliquio tenebatur, veratrum ad capitis purgationes est exhibitum. Ad os medicamentum ex thuris polline cæteris quibusdam admixtis contulit. Ad oris ulcera lenticulæ sorbitio accommodata erat. Circa sexagesimum verò diem tumores ad exhibitum iterum veratrum subsederunt, tantum dolores ad genua decumbentem vexarunt. Humor autem & bilis abscessum ad genua fecit, pluribus etiam ante sumtum veratrum diebus. Pifistratum deambulante & cætera sanum, humeri dolor & grauitas longotempore detinuit. Per hyemem verò incidit multus lateris dolor, & calor, & tussis, sanguinem spumofum excreabat, qui & stertorem in faucibus excitabat, leuiter autem ferebat, & mentis compos erat, calorque relaxauit, vnaque & excreatio stridulaque faucium asperitas, & ad quartum aut quintum diem conualuit. Simi coniugi in partu concussa pectoris & lateris dolor obortus est, tussis, febris tenuis, excreationes purulentiæ aderant, tabes, quæ etiam constitit. Febris quoque sex mensibus detinuit, & alui profluvia

semper. Ad extremum febris cessatio, ex qua aluus substitit, post septimum diem mortua est.

Euxeni quoque; uxor ex foru laborare uisa est, calores nunquam reliquerunt, magis sub uesperam incresebant, sudores toto corpore oboriebantur. Vbi febris augetur, pedum frigus, interdum uero & tibiarum & genuum existerat, tussicula sicca paucotempore detinebat, ubi febris ingrauescere inciperet, deinde cessabat, multo autem tempore toto corpore rigor excitatus est, perpetuo sine sui fuit. Medicamento & sero epoto magis laesa est. Per exordia prorsus doloris expers erat & facile spirabat. Medio autem tempore dextrilateris dolor obortus est, & tussis commota, creber anhelitus erat & excreationes paruæ, albicantes & aliquantulum tenues, neque amplius horror ex pedibus, sed cervice & dorso ortum ducebat, & aluus liquidior erat, febris cum sudore copioso relaxauit, & perfrigerata est. Varia autem erat crebra spiratio, septimo post remissionem die mortua est mentis compos. Polemarchi uxor ætate febricitare cepit, eam autem dimisit sexto die, postea uero morbum trahebat, ad noctem calores tenuerunt. Rursus ubi intermisisset,prehendit febris, neque tribus prope mensibus dimisit, tussis multa aderat, pituitæ excreatio. Vbi uero ad uigesimum diem peruenisset, spiratio perpetuo crebra erat, in pectore strepitus, plærunque sudoribus disfluebat, mane febris remissior. Interdum etiam horrores prehendebant, somnus aderat, & interdum aluus humecta erat, rursusque siccabatur, ad gustum moderatè habebat. Medio uero interposito tempore, ad genua & tibias dolor erat, & si flectere aut extendere cuperet, alterius indigebat opera. Crurum dolores perseverarunt ad finem usque, qui iam prope instabat, & pedes intumuerunt ad tibias usque, ad contactum dolebat, sudoresque & rigores cessarunt, febris autem semper increuit. Ante obitum autem aluus effusa est, mentis compos perseverabat. Tribus ante obitum diebus stertor in faucibus audiebatur, rursusque repetebar, mortua est. Hegesipolis filiolum quatuor prope menses circa umbilicum dolor erodens detinuit, processu uero temporis intendebatur dolor. Ventrem cadebat, vellicabat, calores prehendebant, contabescebat, ossa restabant, pedes intumesc-

baat:

DE MORB. VVLG. LIB. VII. SECT. VII. *Her*

bant. Testes, ventris partes ad vmbilicum inflatæ erant, perinde ac quibus aluus conturbari velle videtur, cibum auersabatur. Lac recens solum assumebat, & aluus effusa est, aliquantumque cruenta sanies & graecolens subiit, venter intendebatur, vbi exiguum & paucum pituitæ vomitione reieccisset, ita vt genitale semen esse videretur, mortuus est. Plateæ puero sub ipsum sanè exitum capitis futura valdè excavata est. Cùm autem ægrotaret, manu perpetuò sinciput contingebat, præcipuè verò vbi mors instaret, neq; tamen caput dolebat, & in femore sinistro sub inguine in partibus inferioribus liuidum quid fortasse pridie quam moreretur visum est, testes extenuati sunt. Eadem quoque Hegetoridæ filio contigerunt. eodemque modo mortuus est, nisi quòd sub obitum vomitiones plures adfuerunt. Hippia soror per hyemem phrenitide detenta hallucinata est, manibus laborabat, seipsa lancinabat. Quinto & sexto die sub noctem vox defecit, sopore correpta est, buccas & labia velut dormientes inflabat, septimo die mortua est. Asandrum ex horrore lateris dolor corripuit, qui ad genua & femur peruenit, vbi comedisset delirabat, breuique mortuus est. Cleoumo sutori cùm aluus multo tempore fusa & calor exortus fuisset, circa iecoris regionem tumor tuberculo similis enatus ad imum ventrem descendit, & aluus fluida erat, ei que alterum tuberculum iuxta iecur, supra ad præcordia obortum exitum attulit. Quidam capitis dolore graui cum calore tenebantur. Quibusdam quidem ad dimidiam capitis partem & iuxta nares humor quidam tenuis aut maturus, aut ad aures, aut ad fauces ex capite tutius secedit, quibusdam verò sicca ista adsunt. At syderatio grauis periculo non vacat. Quòd si vomitio biliosa aut cum anxietate adfuerit, aut oculorum stupor, vocis defectio, aut rarus sermo, aut deliratio quædam, mortem & convolutionem metuere oportet. At qui ex destillatione dimidia capitis parte dolentes, & humore per nares secedente, insuper moderate febricitarunt, quinto aut sexto die perfrigerantur. Echecratem cœcum capitis vehemens dolor vexabat, posteriore præcipuè parte qua ceruix capiti connectitur, & ad verticem progrediebatur, progressu verò temporis & ad aurem sinistram, & dimidia pars capitis dolore

rentabatur, mucosa semper prodibant, ferè ambusta, & calor tenuis comitabatur, ciborum fastidium aderat, per diem melius habebat, sub noctem verò dolore vexabatur. Postea quàm autem pus per aurem erupit, cuncta cessarunt, erupit verò ad hyemem. Animaduertendum sanè est num in omnibus internis puris collectionibus, & oculorum viris, ad noctem dolores contingant. Tussis hyeme fiunt, maxime verò austrino cœli statu, crassa & copiosa screantibus febres succedunt, ferèque quinto die cessant. Tussis autem sub quadragesimum, quale quid Hegesipoli contigit. Quibus calores multi interdum cessant, us non toto corpore, sed vel circa ceruicem, aut sub alis, aut ex capite tenui dimanante sudore, desinunt. Charitem per hyemem ex cussicula populariter grassante febris acuta corripuit, vestem stragulam abiiciebat, sopor cum labore aderat. Urinæ rubræ existant, erui loturæ similes, sedimentum statim ab initio copiosum, album, postea verò etiam aliquantum rubrum. Septimo die glande supposita exigua prodierunt, sopor minime molestus detinuit, mador circa frontem adfuit, somnus ad noctem & calor leuior. Octauo sorbitionem ex bordeo sum sit, sopor ad vndecimum perseuerauit. Eo verò die præcipuè calor desit. Vbi autem tussis aderat, excreatio semper multa perseuerabat, facilis, primum glutinosa, alba, crassa, deinde vbi concocta fuit, purulentis similis. Urinæ ab vndecimo die puriores, sedimentum asperum decimo tertio dolor dextram partem occupauit vsque ad lateris inanitatem, ad imum ventrem tendens, vrina detinebatur, cui decoctum adianti, quod Calliphylum nominatur, potui exhibitum profuit. Decimoquinto rursus doluit, decimo sexto sub noctem magis præcordiorum dolor ad ventrem initium ducebat, quem mercurialis iusculum subduxit. Calor intra vigesimum disparuit, & excreationes crassæ comitabantur, ad quadragesimum melius habuit.

Ventres in morbis medicamento purgante subducere conuenit, quinto die vbi concocta fuerint, inferiores quidem vbi materiam consistentem cognoueris (cuius rei signum est, si neque anxietate, neque capitis grauitate ægri diuexati fuerint) cumque calores mitissimi fuerint, & vbi post accessiones desierint. Superiores verò, in ipsis accessio-

nibus:

nibus. Tunc nanq; etiam ipsi in sublime eleuantur, vbi ægri
 anxietatem & superiorum partium grauitatem sentiant. Ie-
 circo verò in principiis purgandum non est, quòd in huius-
 modi temporibus per sese purgentur, aut cunctatio peri-
 culosa. In cubiti gibbero ex casu vulnerato cubitus sydera-
 tione tentatus pus colligit, quo maturescence sanies visco-
 sa & glutinosa exprimitur & citò sistitur, velut etiam Cleo-
 genisco & Demarcho Aglaotelis filio contigit. Eodem ve-
 rò modo neque ex iisdem pus vllum admodum effluit, qua-
 le quid Æschyli filio accidit. At vbi suppuratio fit, horror
 plerisque & febres succedunt. Alcmani ex renum dolori-
 bus conualescenti, detracto etiam deorsum sanguine, supra
 adiecur morbus se conuertit, & ad cor dolor ingens aderat,
 præque dolore spiritus retinebatur, & alius non nisi cum
 molestia exigua demittebat caprinis stercorebus similia, in-
 continens corporis iactatio nulla erat, ac interdum rigor &
 febris corripiebat, sudor ac vomitio, neque in dolore aqua
 marina aluum subluere cõferebat, sed fursurum decoctum
 contulit, diebus septem cibum auersatus, nullà meraciorē
 in potu vsus est, deinde verò lentis iusculo, interdumque te-
 nuī freso, aquam superbibit, posteaque caruli cocti & mazæ
 quàm diutissimè confectæ exiguum sumit, procedente ve-
 rò tempore aut ceruices bubulas, aut suillos petiolos co-
 ctos. Pridie aquæ potionē, quiete, tegumento vsus, ad renū
 dolorem cucumeris syluestris infusum per clysterem est ex-
 hibitum. Parmenisci filio surditate vexato contulit aurem
 non eluere, verum lana perpurpare, oleumque solum aut
 Netopum infundere, deambulare, mane surgere, vinum al-
 bum bibere, oleribus abstinere, pane & piscibus saxatili-
 bus in cibo vti. Aspalij vxori dentis & maxillæ dolorem in-
 gentem castorium & piper ore collatum & contentum se-
 dauit, ipsique vrinæ stillicidium remisit. Prodest & calidus
 farinæ cum rosaceo subactæ fots. Castorium capitis ab
 vtero dolores sedat. Vteri affectus magna ex parte à flatu-
 bus originem ducunt, indicio sunt eructationes, vëtris stre-
 pitus, & lumborum tumores, ac renum coxendicumq; do-
 lores. Ad quæ confert vinum quod mustum esse desit, aut
 aromatum tertiam partem, farinæ duas in vino albo odo-
 rato decoquere, & linteolum imbutū cataplasmatīs modo

illurum apponere, qua ventris parte vteri dolores affligne,

Callimedontis filio ad tuberculum in ceruice enatum durum, magnum, immaturum & dolorem excitans, contulit vena secta in brachio, aut lini semen torrefactum vino albo & oleo maceratum cataplasmate impositum & deligatum, neq; calidum, neq; nimis coctum, aut scenigræci farina. aut hordei, aut tritici in mulsâ decocta. Melisandro cum magno gingiuarum dolore corripereetur, & valde intumesceret, vena in brachio secta est. Alumine Ægyptio per initia adhibito reprimere conuenit. Euiychidi cholera morbus in eruribus neruorum distentionem attulit cum inferna alui deiectione. Bilem abundè saturatam, multam, valde rubentem ad tres dies & noctes vomitione reiecit. Post quâ bibit, & torius corporis imbecillitate & incontinenti iactatione vexatus est. Nihil continere poterat, ne mali quidem punici succum. Vrinæ suppressio & eius qui ad inferiora est pertransitus adfuit. Vomitione farx mollior prodiit & deorsum erupit. Aqua inter cutem laborantem sese laboribus exercere conuenit, sudare, panem edere, potu non multo vti, caput calida multa, imò potius tepida lauare. Vino albo, neque multo somno vti prodest. Calligenem quinq; & viginti annos natum destillatio malè afflixit, tussis multa, quod defluebat, ægrè educebatur, nihil infra sustinebat, quatuor annis perdurauit. Per initia calores tenues aderant, veratrû non profuit, sed modicus cibus, & corpus macerare, panem in cibo & vino nigro in potu vti, obsonia quæ vellet assumere, abstinere acribus, salis, pinguibus, laeteris succo, oleribus crudis, multum deambulare. Lactis potus non contulit, verum sesamum purum, crudum acetabuli mensura ex vino leni bibere. Timochariti per hyemem destillatio præcipuè in nares defluxit. Vbi venere vsus fuisset, cuncta reticcata sunt, lassitudo, calor & capitis grauitas successit, sudor ex capite multus, qui etiam ex toto corpore defluxit. Erat autem etiam per sanitatem sudoribus obnoxius. Tercio die conualuit. Cleomenis puer per hyemem ciborum fastidio sine febre confici cœpit, cibosque ac pituitam vomitione reiciebat, duobusque mensibus inappetentia perseuerauit. Coco ex phrenitide gibbus in spina exortus est, neq; vllum medicamentum purgans eorum profuit, sed vinum ni-

grum

grum & panis in cibo, balneis abstinere, vagui & vinctum
 conficari, non admodum fouere, neq; multo igne, sed mo-
 derato. Quos fluxiones in oculos tenues & diuturnæ vexât,
 simaturæ per nares prodierint, iuuantur. Quibus prægna-
 n- 10 bus ex casu, aut conuulsione, aut ictu, labores contingunt,
 fere intra triduum apparet num abortum facturæ sint. Te-
 s- 20 s- 30 ni coniugi post epotum trigesimo die vltro medicamen-
 tum abortum faciens, dolor contigit, vomitus multorum
 biliosorum, pallidorum, porraceorum, nigrorum. Vbi bi-
 bisset tertio die conuulsioprehendit, linguam commandu-
 cabat. Quarto die ad eam ingressus sum, lingua erat nigra,
 magna, oculorum album, rubrum. Quarto sub noctem
 mortua est. Pythocles aquam ægrotantibus & lac multa
 aqua pernixtum exhibebat, & renutriebat. Pernionum
 medela est scarificatio, tepefactio, ita vt pedes quàm maxi-
 mèigne & aqua excafcias. Oculis nocet lens iridemque
 poma dulcia & plera. Lumborum aut coxendicis, aut cru-
 rum dolores ex laboribus obortos, aqua marina calida &
 aceto perfundere oportet, & intincta spongia fouere, & la-
 20 nis deligare. Origanum lippientibus & dentibus potu ex-
 hibitum nocet. Puellam quæ ex abrupto loco decidit, vox
 defecerat, corporis iactatio detinebat, vomitus sub noctem
 adsuit, sanguis copiosus ex aure sinistra in quam impege-
 rat, effluxit. Mussam non nisi ægrè absorbebat, stertor deti-
 nebat, crebra spiratio velut in morientibus aderat, venæ
 frontis distendebantur, decubitus erat supinus, pedes cali-
 di, febris multa, interdum acuta, animo erat maximè con-
 sternato, septimo die vox erupit, leuiter incalescebat, su-
 perstes euasit. Onisantidi per æstatem humeri dolore ex
 30 abscessu detento, corpus & humerum quàm diutissimè ma-
 ri madefacere contulit, simul per tres dies vinum album,
 aquosum, in mari decumbentem bibere, in eoque me-
 iere. Fullo in Syro phrenitide correptus, post vltionem
 crucibus tremulis fuit, corpore velut à culicibus com-
 puncto, oculus erat magnus, morus exiguus, vox fracta,
 clara tamen, vrina pura absque sedimento. Animaduerten-
 dum est num iccirco quòd per ferulaginem aluus subdu-
 cta est, decimooctauo die morbus remisit, & absque su-
 dore disparuit. Eodem modo Nicoxeno Olynthi septimo

die morbus absque sudore remittere videbatur sorbitiones
 assumebat, vinum, vuam insolatam. Ad eum decimosepti-
 mo die ingressus sum, lingua ardens, calor forinsecus non
 admodum vehemens erat, corporis summa exolutio, vox
 fracta adeo vt nō nisi ægrè exaudiretur, clara tamen, tēpora
 collapsa, oculi concaui, molles pedes & repidi, ad lienem
 distentio. Infusum per clysterem non admodum admittere-
 bat, verūm resilliebat, sub noctem stercus prodit coactum,
 paucum, & non nihil sanguinis, opinor ex infuso. Vrina pu-
 ra erat, splendida, decubitus supinus, crura diducta ob exo-
 lutionem, nihil prorsus dormiebat, intra vigesimum diem
 calor conquieuit. Potus erat aqua in qua farina crassior ma-
 eerata fuerat, sed & simul pomorum aut mali punici & len-
 tis tostæ succus frigidus, ac farinæ lotura cocta, frigida, pro
 tenui sorbitione est exhibita, & superstes euasit. Fuilonibus
 tubercula in inguinibus dura & sine dolore exorta sunt, cir-
 caque pubem & collum magnitudine similia erant, febris
 antea per decem dies tenuerat, tussi ex ruptionibus confli-
 ctabantur. Tertio mense aut quarto venter contabuit, ca-
 lores superuenerunt, lingua arida, sitis & alui deiectiones
 molestæ aderant mortui sunt. Cholera morbus ex carnis
 esu contrahitur, præcipuè verò suillæ crudioris, ex cicere, vi-
 niq̃ue odorati veteris ebrietatē, insolatu, ex sepiæ esu, locu-
 starum & gammarorum, olerum, maximeque, porri & ce-
 parum. Quinetiam & ex lactucis coctis, brassica, lapathio
 crudiore, & ex bellariis, dulciariis, pomis, cucumere, pepo-
 ne, & potionē quæ ex vino & lacte mistis conficitur (σιρόπυ-
 λον vocatur) eruo, polenta recenti. Æstate magis cholera
 morbus & febres intermittentes vigent, & quibus horro-
 res succedunt. Hæ interdum malignæ fiunt, & ad morbos
 acutos deueniunt. Sed & ab his cauere oportet. Huiusmodi
 autem morbos præcipuè quintus dies & septimus & nonus
 indicant, præstat verò ad decimum quartum vsque cautum
 esse. Pherecydæ post brumam noctu lateris dextri dolor,
 etiam antea cōsuetus, cessauit, pransus est, egressus horruit,
 febris sub noctem inuasit, doloris expers fuit, tussicula qua-
 dam sicca vexabatur. Vrinę non multæ, sedimentum copio-
 sum. Per initia ramentosa, læuia, diuulsa, post quatuor verò
 dies turbida subsidebant, & vrina non decolor, sedimētum
 habet.

habebat, neque in matella collectio apparebat, vbi refrigisset. Tercio die sponte aluus subiit, quarto, parata glande, stercoracea & biliosa deiecit, liquidus erat humorum affluxus, somnus ad noctem non admodum, verum de die aliquantulum dormiebat, sitis non erat vehemens, cutis circa frontem & reliquum corpus mollis semper eminebat, febris ad manus contactum cum aliquo madore superata videbatur, pulsus in fronte admodum obscurus erat. In corporis conuersionibus & omnibus alui deiectionibus venarum grauitas aderat, paucio tempore per totum morbum doloris expers fuit, ab exordio anxius, paulatimque vomiebat. Septimo die ex subdita glande ter deiecit, biliosum & stercoraceum, liquidum admodum & pallidum, iamque nonnihil subdelirabat, interdumque circa frontem exiguus mador aderat. Vestem stragulam in faciem coniciebat, oculos frustra, non secus ac si quid intueretur, conuertebat, rursusque claudebat, suaque stragula abiiciebat. Nono die sudor mane obortus ad pectus vique, ad mortem perseuerabat, & febris ac delirium intendebatur, plurimus circa frontem sudor, ac veluti dirus quidem, coloreque admodum albo. Cutis verò sub pilis variis notis compuncta erat, præcordia dextra in tumorem sublata, ex sese biliosum demisit. Octauo die veluti culicum morsus apparuerunt, ante exitum tussi reiecit veluti ex muco concretos fungos, pituita alba circumuolutos. Exscreabat autem etiam ante exigua, alba, lactea. Post cenam per somnum quidam horrore correptus, mane surrexit capitis grauitatem sentiens, horruit, vomuit, capitis grauitate laborabat, sub noctem remisit febre ad meridiem vsque, rursus inhorruit, noctem molestitulit. Postero verò die febris acuta inuasit, capitis vehemens dolor, multæ bilis vomitio quæ maxima ex parte porracea erat, cessarunt omnia, sub noctem somnus, mane perfrige-
 30 tabatur, sudor paruus & mador plurima ex corporis parte dimanauit, circa lienem exiguo tempore manu indicabat duritiem doloris expertem quæ confestim euauit, ad noctem peruigilio torquebatur, sub concionis tempus febris ingrauescebat, anxietas aderat cum tenebrosa vertigine, intestinorum & capitis dolor, vomitus porraceus, leuis, velut pituita glutinosus, sub Solis occasum cuncta cessarunt cum

Aaaa

LIBROS

DEL DR.

Ayuntamiento de Madrid

capitis & colli sudore. Post vomitionem stercoracea, liquida, biliosa deiecit, neque nigra, neque absurda, per noctem & posterum diem moderate habuit, sub nocte iterum per uigilio laborauit. Vomitus sub crepusculum cepit, similiterque postero die tenuit, absque anxietate fuit. Capitis autem dolores post sudorem cessarunt, sub vesperum cuncta relaxarunt. Nonno die non amplius vomuit, sed magis incaluit, reliquis febris expertus videbatur, temporum venæ pulsabant, omnino doloris expertus fuit, sitis semper aderat. Nonno die ubi ad sellam surrexisset vehementer animo deficiebat, ex immissa glande paucula strigmenta deiecit, nigra & biliosa, quicquid inde destillauit colorem stercoris habuit, vox fracta, dum se conuerteret grauis, oculi cani, frontis cutis circumtensa, alioqui facile spirabat, compositus erat, ad parietem plurimum cōuersus, in decubitu mollis, incuruus, quiescens, lingua alba, lauis. Ad decimum diem postea quæ urina circumquaque rubræ, in medio exiguum quiddam album habentes. Duodecimo ex glande subdita similia destillabant, biliosa & strigmentosa, post glandem animi defectio, postea os resiccabatur, colluebat semper, ac nisi admodum frigida esset aqua calidam esse dicebat, quæ prope frigore ad niuem accederet, postea sitis non aderat. Vestem semper à pectore repellebat, tunicam calefieri nolebat, ignis proculisq; exiguus erat, maxilla ytraque rubuit. Post hæc linguam inarticulatam habuit, diem vnum aut duos recalescebat, defecit.

Androthali vocis defectio, ignorantia & deliratio aderat, quibus sedatis multis annis superfuit, & in morbum relabebatur. Lingua toto tempore sicca permanebat, ac nisi collueretur loqui non poterat, magna quæ ex parte admodum amara erat, interdum quæ cordis dolor affligebat, quæ sanguinis missio eripuit. Aquæ potu & mulla usus est. Veratrum nigrum ebibit, neque biliosum, nisi modicum, prodidit. Demum per hyemem decumbens mente abalienata erat, & lingua iisdem vitiis afficiebatur, calor tenuis erat, lingua d-color, vox qualis pulmonum inflammatione laborantibus, è pectore vestem reiciebat, seque velut urinam redditurus educi iubebat, cum nihil aperte proloqui posset neque apud se esset, cum eduxerunt, sub noctem

DE MORB. VVLG. LIB. VII. SECT. VII. 1109

Item mortuus est, duobus aut tribus diebus quibus decubuit. Ea erat Nicanoris affectio ut cum ad conuiuium progresseretur, tibicinæ metu afficeretur: adeo ut cum tibia inflare in conuiuium audiret, præ timore turbaretur neque sustinere posse diceret, si nox esset; de die verò nihil commoueretur, quæ quidem cum multo tempore comitabantur. Damocles verò qui cum illo erat, caligine tentari & exolutum esse corpore sibi videbatur, neque per præruptum locum iter facere, neque verò pontem, ac ne minimè quidem profundam scrobem transmittere audere dicebat, timens ne caderet, verum per ipsam scrobem adibat, idque illi aliquandiu contigit.

Phœnicis is erat affectus, ut ex oculo dextro plerumque velut fulgor coruscare videretur, non multo verò interposito tempore, ad tempus dextrum grauis dolor exoriebatur, posteaque totum corpus caput atque etiam ceruicem peruehebatur, capitis pars posterior ad vertebra in tumescebat, ceruicis nervi maiores (quos tenontas appellant) contendeantur & circum durescebat. Quod si caput commouere aut dentes aperire conaretur, non poterat, utpote admodum distentus. Vomitiones si quādo oboriebantur, commemoratos dolores submouebant & lenibant. Sanguinis missio auxilio fuit, & veratri potiones cuiusquemodi humores eduxerunt, præcipueque porraceos. Parmenisco etiam antea animi desperatio accidit, adeo ut vita defungi cuperet, interdum verò rursus securo erat animo. In Olyntho autem aliquando per autumnum voce defectus decumbebat, quietè agens, per pusillum quid vix dum dicere aggrediens, quin etiam si quid dixisset, rursus vox deficiebat, somni aderant, interdum verò peruigilium, & tacita corporis iactatio atque anxietas, manumque præcordiis velut dolorem sentiens admovebat, nonnunquam verò auersus quietè decumbebat, febris autem semper perseverabat & facile spirabat. Tandem se ingredientis agnoscere dixit, interdumque tota die ac nocte cum potus sibi exhiberetur, bibere nolebat, nonnunquam verò accepta repente vrina totam exhausta aquam. Vrina crassa, qualis in veterinario genere. At circa decimum quartum diem remisit. Cononis ancilla capitis dolore incipiente mente erat abalienata,

clamor aderat & eiulatus multus, raroque quiescebat. Sub quadragésimum diem mortua est. Aliquot verò sub mortem diebus, voce defecta & conuulsione tentata est. Eodem quoque modo & circa eosdem dies mortuus est Timocharis famulus, melancholicis affectibus iisdem (vt videbatur) tētatus. Nicolai filium circa brumam ex comotationibus inhorrescentem, sub noctem febris corripuit, postero die vomitus biliosus, sincerus, paucus adfuit. Tercio verò die, frequente adhuc foro, sudore per totum corpus oborto, desit, statimque rursus incaluit. Ad mediam noctem rigor, febris acuta, die verò eadem hora sudor, rursus statim recaluit, vomitus similis. Quarto die ex mercurialis decocto bene stercoracea & liquida per aluum demisit. subolida tamen & spongiosa, mercurialis iusculo non absimilia. Urina absque sedimento, non admodum multa, pauca quardam in medio innatantia habebat, præcordiorum sinistrorum & lumborum dolores aderant. Existimabat ex vomitione facilius ac subinde spirare posse, interdumque geminata respiratione subinde respirabat, lingua albicans erat, dextra parte habens connexionem lupino similem, deinde parum siticulosus erat, peruigil, prudēs. Sexto verò die oculus dexter maior conspiciebatur, septimo mortuus est. Verumtamen ante mortem venter intumuit, mortuoque partes posteriores rubore suffusæ sunt. Metonem post Vergiliarum occasum febrisprehendit, & lateris sinistri dolor ad iugulum pertingens, isque adeo vehemens vt quiescere nequireret, & inflammatio detinebat, deiectio copiosa erat, biliosa, tribus fere diebus dolor cessauit, calor verò sub septimum aut nonum. Tussis aderat, excreationes neque aliquantulum biliosæ, neque copiosæ fiebant, verum tussiles puitosæ comitabantur, cibos sumebat, interdumque tanquam sanus exibat. Nonnunquam tamen tenues calores exiguo tempore detinebant, sub noctem parui sudores oboriebantur. In calore spiratio crebrior aderat, malarum rubor, lateris grauitas sub axillam & ad humerum peringebat, tussis aberant. Medicamentum per superiora biliosa eduxit. Tercio post medicamentum pus erupit, quadragésimo verò à morbi initio die. Per alios autem quinque & triginta dies repurgatus est, & cōualuit. Theotimi coniugem in semiter-

tiana

DE MORB. VVLG. LIB. VII. SECT. VII. III

tiana febre anxietas & vomitus cepit, simulque horror per febris exordia & sitis progressu temporis per febris initia immoderatus calor. Mulsa epota & vomitione reiecta, & horror & anxietas cessauit, posteaque mali punici succu sum-
sit. Diopetris sororem in semiterriana febre sub accessio-
nem vehemens oris ventriculi dolor tenuit, & tota die per-
seuerabat, huiusmodique oris ventriculi dolor reliquis mu-
lieribus eodem modo aderat. Talia tamen sub Vergiliarum
occasum viris rarius contingebant. Sub Arcturum in febre
semiterriana Apomoti coniugem, circa accessionis tempus
vehemens oris ventriculi dolor & vomitus tenuit, simulque
vteri strangulatus male afficiebant, & ad dorsum dolores
iuxta spinam erant, ex eoque tempore oris ventriculi dolo-
res cessabant. Terpidæ mater à Dorisco, mense quinto ex
casu per abortionem gemellos enixa est, altero quidem vel-
ut tunica conclusa statim liberata, altero verò aut prius aut
posterius quadraginta diebus, postea autem vtero gestauit.
Atanno nono vehementes ventris dolores diu tenuerunt
interdumque ex ceruice & spina ortum sumebant, in imo
autem ventre & inguinibus consistebant, quandoque verò
ex genu dextro exorti, in eundem locum consistebant. Et
cum quidem ad ventrem dolores essent, alius intumesce-
bat, cum verò cessarent, oris ventriculi dolor contingebat,
strangulatus non aderant. Corpus peræque frigeat ac si in
aqua iaceret. Quo tempore dolor aderat, toto corpore re-
cursabant dolores quam per exordia leuiores. Nihil allia, la-
serpitium, aut acria omnia conferebant, neque dulcia, neque acida,
neque verò vina alba, verum nigra, & balnea pauca per initia.
Vomitiones vehementes accedebant, & cibi intercludebantur,
neque per dolores menses apparebant. Cleomenis vxorem
flante fauonio ex nausea & lassitudine lateris sinistri dolor
cortipuit, ex ceruice & humero initium ducens, febris ad-
erat & horror, & sudor. Cœperat autem febris neque desi-
nebat, verum intendebatur, & vehemens dolor erat, tussis,
excreatio aliquantulum cruenta, pallida, multa, lingua al-
bicās, deiectiones moderatæ, liquidæ, vrinæ biliolæ. Quar-
to die sub noctem menstrua copiosa prodierunt, tussisque
desiit, & excreatio, & dolor, tenuis tamen calor relictus est.
Vxor Epicharmi ante partum intestinorum difficultate la-

borabar, dolor aderat, deiectiones aliquantulum cruentæ,
 mucosæ. Vbi peperisset confestim conualuit. Polemarchi
 uxorem articulorum doloribus vexatam, minimè fluenti-
 bus menibus, coxendicis dolor de repente corripuit. Post
 epotum betæ iusculum vox per noctem & ad meridiem vs-
 que intercepra fuit. Postea audiuit & mentis compos erat,
 manuq; indicabat dolorem circa coxendicem adesse. Lici-
 ni; sororem quæ iam florentes annos exegerat, vomitus ce-
 pit, quo quicquid quatuordecim diebus assumerat, reicie-
 bat, febris expers erat, cruentarum vomitionum eructario-
 nes aderant, & ad os ventriculi strangulatio procedebat, co-
 arctationem inducens. Castoriū, fœli, & mali punici succus
 est exhibitus, cuncta sedata sunt, modicus tamen dolor in
 lateris inanitatem concessit. Bulbi succus contulit, & vinū
 austerum egelidum, & quàm paucissimi panes oleo intin-
 cti. Pausaniæ puellam ex fungi crudi esu anxietas corripie-
 bat, suffocatio, ventris dolor. Mulsæ calidæ epota & vomitio
 profuit, balneumq; calidum. In balneo fungum vomitione
 reiecit, & vbi ista cessatura essent, sudore detenta est. Epi-
 charmo sub Vergiliarum occasum humeri dolor & ad bra-
 chium vehemens gravitas contigit, anxietas aderat, crebræ
 vomitiones & aquæ potio. Euphranoris filio pustulæ culi-
 cum moribus non absimiles eruperunt. Post faonium ad
 autumnale Æquinoctium squallores multi contingebant.
 Sub canem æstus vehementes, venti calidi, febres in quibus
 ægri sudoribus diffuebant, statim rursus aliquantulum in-
 calecebant. Aurium verò tubercula multis enascebantur,
 ut vetulæ tussiculosæ sub nonum diem. Eodemq; tempore
 adolescentulo lienis tumore laboranti, ancillæ filio, liqui-
 diore aluo. Ctesiphonti ad Arturum, fere circa septimum,
 puero soli ad suppurationem perueniunt. Eratylli puero
 ad utramque aurem exorta disparuerunt, sudores nulli ade-
 rant, præ linguæ siccitate blæsi erant. Ornithæ spirauerunt
 multi & frigidi, post tranquillitates interdum niues aderāt,
 post Æquinoctium austrina aquilonaribus permixta erant,
 frequentes pluuiæ, tussis multæ, præcipue verò in pueros
 vulgariter grassatæ sunt. Plærisq; circa aures qualia Satyris
 oborta sunt. Interdum autē quæ præcesserat hyems admodū
 hyberna exciterat, niuib; & imbribus aquilonarib; infesta.

Time

DE MORB. VVLG. LIB. VII. SECT. VII. 1113

Timonactis infanti ferè bimestri, pustulae in crucibus, coxis, lumbis & imo ventrè, tumoresque admodum rubicundi extiterunt. Quibus conquiescentibus conuulsiones & comitiales exoriebantur, multis diebus sine febre fuit, & mortuus est. Polemarchi puerum, qui ante quidem pus intro collegerat & excreauerat, tandem tamen calores corripuerunt, aqua intercutem vexabatur, lienis tumore & crebro anhelitu. Si quando ad locum accessu difficilem contenderet, imbecillus erat & sicilicet ac interdum cibum ferè auersabatur, itemque tussicula sicca multo tempore detinebat, ac nisi sanè soluta esset alui inferior, implebatur, & creber anhelitus suffocatioque magis vexabat. Tandem verò de stillatio & excretio superuenit & tussis. Excretio autem crassa, pallida, purulenta, febrisque vehemens erat, quæ de hisse visa est, & tussis esse minor, puraque excretio. Rursus febris acuta repetiit, spiratio crebra, mortuus est. Antea tamen pedes riguerunt, posteaque toto corpore perfrixit. Spiratio magis intercepta fuit, urina suppressa est, extrema perfrixerunt, mētis compos mortuus est, tertio verò à recidiua die. Thyni puero in febre ardente vehementer inedia confecto, copiosa alui deiectio cum bile tamen aderat, & animi deliquit, multoque sudore, toto corpore admodum perfrixit, dieque integro & nocte vox defecerat. Infusum pristinæ cremorem continuit, mentis compos erat, facile spirabat. Epicharmi puero ex deambulatione & potu cruditas contigit. Postridie autem mane suborta anxietate, epota aqua cum aceto & sale picuitam vomitione reiecit, posteaque rigor prehendit, in febre lauit, pectus dolebat. Tertio die sub ipsum crepusculum sopor exiguo tempore detinebat, delirabat & febre acuta vexabatur, morbum grauiter ferebat. Quarto peruigil mortuus est. Aristoni pedis digito ulcerato cum febre vocis obscuritas aderat, gangrena ad genu usque peruenit, periit. Vlcus autem erat nigrum, subaridum & graueolens. Qui cancrum in faucibus habebat, vitione per nos conualuit. Abderis Polyphantus capitis dolore in vehementi febre vexabatur. Urinae tenues, copiosae, sedimenta crassa & turbata. Cum verò capitis dolor minimè conquiesceret, sterutamenta sunt naribus admota decimo die. Post hæc autem

dolor vehemens ceruicem inuasit, vrina rubra prodiit, re-
turbida, qualis veterini generis. Velut phrenitide captus
mente motus est, obiit cum vehemētibz conuulsionibus.
Ad eundem quoque modum Eualcide famula, cum ei mul-
to tempore vrinæ densæ prodirent, & capitis dolores ad-
fessent, phrenitide correpta, & vehementibus conuulsionibus
similiter vexata, mortua est. Ferè enim vrinæ spissæ & con-
turbatæ capitis doloris, conuulsionis, & mortis indubita-
tum signum præferunt. Halicarnaseus quidā qui ad Xan-
tippi domum diuertebat, per hycmem auris & capitis dolo-
re non mediocri tenebatur. Erat autem annorum prope
quingaginta. Vena iuxta Mnesimachum pertusa est. Ca-
put vacuatum ac perfrigeratum noxiam sensit. Neque enim
pus reddidit. Phreniticus euasit, mortuus est. Huic quoque
vrinæ spissæ erant. In Cardia Metrodori puero ex dentium
dolore maxillæ syderatio, & vehementer supererescens in-
gingiuis caro, ac moderata suppuratio contigit, tum mola-
res, tum maxilla ipsa deciderunt.

Abderæ Anaxenor lienosus quidem erat & vitiatu colo-
re. Contigit autem vt obortus ad femur sinistrum tumor,
de repente euanesceret. Neque multis post diebus, ad lienis
regionem exorta ei est per initia velut pustula noctibus in-
quietans Epinyctis dicta, insuperque tumor cum rubore &
duritie. Post diem autem quartum febris ardens suborta
est, & in ambitu omnia liuorem contraxerunt, & compu-
truisse visa sunt. Mortuus est, cum tamen antea aliquantu-
lum purgatus & mentis compos fuisset. Abderæ Clonigus
cum renum quidem doloribus vexaretur sanguinem pau-
latim miciebat plerunque cum molestia, & alius intestino-
rum difficultate laborabat. Huic manè quidem lac capril-
lum cum quinta aquæ parte est exhibitum, ita vt tota mix-
tura heminarum trium esset. Ad vespertum autem, cum pa-
ne quidem exassato, pro obsonio bera aut cucumis, vinum
nigrum tenue. Exhibebatur etiam cucumeralis pepo. Hac
autem victus ratione, & alius substitit, & puræ vrinæ pro-
dibāt. In lactis autem potu perseuerauit, tantisper dum vri-
næ restitutæ sunt. Abderæ mulieri cuidam circa pectus car-
cinoma exortum est. Erat autem huiusmodi, per papillam
sapies suberuenta effluebat. Intercepta verò fluxione mor-
tua

tua est. Abderę Dinij puero ad vmbilicum mediocriter per-
 raso, fistula parua relicta est, interdumque lumbricus cras-
 sus per se peruasit, cumque febricitaret (vt aiebat) biliosa,
 quod & ipsa hac prodibant. Huic intestinum in fistulā pro-
 lapsum est, ac velut fistula corrodebatur, rursusque disrum-
 pebatur, tussiculæque intus permanere non sinebant. In Pe-
 la Pythonis filius confestim multum febricitare cœpit, cum
 magna in somnum propensione, cum vocis defectione so-
 mni fiebant, aliusque toto tempore dura erat. Glande verò
 10 ex felle supposita, multa deiciebat, statimque remittebat.
 Celeriter autem alius rursus intumescebat, febris ingraue-
 scebat, eademque in somnum propensio perseuerabat. Eo-
 dem autem rei statu, exhibitum est aliquid medicamenti ex
 his que carthamum & cucumerem agrestem, & meconium
 recipiunt, biliosa eruperunt, confestimque sopor cessauit,
 febris mitescebat, cunctaq; alleuata sunt, & decimo quarto
 die iudicio est absolutus. Eudemo lienis dolore vehemen-
 ter conflictato, à medicis est imperatum vt multa comede-
 ret, vinum paucum tenue biberet, frequenter deambula-
 20 ret, ex qua victus ratione nihil immutabat. Vena secta est,
 cibos & potum parcè sumsit, deambulationes sensim auctæ
 sunt, vinum nigrum, tenue est exhibitum, conualuit. Phil-
 stidem Heraclidæ coniugem febris acuta inuasit, faciei ru-
 bor nulla ex euidente causa. Paulò verò post procedente die,
 rigore correpta, cum non recalesceret, conuulsio in manu
 digitis & pedum oborta est, paulumq; postea incaluit. Uri-
 nas reddidit compacta quædā innatantia, nebulosa, diuulsa
 habentes, per noctem dormiuit. Secundo die in super rigit,
 per diem paulò magis incaluit, & rubor minor erat, & con-
 30 uulsiones moderatiores succedebāt, urinæ eadem, noctem
 dormiuit, parum peruigil fuit cum nulla agrè tolerabili
 molestia. Tercio die urinas coloratas magis reddidit, parum
 subsidentes, sub idem tempus subinde rigor prehendit, fe-
 bris acuta, sudor per noctem toto corpore dimanauit. Sub
 vesperum autem diei color in regij morbi modum versus
 est, noctu dormiuit, & sudor toto corpore effluxit. Quarto
 die sanguis ex nare sinistra probè effluxit, & menstrua pau-
 ca suo ordine comparuerunt. Rursus autem eodem tempo-
 re febricula ingrauescebat, urinæ pauca, densa quædam

innatantia habentes. Alius verò, cum natura dura esset, multò tamen magis substitit, nihilque nisi subdita glande demittebat, noctu dormiuit. Quinto die tum febricula mitior visa est, tum sub vespere sudor toto corpore effusus est, & menstrua profluxerunt, noctuque dormiuit. Sexto die urinam confertam, multam, densam quædam innatantia, & paucam subsidentiâ concolorem habentem reddidit. Circa meridiem autem paulum insuper rigit, aliquantum incauit, sudor toto corpore dimanauit, noctu dormiuit. Septimo die parum recaluit, facillè tulit, toto corpore sudauit, viræ probè coloratæ erant, cuncta iudicatione sunt absoluta. In oppugnatione circa Datum Tychon catapulta in pectus vulnus accepit, paruoque post interuallo, risus cum perturbatione ei aderat. Videbatur autem medicus cum lignum eximeret, ferrum circa septum trāuersum reliquisse. Cumque sub vespere ei dolor commotus esset, infusum per clysterem & medicamentum aluum deiciens exhibuit. Primam noctem implacide transiit. Sub diluculum verò & medico & reliquis melius habere visus est, placidus quippe erat. Prædictum est accedente conuulsione celeriter periturum. Postera nocte implacidus, peruius, in ventrem plerumque decumbens, tertio die mane conuulsione tentabatur, sub meridiem mortuus est. Eunuchus ex venatu & discursatione in aquam inter cutem delabatur. Qui ad Elcalcis fontem habitabat, ad sex annos hippurin habuit & inguinum tumorem, varicem & diurnas defluxiones in coxendicem aut articulos. Quidam ad lateris inanitatem tabefactus, septimo die mortuus est. In his qui pus prius crudum expuunt, salsa cum melle exhibenda sunt. Impudens scortatio difficultati intestinorum medetur. Leonidæ filius natura ad impetum incitata sese auertit, atque ubi auersa est, sanguinem ex naribus effudit, quo effuso permixta est, quod non vidit medicus, puella mortua est. Philotimi filius ubi ad pubertatem peruenit, ad me venit. In quo ubi caluariz os arte medica destitutum inuenissem, occulta animi sensa ad curationem non satis constare videbam.

HIP.

Hippocratis amphorismi.

Sectio prima.

1 **V**ITA brevis, ars longa, occasio praeceps, experientia fallax, iudicium difficile. Neque verò satis est ad ea quæ factò opus sunt præstò esse, sed & argum, & eos qui præsentès sunt, & res externas, ad id probè comparatas esse oportet.

10 2 In alui perturbationibus & vomitionibus quæ spontè eueniunt, si qualia oportet, purgentur, conducit, & facillè tolerant, sin minùs, contrà euenit. Itidem & vasorum euacuatio, si qualis debet, fiat, conducit & facillè tolerant, sin minùs, contrà fit. Adhibenda igitur consideratio, & loci, & tempestatis anni, & ætatis, & morborum in quibus hæc fieri debent, necesse.

3 Bene habita athletarum valetudo ad summum progressa, vbi ad plenitudinis extremum peruenierit, lubrica est, cum non possit eodem statu permanere, neque quiescere. Quandoquidem verò non quiescit, neque iam potest in melius progredi, reliquum est vt in deterius labatur. His igitur de causis pleniorẽ illum corporis habitum haud cunctanter soltere expedit, quò corpus alterius nutritionis initium summat. Neque tamen eò deueniendum vt vasa extremè concidant (periculosum enim) sed qualis fuerit eius qui sustinere debet natura, eousque progrediendum. Eadem verò ratione euacuationes ad extremum deductæ, periculosæ, contraque refectiones ad summum progressæ, periculosæ.

4 Tenuis & exacta victus ratio, cum in morbis longis 30 semper, tum in acutis vbi non admittitur, parum tuta est. Ac rursus victus qui ad summam peruenit tenuitatem, grauis, si quidem ad extremum perductæ plenitudines graues sunt.

5 In tenui victus ratione delinquant ægri, ob quod magis læduntur. Quodcunque enim peccatum, in tenui quàm in paulò pleniorẽ victus ratione grauius esse solet. Idcirco etiam sanis parum tuta est tenuis, & certò præscripta & accurata victus ratio, quoniam errata grauius ferunt. Eam igitur ob causam tenuis & accuratus victus paulò pleniorẽ maxima ex parte periculosior est.

6 Ad summos morbos, summæ ad vnguem curationes adhibita optimè valent.

7 Cum ergo morbus est peracutus, extremos protinus obtinet labores, & extremè tenuissima victus ratione necessario vtendum. Cum verò non est, sed pleniorẽ victum adhibere concessum est, tam à tenui victus se subducere oportet, quàm morbus ab extremis recesserit.

8 Cum morbi summa est vehementia, tum vel tenuissimo victu vi necesse est.

9 At coniectura etiam ex agro facienda, an cum co-
ctu satis esse possit ad morbi vigorem vsque, an non prius
ille deficiat, neque cum tali victu satis esse possit, vel prior
morbis deficiat & obtundatur.

10 Quibus igitur statim vigor adest, iis protinus victus
tenuis exhibendus. Quibus verò postea vigor futurus est,
iis sub ipsum vigoris tempus & paulò ante cibus subtrahen-
dus. Antea verò vberior cibus exhibendus, quo æger satis
esse possit.

11 In exacerbationibus cibum refugere oportet, exhi-
bere enim noxium. Et quæcunque per circuitus ingraue-
scunt, in ipsis accessionibus reformidare oportet.

12 Morbi & anni tempestates, & circuitu collata inter
se vicissitudines, siue quotidie, siue altero quoque die, siue
etiam per maiora intervalla fiant, accessiones & morborum
conditiones indicabunt. Quinetiam & per ea quæ mox ap-
parent eadem indicantur, quale quid in morbo laterali la-
borantibus, sputum si statim circa initia subappareat, mor-
bum breuem, si verò posterius videatur, longum futurum
denunciat. Urinæ quoque & alui excrementa, & sudores,
ubi apparuerint, iudicatu faciles vel difficiles, & breues vel
longos fore morbos indicant.

13 Senes facilimè ieiunium tolerant, secundum eos qui
constantem ætatem degunt, minimum adolēcentes, ex o-
mnibus verò præcipuè pueri, atque inter ipsos qui ad actio-
nes obeundas promtiores existunt.

14 Quæ crescunt plurimum calorem innatum obti-
nent, plurimo igitur indigent alimento, alioqui corpus ab-
sumitur. In senibus verò cum paucus calor insit, ideo sanè
paucis fomitibus indigent, à multis nanque extinguuntur.

Ean.

Eandem etiam ob causam neque senibus, quòd eorum corpus sit frigidum, febres perinde acutæ contingunt.

15 Per hyemem & ver ventres natura calidissimi, somni-
que longissimi. Per ea igitur tempora copiosiora cibaria ex-
hibenda; siquidem plurimus est calor natiuus, ideoque co-
piosiore indigent alimento. Quod indicant ætates &
athletæ.

16 Victus ratio humida, cum febricitantibus omnibus,
tum pueris maximè, atque aliis qui eiusmodi victu uti con-
sueverunt, confert.

17 Animaduertendi sunt etiam quibus semel aut bis, &
quibus copiosior aut paucior, aut per partes cibus offeren-
dus est. Aliquid autem tempori, regioni, ætati & consuetu-
dini concedendum.

18 Per ætatem & autumnum cibos grauissimè ferunt,
per hyemem facillimè. Ver post hyemem secundum locum
obtinet.

19 Quibus per circuitus accessiones contingunt, nihil
dato, neque cogito, sed de ciborum accessione ante iudica-
tiones detrahit.

20 Quæ iudicationem subeunt, aut iam perfectè subie-
runt, ea neque moueto, neq; medicamentis, neq; aliis irri-
tamentis innouato, sed finito.

21 Quæ educere oportet, quò maximè vergunt eò duoi-
to, per loca conuenientia.

22 Cocta medicamento purgante educito ac moueto,
minimè cruda, neq; per initia, nisi suo pte impetu ad excre-
tionem ferantur, quod ferè non accidit.

23 Quæ prodeunt copia minimè æstimanda, sed ut qua-
lia expedit, prodeant, & æger facillè ferat. Atque ubi ad ani-
mi defectionem vsq; educere oportet, id etiam faciendum,
si æger sufficere queat.

24 In morbis acutis rarò, & per initia medicamentis
purgantibus vtendum, idque diligenti antè adhibita cir-
cumspeditione faciendum.

25 Cum purgantur quæ purgari decet, confert & facillè
tolerant, ubi contrà accidit, difficulter.

Sectio secunda.

- 1 Quo in morbo somnus laborem facit, lethale; quod si iuuat somnus, minimè lethale.
- 2 Vbi delirium somnus sedauerit, bonum.
- 3 Somnus, vigilia, vtraque modum excedentia, malum denunciant.
- 4 Neque satietas, neque fames, neque aliud quicquam bonum, quod supra naturæ modum fuerit.
- 5 Lassitudines spontè obortæ morbos prænunciant.
- 6 Quibus pars aliqua corporis dolet, neque ferè dolorem sentiunt, iis mens ægrotat.
- 7 Attenuata longo temporis intervallo corpora, lentè reficere oportet, at quæ breuì, celeriter.
- 8 Si quis ex morbo cibum capiens viro non recipiat, copiosiore alimento corpus vti significat. Quod si cibum minimè capiente istud contingat, euacuatione indigere sciendum est.
- 9 Cum quis corpora purgare volet ea ad fluxum bene comparata faciat oportet.
- 10 Impura corpora quò plus nutrias, eò magis lædas.
- 11 Potù quàm cibo refici procliuius est.
- 12 Quæ per morbos post iudicationem intus relinquuntur, morborum reuersiones facere consueverunt.
- 13 Quibus iudicatio contingit, iis nox accessionem præcedens grauis, quæ verò sequitur præuincit læuior esse solet.
- 14 In alui fluxionibus deiectionum mutationes, nisi ad prauas commutentur, iuuant.
- 15 Cum fauces ægrotant, aut tubercula in corpore exoriuntur, excretiones in considerationem adhibende. Si namque bilioz sint, corpus simul ægrotat. At si sanorum similes extiterint, securè corpus nutrias.
- 16 Cum inedia premit, laborare minimè conuenit.
- 17 Vbi copiosior præter naturam cibus ingestus fuerit, id morbum creat, quod quam curatio indicat.
- 18 Eorum quæ vniuersim & celeriter alunt, celeres quoque excretionem esse solent.

19 Morborum acutorum non in totum certæ sunt præ-
iudicationes, neque salutis, neque mortis.

20 Quibus per iuventutem alui sunt humidæ, iis senes-
centibus exsiccantur, quibus verò in iuventute alui sicces
sunt, iis cum senes euadunt humectantur.

21 Famem vini potio soluit.

22 Morbos ex repletionem, vt curat euacuatio, sic eos quæ
ex euacuacione fiunt, repletio, & in cæteris, contrarietas re-
medio est.

23 Morbi acuti intra dies quatuordecim iudicatione ter-
minantur.

24 Quartus septenariorum index est. Octauus alterius
septimanæ principium. Vndecimus etiam spectandus dies,
siquidem alterius septimanæ quartus est. Rursus quoque spe-
ctandus decimus septimus, is siquidem à decimoquarto
quartus est, & ab undecimo septimus.

25 Quartanæ æstiuæ ferè breues existunt, autumnales
verò longæ, præsertim quæ ad hyemem pertingunt.

26 Convulsioni febrem aduenire præstat, quàm con-
uulsionem febri.

27 Si quæ non pro ratione leuant, iis non oportet fidere,
neque admodum mernere mala quæ præter rationem eue-
niunt. Ex his enim multa incerta esse, neque multum perdu-
rare, neque diutius perseverare consueverunt.

28 Corpus eorum qui non omninò leuiter febricitant
in eodem consistere, & nihil concidere, vel etiã magis quàm
ratio postulat extenuari, malum. Illud siquidem morbi diu-
turnitatem, hoc verò imbecillitatem significat.

29 Per morborum initia, si quid mouendum videtur,
moueto. Cum verò vigent, quiescere præstat.

30 Circa initia & fines omnia sunt leuissima, at circa vi-
gores vehementissima.

31 Sicuti ex morbo cibum probè sumentis corpus nihil
proficit, malum.

32 Vt plurimùm omnes malè habentes, circa initia qui-
dem cibum bene sumentes, neque quicquam proficientes,
ij tandem rursus cibum auersantur. At qui circa initia qui-
dem vehementer cibos fastidiunt, postea verò eos probè as-
sumunt, ij melius degunt.

33 Mente constare, & bene habere ad ea quę offeruntur, quouis in morbo bonum, contrā verò malum.

34 Per morbos minores sunt periculo, quorum naturę, & ætati, & habitui, & anni tempestati, morbus magis cognatus fuerit, quàm quibus in horum aliquo minimè cognatus fuerit.

35 Quouis in morbo partes quę sunt ad vmbilicum & imum ventrem crassitudinem habere præstat, valde autem tenues esse & tabefactas, prauum. Ad inferiores autem purgationes hoc etiam parum tutum.

36 Qui inculpati sunt corporis sanitate dum per medicamenta purgantia repurgantur, citò exoluuntur, & qui prauo vtuntur cibo.

37 Qui bene habito sunt corpore ad medicationes molestè habent.

38 Cibus & potus paulò peior, suauior tamen, melioribus quidem, sed minus gratis, anteponendus.

39 Ut plurimum quidem lenes iuuenibus ægrotant minùs. At qui ipsis morbi diuturni contingūt, eos ferè ad mortem comitari solent.

40 Rauedines & grauedines in valdè senibus non coquuntur.

41 Qui crebrò & vehementer citra manifestam causam animo linquantur, repentè moriuntur.

42 Valida quidem apoplexia nullo modo sanatur, leuis verò non facilè.

43 Ex strangularis & dissolutis, necdum mortuis, ij minimè ad vitam redeunt, quibus spuma circa os collecta fuerit.

44 Natura admodum crassi, celeritùs intereunt quàm graciles.

45 Ex comitialibus, iuuenes mutatione potissimum ætatis, & regionum, & victuum, liberationem accipiunt.

46 Cum duo dolores simul minimè eundem locum occupant, vehementior alterum obscurat.

47 Dolores & febres contingunt magis circa puris generationem, quàm eo confecto.

48 Quouis in corporis motu simul ac laborare cœperit, quies confestim lassitudinis est remedium.

49 Qui

49 Qui solitos labores ferre assueuerunt, etiam si inu-
lidi sunt aut senes, eos facilius ferunt, quam qui non assueti,
 quamuis robusti & iuuenes.

50 Quæ ex longo temporis interuallo assueta sunt, quæ-
 uis deteriora, insuetis minus molesta esse solent. Quare ad
 insolita etiam facienda mutatio.

51 Confertim & repente vacuare, vel implere, vel calefa-
cere, vel refrigerare, vel utrunque aliter corpus mouere, pe-
riculosum. Quod si quidem nimium naturæ inimicum. Ve-
 rum quod paulatim fit, securum est, tum vel maximè si quis
 ab uno ad alterum transferit.

52 Cum quis omnia recta ratione facit, neque tamen pro-
ratione succedit, non est ad aliud progrediendum, si manet
quod ab initio visum est.

53 Quicumque aluos habent humidas, ij quidem si iu-
uenes sunt melius degunt, quam qui siccas habent. At in se-
nectute peius degunt, cum ipsis senescentibus ferè refici-
centur.

54 Longa corporis statura, in iuuentute quidem degen-
da, liberalis nec indecora, in senectute verò inutilis, & bre-
uitate deterior.

Sectio tertia:

1 Tempestatum anni mutationes potissimum morbos
pariunt, & in ipsis anni tempestatibus magnæ mutationes
frigoris vel caloris, aliæque pro ratione ad hunc modum.

2 Naturæ hæ quidem ad æstatem, aliæ verò ad hyemem
bene vel malè habere consueuere.

30 3 Morbi alij ad alias anni tempestates bene vel malè ha-
bere consueuere, & ætates quædam ad anni tempestates, &
loca, & victus rationes.

4 Per anni tempestates, quando eodem die modò calor,
modò frigus sit, autumnales morbos expectare conuenit.

5 Austri auditionis hebetudinem & visionis caliginem
inducunt, & capitis grauitatem, corpus torpidum & langui-
dum reddunt, cum sic inualuerint, ista in morbis patiuntur.
 Sin aquilonia tempestas fuerit, tussis mouet, fauces exaspe-
 rat, aluos indurat, vrinam suppressit, horrores excitat, late-

bbb

rum & pectoris dolores. Cum sic inualuerit, eiusmodi morbis expectanda sunt.

6 Cum ætas veri similis fuerit, in febribus copiosos sudores expectare oportet.

7 Per squalores febres acutæ fiunt, & si quidem annus magna ex parte talis extiterit, qualem temporis conditionem effecerit, tales ferè quoq; morbos expectare oportet.

8 Temporibus bene & ordine constitutis, & tempestiuam tempestiuitatem seruantibus, morbi qui facile consistant & soluantur, fiunt. In malè verò constitutis, qui neque 10 facile consistunt, neque facile soluantur.

9 Per autumnum omninò morbi acutissimi & maximè exitiales. Verà autem saluberrimum & minimè exitiale.

10 Autumnus tabidis malus.

11 Quòd autem ad anni tempestates attinet, si quidem hyems plus æquo sicca & aquilonia fuerit, præ autem valde pluuium & austrinum, febres acutas & lippitudines, & intestinorum difficultates ad æstatem oriri necesse est, præcipuè 10 verò in mulieribus & viris natura humidioribus.

12 At si hyems austrina, & valdè pluuiosa, & placida fuerit, 10 verà autem plus iusto siccum & aquilonium, mulieres quidem quibus partus ad ver imminet, ex quauis causa abortiunt. Quæ verò pepererint, imbecillos & morbosos infantes edunt, ita vt vel statim intereant, vel tenues & valerudinarij uiuant. Cæteris autem mortalibus difficultates intestinorum, & lippitudines aridæ oriuntur, senioribus verò defluxiones breui interficientes.

13 Si verò ætas plus æquo sicca & aquilonia, autumnus verò admodum pluuius & austrinus fuerit, capitis dolores ad hyemem oriuntur, & tusses, & raucitates, & grauedines, 10 nonnullis etiam & tabes.

14 Si verò aquilonius sit & sine pluuiis, iis quidem qui natura sunt humidior & mulieribus commodus, reliquis autem lippitudines oriunt siccæ, & febres acutæ & diuturnæ, nonnullis verò etiam melancholiæ.

15 Ex anni autem conditionibus, in totum magnæ siccitates assiduus imbribus sunt salubriores, minusq; lethales.

16 Per assiduos imbres morbi magna ex parte oriuntur, cum febres longæ, tum alui fluxiones, putredines, comitia- 10 les,

les, apoplexiæ & anginae. Per magnas autem siccitates, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, urinæ stillicidia, & intestinorum difficultates.

17 At status temporum quotidiani, aquilonij quidem corpora densant, valentiora, expeditiora, bene colorata, & melius audientia reddunt, aluos exsiccant, oculos mordent, & si thoracem dolor aliquis prius habuerit, eum magis irritant. Austrini autem corpora exoluunt & humectant, grauem auditum, & capitis grauitatem, & vertigines afferunt, oculis & corporibus difficilem motionem inducunt, & aluos humectant.

18 Quod autem ad anni tempora attinet, vere quidem & prima ætate pueri, & his ætate proximi, optimè degunt & maximè valent, ætate verò & quadantenus autumno senes. Reliqua autumnæ & hyemis parte, qui inter has ætates sunt medij.

19 In quibusuis anni temporibus omnis generis morbi oriuntur, nonnulli tamen in quibusdā tum fiunt, tum excitantur.

20 Vere quidem infania, melancholiæ, comitiales, sanguinis profusiones, anginae, grauedines, raucitates, tussis, lepræ, impetigines, vitiligines, & pustulæ vlcerosæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores.

21 Ætate autem horum nonnulli, & febres assiduæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, vomitiones, alui profusio, lippitudines, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines & sudamina.

22 Autumno verò etiam æstiu multi, & quartanæ febres atque erraticæ, lienes, aquæ inter cutem, tabes, urinæ stillicidia, intestinorum laxitates, & difficultates, coxendicum dolores, anginae, crebri anhelitus, voluuli, comitiales, infaniae & melancholiæ.

23 Hyeme verò morbi laterales, pulmonum inflammationes, lethargi, grauedines, raucitates, tussis, dolores pectorum, laterum & lumborum, capitis dolores, vertigines & apoplexiæ.

24 Per ætates hæc eueniunt, paruis & recens natis pueris, serpentina oris vlcera, aphthæ dictæ, vomitiones, tussis, vigiliæ, pauores, circa vmbilicū inflammationes, aurium humiditates.

25 Ad dentitionem verò progressis, gingivarum stimulantibus prurigines, febres, conuulsiones, alui profluvia, idque præcipuè cum caninos dentes emittere cœperint, & iis qui maximè crassi sunt, & aluos duras habent.

26 At iis paulùm ætate progressis, tonsillarum inflammationes, vertebræ quæ ad occipitium est interiorè in partem impulsiones, crebræ anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, alij tenues & minuti, in recto intestino orti, ascarides dicti, verrucæ Græcis *ἀσποχρόδονες* dictæ, satyriasmus, strumæ, & alia tubercula, præcipuè verò prædicta.

27 Adhuc autem ætate prouectioribus & ad pubertatem progressis, ex iis multa, & febres diuturnæ magis, & sanguinis ex naribus profluvia.

28 At magna ex parte pueris morbi iudicatione soluntur, partim quidem intra quadraginta dies, partim verò intra septem menses, nonnulli intra annos septem, quidam etiam ad pubertatem progressis. Qui verò pueris perseuerarint, neque circa pubertatem soluti fuerint, aut fœminis circa mensium eruptionem, diu perseuerare consueverunt.

29 Adolescentibus autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acutæ, comitiales, aliique morbi, præcipuè tamen prædicti.

30 His verò qui hanc ætatem superarunt, crebri anhelitus, morbi laterales, pulmonum inflammationes, lethargi, phrenitides, febres ardentes, diuturna alui profluvia, cholæræ, intestinorum difficultates & læuitates, sanguinis per ora venarum quæ in ano sunt profusio, *εἰς μὲν ἰσχυρὸν* Græcis dictæ.

31 At senibus spirandi difficultates, destillationes rutilim inferentes, stranguriæ, vrinæ difficultates, articularum & renum dolores, vertigines, apoplexiæ, mali corporis habitus, totius corporis pruritus, vigiliæ, alui, oculorum & narium humiditates, visus hebetudines, glaucedines, auditus graues.

Sectio quarta.

I Vterum gerentibus medicamenta purgantia sunt exhibenda, si humor impetu fertur ad excretionem, quarto mense, & ad septimum vsque, his tamen minus. In minoribus

ribus autem & grandioribus fœtibus subtimidè se gerere oportet.

2 In medicamentorum purgantium vsu, qualia etiam sponte prodeuntia vtilia sunt, talia è corpore educere conuenit, quæ verò contrario modo prodeunt, cohibere.

3 Si quæ purgari decet, purgentur, confert & leuiter ferunt, contrà verò, grauiter.

4 Æstate quidem superiores vètres potius medicamentis repurgato, hyeme verò inferiores.

5 Sub canis ortum, & ante canis ortum, molestæ sunt per medicamenta purgationes.

6 Graciles & facili vomitione vtentes, medicamēto per superiora purgare oportet, reformidantes hyemem.

7 At difficili vomitione vtentes & modicè carnosos, per inferiora, æstatem reformidantes.

8 Tabescentes verò, reformidantes per superiora purgationes.

9 Atra bile abundantes largiùs per inferiora, simili ratione adhibita contraria purgandi via.

10 In valdè acutis si suo pte impetu ad excretionem humor feratur, medicamento purgante eodem die vtendum. Siquidem in his cunctari malum.

11 Quibus intestina contorquentur, circa vmbilicum labores, & lumborum dolor adest, qui neque medicamento purgante, neque alia ratione soluitur, in siccum hydrope confirmatur.

12 Quibus alui intestinorum lænitate infestantur, eos hyberno tempore per superiora medicamento purgare, malum.

13 Qui veratro sumto non facilè per superiora purgantur, iis ante potionem corpora copiosiore cibo & quiete præhumeſcato.

14 Vbi quis veratrum potione sumserit, corporum quidem motiones magis quam somnum & quietem inducit. Nam vel nauigatio turbari motione corpora indicat.

15 Vbi veratrum magis ducere voles, corpus moueto, vbi verò sistere, somnum conciliato, neque moueto.

16 Veratrum iis qui sano sunt corpore periculosum, conuulsionem enim inducit.

17 Si cui sine febre, cibi fastidium, oris ventriculi mor-
sus, tenebricosa vertigo contigerit, & os amarulentum fue-
rit, hæc necessariam esse per superiora purgationem indi-
cant.

18 Dolores supra septum transversum purgatione indi-
gentes, medicamentum quod per superiora purget necessa-
rium esse indicant. At qui septo transverso sunt inferiores,
per inferiora.

19 Qui sumta potione medica dum purgantur non si-
tiunt, ij purgandi finem non faciunt, donec situerint.

20 Si dolor intestina torquens, & genuum gravitas, &
lumborum dolor citra febrem adfuerint, medicamento
quod per inferiora purgat opus esse significant.

21 Nigræ deiectiones, qualis sanguis niger, sponte pro-
cedentes, & cum febre, & citra febrem, pessimæ, eoque pe-
iores quò plures earum colores deteriores fuerint. A medi-
camento autem melius, quoque plures colores fuerint non
pravi.

22 Per quorumvis morborum initia, bilem atram supra
vel infra prodire, lethale.

23 Quibus per morbos acutos, aut diuturnos, aut vul-
nera, aut alium quemvis modum extenuatis, bilis atra, aut
veluti sanguis niger subierit, ij postridie moriuntur.

24 Intestinorum difficultas si ab atra bile ortum duxe-
rit, lethalis.

25 Sanguis, supra quidem, qualiscunque fuerit emissus,
malus, infra autem, si niger deiciatur, bonus.

26 Intestinorum difficultate vexato, si veluti carunculae
deiciantur, lethale.

27 Quibus per febres sanguinis copia vndeunque pro-
fluxerit, iis cum reficiuntur alui humidiores euadunt.

28 Quibus biliosæ sunt deiectiones, hæc oborta surdita-
te cessant, & quibus adest surditas, his exortis biliosis deie-
ctionibus finitur.

29 In febribus si rigores contingant sexto die, difficilem
habent iudicationem.

30 Quibus accessiones fiunt, quamcumque hora fe-
bris dimiserit, si postero die eadem qua antea hora prehen-
derit, iudicatio difficilis esse solet.

31 Qui-

31 Quibus febres lassitudinis sensus inest, iis ad articulos, potissimumq; circa maxillas abscessus oriuntur.

32 Iis verò qui ex morbis conualescunt, si pars aliqua laborauerit, illic abscessus fiunt.

33 Sed & si pars quæpiam ante morbum laborauerit, in eam se morbus obfirmat.

34 Si febre vexato, nullo existente in faucibus tumore, repentina accidat strangulatio, lethale.

35 In febre vexato, collum repente peruersum, ac vix deglutire posse, nullo existente tumore, lethale.

36 Sudores febricitantibus boni, qui cæperint tertio die, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, decimo-septimo, vicesimo primo, vicesimo quarto, tricesimo primo, & tricesimo quarto, ij enim sudores morbos iudicant. Qui verò tales non sunt, laborem, & morbi longitudinem, eiusdemque reuersionem significant.

37 Sudores frigidi in febre quidem acuta oborti, mortem; in mitiori autem, morbi prolixitatem significant.

38 Et vbi in corpore sudor inest, ibi morbum esse enunciat.

39 Et qua corporis parte calor inest aut frigus, ibi morbus est.

40 Et vbi toto corpore mutationes cōtingunt, vt si corpus refrigeretur, rursusq; calefiat, vel color alius ex alio oriatur, morbi longitudinem significat.

41 Sudor copiosus de somno citra manifestam causam obortus, corpus copiosiore vti cibo significat. Quod si cibum non assumēti istud contingat, quod euacuatione opus sit indicat.

42 Sudor copiosus calidus aut frigidus semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem morbum significat.

43 Febres quæ tertio quoq; die vehementius affligunt, neque intermittunt, periculosiores. Quocunq; autem morbo intermiserint, extra periculum esse significant.

44 Quibus adsunt febres longæ, iis tubercula, vel ad articulos dolores innascuntur.

45 Quibus tubercula, aut ad articulos dolores post febres longas oriuntur, ij copiosioribus cibis vtuntur.

46 Si febre non intermittenter rigor frequenter incidat, ægro iam debili, lethale est.

47 In febribus non intermittentibus excreationes li-
pida, sanguinea, graueolentes, & biliosa, omnes mala, be-
ne autem si prodeant, bonæ, tum per alui excretiones, tum
per yrinas. At si quid eorum quæ non iuuant per hæc loca
excernatur, malum.

48 In febribus non intermittentibus, si partes externæ
sint frigida, internæ verò vrætur & sici vexetur, lethale est.

49 In febre non intermittente, si labrum, aut superci-
lium, aut oculus, aut nasus peruertatur, si non videat, si non
audiat, imbecillo iam corpore, quicquid ex his euenerit, in
propinquo mors est.

50 Quando in febre non intermittente difficultas spi-
randi & delirium contigerit, lethale.

51 In febribus quæ abscedunt si primis iudicationibus
non soluantur, morbi longitudinem significant.

52 Quibus in febribus aut aliis morbis oculi ex volun-
tate illachrymant, nihil absurdi accidit. At quibus præter
voluntatem, absurdus.

53 Quibus per febres ad dentes glutinosus humor obna-
scitur, iis vehementiores sunt febres.

54 Quibus tussis sicca læuiter irritantes in febribus ar-
dentibus diu perseuerant, ij non multum sici vexantur.

55 Ex glandularum inflammationibus febres omnes
malæ præter diarias.

56 Febricitanti si sudor contingat non deficiente febre,
malum. Prorogatur enim morbus multamque significat
humiditatem.

57 Si cui conuulsione aut distentione neruorum deten-
to, febris successerit, morbum soluit.

58 Febre ardente detēto, si rigor successerit, solutio con-
tingit.

59 Tertianæ exquisita septem circuitibus, vt longissimè,
iudicatur.

60 Quibus per febres aures obsurduerunt, sanguis ex
naribus profluens, aut alius exturbata, morbum soluit.

61 Febricitantem, nisi diebus imparibus febris dimise-
rit, reueri solet.

AMPHORISM. LIB. III. SECT. VII. 113

62 Quibus per febres morbus regius ante diem septimum obortus fuerit, malum.

63 Quibus per febres die septimo, aut nono, aut undecimo, aut decimoquarto, morbus regius obortus fuerit, bonum, nisi præcordia dextra dura fuerint, alioqui minimè bonum.

64 In febribus circa ventriculum æstus vehemens, & omnis ventriculi morsus malo est.

65 In febribus acutis conuulsiones, & circa viscera dolores vehementes, malum.

66 In febribus per somnos pauores, aut conuulsiones, malo sunt.

67 In febribus spiritus offensus, malo est, conuulsionem nanque indicat.

68 Quibus non sine febre urinae sunt crassae, grumosae & paucae, si ab iis copiosae & tenues prodeant, iuuant. Præcipue verò tales redduntur quibus ab initio, vel non ita multo post, sedimentum inest.

69 Quibus per febres urinae sunt returbidae, quales vetitini generis, iis capitis dolor vel adest, vel aderit.

70 Quibus septimo die iudicatio contingit, iis urina rubram die quarto nubeculam habet, aliisque pro ratione.

71 Quibus urinae pellucidae, albae, malar, præcipue verò in phreniticis apparent.

72 Quibus sublata præcordia murmurant, lumborum succedente dolore, iis alui humectantur, nisi flatus deorsum erumpant, aut urinae copia prodeat. Atque hæc in febribus contingunt.

73 Quibus speratur aliquid ad articulos abscessurum, urina copiosa & crassa, & alba reddita, abscessu liberat, qualis in febribus cum lassitudinis sensu quarto die quibusdam ferri incipit. Quod si ex naribus etiam sanguis effluerit, tū breui admodum solutio fit.

74 Si sanguis aut pus cum urina redditur, renum aut vesicæ exulceratio significatur.

75 Quibus cum urina crassa exiguae carunculae, aut veluti capilli simul feruntur, iis à renibus excernuntur.

76 Quibus cum urina crassa fursuri similia quædam simul exeunt, iis vesica psoa laborat.

77 Qui sponte sanguinem cum vrina effundunt, iis in renibus venulam ruptam esse significat.

78 Quibus in vrina arenosæ sunt subsidentia, iis vesicae calculo laborat.

79 Si quis sanguinem & grumos cum vrina fundat, & stranguriam habeat, dolorque in inum ventrem & interfœmineum incidat, quæ ad vesicam attinent laborant.

80 Si quis sanguinem & pus, & squamulas cum vrina fundat, grauisque odor adsit, vesicæ exulcerationem significat.

81 Quibus in vrinæ fistula tuberculum innascitur, eo in pus verso & rupto, solutio contingit.

82 Vrina copiosè de nocte reddita, paucam alui deiectionem significat.

Sectio quinta.

1 Conuulsio ex veratro, lethalis.

2 Conuulsio quæ in vulous incidit, lethalis.

3 Ex copioso sanguinis fluxu cōuulsio aut singultus contingens, malum deaunciat.

4 Ex profusa purgatione conuulsio aut singultus succedens, malum.

5 Siebrium quempiam vox deficiat de repente, conuulsus moritur, nisi eum febrisprehendat, aut qua hora crapula solui solet, ad vocem redeat,

6 Qui neruorum distentione corripuntur, intra quatuor dies pereunt, quos si effugerint, sanescunt.

7 Comitiales quibus ante pubertatis annos contingunt, depositionem accipiunt. At quibus quintum & vigesimum annum agentibus fiunt, eos ferè ad mortem vsque comitantur.

8 Qui morbo laterali laborant, nisi intra dies quatuordecim repurgentur, iis in suppurationem deponitur.

9 Tabes præcipuè contingit ætatibus quæ sunt ab anno decimo octauo ad trigesimum quintum.

10 Qui anginam effugiunt, iis in pulmonem vertitur, & intra dies septem intereunt, quos si euaserint suppurati fiunt.

11 In tabe vexatis, si sputum quod tussi reiciunt carbonibus

nibus infusum grauem odorem emittat, & capilli è capite defluant, lethale est.

21 In tabidis si capilli è capite defluant, ij succedente alui profluuiio moriuntur.

22 Qui spumantem sanguinem sputo reiciunt, iis ex pulmone educitur.

23 Tabes detento succedens alui profluuium. lethale.

24 Qui ex morbo laterali suppurati fiunt, si intra dies quadraginta, ex quo ruptio facta est, repurgentur, liberantur, alioqui in tabem transeunt.

25 Calidum eo frequentius vtentibus has affert noxias, carniū effœmiationem, neruorum impotentiam, mentis stuporem, sanguinis profluuiā, animi defectiones, ad quæ mors sequitur.

26 Frigidum verò conuulsiones, neruorum distentiones, denigrationes, & rigores febriles.

27 Frigidum ossibus aduersum, dentibus, neruis, cerebro, dorsali medullæ. calidum verò utile.

28 Perfrigerata excalefacere oportet, præter ea quæ sanguinem effundunt, aut breui effundent.

29 Frigidum vlcera mordet, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, denigrationes, rigores febriles, conuulsiones, neruorum distentiones.

30 Quandoque tamen in neruorum distentione absque vlcere, in iuvene quadrati corporis, æstate media, frigida copiosa persfusio caloris reuocationem efficit, calor autem hæc sanat.

31 Calidum suppurationem mouens, non in omni vlcere, maximum securitatis iudicium exhibet, cutem emollit, extenuat, dolorem tollit, rigores, conuulsiones, neruorum distentiones mitigat, capitis grauitatem soluit, ossium verò fracturis plurimum confert, sed præcipuè his quæ carne nudata sunt, iisque maximè qui in capite vlcera habent. His etiam quæ à frigore emoriuntur, aut exulcerantur, & herpetibus exedentibus, sedi, pudendo, vtero, vesicæ, iis omnibus calidum gratum & iudicationem faciens, frigidum verò inimicum & interimens.

32 At frigidum in his vtendum vnde sanguis profluit, aut paulò post fluxurus est, non supra ipsas partes, sed circa eas

unde profuit adhibito. Et si quæ inflammationes, aut incēdiosa quædam ad rubrum & subcruentum ex recenti sanguine vergunt, ad ea admoto. Inueterata namque denigrat. Erysipelas etiam non vlcera tum iuuat, siquidem exulceratum lædit.

24 Frigida veluti nix & glacies pectori sunt aduersa, tusses mouent, sanguinis eruptiones & destillationes efficiunt.

25 Articulorum tumores & dolores absque vlcere, & podagricas affectiones, & conuulsa, hæc magna ex parte frigida largè effusa leuat & minuit, doloremque soluit. Moderatus namque torpor dolorem soluendi facultatem habet.

26 Aqua quæ citò calefcit & citò refrigeratur, leuissima.

27 Quibus bibendi de nocte appetencia est, iis admodum sitientibus si obdormierint, bono est.

28 Odoramentorum suffitus muliebria educit, & ad alia plarumque utilis esset, nisi capitis grauitatem inferret.

29 Vterum gerentibus purgantia medicamenta exhibenda sunt, si humor impetu feratur ad excretionem, quarto mense, & ad septimum vsque, sed his minus. In maioribus autem & grandioribus fœtibus subtimidè se gerere oportet.

30 Mulierem vtero gerentem morbo quoque acuto corripi, lethale.

31 Mulieri vterum gerenti vena sc̄cta abortionem facit, idque potissimùm si fœtus grandior fuerit.

32 Mulieri sanguinem vomitione reicienti, menstruis erumpentibus solutio contingit.

33 Mulieri menstruis deficientibus sanguis ex naribus profluens, bono est.

34 Mulieri vtero gerenti, si aluus multùm profluat, abortionis periculum est.

35 Mulieri vteri strangulatu vexatæ, aut difficultate partus laboranti, sternutatio succedens bono est.

36 Mulieri menses decolores, neque semper eadem periodo procedentes, purgationem indicant esse necessariam.

37 Mulieri vteri gerenti si mammæ de repente gracilescant, abortionis periculum est.

38 Mu-

38 Mulieri vtero gemellos gerenti, si altera m^ama gracilis euadat, alterum abortu edit, & si quidem dextra mamma gracilescat, marem, si verò sinistra, foeminam.

39 Si mulier quæ neque grauida est, neque peperit, lac habet, ei menstrua defecerunt.

40 Mulieribus quibus ad mammas sanguis in tumorem colligitur, furor significatur.

41 Si nosse velis num mulier conceperit, ei dormituræ aquam mulsam propinato, & si ventris tormina eam corripiuerint, concepit, sin minus, non concepit.

42 Mulier prægnans, si marem gestat, coloratior est, si foeminam, minus colorata.

43 Mulieri prægnanti erysipelas in vtero, lethale.

44 Quæ præter naturam tenues vtero gerunt, abortiunt donec pleniores euadant.

45 Quæ mediocri corporis habitu præditæ, foetus bi-mestres aut trimestres absque occasione manifesta abortitione excludunt, iis vteri acetabula (Græci κοτυληδόνες vocant) mucoris plena sunt, neque præ pondere foetum continere possunt, sed abruptuntur.

46 Quæ præter naturam crassæ non concipiunt, iis os mentum os vteri comprimit, neque prius quàm extenuantur, prægnantes efficiuntur.

47 Si vterus qua parte ad coxam incumbit, suppuratus fuerit, eum per linimenta medicamento conuenienti illita curari necesse est.

48 Mares vteri dextra parte, foeminæ sinistra magis gestantur.

49 Vt secundæ excidant, sternutatorio naribus appposito, eas & os comprimito.

50 Mulieri si voles mēstrua sistere, cucurbitulam quàm maximam ad nares appone.

51 Quæ vtero gerunt, iis vteri os conuiet.

52 Mulieri vterum gerenti, si lac copiosum è mammis effluat, foetum imbecillum indicat. Quòd si solidæ marmæ fuerint, valentiorum foetum significant.

53 Quæ foetus corrupturæ sunt, iis marmæ extenuantur. Quòd si contrà duræ euadant, dolor erit vel in mammis, vel in coxis, vel in oculis, vel in genibus, neq; foetū corrumpunt.

54 Quibus os vteri durum est, iis conuiuere os vteri necesse est.

55 Quæcunque vtero gerentes febribus detineantur, & vehementer extenuantur citra manifestam causam, & difficulter & cum periculo patiunt, aut in abortionis periculum incidunt.

56 In fluore muliebri si conuulsio accedat & animi defectio, malo est.

57 Mensibus copiosioribus profluentibus morbi contingunt, & non prodeuntibus ab vtero morbi eueniunt.

58 Ad recti intestini & vteri inflammationem, renesque purulentos stranguria succedit. At iccore inflammatione laborante succedit singultus.

59 Si mulier non concipiat, scire autem expetit num conceptura sit, vestibis vndique obuolutæ per inferna sufficum apponito, & si odor quidem ad nares & os vsque per corpus tibi peruadere videatur, ipsam non ex sese infœcundam esse scito.

60 Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, fœtus vt bene valeat fieri non potest.

61 Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre succedente, ciborum verò fastidia ei accidunt, grauidam esse existimato.

62 Quæ frigidos & densos habent vteros, non concipiunt, neque quæ præhumidos habent, si quidem in ipsis genitura extinguitur. Et quæ plus æque siccas & adurentes, alimenti namque inopia semen corrumpitur. At quæ ex utrisque moderatam naturæ sunt temperiem, & fœcundæ euadunt.

63 Eadem verò ratio est in maribus, aut enim propter corporis raritatem spiritus foras dissipatur, ita vt ne semen transmittat, aut propter densitatem humor foras non excernitur, aut ob frigiditatem non accenditur, vt ad eum locum cogatur, aut ob caliditatem hoc idem contingit.

64 Lac exhibere capite dolentibus, malum. Malum item & febricitantibus, & quibus præcordia sublata murmurant, & sicculosis. Malum quoque & quibus biliosæ sunt, deiectiones, qui quæ febre acuta laborant, & quibus copiosa sanguinis deiectio facta est. At tabidis lac dare conuenit,

non

non valde admodum febricitantibus, & in febris longis & languidis, dum nullum ex supra commemoratis signis adfuerit, & præter rationem extenuatis.

65 Quibus cum vlceribus tumores conspiciuntur, ij ferè neque conuelluntur, neq; in furorem aguntur. At iis de repente euanescentibus, quibus quidem id à tergo incidit, conuulsiones & neruorum distentiones fiunt. Quibus verò à frõte, furores aut lateris dolores acuti, aut puris collectio, aut intestinorum difficultas, si rubri tumores fuerint.

66 Si magnis & prauis existentibus vulneribus tumor non conspiciatur, ingens malum.

67 Molles boni, at crudi mali.

68 Ei qui parte capitis posteriore dolet, recta in fronte incisa vena, prodest.

69 Rigores mulieribus quidem initium ducit ex lumbis magis, & per dorsum ad caput perueniunt. Quinetiam viris parte corporis posteriore magis, quam anteriore, veluti ex cubitis & femoribus. Quod & indicat cutis raritas, quam etiam pilus ostendit.

70 Qui quartanis corripuntur, ferè conuulsione non tentantur. Quòd si prius corripiantur, deinde quartana succedat, liberantur.

71 Quibus cutis obtenditur arida & dura, ij sine sudore moriuntur. At quibus laxa & rara, cum sudore vitam finiunt.

72 Qui morbo regio laborant, non multum flatulenti sunt.

Sectio sexta.

1 In diurnis intestinorum leuitatibus, si ructus acidus, qui antea non extitit, succedat, bonum est signum.

2 Quibus nares natura sunt humidiores, & genitura humidior, ij morbo siore sunt valetudine, at quibus contraria sunt, alubriore.

3 In lōgis intestinorum difficultatibus cibi fastidia malum denunciant, & cum febre peius.

4 Vlcera vndiquaque glabra, maligna.

5 Dolores & in lateribus & in pectore, & in cæteris partibus, num multum differant, perdiscendum.

- 6 Renum & vesicæ vitia in senibus ægrè curantur.
- 7 Dolores qui ad ventrem fiunt, sublimes quidem, lætiores; non sublimes verò, vehementiores.
- 8 Aqua inter cutem laborantibus orta in corpore vlcera, non facillè sanantur.
- 9 Pustulæ latæ rarò pruriginosæ.
- 10 Capite dolenti ac vehementer laboranti, pus, aut aqua, aut sanguis, per nares, vel os, vel aures effluens, morbum tollit.
- 11 Melancholicis affectibus & renum vitiis succedentes hæmorrhoides (hoc est sanguinis profluuium per ora venarum in ano sanguinem fundere solita) bono sunt.
- 12 Diuturnum sanguinis profluuium per ora venarum quæ in ano sunt (hæmorrhoidas dicunt) curanti, nisi vna seruetur, periculum est ne aqua inter cutem, aut tabes succedat.
- 13 Singultu detento, si sternutamenta accedant, singultum tollunt.
- 14 Aqua inter cutem detento, vbi aqua ex venis in ventrem confluerit, morbus soluitur.
- 15 Longo alui profluuiio detento, spontanea accedens vomitio, alui profluuium soluit.
- 16 Morbo laterali aut pulmonum inflammatione confictato, succedens alui profluuium, malum.
- 17 Lippitudine laborantem alui profluuiio corripì bonum.
- 18 Cui vesica perfecta fuerit, aut cerebrum, aut cor, aut septum transversum, aut tenue quoddam intestinum, aut ventriculus, aut iecur, lethale est.
- 19 Oscum perfectum fuerit, aut cartilago, aut neruus, aut genæ tenuis particula, aut præputium, neque augetur, neque coalescit.
- 20 Si sanguis in ventrem præter naturam effusus fuerit, vt in pus vertatur necesse est.
- 21 Insanientibus si varices aut sanguinis profluuium per ora venarum quæ in ano sunt (hæmorrhoides dicuntur) accesserint, insanix solutio.
- 22 Rupta quæ ex dorso ad cubiti articulos descendunt, venæ sectio soluit.

23 Metus & tristitia si diu perseveret, melancholiæ istud indicium est.

24 Ex tenuioribus intestinis si quod perfectum fuerit, minimè coalescit.

25 Erysipelas foras effusum intrò verti, minimè bonum, at ab interioribus foras, bonum.

26 Quibus in febribus ardentibus tremores contingunt, delirium soluit.

27 Qui pus thorace colligunt, aut aqua inter cutem laborant, si vruntur aut secantur, & pus aut aqua confertim effluerit, omninò intereunt.

28 Eunuchi neque podagra laborant, neque caluescunt.

29 Mulier podagra non laborat, nisi cum menstrua defecerint.

30 Puer podagra non tentatur ante venereorum usum.

31 Oculorum dolores meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicamentum purgans exhibitum soluit.

32 Balbi longo alui profluuiò maximè corripuantur.

33 Qui acidum eructant, non admodum morbo latera litentantur.

34 Qui calui sunt, iis varices magni non fiunt. A quibus caluis existentibus varices succedunt, iis rursus capillitium gignitur.

35 Aqua inter cutē laborantibus tussis accedens, malo est.

36 Urinæ difficultatem venæ sectio soluit. Secundæ autem sunt interiores.

37 In angina detēto, si tumor in ceruice oritur, bonum, foras enim morbus vertitur.

38 Quibus canceri occulti oriuntur, eos non curare præstat. Curati nanque citò pereunt, non curati verò diutius perdurant.

39 Convulsio ex repletionē aut vacuationē oritur, ita verò etiam singultus.

40 Quibus ad præcordia dolores citra inflammationem oriuntur, iis febris succedens dolorem soluit.

41 Quibus suppuratum aliquod in corpore existit, neque de se significationem edit, iis ob puris aut loci crassitudinem sui indicium non exhibet.

42 Morbo regio laborantibus iecur durum fieri magnum.

43 Lienosi qui difficultate intestinorum corripuntur, si post longam succedentem intestinorum difficultatem, aqua inter cutem, aut læuitas intestinorum accidit, & moriuntur.

44 Quibus ex stranguria voluulus succedit, intra diem septimum moriuntur, nisi febre accedente copiosa urina effluat.

45 Ulcera annua quæcunque fuerint, aut longius tempus habuerint, os abscedere est necesse, & cicatrices cauas fieri.

46 Qui gibbosi ex anhelatione & tussi fiunt, ante pubertatem, moriuntur.

47 Quibus venæ sectio & medicamentum purgans confert, iis vere venam secare, aut medicamentum purgans exhibere conuenit.

48 Lienosis accedens intestinorum difficultas, bonum est.

49 Podagrici morbi, intra diem quadagesimum deposita inflammatione subsistunt.

50 Quibus perfectum fuerit cerebrum, iis febrem & bilis vomitionem succedere necesse est.

51 Quibus bene valentibus capitis dolores de repente contingant, statimque voce deficiunt, & stertunt, intra dies septem pereunt, nisi febris eos prehenderit.

52 Spectare verò oportet quæ etiam ex oculis per somnum subapparent. Etenim si quid ex albo non commissis palpebris subappareat, neque id ex alui profluvio, aut medicamenti potione contingat, prauum signum est & lethale admodum.

53 Deliria quæ cum risu fiunt, tutiora. At quæ studio adhibito, periculosiora.

54 In morbis acutis cum febre, gemebundæ spirationes, malæ.

55 Podagræ vitia vere & autumno ferè mouentur.

56 Morborum melancholicorum periculosi decubitus, aut corporis syderationem, aut cōuulsionem, aut furorem, aut cæcitatem denunciant.

57 At

57 At corporis syderationes contingunt ea ætate maxime quæ est à quadragesimo ad sexagesimum.

58 Vbi omentum exciderit, computrescere necesse est.

59 Quibus coxendicis dolore confictatis, coxendicis articulus suo loco excidit, ac rursus recipitur, iis mucores innascuntur.

60 Quibus diuturno coxendicis dolore confictatis, femoris caput suo loco excidit, iis crustabescit, & claudicant nisi vrantur.

Sectio septima.

1 In acutis morbis extremorum refrigeratio mala.

2 Caro livida ex osse ægrotante, malum denunciat.

3 Ex vomitione singultus & oculi rubentes, malo sunt.

4 Ex sudore horror, minimè bonus.

5 Ex furore intestinorum difficultas, aut hydrops, aut vehemens mentis emotio (*insanis dicitur*) bono est.

6 In morbo diuturno ciborum fastidium & synceræ deiectiones, malum denunciant.

7 Ex multo potu rigor & delirium, malum.

8 Ex rupto intrò tuberculo, exolutio, vomitio, & animi defectio contingit.

9 Ex sanguinis profluvio deliratio aut etiam conuulsio, malo est.

10 Ex morbo tenuioris intestini (*ileum dicunt*) vomitio, aut singultus, aut conuulsio, aut delirium, malum.

11 Ex morbo laterali pulmonis inflammatio, malo est.

12 Ex pulmonis inflammatione phrenitis, malum denunciat.

13 Ex vehementibus ardoribus conuulsio, aut nervorum distentio, malo est.

14 Ex ictu in capite accepto, stupor aut desipientia, malo est.

15 Ex sanguinis sputo, puris sputum malum.

16 Ex puris sputo tabes & fluxus, ubi verò sputum sistitur, moriuntur.

17 Ex iccoris inflammatione singultus, malo est.

18 Ex vigilia conuulsio vel delirium malum.

CCCC 2

- 19 Ex ossis nudatione erysipelas.
- 20 Ex erysipelate putredo aut suppuratio.
- 21 Ex vehementi & conspicuo in ulceribus arteriarum percussu, sanguinis eruptio.
- 22 Ex diuturno partium quæ ad ventrem attinent dolore, suppuratio.
- 23 Ex syncera alui egestionē intestinorum difficultas.
- 24 Ex ossis perfectō delirium, si ad vacuum vique penetravit.
- 25 Ex medicamenti purgantis potione convulsio lethalis.
- 26 Ex vehementi partium quæ ad ventrem attinent dolore, extremorum refrigeratio, mala.
- 27 Mulieri utero gerenti si crebra & inanis desidendi voluntas (rinesmum dicunt) accesserit, abortum facit.
- 28 Os quodcunque vel cartilago, vel nervus in corpore præcisus fuerit, neque augetur, neque coalescit.
- 29 Alba pituita vexato, si vehemens alui profluuium succedat, morbum soluit.
- 30 Quibus per alui profluvia spumosa sunt alui excrementa, iis ea ex capite defluunt.
- 31 Quibus per febres sedimenta hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis similia in urinis contingunt, longam fore ægritudinem denunciant.
- 32 At quibus biliosa sedimenta, supra verò tenuia fuerint, acutum morbum significant.
- 33 Quibus disparatæ sunt urinæ, iis vehemens est in corpore turbatio.
- 34 Quibus in urinarum summo bullæ consistunt, renum morbum eumque longum fore significant.
- 35 At quibus summa urina pinguis est & conferta, iis renum morbum eumque acutum significat.
- 36 Quibus verò renū vitio affectis, prædicta signa contingunt, doloresque circa spinæ musculos fiunt, si quidem ad loca exteriora fiunt, abscessum extra fore expecta. Quod si dolores ad loca interna magis vergant, abscessum quoque interius potius futurum sperandum.
- 37 Qui sanguinem vomitione refundunt, si quidem citra febrem contingat, salutare, cum febre verò, malum. Curandum

randum verò refrigerandi & adstringendi vim habentibus.

38 Destillationes in superiore ventrem, intra vigesimum diem in pus vertuntur.

39 Si quis sanguinem & grumos meiat, & stranguria laboret, dolorque ad interfœmineum, imum ventrem & pectinem pertingat, partes ad vesicam pertinentes malè affici significat.

40 Si lingua de repente incontinens, aut aliqua corporis pars syderata euadat, id atram bilem indicat.

41 Si senioribus supra modum purgatis singultus accidat, non bonum.

42 Si febris non ex bile orta prehenderit, aqua calida & copiosa capiti affusa, sit febris solutio.

43 Mulier ambidextra non fit.

44 Suppurati cum vruntur aut secantur, si pus purum & album effluat, euadunt. Quòd si subcruentum, & cœnosum, & graueolens fuerit, pereunt.

45 Qui ex purulento iccore aduruntur, ij vbi pus purum fluxerit & album, superiunt, quòd pus in tunica ipsis còclusum sit. Sin verò qualis amurca fluat, pereunt.

46 Oculorum dolores exhibita meri potione, & copiosa aquæ calennis balneo, venæ sectione curato.

47 Aqua inter cutem laborantem si tussis detineat, desperatus est.

48 Vrinæ stillicidium (stranguriam vocant) & meientis difficultatem, vini meri potio & venæ sectio soluit. At secandæ sunt interiores.

49 In angina detento, si tumor & rubor in pectore contingat, bonum, foras si quidem morbus vertitur.

50 Quibus cerebrum syderatione tentatum est, intra tres dies intereunt. Quòd si hos effugerint, sani euadunt.

51 Sternutatio ex capite fit concalescente cerebro, aut per humectata capitis inanitate. Aër enim intus contentus extra effunditur. Strepitum autem edit, quòd ei per angustum sit transitus.

52 Quibus iccur vehementer dolet, iis succedens febris dolorem soluit.

53 Quibus sanguinem ex venis detrahare conuenit, iis vere vena secanda est.

54 Quibus inter seprum transversum & ventriculum pituita concluditur, & dolorem exhibet, neq; in alterutrum ventrem viam habet, is per venas in vesicam pituita versa, morbi fit solutio.

55 Quibus iecur aqua plenum in omentum eruperit, is venter aqua impletur & moriuntur.

56 Anxietudinem, oscitationem, horrorem, vinū æquali aqua temperatum epotum soluit.

57 Quibus in vrinaria fistula tuberculum innascitur, eo in pus verso & rupto, dolor soluitur.

58 Quibus ex occasione aliqua cerebrū concussū fuerit, eos protinus voce deficere necesse est.

59 Corporibus humida carne præditis famem inducere conuenit, fames siquidem corpora exsiccat.

60 Si febre detento, nullo existente in faucibus tumore de repente suffocatio succedat, nec nisi rectè deuorato queat, lethale.

61 Si febre detento ceruix peruertatur, neque deuorare queat, nullo in ceruice tumore existente, lethale.

62 Vbi toto corpore mutationes, & corpus vniuersum perfrigeratur, rursusque incalescit, nec subinde calorem commutat, morbi longitudo denunciatur.

63 Sudor multus calidus aut frigidus semper fluens, humoris copiam inesse significat. Hæc igitur robusto quidem supernè, debili verò internè deducenda.

64 Febres non intermittentes si tertio die vehementiores euadant, periculo obnoxia. Quoquo autem modo intermiserint, periculum abesse indicat.

65 Quos febres longæ exercent, is tubercula, vel in articulis dolores innascuntur.

66 Quibus longa tubercula, aut in articulis dolores ex febre fiunt, ij copiosioribus cibis vtuntur.

67 Si febricitanti quis cibum exhibuerit, sano quidem robur, & ægrotanti morbus.

68 Quæ per vesicam excernuntur spectare oportet, an qualia sanis subeunt. Nam quæ his minimè sunt similia ea morbosiora. Quæ verò sanis similia, minimè morbosa.

69 Et quibus deiectiones, si residere permiseris, neque moueris, veluti strigmenta subsident, & si pauca sunt, parum est.

est morbus, si nō verò multæ, magnus, tūc aluum infra purgari conducit. Quod si minimè purgata aluo sorbitiones exhibueris, quò plures dederis, eò magis nocebis.

70 Quæ cruda deorsum secedunt, ab atra bile sunt, si plura, maior; si pauciora, minor est morbus.

71 In febribus non intermittentibus excreationes liuidæ, cruentæ, biliosæ, & graueolentes omnes malæ. Cū verò probè secedunt, bonæ. Per aluum etiam & vesicam, & vbiunque quod secedit substituerit minimè purgatum, malum.

72 Corpora cū quis repurgare velit, fluxilia reddere oportet. Quod si supra fluxilia reddere voles, aliud sistenda est, si verò infra, humectanda.

73 Somnus, vigilia, vtræque si modum exceßerint, morbus.

74 In febribus intermittētibz, si externa frigrant, interna verò vrantur, & sitis detineat, lethale.

75 In febre non intermittente, si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertatur, si neque videat, neque audiat, & iam de bilis sit, horum quicquid acciderit, lethale.

76 Albæ pituitæ aqua inter cutem succedit.

77 Ex alui profluvio intestinorum difficultas.

78 Intestinorum difficultati, læuitas intestinorum succedit.

79 Ex syderatione os abscedit.

80 Ex sanguinis vomitione tabes & puris per superiora purgatio. Ex tabe fluxio è capite, ex fluxione, alui profluvium, ex alui profluvio, purgationis per superiora retentio, ex qua mors.

81 Ex sanguinis sputo, puris sputum & fluor, vbi autem sputum retinetur, moriuntur.

82 Qualia etiam quæ per vesicam, & aluum, & carnes excernuntur, & sicubi aliàs corpus à natura recesserit, inspicere oportet. Si parum, parvus est morbus, si multum, magnus, si admodum multum, lethale istud est.

Aphorismi spurij & nothi.

83 Qui supra quadragensimum annum phrenitici euadunt, ij verò minimè conualescunt. Minori nanque periculo

sunt obnoxij, quorum naturæ & ætati morbus familiaris fuerit.

84 Quibus oculi in morbis spontè illachrymât, bonum, quibus verò non spontè, malum.

85 Quibus per febres quartanas sanguis ex naribus fluxerit, malo est.

86 Sudores diebus indicatoriis vehementer & velociter suboriri periculosi, & qui ex fronte guttarum & scaturiginum instar propelluntur, quique copiosi sunt & valdè frigidi. Eiusmodi nanque sudorem cum vi & summo dolore, expressioneque diuturna prodire necesse est.

87 Ex morbo diuturno alui deductio, mala est.

88 Quæ medicamenta non sanant, ea ferrum sanat. Quæ ferrum non sanat, ea ignis sanat. Quæ verò ignis non sanat, ea insanabilia reputare oportet.

HIPPOCRATIS

EPISTOLÆ.

Sectio VIII.

MAGNVS ARTAXERXES

Rex regum Pato. S.



MORBUS pestilens dictus nostris exercitibus se applicuit, nobisque crebro multa molientibus nihil dum remisit, 30
Quare prorsus te pro meis in te collatis beneficiis oro, vt quāprimum aliquod ex ingenio tuo excogitatum præsidium, aut aliquod ex arte remediū, aut alicuius qui mederi queat consilium ad nos mittas. Propulsa oro hanc affectionem. Publicè enim nostras copias magna inuasit anxietas, easque multum & sæpe suo afflatu inficit. Non oppugnantes oppugnatur, cum hostem habeamus feram istam gregem nostrum deuastantem, quæ multos acerbis iaculis immisit
saucia.

ſauciauit, & immedicabiles reddidit. Angor animo, neque habeo quid iam conſilij cum familiaribus capiam. Solue omnia, neque nos tuo optimo conſilio deſtitue. Vale.

Pater Regi regum Magno Artaxerxi.

QVæ à natura præſidia petuntur, morbum peſtilentem populariter graſſantem non ſoluunt. Morbos autem ex natura ortos, natura ipſa per iudicationem curat. Qui vero populariter graſſantur, eos ars ex artificio corporum mutationem diſcernens curat. At Hippocrates Medicus hunc morbum ſanat, à Doriensibus oriundus, & ciuitate Copatre verò Heraclide Hippocratis filio, ex Gnoſidico, Nebro, Soſtrate, Theodoro, Cleomyrtada, Criſamida. Hic diuina natura præditus, ex paruis ac vulgaribus initiis in magnam artem Medicinam prouexit. Ortus igitur diuinus eſt Hippocrates, nonus quidem à Criſamide rege, ab Æſculapio verò decimus octauus, à Ioue vigefimus, matre verò Praxitheæ Phænaretes filia, ex Heraclidarum familia. Quare ex utroque ſemine à Diis oriundus diuinus Hippocrates, ex patre quidem Aſclepiadarum familiam attingens, ex matre verò Heraclidarum. Artem verò tum ex patre Heraclide, tum ex ſuo Hippocrate didicit. Verùm ab his quidem, vt par eſt, primum artis myſteriis initiatus, quæ eos tenuiſſe credibile eſt, ipſe deinde diuino ingenio præditus vniuerſam artem didicit, tantò ingenij dextérité maiores ſuos ſuperans, quantò etiam iis artis excellentia præſtitit. Expellit autem non ferarum quidem, ſed ferorum & agreſtium morborum genus, & per magnos terræ & maris tractus Æſculapij auxilia, non ſecus ac Triptolemus Cereris ſemina diſpergit. Quamobrem iuſtiſſimis de cauſis in multis terrarum locis etiam ipſe diuinis honoribus affectus eſt, & ab Athenienſibus iſdem quibus Hercules & Æſculapius muneribus honeſtatus eſt. Hunc accerſiri iube, auriq; & argenti quantum volet dato. Hic enim non vnum huius mali ſanandi modum tenet. Hic eſt ſanitatis pater ac conſeruator, hic dolores curat, & vt breuiter dicam, hic diuinæ ſcientiæ princeps eſt. Vale.

*Rex regum Magnus Artaxerxes Hyſtani
Helleſponti Praefecto.*

Hippocratis Medici Coi, ab Aſculapio oriundi, artis etiam gloria ad me peruenit. Auri igitur quantum uolet, reliquaue quibus indiget effuſè ei exhibeto, & ad nos mittito. Cum Perſarum enim optimatibus eodem erig honore. Et ſi quis alius in Europa prudentia excellit, eum in familiam Regiam nihil diuitiis parcens aſciſcito. Neque enim viros qui conſilio valeant, inuenire eſt facile. Vale.

Hyſtanes Helleſponti Praefectus Hippocrati ex Aſclepiadarum familia oriundo S.

Rex magnus Artaxerxes tua praſentia opus habet, & ad nos praefectos miſit, imperans vt tibi argentum & aurum, ceteraque quibus opus habes, & quaecumque uoles abundè exhibeamus, teq; ad ſe breui mittamus. Te enim Perſarum optimatibus honore æqualem fore. Tu igitur facito vt quamprimum aduenias. Vale.

Hippocrates Medicus Hyſtani Helleſponti Praefecto S.

Ad Epiſtolam quam miſiſti & à Rege veniſſe aſſeris, Regi quaſi reſpondeo quàm celerrimè reſcribe. Nos viſtu, veſtitu, domo, omniq; re ad vitam neceſſaria cumulatè frui. Perſarum autem opibus vtī, neque mihi æquum eſt, neque barbaros morbis liberare, cum ſint Graecorum hoſtes. Vale.

Hippocrates Demetrio S.

Rex Perſarum nos ad ſe vocauit, neſcius mihi potiorẽ eſſe ſapientiaẽ quàm auri rationem. Vale.

*Regi regum magno meo Domino Artaxerxi
Hyſtanes Helleſponti Praefectus S.*

Quam ad me miſiſti epiſtolam, iubens vt ad Hippocrateẽ Coum, & ex Aſclepiadarum familia oriũdum mitterem,

terem, nisi, & ab eo responsum accepi, quod scriptis traditum, ut domum tuam mitterem iussit. Gymnasben igitur Dicyrthen, qui hoc perferat ad te misi. Vale.

*Rex regum Magnus Artaxerxes hac
Cois denunciatur.*

Hippocratem medicum maligno erga nos animo, & in me & Perfas proteruè iniurium, nunciis meis reddite. Alioqui noscitis vos etiam primæ culpæ pœnās persoluros. Vestram enim urbem ferro & igni deuastatam, & insulam demolitam, pelagus efficiam, ut ne in posterum dignoscatur, an eo loco insula aut vrbs Cois fuerit.

Coorum Responsum.

Artaxerxis nunciis populo respondere visum est, Coos nihil Mæope, neque Hercule, neque Æsculapio indignum facturos. Ideoque ciues omnes Hippocratem minime reddituros, etiam si pessimam mortem oppetere debeant. Dario enim & Xerxi per literas terram & aquam à maioribus nostris petentibus, populus recusauit, cum eos videret, si se hostiliter persequeretur, æquè ac alios homines mortales esse. Atque etiam nunc idem respondet, ut à Cois recedatis, cum Hippocratem vobis non sint tradituri. Hoc igitur illi nuncium perferte, quod & Dij ipsi nostri sunt curam habitori.

*Senatus populusq; Abderitanus
Hippocrati S.*

Inrem vrbs nostræ nunc maximè periclitatur vir illo, & Hippocrates, qui etiam nunc & olim huic semper ornamento fore sperabatur. Ac verendum est ne nunc (ô Dij omnes) inuidia laboremus, cum hic ob multam sapientiam quam consecutus est adeo ægrotet, ut non mediocriter vendendum sit, ne si Democritus mente captus fuerit, vrbs nostra Abderitana penitus pro deserta habeatur. Omnium enim imprimisq; sui oblitus, vigilans noctu & interdium singulaq; praua & magna deridens, ac pro nihilo reputans, totam vitam traducit. Ducit aliquis uxorem, hic mercaturam exercet, hic concionem habet, alius magistratum gerit, legationem

obit, populi suffragio magistratus declaratur, abrogatur, ~~agrotat~~, vulneratur, moritur. hic autem rider omnia, cum hos quidem demisso & tetrico vultu, illos verò hilares videat. Quin & ea inquirir quæ apud inferos fiunt, & de his scribit, & imaginum plenum aërem esse dicit, seque avium voces intelligere, & sæpe de nocte surgens, solus placidè canere videtur, seseque quandoque in infinitiorem peregrinari dicit, & innumerabiles sui similes esse Democritos, vnaque cum mente corpore perditus vivit. Hæc metuimus ô Hippocrates, his de rebus perturbati sumus. Verum tuo consilio patriam nostram servaturus citò aduenito, neque nos despexeris. Neque enim despiciendi sumus, & nos testimonij authoritate valemus, & de eo servato neque gloria tua neque pecuniis, neque eruditionis fama frustraberis. Et quamquam plus apud te valeat doctrinæ quàm fortunæ ratio, hæc tamen tibi à nobis & copiosa & larga offerretur. Etenim pro Democriti salute, non si verba aurea sit, voluntati nostræ respondeat, neque si quicquam ei desit. Leges nostras Hippocrates agrotare & delirare existimamus. Adfis vir optimus, virum eximium curaturus. Venies non tanquam Medicus, sed velut totius Ioniæ fundator, nos sacratione mure circumdabis. Urbem non virum curabis, Senatum ægrotantem, & ne claudatur periclitantem aperies, ipse legum conditor, iudex, magistratus, servator, & horum artifex advenies. Hanc in rem te expectamus Hippocrates, hæc nobis eris ubi veneris. Civitatum vna nō obscura, imò potius tota Græcia te orat, ut sapientiæ corpus conserues. Ipsam verò doctrinam apud te legationem obire putato, ut se hac calamitate liberes rogantem. Sapientia certè, ut nobis videtur, omnibus cognata est, & nobis qui ad eam propius accessimus, multò magis. Certò scito te à futuro sæculo magnam initurum gratiam, si Democritum veritate, qua eum omnibus præstare posse sperat, non destitueris. Tu enim Æsculapio genere & arte coniunctus es, hic verò Herculis ex fratre nepos, ex quo Abderus, ut profectò aliquando audisti, cuius nomen civitas habet. Quare illi etiam grata futura est Democriti curatio. Cum igitur videas Hippocrates populum & virum egregium ad sensum stupiditatem delabi, ad nos festines rogamus. Mirum quòd etiam exuberantia bona morbi

morbi existunt. Democritum enim quantum sapientiæ acumine valuit, in tantum nunc periclitatur, ne mentis stupore & dementia malè afficiatur. At reliquum Abderitanum vulgus ineruditum, sensu quidem communi fruitur. Quinetiam qui ante imprudentes habebantur, ad sapientis morbum discernendum nunc quidem perspicaciores sunt. Adesto igitur cum Æsculapio patre, cū Herculis filia Epione, cum filiis qui ad Ilium in expeditionem profecti sunt. Adesto nunc Pæonia tecum morbi remedia afferens. Terra vberibus fructibus, radicibus, herbis, & floribus ad depellendam insaniam ferax est, neque ferè vnquam fecundius producent, neque terra, neque montium iuga, quàm quæ nunc ad Democriti salutem. Vale.

Hippocrates Senatui populog, Abderitarum S.

«Cuius vest? Amelesagoras eo die Coappulit, in quem forte inciderat Virgæ aſumtio, anniuersaria, vt ſcitis, nobis feſtiuitas, & publicus conuentus, pompaque ad cu-
 20 preſſum celebris, quam pro more deducunt qui Deo dicati ſunt. Cū autem & ex verbis, & ex aſpectu ipſo feſtinare videretur Amelesagoras, credens, re vera, vrgeret negotium, epistolam veſtram legi, & miratus ſum quod de vnus hominis ſalutē, non ſecus ac ſi vnus eſſet in ciuitate conturbati eſſetis. Et certè beati ſunt populi, qui viros bonos ſua eſſe propugnacula intelligunt, non turres, non mœnia, ſed prudentium virorum prudentia conſilia. At verò artes deorum eſſe munera cū mihi perſuadeam, viros autem naturæ opera, ne indignemini, viri Abderitæ, ſi naturam, nō vos, me
 30 vocare exiſtimem, ad opus ſuum conſeruandum, quod periclitatur ne morbo corruat. Quare Naturæ & Diis potiùs quàm vobis auſcultans, feſtino Democritum ægrotantem ſanaturus, ſi ſanè hic morbus eſt, ac non potiùs (quod exopto) errore hallucinamini. Ac certè maius fuerit beneuolentiæ veſtræ teſtimonium, ſi vos ad hanc ſuſpicionem conturbati fueritis. Mihi verò ad vos venienti, non Natura, neque Deus argentum promiſerit. Ac neque vos (viri Abderitæ) per vim obrudite, ſed liberæ artis libera eſſe ſinite opera. Qui autem mercede operam ſuam locant, hi ſcientias tan-

quam ex priore libertate mancipio dantes seruire cogunt. Deinde probabile est eos metiri posse, velut in magno morbo, & negare ut in paruo, aut ubi promiserint, non venire, rursusque non vocatos venire. Miserabilis sanè est humana vita, quòd ad eam totam intolerabilis argenti cupiditas, velut hybernus flatus peruasit, ad quem morbum insania grauiorem curandum, vtinam Medici omnes potius concurrerent, quæ tamè beata censeretur, cum morbus sit, & malè affligat. Equidem omnes animi morbos vehementes insanias reputo, cum opiniones quasdam & visa rationi susci-
 703
 rant, ex quibus sanescit qui per virtutem repurgatur. Ego verò si omnibus modis discere voluissem viri Abderite, ne decem quidem talentorum gratia ad vos venirem, sed ad Magnum Persarum Regem proficiscerer, ubi vrbes totæ opibus humanis refertissimæ occurrissent, illorum autem pestilentem morbum curassem. Sed regionem Græciæ inimicam malo morbo liberare recusaui. Et ego his quidem totis meis viribus Barbaros nauali prælio superauim. Regiæ autem opes ignominia mihi futuras, & opulentiam patriæ inimicam reportassem, quibus circumaffluēs urbium Græciæ destructor existerem. Diuitiæ non sunt pecuniæ vnde-
 10
 cunque comparatæ. Magna enim sunt virtutis sacra, quæ à iustitia non reguntur, sed in apertum se proferunt. Annon reputatis æquale peccatum esse, hostes seruare, & amicos mercede curare. At non ita se habent res nostræ. Ex morbis quæstum non facio, neque ex animo Democriti dementiam audiui, qui siue sanus sit, amicus est, siue ægrotet, curatus magis amicus futurus est. Eum autem grauibis & firmis moribus esse prædictum intelligo, & vrbi vestræ esse ornamento, Valere.

Hippocrates Philopœmeni S.

Legati qui cum vrbi vestræ epistola, etiam tuam mihi reddiderunt, quodque tuum hospitium, & reliqua vitæ commoda promitteres, valdè lætatus sum. Auspicatò autem veniemus, & ut coniicimus, meliore spe accedemus, cum velut ex literis accepimus, non insaniam, sed eximium quoddam animi robur vir hic demonstrat, qui neque liberorum, neque vxoris, neque cogatorum, neque rei familiaris,

his, neque cuiusquam omnino curam habeat, sed dies & noctes solus priuatam vitam degat, in antris plerunque & solitudinibus, aut in arborum umbraculis, aut in mollibus herbis, aut iuxta crebra aquarum fluentia. Hæc igitur plerunque melancholicis accidunt. Quandoque enim taciturni sunt, solitarij, desertorum amantes, familiarium conspectum, tanquam alienum, fugiunt. Neque etiam absurdum est in his qui ad disciplinas studiosè contendunt, omnes alias curas ab vno sapientiæ affectu excuti. Non aliter enim ac ministri & ministræ in domibus tumultuantes ac concertantes, si quando de repente eis hera adfuerit, attoniti conquiescunt, similiter etiam reliquæ animi cupiditates maiorum hominibus sunt administræ, at ubi sapientia in conspectum se dederit, tanquam mancipia reliqui affectus discedant. Non omnes amentes speluncas & quietem expectunt, verum etiam qui res humanas negligunt, ob tranquillitatis desiderium. Cum enim mens curis externis fracta, corpus recreare voluerit, tunc citò in quietem tradit, deinde erecta & stans circum sese veritatis locum circumspicit, in quo non pater, non mater, non vxor, non liberi, non frater, non cognati, non ministri, non fortuna, neque prorsus quicquam tumultum excitat, sed perturbantia omnia reiecta præ timore subsistunt, neque appropinquare audent, pro eorum reuerentia qui illic inhabitant. Illum autem locum inhabitant artes, virtutum omne genus, dij, demones, consilia, & sententiæ. In illaq; regione magnus polus stellis plurimum se mouentibus tanquam corona cinctus est, in quam fortassis Democritus ob sapientiam commigravit. Deinde cum eos qui in vrbe sunt non videat, ut qui procul à domo agat, ob solitudinis amorem insanire creditur. Cum verò Abderitæ Democritum non intelligat, de argento periculum facere student. Tu verò amice Philopœmen hospitium nobis præparato. Neque enim perturbatæ vrbi molestus esse volo, cum te (vt nosti) veterem & proprium hospitem habeam. Vale.

Hippocrates Dionysio S.

A Ut me Halicarnassi expecta, aut me (ô amice) anteuer-
te. Necessario enim mihi Democriti gratia in Abderâ

abundum, ad quem ægotârem vrbis me accersuit. At mirabilis Dionysi quædam est illorum hominum naturæ convenientia & consensio, qui velut vnus animus, vna cum ciu suo ægotat, vt proinde mihi curatione indigere videatur. Equidem non ipsum morbum esse puto, sed nimis exuperantem doctrinam, quæ re vera modum superare non potest, sed ita vulgo existimatur, cum neque modum exuperans virtus vnquam sit noxia. Quod verò exuperat, propter eorum qui iudicant inscitiam, morbi opinionem præbet. Quisq; autem ex his quæ non habet, quod in alio abundat, modum excedere opinatur. Ita sanè timidus fortitudinem, & avarus animi magnitudinem modum excedere sentit, omnisq; defectus virtutis moderationem excessum esse purat. Illum igitur vbi viderimus cum ea quæ nobis inde suppetet prænotione, eiusq; sermonem audiuerimus, melius cognoscemus. Tu verò, Dionysi, accedere festina. Volo enim te quoad rediero, in patria nostra commorari, vt rerum nostrarum imprimisque vrbis nostræ curam habeas, quandoquidem nescio quo casu salubris annus est, & pristinam naturam retinet. quare neque multi morbi molesti erunt, verumtamen adesto. Domum meam valde peropportunam inhabitabis, cum mea vxor propter meâ profectionem apud parentes maneat, illius tamen vitam obserua, quo pudicè degat, & ne ob viri absentiam alios viros usurpet. Modesta ab initio fuit, & probos habuit parentes, patrem autem mirum in modum virilem, & vehementer malos odio prosequentem, ac egregiè senem. Sempertamen eo qui modestè coërceat mulier opus habet. Natura enim insitam intemperantiam habet, quæ nisi quotidie refeceretur, velut arbores superuacuis frondibus & inutiles fructificatione luxuriat. At ego amicum parentibus diligentior in muliere custodienda existimo. Neque enim hic, velut illi, beneuolentus affectu cum ea coniunctus est, quo plerunque admonitioni tenebras offundunt. In omni autem re quod sine affectu prudentius est, quòd nimirum beneuolentia frangi non possit. Vale.

Hippocrates Damageto S.

CVM apud te Rhodi essem Damagete, nauem illam vidi cui Solis inscriptio inerat, quæ mihi perpulchra puppi pro-

pi probe & idonea carina instructa, multa que transtra ha-
 bere visa est. Tu verò eam commédabas, quòd ad nauigan-
 dum velox esset, tuta, ad regendum bene fabricata, facilem-
 que nauigationis cursum haberet. Eam ad nos mittito, sed
 si fieri possit, non remis, sed alarum remigio instructam.
 Res enim & amicitia vrget, vt quàm citissimè in Abderam
 traiciam. Ægrotantem enim urbem, propter vnum De-
mocritum morbo affectum curare volo. Si quando de hu-
 ius viri fama accepisti, hunc patria dementia infumulat. At
 ego volo, imò verò exopto, illum re vera non delirare, sed
 eos ita opinari. Ridet semper inquit, neque in quouis ne-
 gotio ridere cessat, hoc quibus illis insanix signum videtur. Qua-
te nostros qui Rhodi sunt amicos mouero, vt semper mo-
dum teneant; neque multum rideant, neque multum tetti-
ci sint; sed inter hæc modum teneant, vti his quidem grati-
simus esse videaris, illis verò commératoni deditus; de vir-
tute anxie cogitans. Inest certè Damagete vitij aliquid,
 quòd ad singula rideat. Si enim immoderantia vitiosa est;
 quæ perpetua vitiosior. Eum autem sic alloquar. Democri-
te, si quis ægrotet, si quis interficitur, moritur, & obsidetur,
& si quid mali incidit, & quicquid sit, materiam tibi risus
prebet. An non bellum Diis indicere videris, si cum duo sint
in mundo: gaudium & tristitia, alterum à te reieceris? Bea-
 tus certè mihi videaris, verùm id fieri nequit, si neque ma-
 ter tibi egrotet, neque pater, neque tandem liberi, aut vxor,
 aut amicus, sed vt propter tuum risum conferuentur, omnia
 certè tibi prosperè cedunt. Sed quòd cum ægrotant rides,
 cum moriuntur gaudes, si quod malum audieris, exhilara-
 ris, maximè improbus es Democrite, longè que à sapientia
 aberras, si hæc vitia non existimas. Atra igitur bile vexaris
 Democrite, & periclitaris ne ipse Abderitanus habearis,
 prudentior autem sit ciuitas. Verùm de his quidem Dama-
 gete illic exactiùs differemus. Nauis autem etiam hoc tem-
 pore quo ad te scribo moratur. Vale.

Hippocrates Philopœmeni S.

CVM cogitabundus & sollicitus de Democriti salute es-
 sem, illa que ipsa nocte dormirem, sub aurore initium
 Dddd

somnium mihi visum est, ex quo nihil admodum periculosi
 euenturum existimo. Mirandum enim in modum excitatus
 sum. Ipsum enim Æsculapium coram præsentem mihi vi-
 dere videbar, cum iam ad Abderitanas portas peruenis-
 semus. At Æsculapius non ea lenitate ac facilitate, qua illius
 imagines conspici solent, videbatur, sed habitus erat com-
 moto similis, & aspectus magis horrendus. Sequebantur
 autem eum dracones inter reptilia eximij, longoque tractu
 festinantes horrendum quiddam velut in solitudinibus &
 cauis vallibus subsibilantes. Pone ibant comites medica-
 mentorum cistas probè obstratas habentes. Deinde mi-
 hi manum Deus porrexit, qua lubenter arrepta, rogabam
 mecum vti veniret, neq; me in curatione desereret. Ille ve-
 rò, nihil inquit mea opera in præsentia indiges, verum hæc
 communis tunc immortalium, tum mortalium Dea, te nunc
 hospitem deducet. At ego conuersus, mulierem tunc pul-
 chram, tum magnam aspicio, simplici capillorum ornatu
 splendido cultu, cuius oculorum orbis elaro lumine pellu-
 cebant, vti stellarum fulgores viderentur. Et Deus quidem
 discessit, mulier verò illa appressa manu me leui quodam
 passu per urbem perhumaniter complexa deduxit. Vbi ve-
 rò ad domum venimus, vbi mihi hospitium paratum puta-
 bam, velut spectrum discessit, dicere visa, craste apud De-
 mocritum offendam. Quia iam discedente, quæso optima
 (inquam) quænam es, & quod tibi nomen est. Veritas in-
 quit. Quam verò accedentem vides, Opinio est (inquit) cõ-
 festimq; altera quædam mihi visa est, neq; mala hæc quidẽ
 ferociore tamen & fastuoso aspectu, & apud Abderitanos
 habitat. Experrectus igitur mihi ipsi somnium explicavi,
 quòd ex quo ipse Deus medendi author discessisset, rãquam
 nullam curandi habeat materiam, Democritus medico nõ
 indigeat, sed veritas ipsa, quòd sanus sit, apud Democri-
 tum manet, opinio verò quòd ægrotet, re vera apud Abde-
 ritanos habitat. Hæc vera esse, vt sunt, credo Philopœmen,
 neq; somnia reiicio, præsertim quæ ordinẽ conseruant. Me-
 dicina autem & Diuina, magnam inter se cognationem
 habet, quando quidem duarum artium pater est vnus Apol-
 lo progenitor noster, qui & præsentis & futuros morbos
 prædicabat, & ægrotantes & ægrotaturos curabat. Vale.

Hippo.

Hippocrates Cratena S.

S Cio te (ô amice) præstantissimum esse herbariarum, reque
 propter studium & maiorum gloriam, nihil facultate
 Cratena: proauo tuo cedere. Nuncigitur, si vnquam aliàs,
 quantas & qualescunque poteris herbas lege, cum necessi-
 tas urgeat, easque ad nos trans mitte, ad virum curandum,
 Abderitam quidem, verum Democritum toti ciuitati equi-
 parandum. Eum enim ægrotare aiunt, & insania decenter
 10 purgatione valde indigere. Ac vt ne medicamentis quidem
 (vt spero) vtamur, sed tamen vndiquaque instructum esse
 oportet. Rem autem herbariam apud te semper miratus
 sum, vt & rerum vniuersarum naturam & ordinem, sanctis-
 simumque terræ solum, ex qua animantia, plantæ, alimen-
 ta, medicamenta, fortuna, diuitiæque ipsæ promanant. Ne-
 que enim alicui pecuniæ cupiditas haberet vbi consistere-
 ret, neque me nunc Abderitæ decem talentis illectassent,
 & pro Medico mercede conductum deprehendissent. Quod
 si Cratena amaram pecuniæ cupiditatis radicem excinde-
 20 re possis, vt ne vllæ eius reliquiæ restent, hoc probè teneo,
 quod vnâ cum hominum corporibus etiam malè affectos
 purgaremus. Sed hæc quidem in votis habenda. Tu verò
 nobis, quod præsens est, montanas & ex summis collibus
 herbas legito. Nam ob soli densitatem, & aeris tenuitatem,
 aquosioribus sunt solidiores & vehementiores. Quode-
 nim attrahunt magis est animatum. Tenta tamen vt etiam
 ex his quæ circa stagna aut paludes nascuntur flores colli-
 gas, & eas quæ apud nos fluuiales, aut fontanæ, aut ex
 aquis salientibus scatentes vocantur, quas sanè imbecillas
 30 & remissas, ac dulcis succi esse mihi persuadeo. Succo au-
 tem omnes & fluidi liquores, in vitreis vasis adferantur, ac
 rursus folia, flores & radices, in fictilibus nouis probè ob-
 turatis, vt ne ventis diffiata vim medicam tanquam animo
 deficientes deserant, verum hæc ad nos confestim mitte.
 Anni enim tempestas commoda est, & dictæ insaniæ neces-
 sitas urget. Cum enim ab omni arte aliena sit procrastina-
 tio, tum verò maximè in Medicina, in qua dilatio vitæ peri-
 culum adfert. Temporum autem opportunitates curatio-
 num sunt animi, earumque observatio finis. Democritum

Dddd 2

sanè quidem etiam citra medelam conualiturum spero. Si verò aliquod nature, aut occasionis, aut alteri⁹ alicuius causæ erratum contingat (multa nanque nos mortales latent, cum non admodum veritate præstemus) ad id quod obscurum est facultatem omnem congregatam esse opus est. Neque enim ei qui in periculo constitutus est, satis sunt quæ possumus, verum etiam quæ non possumus experiri, fereque ad duos fines bellum inferimus, vnum quidem hominis, alterum verò artis. Horum alter quidem obscurus est, alter verò arte circumscriptus est, & in his ambobus fortuna opus est. Nulla enim coniectura eorum quæ ad purgationem cum cautione feruntur. Nam & stomachum malè affectum suspectamus, & medicationis conuenientem modum ex ignota natura coniecimus. Neque enim eadem & vna est omnium natura, alterum autem semper etiam sibi circumscribens assimilar, interdum verò totum perdit. Quinetiam repulia multa herbas suo veneno inficiunt, & suo circumhiatu cum interiore aura, malignitatem pro auxilio ipsis inspirant. Idque ignorabitur, nisi certè macula quædam, aut inquinamentum, aut ferinus & iniucundus odor, eius rei quæ accidit notam dederit. Deinde ars ipsa propter fortunæ lapsum à via recta aberrat. Certiores autem sunt per veratrum purgationes, quibus etiam Melampus ad Proci filias, & Anticyreus in Hercule vsi fuisse traduntur. Ac optandum nobis vt nullum ex his in Democrito vsurpemus, sed sapientia efficacissimum & præstantissimum medicamentum illi contingat, & finem imponat. Vale.

Hippocrates Damageto S.

HO C ipsum coniciebamus Damagete, non delirat Democritus, sed in omnibus sapit, nosque & per nos omnes homines sapiētiores reddit. Remisi autem ad te amice, re vera Æsculapij nauem, cui cum solis signo etiam sanitatem apponito, cum re vera prospero numine vela fecerit, eoque die Abderam nauigant, quo me peruenturum scripseram. Omnes igitur pro portis congregatos offendimus, nos, vt est verisimile, expectantes, non viros solum, verum etiam mulieres, atque etiam senes & pueros, per Deos tristes,
itemq;

itemq; infantes. Hi sanè sic affecti erant, quòd Democritus infaniret, at ille tunc exacta quadam diligentia philosophiæ incumberebat. Vbi autem me viderunt, paulum ad se rediisse & bene sperare visi sunt. Philopœmen verò me ad hospitium ducere properabat, quod & communiter illis placebat. At ego (viri Abderitæ) inquam, nihil mihi prius faciendum existimo, quàm ut Democritum videam. Quo aditro collaudarunt & lætati sunt meque continuò per forum deduxerunt, alij quidem sequentes, alij præcurrentes, aliaque ex parte alij clamantes ut seruarem, adiuuarem, medelam adhiberem. At ego bono animo esse iubebam, quòd Eretria rum tempestate fretus, nullum quidem malum, aut certe breui & facile corrigi posse sperarem. Simulque hæc dicens pergebam, neque enim procul domus erat, imò neque tota ciuitas. Adiuimus igitur, cum iuxta mœnia esset, illucque me placide deducunt. Deinde post rurrim collis erat altus, longis & densis populis nigris opacus, vnde Democriti domicilium conspiciebatur. Ipse quæ Democritus sub umbrosa & humillima Platanò sedebat, in breui & substricta tunica crassa citra humeros desinere (ex omide dicta) solus, squalidus, in lapidea sella, pallidus admodum & macilentus, barba promissa. Iuxta eum ad dextram tenuis aquila per decliuem tumulum decurrens placide resonabat. Erat autem delubrum quoddam super tumulum illum, Nymphis quidem, quantum conicere licet, dedicatum, sponte enatis viribus circumdatum. Hic verò compositè admodum librum super genua habebat, & alij quidam vtraque ex parte ei adiacebant, crebra autem animalium cadauera, per totum dissecta, accumulata erant. Hic autem interdum contentò studio scriptioni incumberebat, interdum multum subsistens, & apud se anxie cogitans quiescebat. Deinde non multò post his peractis, exurgens deambulabat, & animalium viscera attentè inspiciebat, hisque depositis reuersus rursus desidebat. At verò Abderitæ mihi tristes, nec procul à lachrymantibus oculis assistentes. Vides certè (inquiunt) Hippocrates Democriti vitam, quàm insaniam, neque quid velit, aut quid faciat nouit. Et ex his aliquis cum adhuc eius insaniam mihi magis demonstrare veller, alios eiulatus ad instat mulieris liberorum mortè lamentantis edidit, deinde

rursus ingemuit, viatoris personam gerens, qui quod ferebat perdidit. Quibus auditis Democritus partim risit, partim subfannauit, nihilque amplius scribebat, caput verò crebro concutiebat. At ego, vos quidem (inquam) viri Abderitæ hic manete, vbi autem ipse propius accessero, & viri verba audiero, corpusque videro, affectus veritatem cognoscam, hisque dictis placidè descendit. Erat autem præceps locus ille & pronus, vix igitur gressum retinens permeauit. Vbi verò propius accessi, fortè in eum incidi cum sanè quid diuino furore actus & concitatus scriberet. Isthic igitur cõstiti, tempus opportunum dum ipse cessaret expectans. At ille non multò post, deposito impetu & stilo scriptorio, me accedentem aspexit, & Salue, inquit, hospes. Ego tu quoque plurimum (inquam) Democritè hominum sapientissime. Ille verò pudore suffusus (opinor) quòd me nomine non compellasset. Te verò (inquit) quonam nomine voca- uero? Tui enim nominis ignoratio, occasio fuit cur te hospitem appellarem. Hippocrates (inquam) Medicus vocor. At ille. Aesclepiadarum (inquit) nobilitas, tuæque in arte Medica sapientiæ gloria crebris admodum hominum sermonibus ad nos peruenit. Quodnam verò te negotium (ò amice) huc adduxit? Quin potius omissis omnibus confideto. Cernis enim quàm non sit iniucunda hæc foliis instrata sedes, viridis ad hæc & mollis, & ad insidendum blandior inuidia obnoxia fortunæ sellis. Cum verò confedissem, rursus inquit, priuatum igitur an publicum animo agitans negotium huc venisti? eloquere apertè. Ad id enim te pro viribus adiuuabimus. Ego verò, ista sanè vera causa est, huc tui gratia venio, vt te virum sapientem conueniam. Occasionem autem patria dedit, cuius legationem obeo. At ille, Hospitio igitur primùm nostro vttere. Ego verò pertentato per omnia viro, etsi eum minimè delirare iam mihi constaret, Philopœmenem, inquam, nosti, ciuem vestrum? Ille verò, maximè, inquit, Damonis filium dicis, cuius ædes sunt iuxta fontem Hermaida? Illum ipsum (inquam) cuius antiquus sum & peculiaris hospes. Tu verò Democrite, potiorè me hospitio excipio, imprimisquæ quidnam scribas eloquere. Ille verò paulum moratus, de insania, inquit, Tum ego, Iuppiter Rex, inquam, peropportunè sanè con-

tra ciuitatem scribis. At ille, quam ciuitatem Hippocrates? Nihil inquam ô Democrite, sed nescio quo modo mihi ex-
cidit. Sed quid de infania scribis? Quidnam verò, inquit,
aliud, quàm quid sit, & quomodo hominibus innascatur, &
quam ratione alleuetur. Hæc enim inquit, quæ vides ani-
mantia huius certè rei gratia refeco, minimè Dei opera
odio prosequens, sed bilis naturam & sedem inquirens. No-
stienim quod hæc tibi redundarit, vt plurimum hominum
infania causa est. In omni quidem natura inest, sed in aliis
10 quidam minùs, in aliis verò copiosius. Huius autem immo-
derantia morbi existunt, velut materia, partim quidem
bona, partim verò mala subiecta. Tum ego, per louem,
inquam, ô Democrite, verè & sapienter ais. Proinde te bea-
tum iudico, qui tanta quiete frueris, cuius participes esse
nobis non liceat. At eo interrogante, cur Hippocrates non
liceat? Quod, inquam, aut agri, aut res familiares, aut li-
beri, aut æs alienum, aut morbi, aut mortes, aut serui,
aut nuptiæ, aut eiusmodi quædam huius opportunitatem
nobis rescindant. Tum sanè vir ille in solitam affectionem
20 delapsus, & abundè in risum effusus est, & vehementius ir-
risit, ac de cætero quieuit. Ac ego, quid sanè Democrite (in-
quam) rides? num de bonis aut malis quæ dixi? Ille verò
adhuc magis ridebat. Quod procul videntes Abderitæ,
partim quidem capita, partim verò frontem cedebant, qui-
dam etiam capillos euellebāt. Nam quemadmodum post-
ea narrarunt, copiosiore quàm solitus esset risu vsus fuerat.
Tum ego. At verò sapientem optime Democrite (huius e-
nim tui affectus causam deprehendere cupio) quonam tibi
risu dignus visus sum, aut ea quæ dicta sunt, vt hoc cognito,
30 causa desistā, vel tu reprehensus, importunos hos risus sum-
moucas. Tum ille, si (me hercule) inquit, redarguere me po-
teris, curationem Hippocrates, qualem nullus vnquam fe-
ceris. Et quomodo (inquam) optime, reprehensione dignus
non videaris, aut te absurdum non esse putas, si hominum
mortem rides, aut morbum, aut dementia, aut infaniam,
aut melancholiam, aut cædem, aut quid peius? Aut con-
trā, nuptias, aut conuentuum celebritates, aut liberorum
natales, aut mysteria, aut magistratus, aut honores, aut
aliud quid prorsus bonum? Quæ enim cōmiseratione digna

sunt rides, & de quibus lerari oporteat, ea quiam derides, ad-
 eo uti apud te neque boni, neque mali ullum sit discrimen.
 At ille rectè quidem dicis Hippocrates, verum risus nostri,
 causam nondum nosti, quam cum didiceris, certus sum quod
 meum risum meliorem curationem pro tua legatione pa-
 triæ tibi que ipsi vicissim reportabis, qua etiam alios pru-
 dentiores reddere poteris. Pro quibus fortasse me etiam Me-
 dicinam mutuo docueris, ubi cognoueris quanto studio om-
 nes homines ad ea quæ negligenda sunt & nullius preij
 facienda contendunt, & in his quæ risu digna sunt consecra-
 dis vitam consumunt. Tum ego, dic per Deos inquam, nun-
 quid omnis mundus se ægrotare ignorat, neque habet vn-
 de sui curationem legatione accersat? Quid enim extra eum
 esse potest? Quo audito, multa (inquit) sunt Hippocrates
 mundorum infirmitates, noli que (amice) naturam diuitem
 vè paruum existimare. Sed hæc Democrite (inquam) suo
 tempore docebis. Vereor enim ne si quando infinitatem
 percensueris, ridere incipias. Nunc verò de tuo risu in vita
 reddendam esse tibi rationem puta. At ille admodum per-
 spicue in me intus, Duas inquit, mei risus causas existimas,
 bona & mala. At ego vnum hominem rideo, amentia qui-
 dem refertum, rectè tactis vacuum, in omnibus consiliis
 pueriliter agentem, nullius vilitatis gratia immentos labo-
 res tolerantem, terræ fines & infinitos recessus argenti &
 auri comparandi gratia immoderatis cupiditatibus per-
 agrantem, & nunquam ab his comparandis cessantem, sem-
 per verò ad copiam tumultuantem, ne si ea distitatur, pu-
 dore suffundatur, quod felix non dicatur. Quod in terra hia-
 rus inquirens, eorum manibus effodiat, qui partim quidem
 à terra inani irruciente intereunt, partim verò diutius hac ne-
 cessitate detenti, in supplicio tanquam in patria permanēt,
 aurum & argentum perquirentes, pulueris vestigia & ramenta
 peruestigantes, arenam aliam aliunde excitantes, & terre
 venas excindentes, ad opulentiam semper terram matrem
 tamquam hostilem in glebas proscindunt, quam eandem et-
 iam cum admiratione calcant. Quantum verò rideri debet
 quod terram latentem cum labore amant, apertam contumelia
 afficiunt. Canes emunt, quidam etiam equos, quidam
 verò multa circumscripta regione eam sibi adscribunt, &
 cum

cum multis dominari velint, sibi ipsis imperare nequeunt. Vxores ducere cupiunt, quas paulo post repudiant, amant,
 deinde odio prosequuntur, cum cupiditate liberos susci-
 piunt, deinde eos adultos abdicant. Quodnam hoc inane
 studium & rationis expers, nihilque ab iustitia discrepans?
 Bellum intestinum gerunt, quietem optabilem non du-
 cunt, regibus vicissim insidias tendunt, homines necant, de-
folia terra argentum inuestigant, argento reperto terram
emere cupiunt, terra emta fructum diuendunt, fructibus
 10 distributis rursus argentum capiunt. Quibus mutationibus
 & quantis vitiis obnoxij? Cum opes non habeant, eas expe-
 tunt, si habent, abscondunt, dissipant. Eorum res aduersas
 derideo, eorum infortunia intento risu excipio. Veritatis
 enim instituta violant, contentionis studio hostiles inter se
 rixas habent. Cum fratribus verò, parentibus, & ciuibus
mutuas cardes exercent, idque pro iis possessionibus qua-
rum nemo post mortem dominus esse potest. Iniustam vi-
 tam consecretantes, amicorum & patriæ inopiam despiciunt,
 indigna & inanimata diuitiarum loco habent, pro vniuer-
 20 sis facultatibus statuum mercantur, quod simulachrum lo-
 qui videatur, eos verò qui verè loquuntur odio habent. Res
non faciles amore prosequuntur, in continente habitantes,
maritima expetunt, rursusque insulas tenentes, continen-
tem affectant, cunctaque in suam cupiditatem peruertunt.
Et in bello quidem fortitudinem laudare videtur, at in dies
 à libidinum indulgentia & auaritia vincuntur, & affectibus
 omnibus tenentur. Thersitis autem vitam omnes referunt.
 Qua verò in te risum meum Hippocrates reprehendisti?
Neque enim quisquam suam, sed alter alterius amentiam
 30 deridet, hi quidem ebrios, cum ipsi sibi sobrij videantur, alij
amantes, cum ipsi grauiore morbo laborent, hi verò nauig-
antes, alij agriculturæ deditos. Neque enim artibus, neque
 operibus inter se consentiunt. Tum ego, hæc quidem, in-
 quam vera sunt Democrite, neque alia quæpiam oratio ad
 conuincendam mortalium miseriam commodior esse pos-
 sit. Verum ipsæ actiones hanc necessitatem veluti decreto
 quodam imponunt, ad rei domesticæ dispensationem, na-
 uium fabricationem, & reliquam reipublicæ administra-
 tionem, in qua versari hominem oportet. Neque enim ad

inertiam cum natura procreauit. Ex his rursus late sparsa ambitio, multorum rectè sentientem animum aberrare coegit, qui ad omnia velut sine lapsu summo studio contendunt, non ramen obscuritatem præuidere possunt. Quis enim (ô Democrite) virorem ducens diuortium aut mortem cogitat? aut liberos educans, interitum? Sed neque in agricultura & nauigatione, regno, imperio, & omnibus quæ sunt in vita. Nemo enim se aberraturum animo antè percepit, sed quisque horum bona spe pascitur, deteriora verò ne meminit quidem. Num igitur tuus hic risus his minimè conuenit? Tum Democritus. Tardo, inquit, es admodum ingenio, proculque à mea sententia peregrinarius Hippocrates, neque tranquillitatis, & perturbationis modum propter ignorantiam prospicis. Qui enim hæc ipsa prudenti cogitatione disponunt, ij & faciliè liberantur, & meum risum subleuant. Nunc verò velut in rebus vitæ conuenientibus mente capti cæcutiunt, neque mente ratiocinationis experte, inordinatum impetum facile addiscunt. Satis enim fuerit hæc admonitio, rerum omnium commutatio, quæ subitis cōuersionibus incidens, repentinam & omnimodam rerum velut rotarum agitationem in mentis nozione reponit. Illi verò tanquam hæc adaptata sit & firma, affectionum continenter incidentium obliui, aliter alius quæ tristitiam adferunt expetentes, quæ sunt incommoda inquirentes, in multis calamitatibus assidue versantur. Quòd si quis omnia quæ facit pro viribus mente versaret, vitam ab omni casu immunem seruaret, seipse probè noscens, & suam ipsius concretionem aperte intelligens, cupiditatis studium in infinitum non extenderet, sed naturam diuitem & omnium alumnæ, per ea quæ abundè suppetunt sequeretur. Quemadmodum autem optimus corporis habitus affectionum periculum denunciat, sic magnus rerum successus lubricus est. Rebus autem in aduersis insignes conspiciuntur. Alij verò antiquorum res minimè oculis subiicientes prauis suis actionibus pereunt, manifesta velut obscura non prouidentes, cum tamen longam vitam exemplum habeant eorum quæ fiunt & non fiunt, ex quibus quod futurum est cognoscere oportebat. Hæc est mei risus materia, homines imprudentes,

res, improbitatis suæ poenas dantes avaritiæ, inexplēbilis cupiditatis, inimicitiarum, insidiarum, subdolorum consiliorum, inuidentiæ. Difficile est multorum malorum machinatricem solertiam verbis exprimere, cum eorum sit infinitas quædam, & in his cum dolosis commentis praua mente inter se conuersentur. Apud eos autem virtutis modus habetur, quod est deterius. Mendacia enim amant, & in his se exercent, voluptatis studium extollunt, legibus minimè parentes. Hic autem meus risus quæ ab his nullo proposito consilio fiunt condemnat, cum neque visionis, neque auditionis participes sint. At solus hominis sensus recta intelligentia eminens splendescens, quod præsens & futurum est præuidet. Omnia detestantur, ac rursus ad eadem se adiungunt, navigationem auersantes, nauigant, agricultura propulsata, rursus agrum colunt, abdicata vxore, aliam inducunt, susceptos liberos sepeliunt, & his sepulcris alios procreant, & rursus educant, senectutem exoptant, cumque eò peruenierint, gemunt, nulloque in statu firma mente persistunt. Principes ac reges priuatum beatum prædicant, priuatus regum imperium affectat. Qui rem publicam regit artificem tanquam periculi expertem laudat, artifex verò illum velut in omnia potentiam exercentem. Rectam enim virtutis viam puram, minimeque asperam, ac inoffensam non cernunt, per quam nullus incedere sustinet. Per inaccessam autem & tortuosam feruntur, & per aspera delati incedunt & offendunt, plerique etiam decidunt, velut si quis persequatur anhelantes, partim sequentes, partim præcedentes contendunt. Et eorum quosdam impudentia fretos nefandi alieni cubilis corrumpendi amores succendunt, quosdam etiam inordinatus avaritiæ morbus rabefacit, alij mutuas insidias struunt. Alij verò ambitionis studio in aëra subuecti, sceleris gravitate in exitij profundum præcipientes deferuntur, diruunt, deinde ædificant, beneficium conferendo gratiam demerentur, deinde penitentia ducti, amicitia iura violant, maleque afflicto appetunt, horumque omnium avaritia causa est. Quam in re ab infantibus ludibundis discrepant? quos, cum mens iudicio careat, quicquid sese forte obtulit, delectat,

Quòd ad cupiditates attinet, non multum à brutis animan-
 tibus differunt, nisi quòd fera in eo quod satis est se conti-
 nent. Quinam enim leo aurum defossum in terram abdi-
dit? Quinam taurus alienum vsurpandi cupiditate, ad præ-
lium impetu quodam delatus est? Quæ pardalis inexplabi-
lem auiditatem admisit? Sitit quidem aper, sed quantum
aquæ appetit. Lupus verò dilaniato quod sese obtulit ne-
cessario alimento, quiescit. At si dies iungantur noctibus,
hominem non capit comessandi satiety. Et anniuersario-
rum temporum ordo, brutis quidem animantibus contus 10
finem adfert, hic verò in sano libidinis stimulo continenter
agitur. Quomodo Hippocrates, eiulantem ob amorem
 quod suo commodo priuatur, non derideam? præcipueque
 si quis nullo habito periculorum delectu per præcipitia &
 alta maria feratur, intenso risu non excipiam? Non ridebo
 eum qui nauem multis mercibus onustam demersit, dein-
 de mare inculantem quòd eam plenam submerferit? Equi-
 dem hæc minimè ridicula duco, verum in eos aliquid mo-
 lesti excogitare cuperem. Sed neque pro his medicinam ef-
 se oportuit, neque aliquem qui Pæonia medicamenta con- 20
 ficeret. Cuius rei te admonere debeat tuus ille progenitor
Æsculapius, qui pro seruatis hominibus, gratam beneficii
recordationem fulminis ictus reportauit. Non vides me
 quoque huius vitij participem esse, dum in insanix causam
 inquirens, animantia macto ac refeco, quam in hominibus
 perferutari oportuit? Nonne vides mundum ipsum inhu-
 manitate redundare, & infinitas aduersus hominem affe-
 ctiones cumulare? Totus homo ab ipso ortu morbus est.
Dum educatur inutilis, auxilium supplex implorat; dum in- 30
crefcit, improbus & demens est, institutione puerili indi-
 gens; in ætatis vigore constitutus, audax; ætate marcescens,
 miserabilis, suos labores per imprudentiam excolens. Ta-
 lis enim ex materno cruore sanie permixto promicuit. Pro-
 preteaque hi quidem indignabundi & immodica ira refer-
 ti in calamitatibus & pugnis, alij in adulteriis & stupris per-
 petuò versantur, alij in ebrietatibus, alij in rerum aliena-
 rum cupiditatibus, alij in suis perdendis. Quòd si posse-
 mus nullo intus relicto velamento omnium habitationes
 detegere, deinde ita quæ intus aguntur inspicere, hos qui
 dem

10 dem edere videremus, illos verò vomere, alios indignis
 verberibus torquere, alios venena miscere, alios infidias
 struere, alios rationibus studere, hos gaudere, illos plora-
 re, hos amicorum accusationem meditari, illos verò nimia
 ambitione desipere. Et certè quædam sunt in animis aliis
 reconditæ actiones. Et in his partim quidem iuvenes, par-
 tim verò senes, petentes, denegantes, pauperes, rebus afflu-
 entes, fame oppressi. Hi luxu gravati, sordidi, vincti, illi verò
 deliciis gestientes, multos alentes. Alij iugulantes, alij sepe-
 10 lientes, ea quæ habent pro nihilo habentes, speratas posses-
 siones captantes, alij quidem impudentes, alij parci, alij in-
 esplebiles, alij quidem interficientes, alij verberibus affli-
 cti, alij superbè se iactantes, alij inani gloria attoniti. Et hi
 quidem equis addicti sunt, alij hominibus, alij nauibus, alij
 lapidibus, aut lignis, alij statuis ex ære, alij picturis. Et alij
 quidem legationibus, alij rei militaris administrationibus,
 20 alij rebus sacris. Alij coronas gestant, alij armati sunt, alij
 interficiuntur. Et horum singuli partim quidem in pugna
 nauali versantur, partim in militari officio, partim verò in
 30 agricultura. Alij verò in nauibus onerarijs, alij in foro, alij
 in concionibus, alij in theatro, alij in fuga, alij verò alijs
 quibusdam rebus. Et alij quidem ad voluptatis studium,
 molliem & intemperantiam seruntur, alij ad orium ac de-
 sidiam. Cùm igitur tot indigenas & miseras animas videamus,
 quomodo eorum vitam eiusmodi intemperantiæ de-
 ditam ludibrio non habeamus? Valde quoque metuo ne ar-
 tem tuam Medicam ipsi non probent. Propter intemperan-
 tiam enim implacidè se habent ad omnia, & sapientiam in-
 saniam existimant. Et certè suspicor plæraque in arte tua,
 30 aut per inuidiam, aut per ingratitude, palam contume-
 lia affici. Egrotantes enim simul ac seruati sunt, causam Diis
 vel fortunæ attribuunt. Plærique verò hoc suæ naturæ affi-
 gnantes, bene merentem odio prosequuntur, parumque
 abest quin indignentur, si eis operam debeant. Multi etiam
 artis imperitiæ præferentes, cùm sint ignorantes, quod
 melius est damnant. Calculorum enim suffragia stupidis
 attribuuntur, neque egrotantes simul approbare volunt,
 neque eiusdem artis socij testimonio confirmare, cùm in-
 uidia obstat. Neque tu huiusmodi contumelias non expectas

es, cum probè sciam hæc quæ in memorabilibus affectionibus fiunt, te per causam aut inuidiam nunquam lubenter conuictis infectatum. Veritatis enim nulla est cognitio, neque testimonij confirmatio. Quæ cum diceret subridebas, mihique Damagete diuina quadam specie prioremque formam oblitus esse videbatur. Tum ego, Democrite præstantissime, magna hospitalitatis tuæ munera mecum in Coreportabo, cum multa me sapientiæ tuæ admonitione compleueris. Preco enim tuarum laudum reuertor, quod naturæ humanæ veritatem inuestigasti & mente complexus es. Accepta autem à te mentis curatione discedo, cum id tempus postulet, ut corpori consulatur. Cras verò ac deinceps, ad eundem locum reuertemur. Quæ cum dixissem surrexi, ille verò me comitari paratus erat. Cumque quidam, haud scio vnde, accederet, libros tradidit. Ego ad Abderitas qui me speculantes expectabāt concitatore gressu redij. Viri, inquit, Abderitæ, pro vestra ad me legatione magnas habeo gratias. Democritum enim virum sapientissimum vidi, qui tolus homines ad sanam mentem reducere potest. Hæc habui Damagete quæ de Democrito tibi læto admodum animo narrarem. Vale.

Democritus Hippocrati S.

AD nos venisti Hippocrates, ut tanquam insanis veratrum exhiberes, à stultis hominibus persuasus, quibus virtutis labor insania reputatur. Tum autem fortè de orbis ornatu, polorum, ac insuper de astrorum cælestium descriptione scribebamus. Cum autem horum naturam cognouisses, quàm valde aptè essent fabricata, & quàm procul ab insania ac dementia essent posita, naturam quidem meam laudasti, illos verò amentes, immites, & insanos iudicasti. Quæ enim permurata per inane feruntur, & simulachris nos decipiunt, quæ sanè mundus esse conspiciuntur, & vicissitudine quadam sibi succedentia fabricata sunt, ea mens nostra dum naturæ veritatem indagatur, in lucem produxit. Harum rerum testes sunt libri à me conscripti. Minimè igitur Hippocrates cum huiusmodi viris, quorum mens in summo fluctuat & inconstans est, te congregari aut conuersari

scripseret. Nam si ab his persuasus, mihi tanquam insano
 verarum propinasset, prudentia in insaniam euasisset, ar-
 temque tuam velut dementiæ causam increpauissent. Vera-
trum enim sanis exhibitum, menti tenebras offundit, insa-
nis verò multum prodesse consuevit. Existimo enim quòd
 si non me scribentem, sed recumbentem, aut fortè deambu-
 lantem offendisses & mecum cogitantem, modò quidem
 ea quæ animo agitarem implacide ferentem, modò etiam
 ridentem & me conuenientibus familiaribus mentem non
 10 adhibentem, sed stupendum in modum mente & contem-
 platione in rem aliquam incumbentem, ex his sanè quæ vi-
 didisses, Democritum insanix imaginem præferre oculis
 tuis iudicasses. Medicum igitur non solum ex aspectu, sed
ex ipsa affectus iudicare decet, & modulos vt plurimum,
& num morbus incipiat, aut in medio sit, aut in fine, discer-
nere, & considerata temporis & ætatis differentia, ac vni-
uersa totius corporis natura, affectus curare. Ex his enim
 omnibus facillè morbum deprehendas. Tuum autem de in-
 sania scriptum ad te remissi. Vale.

De insania tractatio.

Insanienti ob humiditatem cerebri, in quo animi sunt
 officia, cum humidius quàm pro natura fuerit, moueri
 necesse est, velut dixi in libello de Morbo Sacro. Quod cum
 mouetur, neque visionem, neque auditionem quiescere, ve-
 rum aliàs varia tum videre, tum audire, linguamque ea
 quæ sigillatim viderit & audierit disserere. Eo autem tem-
pore homo sapit, quo cerebrum quiescit. Cerebri verò cor-
 10 ruptio ex pituita & bile oritur. Vtrunque hoc modo digno-
 sces. Qui enim ex pituita insaniunt, quieti sunt, neque cla-
 mosi, neque tumultuantes. Qui verò ex bile, hi verberant,
malesciunt, neque quiescunt. Et si quidem continenter in-
 saniant, eæ causæ sunt. Terrores verò & metus ex transmu-
 tatione fiunt, calefacto cerebro à bile, in ipsum per venas
 sanguine plenas irruente. Vbi verò bilis rursus in venas &
 corpus discessit, quiescit. Tristatur verò & æstuat, & plus
 quàm commodum sit obliuiscitur, dum cerebrum à pituita
 refrigeratur, & præter naturam concreuit. Cum verò de repi-

Te cerebrum à bile calefactum fuerit, sanguine in commemoratis venis ebulliente, horrenda videntur insomnia, ac velut euigilato facies incenditur, oculi rubent, mensque aliquid mali agitat. Idque etiam in somno contingit. Vbi verò sanguis rursus in venas sparsus fuerit, quiescit. Libro quinto de Morbis vulgaribus quendam recensui in quo vocis defectio contingebat, ignoratio, crebra deliria, & morbi reuersiones. Lingua dura erat, ac nisi collueret, loqui non poterat, & plerumque valde amara. Venæ sectio solutionem attulit, aquę potio, aqua mulsa, & veratri poriones. Hic cum non diu superuixisset, mortuus est. Erat & alius, quem, cum ad conuiuium procederet, si tibicinam tibia canentem audiret, timor inuadebat; interdum verò si audiret, nihil patiebatur.

Hippocrates Democrito S.

IN arte Medica quę recte fiunt, plerumque quidem hominum vulgus non admodum laudat, sæpe verò Diis attribuit. At si in aliquo repugnans natura cum qui curatur interemerit, numen prætermittens, Medicos incusat. Ego sanè plus reprehensionis quàm honoris ex arte mihi consecutus videor. Neque enim quantumvis iam senex, ad artis Medicę summam perueni, neque etiam ipsius inuentor Æsculapius, sed & ipse à se in multis dissenfit, velut eorum qui scripserunt libri nobis tradiderunt. Tua sanè quidem ad nos missa epistola, per veratrum medicationem reprehendebat. Accitus igitur sum Democrite, velut insanientem veratro purgaturus, cum conicere non possem, qualis tandem esses. Postquam verò tecum versatus, non per louem desipientiæ opus, sed omni prope fauore prosequendum cognoui, magnopere ingenium tuum laudavi, teque præstantissimum naturæ & mundi interpretem iudicavi, eos verò qui me acciuerunt tanquam insanos accusavi, cum ipsi medicatione indigerent. Quandoquidem igitur casu contigit vt nos vnà conueniremus, recte feceris si ad nos crebriores literas dederis, & à te conscripta commentaria ad nos transmiseris. Misi autem etiam ad te de veratri vsu libellum. Vale.

Hippo-

Hippocrates De Veratri purgatione.

QVI non facile per superiora purgantur, iis corpora copiosiore cibo & quiete ante potionem humectanda sunt. Post veratri potionem, corpora magis ad motionem quam ad somnos adducenda. Quod vero motio corpora turbet, id indicat nauigatio. Cum voles ut veratrum magis ducat, corpora moueto. Veratrum carnes sanas habentibus periculum creat. Qui in medicamentorum potionibus non ¹⁰ sicut, purgari non desinunt, prius quam sicut. Ex veratro orta conuulsio lethalis. Immodicæ purgationi succedens conuulsio aut singultus, malo est. In alui perturbationibus & vomitionibus sponte obortis, si qualia purgari conuenit, purgantur, tum conducit, tum facile ferunt, alioqui contra accidit. At velut in Prænotionibus dictum est, per superiora purgatio accommodata est, ei qui sine febre cibi fastidio, aut ventriculi morbo, aut tenebricosa vertigine torquetur, aut cui os amarum est, & in summa omnibus supra septum transuersum doloribus. Per inferiora verò, ubi citra febre tormentum detinent, lumborum dolor, genuum grauitas, menses ægrè produnt, & dolores sunt in partibus septo transuerso inferioribus. In medicamentorum autem potionibus, vitandi sunt qui corpore probè valent, præcipue verò nigri & humida carne præditi, subficci, balbi & blæsi. At qui per morbi initia inflammationes confestim per medicamenti potionem soluere nituntur, ij de distento quidem ac inflammato nihil auferunt, velut à me dictum est in libro de Præfana. Crudus enim affectus nihil cedit, quæ verò morbo resistunt & sana sunt, tabefaciunt, imbecillo autem ³⁰ reddito corpore morbus superior euadit, & curari nequeunt. Veratrum autem exhibendum quibus de capite fluxio fertur, at suppuratis minimè dandum. Medicamento minimè purgandi decolores, raucedinosi, lienosi, sanguine defecti, suspiciosi, & sicca tussi vexati, siticulosi, flatulenti, qui quæ præcordia distenta habent, & latera, & dorsum, qui stupore affecti hebetius cernunt, quibus aures sonant, qui quæ urinam minimè continent, neque qui morbo regio laborant, & alui sunt debili, quibus sanguis erumpit, aut qui tubercula habent. Quod si medicamento purgandum videatur.

Eccc

tur, veratro per superiora securè purgato, at per inferiora minimè. His autem præstat victus rationem præscribere. Neque verò, quemadmodum in Prædictis dixi, medicamēto purgandi sunt, qui nigra vomitione refundunt, cibosa uersantur, delirant, quiq̃ dolore vexati parum dormiunt, qui aspectum ferocem obliquè deflexum habent. subtumidi sunt, tenebricosa vertigine vexantur, decolores, neq̃ qui in febre æstuant & contracti sunt. Sesamoides verò (velut dixi libro de Peisana) per superiora purgat, potum ad drachmam dimidiam, & in aceto mulso tritum. Admisceat etiam veratris tertia potionis parte, & minùs strangulat. Diurnas etiam quartanas purgat, & longa febre lipyria laborantes, & eos quibus neque suus, neque excretio adest, neq̃ tamē ante tres hebdomadas. Interdum etiam morbo laterali & voluulo laborantes. Quinetiam purgandum est, si vteri purgatione opus habeant, velut dixi libro de Morbis mulierum.

Hippocrates ad Thessalum filium.

Gometriæ & Arithmetices cognitioni studium adhibeto mi fili. Neque enim solùm vitam tuam gloriosam & ad multa in rebus humanis vtilem, verum etiam mentem acutiorē & longè splendidiorem ad fructum eorum omnium, quæ in arte Medica vsui sunt, consequendum reddet. Quanquam quidem Gometriæ cognitio, cum multas & varias formas habeat, & omnia cum demonstratione ad exitum perducatur, tum ad ossium positus, & articulos suis sedibus emotos, tum etiam ad reliquam membrorum compositionem utilis futura est. Nam ad horum affectuum variam cognitionem facilius perueniet, tum etiam articulorum repositione, tum ossium contritorū resectione, & perforatione, & coaptatione, & subtractione, reliquaque curatione victus, qui locum & os quale sit ex eo emotum cognouerit. Numerorum verò series, tum ad ambitus, tum ad eas mutationes quæ præter rationem in febribus fiunt, & ad iudicandos ægros, & ad morborum securitatem satis futura est. Præclarum enim est, id tibi in re Medica subministrari, quod intensionis ac remissionis partium, quæ ex parte inæquales sunt, facilem tibi absque errore notitiam præbeat.

beat. Quapropter ad huius experientia facultatem valde contendito. Vale.

Democritus Hippocrati, De Natura humana.

OMnes artem Medicam nosse conuenit, ô Hippocrates; cum præclara simul res sit & ad vitam conducibilis; tum verò vel maxime eruditionis & eloquentia peritis. Sapientia enim cognitionem Medicinae sororem & familiarum esse duco. Sapientia siquidem animi perturbationes exhaurit. At Medicina corporum morbos pellit. Mens autem incrementum cum adest sanitas, cuius curam habere eos qui recte sentiunt præclarum est. Vbi verò corporis habitus dolet, mens ad virtutis exercitationem nullam adhibet diligentiam. Præsens enim morbus animum vehementer hebetat, & intelligentiam in affectus cognitionem secum adducit. Humana verò natura descriptio hanc habet speculationem. Cerebrum quidem in summa corporis parte præsidio locatum est, ad securitatem sibi concreditam, intra membranas neruosas collocatum, supra quod duplicia ossa ad necessitatem adaptata, dominum mentis custodem cerebri cœperint. Pilorum concinna ratio cutem exornat. Oculorum verò cernendi vis intra multas tunicas insistentibus humoribus velut in cauo delitescens, sub fronte ad moderationem collocata, cernendi causa est. Pupilla sinistra palpebrae extremam oram (*ἄστρον* dicunt) ad opportunitatis custodiam sustinet. Nares duplices odoratus arbitria, oculorum viciniam dirimunt. Labra verò os molli suo contactu circumplexa, verborum sensum & exactam articulationem regunt & efficiunt. Mentum autem in extremitatem desinit, & testudinis in modum conuexum, dentium clauis coaptatur. At aures opifex ad sermones excipiendo aperuit, in quas cum sermo subit, certus temeritatis minister euadit. Lingua loquentia mater, animi nuncia, gustus custodiz præfecta, tutis dentium septimicis munita est. Guttur ac gula iuxta sese coaptata viciniam habet. Illud enim in spiritus viam, hæc verò in ventriculi profundum liberaliter propellendo alimentum demittit. Cor regium locum obtinens, coni formam habens, aduersus omnes insultus

Ecce 2

thoracem induit. Crebræ autem spiritus cauernæ, aëri p^{er} uia, spiritum vocis causam pariūt. At hepar quod sanguinē suggerit, & in alimentum transmutat, cum fibris p^{er} ærunq; vena caua alluitur, cupiditatisq; causa est. Bilis pallida in hepate manens, vbi in corpore humano redundat, ipsum corrumpit, eiusq; noxius & inutilis est incola. Splen ex aduerso iacet, nullum negotium exhibens. Horum medius ventriculus omnia suscipiens, chorum ducit & recumbit, coctionem moderans. Intestina verò quæ ventris compositione continentur, constituta vti cum eo agitantur, per ventrem conuoluuntur, eorum quæ assumuntur & excernuntur causæ. At gemini renes coxis insidentes, & adipe circumdati, ab vrinarum excretionē non alieni, natura sunt comparati. Omentum vocatum toti ventri dominatur, eumq; solo liene excepto complectitur. Vesica deinceps neruola, coxæ ore per complicata vasa insidens, vrinarum excretionis causa existit. Huic vicina infantium mater, grauis calamitas, sexcentarum ærumnarum mulieri author vterus delitescit. Cuius osculo caro præficitur, quæ ex imis coxarum recessibus erumpens, neruis adstringitur, ex plenitudine naturæ ventris effundens, ex partus prouidentia. Extra corpus peniles, domum incolunt, ad generationem conditi testes, multiplices tunicas habentes. Pubes autem ex venis & neruis ad benevolentiam contexta, vrinarum effusionem facit ad veneris ministerium à natura condita, pubertatis appetentiam coarctat. Crura & brachia hisq; annexa extrema, totum officij principium coaceruatum habent, totamq; neruorum administrationem perficiunt. In corporea autem in imis recessibus natura, viscerum omne genus fabricauit, quibus sanè mors insistens, ea celeriter administratione soluit.

Hippocratis salubre consilium ad Regem Demetrium.

Hippocrates Cōs Regi Demetrio, S. Nos cū ante, ō Rex, operam dederimus vt naturæ humanæ partes in summa consideraremus, eas ad te cōscriptas veluti iussu misimus. Nunc verò ea quibus summo studio prudētes incumbere

cumbere debent, partim quidem à maioribus excepta, partim verò etiam nunc per nos inuenta ad te scriptimus. Quæ si prius morborum signis contingentibus affectus fueris, iisquæ sæpius vsus fueris, nullum per omne vitæ tempus morbum experieris. Duo autem sunt agrotantium genera, quæ vniuersa animantia affligunt, vnum quidem genere, alterum verò affectu inter se dissimilia. At alimentorum cupiditates ex repugnantibus deprehendes, dum quæ vacuantur eorum quæ plena sunt, & quæ implent vacuorum indicationem faciunt. Morbos autem omnes ex subcontrariis conflatos deprehendes, & morbos ex morbis oriundos. Conuulsionibus succedens febris morbum compescit. Capitis magnos dolores, sanguis per aures aut nares copiosè prorumpens. Conuulsiones melancholicis omnibus succedentes, melancholias sedant. Et in summa quidem humanorum morborum radix caput est, ex eoquæ maximæ agrotationes adueniunt. Cum enim toti corpori incumbat, eorum omnium quæ ingeruntur reliquias & tenues humores non secus ac cucurbitulam attrahere contingit. Intendere autem animum oportet, vt ipsi in has partes præparatus peculiariter viuas, & adhibita diligentia tam bene constituto ordine omnia apud te fiant, vt nullum ingruentis morbi incrementum accipiat, & neque rerum veneriarum, neque diuersorum eduliorum intemperantia, neque somnis maximè noxiis minimè exercitato corpore vtaris, sed signa quæ in corpore fiunt secutus, cuiusque corporis occasionem conserues, vt eo qui ingruit morbo euitato, earum medelarum vsu quas præscribo, sine vlllo morbo vitam transigas.

Atheniensium Senatusconsultum.

Senatus Populusque Atheniensium sic censuit. Quandoquidem Hippocrates Cuius Medicus, ab Æsculapio oriundus, summam beneuolentiam in seruandis Græcis ostendit, cum peste à Barbaris in Græciam peruadente, demissis per loca suis discipulis medelas indicauit, quibus qui vterentur instantem pestem securè effugere possent, quoque modo Medicina Græcis tradita, eos laborantes tuto seruariet.

Eccc 3

Quin & exactè à se scripta de re Medica in publicum emisit, cum multos esse cuperet Medicos, qui seruare possent. Persarum etiam Rege ipsum ad honores suis optimatibus æquales. & munera quæ ipse Hippocrates optaret accersente, Barbari pollicitationes, quod hostis & communis Græcorum inimicus esset, contempsit. Virgitur constet populum Atheniensem, Græcis semper vtiliter consuluisse, utque dignam pro meritis Hippocrati gratiam referat, decreuit populus, ut is magnis mysteriis non secus ac Hercules Iouis filius publicè initiaretur, & corona aurea mille aureorum coronaretur, coronam ipsam Quinquatribus magnis in gymnico certamine præcone proclamante. Et omnibus Coorum liberis liceat, non secus ac Atheniensem, Athenis pubertatem agere, quod eorum patria eiusmodi virum procrearit. Hippocrates verò ut ciuitatis iure & victu in Prytæneo toto vitæ tempore donetur.

Hippocratis oratio ad aram.

VO Salloquor ô multi & multarum vrbium incolæ, summaque dignitate constituti, communi nomine Thessali. Mortales omnes duræ fati necessitati sunt obnoxij, quæ quod velit per vim extorquere potest. Quam etiam ob causam nunc cum prole mea fronde coronatus ad Mineræ aram supplicanti similis sedeam, quis sim his qui me non norunt enarrare oportet. Hippocrates Medicus Cous. ô viri, grani & honesta de causa me ipsum & liberos vestræ multitudini cognoscendos trado. Vos etiam mihi sanè familiares estis, inter quos (re vera) plurimos, & in vestris vrbibus, ut paucis expediam, noti sumus. Nomen verò meum vterius quàm forma processit. Id autem causæ ex arte mea, quæ sanitatem & vitam tuetur, fuisse videtur, quod non solum hominibus qui vestram regionem incolunt, verumetiam multis Græcis vobis finitimis notus sum. Cur autem tantum negotium peragendum susceperim, iam referam. Atheniensibus malè verter (Viri Thessali) qui Metropolim nostram Co in seruitutem redigentes, libertatem à maioribus acceptam, priuato sibi iure vendicant, neque cognationem reueriti, quæ illis est cum Apolline & Hercule, & ad

Eni-

Animum & Sunium eorum liberos peruenit, neque illis in mentem venit Herculis beneficiorum, quæ vobis & nobis communis ille Deus & bene volens, in illos contulit. At vos per Iouem supplicum curam gerentem, & per penates Deos foras prodite, & vestræ dignitatis memores in libertatem asserite.

Thessali Hippocratis filij Legati Oratio.

10 **C**onsentaneum esse arbitror, viri Athenienses, ut is qui apud vos dicturus venit, cum multitudini notus non sit, primum quidem quinam & vnde sit demonstret, deinde verò reliquam orationem persequatur. Pater certè mihi est Hippocrates, quem quantam habeat in arte Medica facultatem, optimè nostis, nomen verò Thessalus, qui & inter vos non in postremis, nec in paucis sum cognitus. Patria mea Cos est, quæ qua ratione vobis ab antiquo coniuncta sit, ceteri dicent qui in enarranda historia plus valent. Huc autem veni à patre missus, quatuor in vos à nobis collata beneficia commemoraturus. Vnum quidem vetus quoddam, maiorum nostrorū memoria, in omnes Amphictyones commune, quærum vos non minima pars estis. Alterum verò hoc aliquanto maius, quod etiam ad plurimos Græcos permanauit. Et hæc quidem ab vrbe nostra & maiorib⁹ nostris profecta deprehenduntur. At tertium patris est proprium, & tantum quantum nemo vnquam hominum, tū apud vos, tum apud multos Græcos posuit. Quartum & vltimum mihi cum patre commune est, quod nec iam in multos, sed in vos ipsos redūdauit. Quod quanquam cum prioribus beneficiis comparatum, paruum videri queat, ad aliorum tantum beneficia collatum, magnum est. Atq; hæc quidem beneficia, ut paucis comprehendam, quemadmodum dixi, ita se habent. Vera autem esse non solum dicere, sed etiam demonstrare cōuenit. Orationis igitur nostræ exordiū ab officiis nostris sumam, ac primum antiquissima referā, in quibus longiora fortasse & fabulosa narrare videbor. Quibus autem vetus dici desiderat. Olim enim Crisæ gens fuit & circa Pythicum templū habitabat, terram autē quæ nunc Apollini dicata est, incolebat. Crisæus verò campus vocatur, quem Locri accolunt, & in quo sunt Melæna. Cirphius au-

Ecce 4

tem mons, cui Phocenses adjacent. Cirsai verò cum numero-
 rosi essent, potentes & diuites, his bonis insolentius abu-
 tentes, multa graui & iniusta perpetrarunt, in Deum et-
 iam impiè se gerentes Delphos subiugantes, vicinos diripi-
 entes, colonos depradantes, vxores & liberos abducentes,
 & in eorum corpora flagitium committentes. Ex quibus ira
 commoti Amphictyones, immisso in eorum agros exerci-
 tu, iisque praelio superatis, regionem deuastarunt, & vrbes
 expugnarunt. Vbi qui multa & nefaria perpetrarunt, in mi-
 serabiles calamitates inciderunt, neque minores pœnas
 quam aliis inflixerant, persoluerunt. Ex quibus scelicissimi
 fuerunt, qui hostium manibus perierunt. Deinde qui bello
 capti sunt, quiq; ad aliam regionem & vrbes transmissi
 sunt. Neque enim sua mala ob oculos habuerunt. At qui ca-
 ptiui illic remanserunt, infelicissimi fuerunt, qui suam
 regionem incolentes, cum vxoribus & liberis agros & vr-
 bes igne conflagrantes aspexerunt. His autem adhuc peius
 debebant, qui intra mœnia perdurabant, cum commemo-
 rata mala partim quidem videbant, partim verò sciscitan-
 do resciscebant, veris maiora audientes, (sic enim contin-
 gere solet) & sanè suæ saluti diffidebant. Erat autem illis
 vrbs prope hunc locum maxima, vbi nunc equestre certamen
 celebratur, in quam mœnibus extructis aliarum vr-
 bium exules receperunt, inutilibus verò eiectis necessaria
 comportarunt, & de sustinendo bello cogitabant, speran-
 tes neque hostili manu, neque longa temporis obsidione
 urbem capi posse. Amphictyones verò tum reliqua de-
 struxerunt, tum præsidio vrbi imposito, & ad obsidionem
 comparato, reliquum exercitum per vrbes dimiserunt.
 Successu verò temporis, cum pestis castra inuasisset, militi-
 bus ægotantibus, quibusdam etiam morientibus, aliis
 quoque propter morbum præsidium deserentibus, Am-
 phictyones turbati sunt, & varia inter se consultabant. Sic
 autem in rebus communibus quodammodo fieri solet.
 Demum verò morbum indignè ferentes, & bellum despe-
 rantes, rem Deo commiserunt, & quid agendum foret in-
 terrogauerunt. At ille bellum gerere iussit, & victoriam
 pollicitus, si Cò peterent, ceruique filium cum auro in sub-
 sidium adducerent, idq; festinabundi, prius quam Cirsai

ſei in adyto tripodem diriperent, alioqui urbem capi non
 poſſe. Quibus auditis Co proſecti oraculum renunciaue-
 runt. Hærentibus autem Cois & vaticinium ignorantibus,
 ſurrexit ex Aſclepiadarum genere quidem ex maioribus
 noſtris Medicus inter Græcos eius temporis procul omni
 dubio præſtantiffimus, ei nomen erat Nebrus, qui dixit
 oraculum præcipere vt ad ſe venirent. Siquidem Deus vo-
 bis conſuluit, vt Co proſecti, Cerui filium in ſubſidium ad-
 duceris. Hæc equidem eſt Cos, ceruorum ſætus Nebri
 appellantur, Nebrus autem mihi nomen eſt. Quodnam
 10 verò ſubſidium malè habenti exercitui potius fuerit quam
 Medicus? Et certè, minimè conſentaneum exiſtimo, vt eos
 qui in tantum Græcos diuitiis ſuperant, Deus Co venire iuf-
 ſerit, vt aureos nummos peterent. Verùm oraculum iſtud
 in familiam meam venit. Chryſus enim mihi vocatur filio-
 rum meorum natu minimus. Hic autem omninò & ſpecie,
 & animi virtute (ſi patri dicere licet) omnibus ciuibz præ-
 cellit. Ego igitur, niſi quid aliud vobis videatur, navi actua-
 ria quinquaginta remorum, meis ſumtibus auxiliis medi-
 cis & bellicis inſtructa, & ipſe veniam, & filium meum de-
 20 ducam, vt vtroq; modo vobis auxilium feramus. Quæ cum
 dixiſſet, hiſ qui miſſi fuerant placuerunt. Hic verò Nebrus
 Calydonium apud ſe educatum, cuius ſtatim, cum reſtule-
 rit, mentio fiet, ſecum nauem conſcendere iuſſit. Cum igi-
 tur ad locum caſtrorum hi perueniſſent, Deus lætatus eſt.
 Nam & militum mortes ceſſarunt, cumque diuina quadam
 fortuna equus Eurylochi, qui belli dux & Theſſalus erat, &
 originem ab Heraclide altiùs repetebat, in puluere volu-
 tatus, canalem ex quo aqua in urbem deducebatur, vngula
 30 percuſſiſſet, Nebrus eam venenis reſecit, ex quo Criſæorum
 ventres in exitium adducti ſunt, idque multum certè ad
 capiendam urbem contulit. Indeque velut Deo apertè au-
 xilium ferente, obſidentium animi ſublaci ſunt. Cum au-
 tem imperum in muros facerent, & hiſ qui in mœnia con-
 ſcendiſſent præmia proponerent, validiſſimum certamen
 fuit, urbzque capta eſt. Chryſus enim primus in murum con-
 ſcendit, & turrim occupauit. Eum autem è veſtigio ſeque-
 batur ſimul dimicans vir ille Calydonius, de quo ante dixi.
 Chryſus quidem ex ſumma turri decedit, haſta percuſſus

à Mermode Lyci fratre, qui cū tripodem direpturus in
 adytum venisset, lapidibus obrutus perit. Sic igitur vr-
 bem ceperunt, Nebrique auxilium cum Chryso, tum in
 Medicis, tum in bellicis rebus bene respondit, Deusque
 verax fuit, & quæ promiserat præstitit. Quibus de cau-
 sis Amphictyones Apollini templum quod nunc Delphis
 est dicarunt, certamenque Gymnicum & equestre, quod
 nunquam antea, nunc constituerunt, totamque Crisoe-
 rum regionem consecrarunt, ea qui dederat ob editum o-
 raculum reddentes, Chrysumque Nebri filium in circo
 equestri sepelierunt, & statuerunt vt ei Delphi publicè pa-
 rentarent. Asclepiadis verò in Co in Nebri gratiam vaticinandi
 prudentia concessa est, quemadmodum iis qui sa-
 crorum rituum memoriæ præfecti sunt. Calydoniis au-
 tem ob illius viri & officij meritum, etiam nunc apud Del-
 phos prima vaticinandi partes & victus publicus cōcedun-
 tur. Verū ad nostra redeo. quodque vera refero inde pa-
 tet, quod cū pater & ego accessissemus, Amphictyones
 hæc renouarunt & confirmarunt, Delphisque columnæ
 inscripta legenda proposuerunt. Atque huius quidem ora-
 tionis exitus liquidò ostendit maiores nostros de vobis ef-
 se bene meritos. Ea verò dimissa, aliam de iisdem, non ta-
 men eandem assumam. Cū enim Magnus ille Rex cum
 Persis & barbaris, in Græcos qui eum aqua & terra arce-
 rent, exercitum duceret, patria nostra maluit cum toto po-
 pulo perire, vt ne in vos & eos qui vobiscum sentirent arma
 sumeret & expeditionem naualem mitteret, sed excelso a-
 nimo renuit honestum quid & maioribus suis dignum sen-
 tiens, qui terra editi & Heraclidæ dicuntur. Ipsi igitur pla-
 cuit, vt quatuor quæ erant in insula omnibus relictis vrbi-
 bus, in montes confugerent, & salutem viribus omnibus
 retinerent. Ex quo sane quid non mali obrigit, regione de-
 vastata, liberis corporibus in seruitutem abductis, & hosti-
 li iure interfectis, vrbeque & cæteris præfidiis ac templis
 in cinerem redactis. Quin etiam Artemisæ Lygdamis filiæ
 pro patrum victoriâ, permissum erat omnia quæ reliqua
 erant asportare. At eam à Diis (vt res docuit) derelicti non
 sumus. Sed immanibus exortis tempestatibus naues omnes
 in periculum adductæ sunt, plæræque etiam perierunt, & in
 eius

10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000

gius exercitum crebra fulmina deciderunt, insula nostra raro fulmine appetita. Feruntur etiam Heroum spectra mulieri esse visa, quibus omnibus perterrita, atrocibus cœptis post acerbam confessionem destitit, quæ quod dictu acerba sint, etiam à me dimittantur. Hoc verò loco maioribus etiam meis quæ sint illis valde propria, neq; falsa reddam, Coos nunquam aduersus vos, neque Lacedæmonios, neque alios Græcos spòte arma summisſe, quamuis multi qui simul insulas & Asiam incolunt, bello cum Barbaris, nulla vi coacti, coniuncti essent. Tunc enim vrbi præerant Cadmus & Hippolochus, qui re vera ex nostris sunt maioribus. Nam Cadmus qui Senatum etiam regebat, ex matris meæ maioribus est. Hippolochus verò ex Asclepiadum familia, à Nebro qui Crisæos simul euerit, quartus est. Nos autem Asclepiadæ ex virili stirpe sumus. Proinde præclarum hoc maiorum nostrorum facinus amplecti vos decet. Nunc autem ad Cadmum redeo. Hic certè ornamenti Græciæ adeò studiosus fuit, vt cum regio Artemisiæ obsidione soluta esset, vt relicta isthic vxore & familia, cum iis qui eadem sentiebant, in Siciliam profectus sit, vti Gelonem eiusque fratres ab amicitia cum Barbaris contra Græcos contrahenda diuerteret, multaque alia præclara facinora perpetravit, quæ verbis exaggerare tempestiuum non est. Ac certè quidem hæc & eiusmodi sunt publica nostrorum in vos & reliquos Græcos officia, vt me dicendi facultas deficiat. Iam verò eo deuenio vt Hippocratis patris mei beneficium vobis in mentem reducam, quod cum recenseo, verum me dicere sic comperietis. Cum pestis ex Barbarorum regione, quæ supra Illyrios & Pæonas sita est, decurreret, cumq; malum ad hanc regionem peruenisset, istarum nationum Reges, pro rei Mediæ fama, quæ re vera vires suas quocumque extenderat, ad patrem meum in Thessaliam mittunt, qui illic sanè, vt prius, etiam nunc domum habet, ipsum vt auxilium ferret accerſentes. Neque aurum solum & argentum, reliquasque opes se missuros receperunt, verum etiam si succurreret, quæcumque vellet reportaturum. Ille verò percontatus quanam apud eos peculiare agitationes contingerent, & æstus, ventos, & aëris perturbationes, reliquasque quæ corporum habitus ex præſenti statu agitare

queunt. Quæ certè omnia edoctus, eos redire iussit, respon-
so dato se non posse ad illorum regionem proficisci. Quàm
citissimè autem potuit, ipsos quidem Thessalos admo-
re constituit, quibusnam modis ab ingruente malo libe-
rarent, & conscriptam medelam, per vrbes proposuit. Me
autem in Macedoniam misit. Cum Regibus enim Hera-
clidarum, qui illis regnum obtineant, nobis paterni offi-
cij familiaritas intercedit. Ecce ego quidem ex Thessalia quò
me pater ire iussit discessi, auxilium illis laturus. Mihi ve-
rò constitutum erat, vt ad vestram urbem accederem. Dra-
conem autem fratrem meum ex Pagasis profectum. Hel-
lespontum nauigare iussit, consimili præceptione instru-
ctum quam ipse dederat. Neque enim loca omnia eadem
ferunt auxilia, quòd ex aère ambiente similia non sineo-
munia. At Polybium cui filiam suam sororem meam loca-
uerat, & reliquos discipulos, ad diuersas vrbes misit, vt ad
fora & compita profecti quamplurimis subuenirent. Re-
bus autem in Thessalia confectis, ad vicinas nationes, vt il-
lis auxilio esset, se conferebat. In Pylas verò profectus, Do-
rientibus & reliquis simul Phocensibus auxilium suppedi-
tauit. Cumque Delphos peruenisset, pro Græcis Deo sup-
plicauit, & sacrificio peracto, ad Bœotos se contulit, iisque
simili modo suppetias ferens, ad vos profectus, plurima
quæ ad salutem satis essent, quæque ego nunc adiicio peni-
tus ex animo dixit. Quæ autem dico vera esse, multos ex
vobis nosse arbitror. Neque enim ita pridem id contigit,
sed nonus hic annus agitur, ex quo in Peloponnesum mis-
sus profectus sum, iis qui eam incolunt auxilium allaturus.
Nobis autem yndique & verbis, & re, dignus honor obue-
niebat, adeò vt minimè nos pœniteat, cum Illyriorum aut
Pæonum lucro non commutasse. At quæ à vobis sunt con-
cessa, ad reliquas vrbes collata, magna sunt. Vestra enim
respublica reliquis præstat. Athenæ enim ad gloriam ne-
scio quid reliquis urbibus sublimius habent. Quinetiam
corona illa aurea in theatro vestro imposita, ad summum
gloriæ culmen ipsum perduxit. Sed & bonū illud cumula-
stis, dum patrem meque publicè Cereris & Proserpinæ my-
steriis ac sacris initiastis. Atque hæc quidem tria sunt tum
vrbis, tum maiorum nostrorum, & patris mei in vos cum
multis

multis Græcis beneficia, quæ quantum licuit verbis velut
 fune euoluto extensa, vobis obtendere tentavi. Quartum
 verò beneficium oratione mea repetam, quod velut propo-
 sui in vos ego paterque meus collocauimus. Cum enim Al-
 cibiadem vrbs in Siciliam cum multis copiis mitteret, ne-
 que tamen tam multis quàm admirandis, siquidem facta
 spectentur, cumque in concione sermo de Medico incidis-
 set, quem exercitum sequi oporteret, in medium progres-
 sus pater meus, me quoad classis abesset, suis sumtibus in-
 10 structum, citra vllam mercedem, ad curanda vestra corpo-
 ra daturum recepit, parui suam vtilitatem existimans, quòd
 certò sciter id vobis vsui fore. Ego enim non tantum dum
 vobis inferuio facultates meas insumsi, verum etiam aliis
 magnis operibus præfectus eram. Idque eorum quæ dictu-
 rum est minimum. Maluit enim pater in me filio & in
 terra aliena quætuare, & maritima ac bellica, morborum-
 20 que pericula experiri, quæ iis qui errabundam vitam de-
 gunt magis incumbere solent, quàm iis qui certam vitæ ra-
 tionem sequuntur. Nouerat enim gratiam gratia remeti-
 30 ri, & non veluti re aliqua emta, & ex manu in manum se-
 mel tradita, discedere. Et hæc quidem præstitit. Ego autem
 cum illius sim filius, vt vobis auxilium ferrem nihil dili-
 gentiæ neque artis prætermisi, meque si quando occasio
 tulisset vobiscum periculis obieci, neque ad hæc ambo præ-
 standæ aut morbus, aut labor, aut maris & hostilis manus
 metas deterruit. Cuius rei testimonium non ab aliis qui-
 busdam, sed à vobis ipsis petendum est. Quare si quis con-
 tradicere velit, confestim surgat, sed me mentiri non existi-
 mo. Hæc autem per triennium præstiri, corona verò aurea
 30 donatus, & longè honorificentius acceptus, domum ad nu-
 ptias redij, vt & artis & generis nostri successores relinque-
 rem. Et hæc quidem à ciuitate, maioribus nostris, & patre,
 à meque, in vos profecta sunt. Dictum etiam est quibus
 commodis affecti à vobis fuerimus. Multos autem ex vo-
 bis mirari arbitror, quorsum hæc à me recenseantur. Vt
 igitur & vos sciatis, & quæ cupio mihi eueniant, dicendi
 tempus est. Pater meus & ego (viri Athenienses) à vobis pe-
 titimus, (hac enim oratione amici & liberi à vobis amicis &
 liberis impetrare debemus) ne contra patriam nostram at-

ma hostilia feratis. Quòd si deceat, quemadmodum sanè eos decet, qui suæ salutis causa in medium prodierunt, etiam rogamus, ne nos, quos talibus ac tantis honoribus antea dignos censuistis, seruatorum loco habeatis. Ad hæc etiam (sic enim dicere conueniet) supplicamus, ne res nostras vobis belli iure subditas possideatis, si nobis longè inferioribus superiores fueritis, sed istud consideretis, quòd alia aliter fortuna citò præcipitat, & quandoque magni paruorum opem implorarunt, potentioresq; per debiles salutem consecuti sunt. Manifestum verò arbitror, vne clariùs quidem to mihi demonstrandum sit, quòd in rebus bellicis ab vno homine, nec ciuitas solùm, verùm etiam multæ nationes iam aliquando vtilitatem consequi visæ fuerint, & vbi ars valet, ne nos despiciatis. Neque enim despiciendi sumus, velut huius rei testimonium penes vos est. At principio quidem, Dij illi à quibus nos oriundos gloriamur, Æsculapij & Hercules, ad hominum vtilitatem nati sunt, eosque ob virtutem quacumq; isthic agerent erant præditi, deorum loco omnes habet. Vrbs autem mea, & ego qui apud vos dico, velut hominum sermones continent, ab eiusmodi originem repetimus. Ex quo sanè etiam pro Græcis vtrosque hac in parte, & in præclarissimo quoque facinore stetisse planum erit. Neque enim res Troianæ fabulis sed factis continentur, in quibus Cos non vna de multis, sed maxima in auxilio ferendo fuit. Sic verò etiam Æsculapij filij, non arte solùm, verùm etiam armis Græcis auxilium suppeditarunt. Machaon certè animam in Troade reliquit, velut de his scribètes tradunt, cum ex equo Priami urbem intraret. Ne nos sanè vel ex eo quòd contribules sumus, vel ex eo quòd inter auxiliares Græcis auxilium tulimus, iniquè opprimatis. Non producam longiùs, neque Crisæorum res, neque Persarum repetam, quando quidem ea audiuiistis, magisq; sunt in manibus, quam nuper commemorata. Quinetiam sic in animo reponite, impium esse de se bene meritos contumelia afficere. Nos autem de vobis bene meritos cum facta testentur, quales vos esse constabit, si ex maioribus orti, quales fabularum scriptores ferunt, iniuria lacessere quàm benefici esse malueritis? Neque enim quicquam atrocius dicere volo. Illi enim (viri Athenienses) Heraclidis quidem gratias retulerunt,

tulerunt, aliis autem multis à quibus beneficia acceperant, auxilio subuenerunt. Dies me sanè deficiat, si longa enarratione enumerem quanta bona iis obuenerint, qui nulla in re de vobis sunt bene meriti. In vosmetipsos intueamini, meque vel tacente, cognoscite qualia perpetretis. Mala res est potentia, (viri Athenienses) neque enim nouit quæ sua sunt intra modum in aliud tempus asseruare, verum & vrbibus quibusdam & gentibus exitio fuit. In alios autem itaquam in speculum intuentes, videte quæ ipsi facitis. & me
 10 vera dicere intelligite. Et noua lex est, quæ eum qui sibi rerum prosperum successum persuadet, vetat etiam ad difficulta respicere. Non hoc est vestrum. Plærunque enim sic etiam fortunam estis experti. Nulla vos læsimus iniuria, quod si legimus, non armis, sed verbis iudicium experiamur. Istud etiam à vobis peto, ne efficiatis vt aliis qui nobis auxilium ferent hoc beneficium debeamus. Auxilium enim ferent, quidem rectè faciant, qui intra Thessaliam Argo, Lacedæmonia, Macedoniam sunt Reges, & sicubi alij Heraclidæ, aut Heraclidis cognatione coniuncti. Præstat citra vim,
 20 quam vi coactos iura exercere. Nihil dico de his qui nos ad defectionem sollicitant, verum hoc vobis aperio, nos multis curæ esse, aut certè fore, nisi hominum beneuoleatis de medio omnino sublata est. Ego igitur cum mihi sit exilis dicendi facultas, & me ad aliarum rerum studium adiunxerim, hic finem dicendi faciam. Peto autem à vobis per hospites nostros, & eos qui nobis consulere consueuerunt, Deorum & Heroum gratia, & beneficiorum quæ homines inter se conferunt, vt depositis inimicitijs quas aduersus nos geritis, vos ad amicitiam conuertatis. Quæ si
 30 in hac ciuitate vestra nobis non successerint, haud scio, vndenam, quæ cupimus, consequamur.

Hippocratis genus & vita, ex Sorano.

Hippocrates genere quidem Cous fuit, Heraclidæ & Phænaretes filius, ab Hercule & Æsculapio ortum ducens, ab vno quidem vigesimus, ab altero verò decimus novus. Eius autem generis seriem commemorant Eratosthenes & Phericydes, & Apollodorus, & Arius Tarsensis. Heraclidæ verò parentis sui discipulus extitit, deinde Herodici, & ex quorundam opinione etiam Gorgiæ Leontini oratoris, & Democriti philosophi Abderitani. Peloponnesiacis temporibus viguit, natus vt tradit Istomachus in primo de Hippocratis secta, primo octogesimæ Olympiadis anno, vt verò Soranus Cous literarum monimenta in Co perferatur addit, regnante Abriada, mensis Agriani sexto & vigesimo die, quo etiam in hunc vsque diem Coos Hippocrati parentare ait. Arte autem Medica & vulgaribus disciplinis excultus, vita functis parentibus patria excessit, quod tabularium in Cnido incendiisset, vt cum quidem consumptos criminatur Andreas, in suo de Artis Medicæ origine libro. Alij verò id eo proposito fecisse dicunt, vt quæ in pluribus locis cõficiebantur spectaret, & in ea varietate se magis exerceret. Vt verò Soranus Cous narrat, per somnũ admonitus vt Thessaliã incoleret. Per totam autem Græciam Medicinam faciens admirationi fuit, adeo vt ad Perdicam Macedonum Regem, qui tunc laborare existimabatur, publicè vocatus cum Euryphonte, qui cum ætate excedebat peruenerit, & animi morbum esse indicarit. Cum enim post Alexandri patris mortem, Phylam eius pellicem amore deperiret, ad eamque re delata, postquam ex eius conspectu illum prorsus immutari animaduertit, propulsato quidem morbo, Regem sanitati restituit. Ab Abderitanis etiam vocatus est, vt eo se conferret, & Democritum quidem infania laborantem curaret, totam verò urbem pesteliberaret. Quinetiam cum in Illyrios, Pæonas & Barbarorum regionem pestis ingrueret, earum gentium regibus rogantibus vt sese ad illos conferret, à legatis edoctus quinam illic venturi vt plurimum perflarent, illos re infecta dimisit. Cum verò recta coniectura iudicasset morbum in Aricam peruenturum, id quod futurum erat præuidens, tum vrbium,

bium, tum discipulorum curam suscepit, in tantumq; Græcos dilexit, ut cum eius nominis gloria ad Persas fama pervenisset, eaque de causa Artaxerxes per Histanidem Hellepontum præfectum cum magnis muneribus ab eo peteret, uti ad se veniret, id ob gravitatem, pecunie contemptum, & propinquorum amorem recusavit, velut per epistolam ad eum scriptam ostenditur. Patriam etiam à bello quod ei inferre parabant Athenienses liberauit, Thessalis in auxilium vocatis, ideoque splendidos honores apud Coos consecutus est. Quin etiam à Thessalis, Argivis & Atheniensibus honorifice acceptus est, qui cum ab Hercule secundum publicè facis Eleusiniis initiarunt, civitate donarunt, victuq; ei publicum in Prytanæo eiusque posteris dederunt. Candidè & liberaliter studiosos artem docuit, debito addito iure urando. Obiit apud Larissæos, quo tempore Democritus mortuus esse fertur, ut quidam tradunt, ætatis anno nonagesimo, ut alij verò, octuagesimo quinto, alij centesimo quarto, quidam etiam centesimonono. Inter Gyrtone & Larissam sepultus est. Et in hunc usque diem monumentum ostenditur, in quo multo tempore examen fuit quod mel conficiebat, quo nutrices infantes superficiariis oris ulceribus (aphthas dicunt) laborantes apud tumultum illinebant & facillè liberabant. In multis autem eius imaginibus capite velato pingitur, cum pileo ut quidam dicunt, velut Vlysses, quod est nobilitatis insigne, alij verò, cum pallio, & ex his alij quidem id fieri propter decorum volunt, quod calu^s esset, alij verò propter capitis imbecillitatem, alij autem expressa sanè significatione, quod principis animæ sedem probe munitam esse oporteat, alij peregrinationis amorem inbe^{re} dicare istud dicunt, alij scriptorum obscuritatem, alij verò, ut demonstraretur etiam sanitatis tempore quæ nocent vitari oportere. Quidam verò, quod ne manu administratione impediretur, comprehensam circumfluentem vestimenti laciniam in caput reiciebat. De ipsius autem scriptis magna est dissensio, cum alij alia sentiant. Unde cum variè caute iudicio tenebras offundant, de his non est facile certum quid statuere. Primum quidem agnominatio. Secundum dicendi stilum servare posse. Tertium quod vnus & idem quandoque robustius, alias remissius per ætatem scribat,

FFFF

aliasque præter hæc causas recensere liceat. Pecunias negle-
 xerit, morum gravitate excelluit, Græcos maximè dilexit,
 quare etiam gentiles suos omni studio coluit, ad eò ut totas
 ciuitates (quod admodum dictum est) pestilentia liberaue-
 rit. Ex quo & præclaros honores, non apud Coos tantum,
sed & Argiuos & Athenienses adeptus est. Mortuus duos re-
 liquit filios, Theisalum & Draconem, at discipulorum
 magnum numerum. Clarissimos autem
 suos filios reliquisse
 dicitur.

FINIS.

INDEX

INDEX

IN HIPPOCRATIS COI OPERA OMNIA, TVM VERBORVM TVM RERVVM MAXIME MEMORABILIVM, ordine Alphabetico decurrens, quam plenissimus :

*In quo prior numerus paginam : alter cum litera V
versiculum designat.*

A Cœna stādum, 342. v. 10
Ascundis liberatio 659.
v. 10

Abderæ virgo febre correpta
quomodo liberata 1015. ver-
siculi. 10.

Abortiones è febrib* in Tha-
so 962. v. 20

Abortiones fœtuum, 193. v. 20.
quando accidunt, 217. v. 10.
& 219. v. 10

Abortionum molestiæ 675.
vers. 10.

Abrotanum purgationi mu-
lierum accommodatum
627. v. 20

Abscidentia in morbis quæ
sint, quomodo dignoscantur,
& quo tēpore fiat abs-
cessus 979. v. 10

Abcessus ad aures quibus &
quando contingat, 88. v. 30.
& 89. v. 5. 10. 20. 80. & 90. v.
10. 114. v. 10

Abcessus ad crura quam cō-
siderationem requirāt 56.
v. 10

Abcessus ad crura qui, & quā-

do vitiles, & qui minus. 52.
v. 30. & 53. & v. 10

Abcessus in vulneribus capi-
tis 925. v. 30

Abcessus iuxta aures 121. v. 10
& 145. v. 10

Abcessus ossium fractorum
802. v. 30

Abcessus propria 91. v. 10

Abcessus quando supra, &
quando infrā eueniant 61.
v. 10.

Abcessus qui optimi 97. v. 20

Abcessus quo ætatis tempo-
re accidat 122. v. 20. & quo
anni tempore, ibidem.

Abcessus quo anni tempore
plærunque contingant 52.
53. & 56. v. 10.

Abstinencia cibi, cōsueta 372.
v. 10. & vini, 491. v. 10

Abstinētia in articulo: rum re-
positionibus 876. v. 10

Accessiones in acutissimis
morbis quæ & quomodo
siant, 66. v. 10

Accidentia in morbis acutis;
383. v. 10

F F F F

IN HIPPOCR.

- Accessiones in morbis quid**
 portendant 1035. v. 10
Acerabula in corpore huma-
 no duo. 403. v. 20
Acerabuli perrupti repositio
 895. v. 10.
Aceti vis in victu 328. v. 20
Acetum, eiusque vis 379. v. 30
Acetū mulieribus aduersum
 379. v. 30
Αἰγώμιον summus humerus
 880. v. 20
Acre medicamentum, & eius
 vis 1042. v. 10
Acuti morbi intra quod tem-
 pus iudicentur, 67. v. 30
Adeps suillus vlcera emollit
 906. v. 10
Adiantum 604. v. 30
Ad mortem inclinantia, quo-
 modo iudicentur, 68. v. 20
Adolescens serpente deuora-
 to, mortuus est 1054. v. 10
Adolescens Melibææ morbo
 correptus ex venere, phre-
 nitide periit 1020. v. 20
Adstrictionis medicamētum
 427. v. 10
Æger sputo quando strangu-
 letur 497. v. 10. & initia
 quotdies, ibidem
Ægides quid, & cur sic dictæ.
 104. v. 10
Ægri officium 776. v. 20
Ægri quando è capitis vulne-
 ribus moriantur 917. v. 10
Ægrorum cōmissis quomo-
 do a medio obuiandam. 93.
 v. 20
Ægrorum partes exteriores
 frigida, interiores calida.
 existentes quomodo sanā-
 dæ 530. v. 30
Ægrorū quatuordecim mor-
 bi 968. v. 10
Ægrotantis auida potatio, o-
 culorum obtur⁹ prauus, si-
 gna mortem antecedentia
 1089. v. 10
Ægrotantiū curationi & me-
 dicis expositorū mors vn-
 de contingat potissimum
 6. v. 20
Ægrotantium genera quot
 1175. v. 10
Ægroti cui imparibus die-
 bus maximè affligantur
 512. v. 20
Ægrotian omnes sanitatem
 assequantur, 43. v. 20
Æqualitas laborum & cibi,
 352. v. 10
Æquinoctia & præcipue au-
 rumnale cur ægrotis peri-
 culosa 262. v. 30
Æris condiciones quibus in
 morbis cōsiderandæ 1036.
 v. 10
Æstate qui morbi oriantur
 176. v. 10
Æstas quos morbos ætate p-
 uectiorib⁹ afferat 1126. v. 20
Æstas quos morbos gignere
 soleat 977. v. 20
Æstas quos morbos senibus
 afferat 1126. v. 30
Æstas quos morbos recēs na-
 us, & ad dentitionem pro-
 gressis

INDEX.

- gressus pariat 1126.v.10
 Aetas sanguine generat 167.
 v.10
 Affectus in præcordiis relict
 malū portendū. 75. v.30
 Aetati paruulæ comitialis
 morbus plærunque lethali-
 lis, 290.v.10
 Aetatis differentia in curatio-
 ne articularum manuum,
 832. v. 30
 Aetheraveteres quid dixerint,
 206.v.30
 Affectus quales pustulæ &
 vnde oriuntur 427.v.20
 Affectiones mulierum ex nō
 celebrato coitu. 631.v.30
 Affectiones, quæ hominibus
 ex facultatibus ac figuris
 proueniunt, quomodo co-
 gnoscendæ & diiudicandæ,
 26.v.10.
 Affectuum variorum præno-
 tiones & signa 1056.v.10.&
 1057. 1058. v. 10. & v. 20.
 Affectus & symptomata varia
 in Aëo 992.v.30
 Affectus hominum quomo-
 do, & vnde cognoscendi,
 19. v.10. vnde oriuntur. 23.
 v.10.
 Affectus hominum varij&di-
 uersa symptomata in Tha-
 lo 983. 984. & 985. v.10
 Affectus varij, passionēs & sym-
 ptomata in Perintho 985.v.
 30
 Affectus quid 787.v.10
 Agni casti folia 659.v.20
 Ala brachij 825. v.10. & de v-
 sione circa eam, ibidem
 Alienatio mētis vnde. 119. v.5
 Alimenti vehiculum humi-
 ditas 363. v.30
 Alimētis vis & efficacia 359.v.
 30
 Alimentorum causæ quotu-
 lices, 360. v. 30
 Alimentorum principium &
 finis 360. v.10.
 Alimentorū varietates & dif-
 ferentiæ 362.v.10
 Alimētum flatuosum quæ ex-
 hibere soleant 324.v.30
 Alimentum hominum & re-
 liquorum animantiū qua-
 le, & quotuplex 274. v. 10
 Alimentum pueri in vtero.
 209.v.10
 Alui album recrementū mor-
 tem prænuñciat.
 Alui deiectio in ægrotis quæ
 laudari & optari possit. 48.
 v.5
 Alui egestiones albæ molestæ.
 84. v.30
 Alui excrementum album
 mortem prænuñciat 114.
 v.30
 Alui excrementum glutino-
 sum, sincerum, quid præ-
 nunciet 166.v.30
 Alui excrementum nigrum
 167.v.10
 Alui exturbatio, 122. v.10. &
 170. v. 20.
 Alui excrementum spumans
 & circūbiliosum 166. v.30
 Ffff 3

IN HIPPOCR.

- Alui pirituita 699 v.30. eiusque
curatio ibidem
- Alui profluvia mitia. 105. v.20
- Alui secessus quando cessatu-
rus prædic possit. 105. v.20
- Alui prærubra proluuies. 75.
v.20
- Alui secessus sui semper simi-
lis 985. v.10
- Aluum deficientia, 325. v.10
- Aluus humecta lethalis 170
v.30
- Aluus humescens quid deno-
tet 78. v.10
- Aluus intercepta & arctè con-
clusa quid 78. v.10
- Aluus ignea 160 v.10
- Aluus quando effundatur 113.
v.20
- Aluus quando & quibus pro-
rumpat, 88. v.30
- Amazonum masculam suam
prolem luxandi consuetu-
do: & quæ ei⁹ causa 854. v.30
- Amyntæ filij morbo⁹ 1035. v.30
- Anaxionis in Thaso morbus,
eiusque symptomata 1015.
v.20
- Androgyni qui & cur sic dicti,
88. v.10. eorumque procrea-
tio, ibidem
- Angina quid 462. v.20. alia
Græcis καλὴ, & dicta 463. v.
10. 981. v.10
- Angina quando mortem af-
ferant 142. v.7. & 142. v.30.
& 143. v.0. 0.30
- Angina quid importet 996. v.
10
- Angina 461. v.20. eiusque u-
ratio, ibid.
- Angina 384. v.10
- Angina quo anni tēpore me-
tuenda 384. v.10
- Angina unde, 415. v.10. & 415.
v.30
- Angor in diebus iudicatoriis
malus 115. v.5
- Angularis figura an doloris
expers sola dici possit 938.
v.10
- Angularis forma quæ dicatur,
& quando requiratur in
curationibus 937. v.10
- Anisum 622. v.30
- Αντιμήμιορ anterior pars
799. v.20
- Animalia in victum quæ ad-
hibenda, 325. v.20
- Animi cognitio per naturales
notas 995. v.10
- Animi deliquium 867. v.10
- Animi furor, 318. v.30
- Animi natura bona 318. v.10
- Animi per naturales notas
cognitio, 993. v.10
- Animositatis Europæorū ho-
minum causæ, 271. v.20. 30
- Animus an animo in genera-
tione cōmiscetur 313. v.30
- Anim⁹ prudētissimus 319. v.20
- Animus somno perturbatus
344. v.10
- Animus stabilis quorum ho-
minum dicatur 316. v.30
- Anni tempestas in morbis &
curationibus cōsideranda
1078. v.20

Anni

INDEX.

- uelque
 384. v. 10
 sporeme-
 384. v. 10
 10. & 453.
 dicatoris
 115. v. 5
 n doloris
 offit 938.
 e dicatur,
 iratur in
 937. v. 10
 622. v. 10
 or
 799. v. 20
 quæ ad-
 325. v. 20
 naturales
 995. v. 10
 867. v. 10
 318. v. 30
 318. v. 10
 es notas
 993. v. 10
 eorū ho-
 v. 20. 10
 genera-
 313. v. 30
 319. v. 20
 turbatus
 rum ho-
 316. v. 10
 orbis &
 deranda
 Anni ex siderum ortu & occa-
 su quomodo discernendi,
 261. v. 10
 Anni tempestatū vis in mor-
 bis 1123. & 1124. v. 10
 Anni tempora ægrotantibus
 quæ bona, quæve mala
 1075. v. 20
 Anni tempora ex autumno &
 hyeme cognoscenda 261. v.
 20
 Anni tempora morborū re-
 uersiones plerunque affer-
 resolent. 63. v. 10
 Anni tempora quos morbos
 & passionis afferant, 261. v.
 20
 Annorum differentiæ in mor-
 bis 418. v. 30
 Antigēnis vxoris partus qua-
 lis 911. v. 10
 Anus procidens in fistulis 911.
 v. 10
 Anxietas ex humeri dolore &
 brachij vehemēti graui-
 tate 1112. v. 20
 Anxietates in morbis quid
 designent 1035. v. 10
 Anxietatis medicamentum
 1113. v. 20
 Anxietas ex partu 158. v. 20
 Aortæ quales arteriæ, 409. v.
 20
 Aparinæ 608. v. 20. quomodo
 alias dicta, ibid.
 Apemāni morbus ex sedis do-
 loribus 1030. v. 20
 A^{ph}orismi qualia vlcera 706. v.
 30
 Aphorismi quid & quomodo sa-
 nata 1182. v. 30
 Aphorismi Hippocratis spu-
 rij & nothi 1145. v. 30
 Aphorismi Hippocratis per
 octo sectiones totius ope-
 ris, breuem eius summam
 succincta serie comprehē-
 dentes 1122. vsque ad pagi-
 nam 1146. v. 10
 Aphorismi Hippocratis 1117.
 v. 10
 Aphorismi quarum rerū tra-
 ctationem contineant 932.
 v. 20
 Apparatus medicorum qui,
 35. v. 10
 Apollonius Abderensis quo
 morbo & quibus sympto-
 matibus vexatus 1018. v. 20
 Apoplexiæ è flatib^{us} orta, 779
 v. 10
 Aquæ inter cutem origo &
 causæ 96. v. 20
 Aquæ lienis repurgatio 505.
 v. 30.
 Aquæ munus 379. v. 30. eius
 sedes 505. v. 20
 Aquæ optimæ 257. v. 20. de-
 terrimæ ibid.
 Aquæ per sectionemeductio
 356. v. 10
 Aqua è pudendis mulierise f-
 fluens quomodo prohi-
 benda 746. v. 30
 Aqua hyemalis in terra quo-
 modo se habeat, 200. v. 10.
 & in æstate qualis sit, ibi-
 dem.
 Ffff 4

IN HIPPOCRI.

Aqua intercus breuissimi tē-	Ars medica an citò tradi pos-
peris 96. v. 20	fit addiscenda 417. v. 30
Aqua intercus in vteris 739.	Ars medica an certa & firma
v. 20	tradi possit 417. v. 30
Aqua inter cutem qualis cen-	Ars medica an natura insit
scatur, hominum sanitate	273. v. 20
considerata. 47. v. 10. & 151.	Ars quomodo & vnde digno-
v. 30	scatur 5. v. 10
Aqua inter cutem quomodo	Ars quantum à fortuna diffe-
curanda 1051. v. 10	rat. & vtri sanitas hominū
Aqua intercus quomodo ex-	conualescentium adscri-
trahatur 568. v. 10	benda 5. v. 5
Aqua intercus quomodo prę-	Artemisia 231. v. 10
noscenda 96. v. 10. & 152. v.	Arteria calidi multum habet,
20. & 30	208. v. 10
Aqua intercus vnde generetur	Arteria magna 236. v. 30
256. v. 30.	Arteriarum origo 246. v. 30
Aqua in vteris 740. v. 10	Artes magnę sordidę & illi-
Aqua leuissima quę 1134. v. 10	berales, 296. v. 20
Aqua leuis quę dicatur, & vn-	Articularis morbi effectus
de deprehendatur 982. ver-	538. v. 30
fic. 20.	Articularis morbus an leth-
Aqua multa, ventrem resiste-	lis 519. v. 20
re coegit 1042. v. 30	Articularis morbus quomo-
Aqua multa 740. v. 30	do curandus 564. v. 10
Aqua multa 377. v. 20	Articuli cubiti repositio 830.
Aquarum differentię 260. v.	v. 20. & 832. v. 10
10	Articuli digiti luxatio, repositio
Aquarum qualitates 256. v. 10	& curatio 885. v. 20
Arborum fructus vnde, 291.	Articuli non repositi pericu-
v. 10	lū mortis afferunt 866. v. 10
Arborū inoculatio, 261. v. 20	Articuli parui in corpore 403.
Ardores quomodo fugandi,	v. 30
414. v. 10	Articulis quando reuulsionis
Arenulę seu lapilli in vrina	metus insit 866. v. 20. & v.
180. v. 30	30
Arges, serpens 1054. v. 10	Articuli suis sedibus elapsi
Aristeivxor is frater quo mor-	quomodo restituendi 783.
bo affectus fuerit 932. v. 10	7. 30

Arti-

INDEX.

- Articuli, 210. v. 10
 Articulorum brachij ab aliis
 differentia 812. v. 20
 Articulorum lapsus in utero
 854. v. 20
 Articulorum manuum repo-
 sitio 832. v. 10
 Articulorum repositio 784.
 v. 10. & 796. v. 10
 Articulorum repositio 814. v.
 20. & qualitates 821. v. 10
 Articululus boui cur excidat
 821. v. 30
 Articululus cubiti gibbi dimo-
 tus aut luxatus, quomodo
 restituendus 883. v. 20
 Articululus luxatus non recon-
 ditus in adultis 857. v. 10
 Articululus manus in qua par-
 te luxetur 884. v. 30. eius re-
 positio & curatio 885. v. 10
 Artificium laus unde, 375. ver-
 sic. 20
 Artis medicæ cum reliquis ar-
 tibus collatio, & quid ab
 aliis artificijs differat 309.
 v. 10. 20
 Artis medicæ effecta 308. v. 20
 Artis medicæ tria requisita
 960. v. 10
 Artium magnarum & sacrifi-
 ciorum vanitas 283. v. 20
 Artium nomina unde origi-
 nem traxerint 4. v. 10
 Aruodinis fistula 461. v. 30
 Ascarides in pudendo mulie-
 rum 742. v. 30. curatio ibi.
 Ascarides qui dicti 87. v. 10.
 & eorum effecta 124. v. 20
 Aselli quid, & eorum in repo-
 sitione usus 895. v. 10
 Asiæ fertilitas 263. v. 20
 Asia & Europa quibus diffe-
 rant 263. v. 10. & vtra alteri
 præster, ibidem
 Asia multiformes partus edit,
 264. v. 10
 Asiatici homines libidinosi &
 non virilis animi, 268. v. 30.
 & in quo Europæis similes
 265. v. 30
 Añius ex pacto sublatus quæ
 affectum attulerit 1028. v.
 20
 Asparagi semen 230. v. 10
 Aspasij filij morbus qualis 83.
 v. 5
 Asseueratio fallax cum garru-
 litate coniuncta ad errore
 procliuus, medico fugien-
 da 38. v. 10
 Ασθενειæ quales morbi, & vna-
 de oriantur 248. v. 30
 Athenæ gloriæ studiosæ 1182.
 v. 30
 Athenæi pueri affectus ex de-
 tibus 1205. v. 20
 Atheniensium donatio in Hip-
 pocratem collata mille au-
 reorum summam æquauit
 1176. v. 10
 Atheniensium Senatuscōsul-
 tum de Hippocrate 1175.
 v. 30
 Atheniensium in Hippocra-
 tem beneficietia 1176. v. 10
 Attriplicis agrestis semen 738.
 v. 10

IN HIPPOCR.

- A**URITIA morbus resicatorius
482. v. 10.
- A**uditio 211. v. 30
- A**uditus cur olfactu valentior
400. v. 10
- A**ures frigide, pellucide 127. v.
v. 10
- A**uris fracta vinculum an pa-
riatur 840. v. 10
- A**uris fracta quale medicamē-
trum requirat 841. v. 10
- A**uris suppuratio 840. v. 20
- A**urium dolores ē fluxionib⁹
406. v. 10
- A**utumni morbi in Thaso
958. v. 10
- A**utumnus bilē generat 176.
v. 10
- A**utumnus quibus hominib⁹
exitialis 97. v. 5
- A**utumnus quos morbos gi-
gnat 977. v. 30
- A**uxilia ex abscessib. 108. v. 10
- B.**
- B**accarinum vnguentum
603. v. 20
- B**albutientes melancholici,
biliosi, & ad iracundiam
præcipientes sunt 995. v. 10
- B**alnei utilitas, 381. v. 10
- B**alneorum vsus, & quomodo
differant ipsa inter se, 332.
v. 30
- B**alneorū vsus in quibus mor-
bis adhibendus 380. v. 30
- B**alneum & illinitio cum ace-
to prodest 119. v. 30
- B**arba serior & rarior 842. v. 10
- B**arba seriores homines de-
signat, ibi.
- B**arbari & grecis finitimis me-
dicinam ignotant 14. v. 20
- B**ilis noxius & inutilis incola
1174. v. 10
- B**ilis prægnantibus molesta
650. v. 10
- B**ilis sedes in corpore huma-
no 504. v. 30
- B**ilis in corpore humano con-
stitutio 181. v. 20
- B**ilis vis & effectus in anima-
libus conspecta à Demo-
crito 1161. v. 10
- B**obus an excessus accidat, &
quo tempore potissimum
882. v. 10
- B**oni medici existimatio vnde
comparetur, 43. v. 20
- B**ouum macilentia in hyeme
882. v. 10
- B**rachij caput 882. v. 30
- B**rachij & manus habitus ple-
nior 856. v. 10
- B**rachij excessus 823. v. 10. &
prolapsus restitutio 824. v.
10
- B**rachij extensio 814. versicul.
30
- B**rachij fracti curatio 791. v.
10. medici officium in ea,
ibid.
- B**rachij os fractum intra quot
dies firmetur, 791. ver. 30.
- B**rachium ad costas alligan-
dum cur, & per quantum
tempus 825. v. 20
- B**rachium quid dicatur 244.
v. 20

Brassi.

INDEX.

Brasice vis 617. v. 20
 Brutorum semen 185. v. 20
 Bryonia alba 695. v. 10
 Bulla in lingua 496. v. 20
 Buprestis conceptioni quid conferat 671. v. 20
 Buprestis quomodo in purgatione vteri vsurpanda 676. v. 20

C.

Cachrys radix 744. v. 10
 Cæcitas ex quibus morbis contingat, 70. v. 20
 Calamus odoratus 696. versic. 20
 Cæcitas ex quo morbo accidit 563. v. 30
 Calcei Arbylæ dicti 864. v. 20
 Calceus plumbeus 864. versic. 10
 Calcitridis vis 397. v. 10. & 398. v. 20
 Calculi causa 988. v. 30
 Calculi puerorum generatio ex terræ esu 523. v. 10
 Calculi principium ex lacte nutriticis oboritur, 522. v. 10. & quomodo, ibid.
 Calculi quinque indicia 523. v. 10
 Calculus ancillæ ex ore vteri exemitus, à doloribus eam liberauit 1044. v. 30
 Calculus in pueris quomodo generetur 180. v. 10. & 259. v. 30
 Calculus puerorum & eius signa, 260. v. 20
 Calculus vnde, 153. v. 20

Calefacientia hominem 516. v. 20
 Calefacientium humectantium & siccantium ciborum differentia 332. v. 10
 Caliditatis natura 426. v. 10
 Calidi vis 426. v. 30. & quibus morbis gratum 428. versic. 20
 Calidum ex Hippocratis sententia immortale 206. versic. 20
 Calidum quibus affectibus gratum 1133. v. 30
 Caligo oculorū vnde 1012. v. 5. quid indicet, 129. versic. 30
 Calliphyllum quid 1102. v. 20
 Callosa durities vteri 772. v. 10
 Callus in fractura quomodo obfirmandus 816. v. 10
 Callus quibus ossibus celeriter obducatur, 851. v. 10
 Calui in Larissa morbus, eius symptomata & effectus, 1014. v. 10
 Calumnia à medico ratione vidente alienissima, 40. versic. 20
 Calx pars corporis difficillima 943. v. 30
 Canalis femori subiectus nocet 801. v. 10
 Canales 782. v. 10. quādo cruribus fractis supponendi 798. v. 10
 Cancer morbus 657. v. 10
 Cancri Anniatiles 696. v. 20

IN HIPPOCR.

Cancrilatentes senibus pecu- liares 99. v. 10	Capitis grauedo vnde, 376. v. 20
Cancril occulti in mulieribus 716. v. 30	Capitis morbi, 456. v. 20
Canities hominis vnde, 195. v. 10	Capitis morio & circumactio continua quid importet 1085. v. 20
Cātharides quomodo ad po- tum preparandæ 598. v. 10	Capitis vulnera quomodo cognoscenda & sananda 101. v. 20
Capilli ex humido 195. v. 10	Capræ comitali morbo fre- quentissimè prehēduntur, 292. v. 10
Capilli vnde cani efficiantur 195. v. 10	Caput brachij fractum quo- modo restituendū 815. v. 10
Capillorum casus vnde 472. v. 20	Caput brachij 817. v. 10
Capillorum color vnde 195. v. 20	Caput & lien morbis maximè obnoxij, & cur 508. v. 20
Capillorum defluētium me- dicamentum 745. v. 10	Caput humanorum morbo- rum radix 175. v. 20
Capillorum ortus 211. v. 30	Caput magnum in homine quid denotet 995. v. 10
Capita longissima, 264. v. 20	Caput omnem pituitam at- trahit 304. v. 10
Capitis anterioris & poste- rioris prominentis consti- tutio 916. v. 10	Carcinoma circa pectus 114. v. 30
Capitis brachij repositio per paruam pilam 818. v. 10	Carcinoma 360. v. 10
Capitis constitutio qualis 916. v. 20	Caricæ albæ 577. v. 20
Capitis dolor, 75. v. 20. & 277. v. 10	Caricæ, 453. v. 20. & 461. v. 10
Capitis dolores è flatib⁹ 277. v. 10	Caricæ 676. v. 20
Capitis dolores & prurigines; quo tēpore & quibus acci- dāt 108. v. 20. 30. & 124. v. 20	Carinæ velocitas in alis ne an remis posita 155. v. 10
Capitis dolores quando defi- ciant 115. v. 20	Carnes caninæ in morbis at- ticulorum 566. v. 30
Capitis fracturæ curatio 415. v. 10	Carnes homini quid præbe- ant, 247. v. 20
Capitis frigus quid denotet 47. v. 10	Carnes in homine quem or- tum fortitæ 306. v. 30
	Carnes melancholicæ, 394. v. 20

Carnes

INDEX.

- Carnes optimæ, & pessimæ
 quar, 394. v. 20
 Carnium conditarum vis &
 differentia, 331. v. 20
 Carnium imminutio in arti-
 culorum luxatione & pro-
 lapsedione 884. v. 10
 Carnium celeris succretio in
 vulneribus quando acci-
 dat 926. v. 20
 Carnium discretio in victus
 ratione 325. v. 20. animalium
 & volucrum quæ eligendæ
 & exhibendæ, ibidem
 Carnium effeminatio quid,
 & unde 1133. v. 10
 Capium imminutio 856. v.
 10. & 860. vers. 10. & 862.
 v. 10
 Carnium syderationes 867.
 v. 30
 Cartilag. humeraria. 248. v. 10
 Caro in ulceribus quâdo pro-
 ducatur 900. v. 10
 Caro mucosa 852. v. 10
 Caruncularum in vulneribus
 emortuarum ruptio 804.
 v. 10
 Casei facultas 328. v. 10. & 394.
 v. 10
 Caseus malum edulium; &
 quibus hominibus vsus ei
 minimè accommodat⁹ sit
 24. v. 10. & 30
 Caseus quando ab egrotis cõ-
 edendus 559. v. 10
 Castitas Hippocratis 1154. v.
 20
 Cataplasma in oculorum af-
 fectibus an adhibendum
 775. v. 30
 Caustica quando, & ubi ad-
 mouenda 1022. v. 10
 Cautio in oculorum acie con-
 seruanda 775. v. 30
 Cedrus 687. v. 20
 Celeres corporum permuta-
 tiones, ad utraque extrema
 cuius rei signa sint 78. v. 20
 Cenchron Aliz ventus 265. v.
 20
 Cera oculorum aciei cõmo-
 da, 329. v. 30
 Cerati picati vsus 804. v. 20.
 albi, ibidem
 Cerebri affectiones 241. ver-
 sic. 20
 Cerebri corruptio 1169. v. 20
 eius causæ, ibidem
 Cerebri corruptio, 294. v. 10
 Cerebri origo 212. v. 20
 Cerebri purgatio 487. v. 30
 Cerebri syderatio 460. v. 30
 Cerebri syderatio 488. v. 20
 Cerebri tumor 487. v. 10
 Cerebri vis 294. v. 10
 Cerebrum frigidum & glutinosum
 sedes, 207. v. 30
 Cerebrum hominis quid cõ
 cerebro aliorum animan-
 tium cõmune habeat, 287.
 v. 20
 Cerebrum in homine quatuor-
 plex 287. v. 10
 Cerebrum in quo occupetur
 294. v. 30
 Cerebrum mentis custos &
 dominus 1173. v. 20

IN HIPPOCR.

Cerebrum quas passiones ha- beat 292. & 293. v. 30	Circulatorum praestigie & o- stentationes in curando morbo facio, 282. v. 10
Cerebrum vnde, 212. v. 20	Ciuitatum situs ad sanitatem 254. v. 10 & 255. v. 10
Ceruicis dolor, 75. v. 20	Clamores & vociferationes nocturni, 294. v. 20
Ceruicis maiores nerui quo- modo aliter nominentur 1109. v. 10	Claudicatio ex morbis 563. v. 30. & 590. v. 30
Ceruicis dolor in febre ma- lus, 80. v. 20	Claudicatio ex quibus praedi- catur, 102. v. 10, vnde acci- dat 404. v. 10
Chamaeleontis radix 605. v. 10	Claucula vtraque 244. v. 10
Charionis morbus 1001. v. 10	Clazomenij morbus 974. v. 10
Chœnices Atticæ 694. v. 20	Cleonactidis mulieris in Thaso morbus 972. v. 10
Chœnix mensura graecorum 577. v. 30. & 613. v. 10	Clysteris forma in puiga 10- ne vteri 70. v. 30
Cholerae curatio 537. v. 30	Clysteris vsus 368. v. 30. & 395. v. 10
Cholerae origo & causæ 1106. v. 20	Cneori vsus 565. v. 30
X ^o de ^{de} de ^{de} 157. v. 30	Cnestri porus 691. versicul. 20
Chrylus Thessali filius, Hip- pocratis nepos 1179. v. 10	Cnicus quam vim in victu habeat 325. versic. 10. & v. 20
X ^o de ^{de} de ^{de} 190. v. 30. & 679. ver- sic. 20	Cnidia sententia 364. v. 10
Cibi & labores sanitatem tu- entur, 302. v. 10	Cnidij grana ad fistulas sani- das 910. v. 10
Cibifastidium vnde, & qui- bus accidat. 147. v. 20	Coactilia, 267. v. 10. eorum vsus apud Scythas ibid.
Cibi vires rescipientes 546. ver- sic. 10	Cœnæ vsus, aut intermissio, quid profit, & noceat 17. v. 10
Ciborum differentia & qua- litates 547. v. 10	Coitus an mulieribus neces- sarius, & quare 184. v. 10
Cicatrices an restitui & sanari possint. 103. v. 30	Coi Diis sui curam commit- tunt 1149. v. 10
Cicatrices caue 900. v. 10	Coorum
Cinni potionis, 373. v. 20	
Circuitus dierum pariu & im- parium in dignoscendis & iudicandis febribus 967. v. 20	

INDEX.

- Comitiales morbi quos ad mortē comitētur 1132. v. 30
 Comitialis morbi accurata descriptio 288. v. 90
 Comitialis morbi curatio, 296. v. 10
 Comitialis morbus inueteratus an curari possit 292. v. 10
 Comitialis morbus quibus lethalis 140. v. 20
 Comitialis morbus quomodo familiaris reddatur 290. v. 20
 Comitialis morbus quos homines, & quando interficere soleat 290. v. 20
 Comitialis morbus quos homines, & quo anni temporeprehendat, 291. v. 20
 Comestatio 419. v. 20
 Compressio in deligatione 788. v. 10
 Compressio in fractura brachij 816. v. 20
 Compressiones in pedis fractura 793. v. 20
 Communia articulis, nervis, musculis, intestinis & vteris quæ sint 887. v. 10
 Cōceptio mulierum quomodo promouenda 623. v. 30. & 677. v. 10
 Cōceptionis indicia 624. v. 30
 Conceptio mulierum vnde præsumi possit. 106. v. 10
 Conceptus tentamenta 757. v. 30
 Cōcretio partus in utero 193. v. 20
 Coorum responsum ad Artaxersem Persarum Regē quomissionem Hippocratus ei denegant 1048. v. 20
 Collisio ossis capitis è telo varij generis 921. v. 10. & versific. 20
 Collisiones vehementes 794. v. 10
 Colloquium Hippocratis & Democriti 1161. v. 10
 Collatio ad ulceratos vteros, & fistranguriaprehendat 695. v. 30
 Collusiones pituitam detrahentes 690. v. 30
 Collusiones in abortu 670. v. 20
 Collusiones purgantes 690. v. 20
 Collyriū ex solo melle, 491. v. 30
 Colocynthis siluestris 608. v. 30 & 621. v. 10
 Color flauus vnde oriatur, 272. v. 10
 Coloris mutationes ex venis 250. v. 30
 Coloris mutationes quid portendant 69. v. 10
 Color mulieris vterum gestantis, signa & medicamenta 651. v. 10
 Columella in pudendis 755. v. 10
 Comitiales morbi ante pubertatis annos contingentes depositionē accipiunt 132. v. 30

IN HIPPOCR.

Concussio mulieris in extra- ctione fœtus mortui 930. v. 10	diem mortem afferēs 864. v. 30
Concussio per scalam ex turri, 843. v. 30	Conuulsiones ex sudore fe- brium 141. v. 10
Concussiones in reductione 843. v. 10	Conuulsiones ex vteri stran- gulatu 141. v. 10
Concussionum & commotio- num corporum vis, 335. v. 20	Conuulsiones in partu 159. v. 30. & 168. v. 20
Coniectura in morbis vnde capienda 92. v. 10	Cōuulsiones puerorum cum febrib. in Thaso 957. v. 30
Considerationes circa mulie- rum qualitates 702. v. 30	Conuulsiones quibus accidit 57. v. 5
Constitutio fœtus in vtero 202. v. 10	Conuulsiones varic 83. v. 10. & 30. & 84. v. 10. 20. & 85. ver- sic. 10. 20
Consuetudo copiosi cibi con- sumendi 371. v. 30	Conuulsiones vnde fiant 891. v. 20
Contemperatio animi pru- dens, 318. v. 10	Conuulsionis indicia, 132. v. 30. & 133. v. 20. & 134. v. 34. & 140. v. 6. 9
Contrariorum contraria re- media quo fundamēto ni- tantur 273. v. 30	Conuulsionum causę 83. v. 10. & 30. & 84. v. 10. 20. & 85. v. 20
Conturbatio alui, 387. v. 10	Conuulsionum effecta 89. v. 10. 20. & 112. v. 30. & 113. v. 30. & 118. v. 10. & 119. v. 10. 30. & 123. v. 30
Cōtusionum ossis capitis for- mę plures 918. v. 30	Conyza folia 584. v. 30
Conuenientia quomodo re- stituenda, 349. v. 20	Copiosus cibus consumtus quam passionem afferat hominibus 371. v. 10
Cōuoluuli morbi vnde 584. v. 10	Cor hominis capiti annexum 208. v. 10
Cōuoluulus sanguineus 585. v. 20	Cor hominis glutinosum 208. v. 10
Cōuoluulus auriginosus 585. v. 10	Cor hominis regium locum obtinet 113. v. 30
Conuulsio & singultus in alui perturbationib⁹ & purga- tionibus malo est 1171. ver- sic. 10	Cor hominis semper moue- tur 208. v. 30
Conuulsio intra septimum	Corium

INDEX.

- Corium Carthaginense 380.
v.30
- Cor quomodo moueatur,
209. v. 20
- Cor solida res & densa 506. v.
10
- Corpora ætate florente ad in-
crementum apta 311. v. 10
- Corpora medicamentis & cu-
rationibus apta, 1171. v. 20.
& quæ minus, ibidem
- Corpora pingua & carnosâ
quo ætatis tempore extin-
guantur 889. v. 10
- Corpora tardiora & crassa
335. v. 10
- Corpora valida 314. v. 20
- Corpori humor vnde 511. v. 10
- Corporis cõstitutio 242. v. 10.
& 243. v. 10
- Corporis humani exactissi-
ma & succincta descriptio
per analysin 1173. v. 10
- Corporis iactationes, in febre
quid denuncient 79. v. 10
- Corporis naturæ quæ probân-
tur 99. v. 5
- Corporis partes, earumque
cõstitutio 400. v. 10. vsq;
ad pag. 424
- Corporis partes quomodo
cõstitutæ sint in sanis, &
quomodo in ægris 8. v. 30
- Corporis partes quando, &
vnde obursunt 887. v.
20
- Corporis perfrictio quid por-
tendat 80. v. 30
- Corporis principiũ 399. v. 10
- Corpus à cibis superatũ 419.
v. 30
- Corpus calidum & molle, o-
ptimum 47. v. 10
- Corpus humanum quot ossi-
bus, vnguibus, vertebrais &
costis cõstet 242. v. 30
- Corpus immutatum & à cibis
cuius 419. v. 20
- Corruptio fœtus 647. v. 10.
20. & 30. eius signa 649. v.
10
- Costæ hominum incurvæ cur
existant 843. v. 30
- Costarũ cõmissura 402. v. 20
- Costarum fractura 850. v. 30.
eius vinculum quomodo
applicandum 851. v. 20
- Coxarum dolor vnde 136. ver.
20. & 137. v. 10
- Coxendicum morbi vnde o-
riantur 74. v. 10. & quibus
metuendi 110. v. 30. & 121.
v. 10
- Coxendicum morbus 589.
v. 30
- Cranones Nicostri vxor
morbus 1027. v. 30
- Cratægouũ herba 668. v. 30
- Cretenium calcei 864. v. 20
- Creticum 605. v. 10
- Crethmi cortex 595. v. 10
- Crinanthemum domesticum
605. v. 10
- Critonis morbus 973. v. 30
- Crudus morbus qui dicatur,
& vnde oriatur 49. v. 10
- Cruris & pedis luxatio 886.
v. 10

GGGG

IN HIPPOCR.

Cruris extensio, 858. v.20	Curatio ex insomniis depre-
Crus affectum an corpus sus-	hensa 357. v. 10. & 358. ver-
tinere possit 853. v. 20	fic.10
Crus breue unde efficiatur, &	Curatio fistulæ 908. v. 20. &
quomodo præcauendum	909. v. 10
857. v. 20	Curatio fracturæ ossium 934.
Cras fractum, 789. v.10	v. 30
Crus suspensum 860	Curatio in capitis vulnerib ⁹ ,
Crus varum 865. v.10	922. v. 30
Cubiti gibbus in quam par-	Curatio mala in fracturis
tē excidere soleat, & quo-	949. v. 30
modo quibusque instrumē-	Curatio per malagmata 884.
tis reponendus 884. versic.	v. 30
10	Curationes venarum in ano
Cucurbitulæ quot, & quibus	sanguinem fundentiū 913.
modis accommodandæ,	v.20. & 914. v.20
29. v.30	Curationis requisita 178. versic.
Cucurbitula stanti applican-	10
da 908. v.10	Curationes spem adimentia
Cucumeris trifolium 500. v.	860. v.30
30. & 501. v.10	Curationis variorū morbo-
Cuminum Ægyptium 500.	rum & affectuum brevis
v.10	repetitio 994. v.10
Cupiditates hominum famu-	Curationum Regulæ, & quo-
lis discursantibus & sub ad-	modo medicamenta mor-
uentum heræ confidenti-	bis applicanda 1058. v. 30.
bis comparatæ 1153. versic.	vsque ad pag. 1080
10	Curatio per linamenta con-
Cura circa mulieres 648. ver-	cepta 1045. v.10
sic.30	Curatio quomodo accomo-
Curatio articuli cubiti gibbi	danda 399. v.10
luxati, aut dimoti, restituti	Curatio vulnerum in milia
883. v.30	acceptorum qualis esse de-
Curatio brachij 942. versic.	beat 31. v.10
10	Curatio vlcis 950. versicul.
Curatio caloris capitis, 455.	20
v.10	Curgulio 454. v.10
Curatio doloris aurium 457.	Cursus circulares 356. versic.
v.10	10

Currus

INDEX.

Cattus Nomadum quot ro-
tis trahatur, & eorum usus
267. v. 10

Custodia ægrotorum 390. ver-
fic. 20

Cyceon ex aqua 468. versic.
20

Cyceon florulentus potu ex-
hibitus 318. v. 30

Cyceon portionis genus 525.
v. 10

Cyceon, 323. v. 20. & 273. ver-
fic. 30

Cyclaminus herba 614. ver-
fic. 10

Cyperus 620. v. 10. & 30

D.

Daphnoidis potio 611. v.
10

Dealeis vxor in Thaso post
varios effectus & sympto-
mata perpeſſa phrenitide
occupata 1020. v. 20

Deambulationes 473. v. 10. &
20

Deambulationibus quando
viendum 317. v. 10. & 319.
v. 10

Deambulationum vis, 334.
v. 10

Debilitatis signa quæ, 68. v.
10

Decretio ad corycum, 350 v.
10

Decimus quartus & 21. dies in

quibus morbis obseruanda
493. v. 30

Decubitus in febribus acutis
387. v. 30

Deiectiones cruentæ 166. v.
30

Deficientia vocis ex tremula-
tia 460. v. 10

Deiectiones ætiorum, & la-
norum quales esse conue-
niat 94. v. 30. & 133. v. 20. &
388. v. 10

Deiectiones spumantes sopore
affectis a gris quid im-
portent 82. v. 20

Deiectio phrenitici albicans
mala, 76. v. 10

Dei opera omnia recta, firma
& stabilia, 30. v. 30

Deligatio bona vnde cognos-
catur 939. v. 30

Deligatio cur in angulari fi-
gura facienda 935. v. 10. &
v. 20

Deligatio in exspuitione san-
guinis 852. v. 10

Deligatio in vlceribus 904.
v. 30

Deligatio a squæ in meden-
do eligenda 29. v. 5

Deligationis genera quot
778. v. 20. quandiu insoluta
mancant 788. versicul.
30

Deligaturæ 435. v. 20

Deliquium animi 867. versic.
20

Deliria cum risu tutiora 1140.
v. 30

Gggg 2

IN HIPPOCR.

- Delirij signa 76.v.30. effecta, 86. v.20
- Delirium quæ pariant, 118. v. 10. & 156. v.10
- Dementes qui, & vnde dicantur 318.v.10
- Dementia virginibus vnde accidat 593.v.10
- Demetrius Hippocrati de natura humana 1175.v.10
- Democlis affectus & tentatio in caligine 1053.v.20
- Democriti Epistola ad Hippocratem de dementia ciuium suorum Abderitanorum virtutis laborem insaniam reputantium 1168. v.20
- Democriti morbus an dementia appellandus 1153. v.30. & 1154.v.10
- Democriti sapientia in spernendis rebus humanis 1163. v.10. & v.20
- Democritus omnia ridet 1150. v.10
- Democritus præstantissimus naturæ & mundi interpret 1170.v.10
- Democritus risus sui causam duplicem reddit 1162.v.20
- Denigrationes & syderationes ex ossibus fractis 868. v.10
- Dentes quando pueris excidant, & quæ sit ratio temporis illius 220. v.10
- Dentitio puerorum 232. versic. 30
- Dentium colligatio 835. versic. 20
- Dentium fremitus & horrores, 351.v.20
- Dentium origo. 210.v.30. cur postremi nascantur 211.v.10. & quo anni tempore, ibid.v.20
- Dentium remedia per vstionem 528.v.20
- Dentium stridor quid denunciet, 78.v.30
- Descriptiones morborum ægrotantium 968. v.10
- Desipientiæ, cum voce stridula quid importent, 76.versic. 20
- Destillatio quatuor annos durauit 1104.v.20
- Didymarchi in Coo dementia, 77. v.30
- Dierum obseruatio in morbis 387.v.30
- Dierum parium, & imparium obseruationes, 60.v.20. & quam diiudicationem habeant, ibidem, v.30. & 219. v.10
- Dies in partu quomodo numerandi, 214.v.30
- Dies iudicatorij qui, 72.v.5
- Dies solutionis vinculorum deligationis qui & quotuplex 941.v.10
- Differentia ætatum & sexus hominum in morbis 443. v.20. & 30
- Difficultas spirandi cuius mali signum, 84. v.30

INDEX.

Digni articulus restitut⁹ 832.
 v.20
 Digni eorumque partes 403.
 v.20. & eorum applicatio
 in morbis 435. v.10
 Digni in homine quando na-
 scantur & unde, 194. v.20
 Dignotio morborum unde
 sumenda 966. v.10
 Dijauerruncatores qui 356. v.
 30
 Dimotiones pupillarum an
 restitui possint. 103. v.30
 Directio & reposicio quando
 minimè tentanda 896. ver-
 sic. v.20
 Directionis & repositionis
 articulorum luxatorum Re-
 gula 896. v.30
 Discessio ossium fractorum
 810. v.10. & quorum ibid.
 Distentio in gibbis per com-
 pulsionem 848. v.30
 Distentio in manuum fractu-
 ris 787. v.20
 Distentio 782. v.30. & 787. v.
 20
 Distentio in qua curatione
 directioni praeferatur 897.
 v.20
 Diuinitio quid, & eius effecta
 308. v.10
 Diuulsio carniū in feбри-
 bus 278. v.30
 Diuinitatis morbi signa,
 117. v.10
 Dysodis morbus, 80. v.10.
 Dolores ad litem an id ipsum
 significant, 78. v.10

Dolores circa vmbilicam de-
 mentiam denotant, 77. v.
 30
 Dolores ex partu 158. v.20. &
 205. v.10. & quibus minimi
 accidunt, ibid.
 Dolores qui sine febre inua-
 dunt, an interficiant, 107.
 v.30. & quomodo curandi,
 ibid.
 Dolor capitis ad synciput
 qualem spem exciter. 86.
 v.30
 Dolor capitis, 451. v.20
 Dolor erodens circa vmbili-
 cum 1100. v.30
 Dolor in corpore unde oria-
 tur, & quomodo sanandus,
 418. v.30
 Dolor in pectore fixus cum
 torpore, quid denūciat 80.
 v.10
 Domus medici quæ & qualis
 requiratur, 28. v.10.
 Dorcadis mulieris morbus,
 85. v.5. & 161. v.10
 Dorsalis morbus 477. v.30
 Dromedæ coniux partum
 rigore correpta mortua est
 974. v.30

E.

E Brietatis effecta 280. v.10
 Edulia valentissima cur
 hominibus noxia & qui-
 bus, 15. v.10
 Egestionis alba quare mole-
 sta, 84. v.30
 Gggg 3

IN HIPPOCR.

- Επὶ τῇ μαστῇ* effusio 944. versic.
10
- Εχρῶς* vasis genus 765. versic.
30
- Elatarium 131. v. 10
- Emotio mentis furiosa. 76.
v. 10
- Emotiones ex lateris dolore
& bilioso sputo 148. v. 30.
& 114. versic. 20. & 159. ver-
sic. v. 10
- Emotiones mentis feroces,
77. versic. 5. 127. versic. 30.
& 135. versic. 30. & 157. ver-
sic. 10
- Eugastrimythi qui dicantur
1050. v. 10
- Enumeratio plurium, diuer-
sis vulgarium morborum
passionibus correptorum,
earumque cause & effecta
1030. 1031. 1032. 1033. & 1034.
& 1040. 1041. 1042. 1043.
1044. 1045. 1046. & que ad
pag. 1056
- Ephelidæ quid 105. versicul.
20
- Ephelidarum curatio 743. v.
20
- Epicratis vxoris morbus, &
quomodo eo liberata sit
172. v. 10
- Επιγλωττις* 134. v. 20
- Επιουκτιδῆς*, quid 99. versicul.
20
- Epinyctis pustula noctibus in
quietans 1114. v. 20
- Epistola Artaxerxis Regis
Persarum ad Hystanum
- Hellesponti præfectū 1148.
v. 10
- Epistola Coorum ad Artaxer-
xem 1149. v. 20
- Epistola Democriti ad Hip-
pocratem 1168. versicul.
20
- Epistola Hippocratis ad Ab-
deritas 1151. v. 10
- Epistola Hippocratis ad Cra-
teum pro curatione De-
mocriti 1157. v. 10
- Epistola Hippocratis ad Da-
magetum pro curatione
Democriti 1158. versicul.
30
- Epistola Hippocratis ad De-
metrium 1148. versicul.
30
- Epistola Hippocratis ad De-
mocritum de dementiaci-
uium Abderitanorum 1170.
v. 30
- Epistola Hippocratis ad Hy-
stanem 1148. v. 20
- Epistola Hippocratis ad Phi-
lopoemenem pro sanatio-
ne Democriti 1155. versic.
30
- Epistola Hystanis Hellespon-
ti præfecti ad Hippocratem
1148. v. 20
- Epistola Magni Artaxerxis,
Regis Regum ad Pætū pro
medicina contra pestem
1146. v. 30
- Epistola Pæti ad magnum
Artaxerxem Regem Re-
gum 1147. v. 10
- Epistola

INDEX.

- Epistola Regis Artaxerxis
ad Coos 1149. versicul.
10
- Epistola Senatus populiq̃ue
Abderitam ad Hippocra-
tem 1149. v. 20
- Ep̃sylon literam Græcorum
quin dictionibus præpo-
nere soleant 936. versicul.
30
- Equites ad venerem exercen-
dam pessimè se habent, &
cur 270. v. 10
- Erasium febris à cœna cor-
ripuit 973. v. 20
- Eror quotupl. 938. versic.
10
- Eruce siccata trita 227. ver-
sic. 20
- Eruditiō medicorum in mo-
dis recondendarum par-
tium elapſorum 817. ver-
sic. 30
- Eryſimi in aqua adhibiti vis
681. v. 20
- Eryſipelas in vlcere quid re-
quirat 900. v. 20
- Eryſipelas foras effusum, an
introverti bonum sit, 1139.
v. 10
- Eryſipelata foris extare an
bonum, 142. v. 20
- Ereſiarum tempeſtates ægro-
tis quam ſpem faciant 1159.
v. 10
- Eumenis vxor bilem atram &
lumbicum euomuit 1025.
v. 20
- Eumeli Lariffæi morbus 1044.
v. 30
- Eunuchi cur gignendi facul-
tate deſtituti 182. versicul.
20
- Eunuchi cur non calueſcant
195. v. 20
- Eunuchi cur pilos nullibi ha-
beant 195. v. 20
- Eunuchorum natura 1139. ver-
ſic. 20
- Europæi homines bellicoſi,
Aſiatici minus, 265. ver-
ſic. 30
- Europæi homines cur Aſiati-
cis animoſiores 271. ver-
ſic. 20
- Euryanaſtis filia virginis
morbus 1001. v. 30
- Examen apum in Hippocra-
tis monumẽto multo tem-
pore viſum 1187. verſic. 30.
cuius efficaciz fuerit, ibi-
dem.
- Excreatio frequens, irrita 75.
v. 30
- Exititalia homini quæ, 45. ver-
ſic. 20
- Exomis veſtis Democriti 1159.
v. 20
- Experientiã periculofa 849.
v. 10
- Extensiones ſtractorum 764.
v. 30. & pedis loco moti 795.
v. 30
- Extinctio viſus, 400. verſic.
20

GGGG 4

IN HIPPOCR.

Extractio scærus 223. v. 20. &

30

Exudantia in febre nō inter-
mittente mala, 114. v. 20. &

115. v. 10

Exulcerationis oculorum pe-
riculum quando metuen-
dum 103. v. 10

Exurrectiones è somno tur-
bulentæ 84. v. 10

Exustio partiū corporis Scy-
this communis 168. v. 20

F.

Facies intumescens 480. v.
20. eius maculæ quo-
modo tollantur 743. v. 20

Faciei corruptela lethalis, 129.
v. 10

Faciei ex tumida depressio,
quid polliceatur 129. v. 7

Facultas hominū in quo cer-
natur & cognoscatur, 25. v.
20

Facultas quotuplex & quam
varia 360. v. 30

Fœmella triginta dierū. ab-
ortione reiecta 1027. v. 20

Fœminæ equitâtes 266. v. 30.
quomodo bello habiles
reddâtur, ibidem, cur apud
Scythas crassæ, obesæ &
pingues, ibid.

Fœminæ procreatio, 313. v. 10

Fames an sit morbus 273. v. 10

Fames homini quæ incōmo-
da afferat, 16. v. 10

Farinæ confusancæ vis 323.
v. 10

Fasciæ medicinales 780. v. 10

Fascia, repositio & curatio in
articulorū luxatione, pro-
lapse & excessu 884. v.
10

Fasciarum circumvolutiones
in manuum fractura 788.
v. 10

Fasciarum initium quomodo
circumficiendum ossibus
fractis 802. v. 20. & in ma-
xillæ fractura 836. v. 20

Fatalis necessitatis effecta
304. v. 20

Fatuitas ex morbo regio 127.
v. 30

Faucium dolores 76. v. 5. quid
minentur, 83. v. 10

Febres ardentes è pluuiis ortæ
innumerabiles homines
in Thaso peremerunt 954.
v. 10

Febres ardentes quo anni tē-
pore oriuntur 977. v. 10

Febres ardentes, tumores au-
rium & alia symptomata,
& eorum causæ 954. v. 10

Febres lipyriæ, 120. v. 10

Febres non intermittentes
qualia signa ad mortem e-
dant 1130. v. 10

Febris hyberna eiusque indi-
cia, 388. v. 10

Febres quas iudicationes ha-
beant 966. v. 30

Febres quæ repetere soleant,
122. v. 30

Febres quibus diebus iudicē-
tur 75. v. 10

Febres variæ earumque cura-
tio

INDEX.

curatione
one, pro-
tu 884.v.
voluciones
tura 788.
quomodo
in ossibus
, & in ma-
836. v. 20
is effecta
regio 117.
6. v. 5. quid
83. v. 10
luuiss orq
homines
erunt 954.
10 anni to-
977. v. 20
mores au-
pptomata,
954. v. 10
120. v. 10
mittentes
morrem e-
1130. v. 10
sque indi-
388. v. 20
tiones ha-
966. v. 30
e soleant,
us iudice-
75. v. 10
que cura-
tio

tio 466. v. 10. & 467. 468.
v. 10
Febris ardens quos corripit
448. v. 10
Febris ardentis resolutio, 70.
v. 30
Febris ardentis signa & cura-
tio, 382. v. 20. in morbis a-
cutis qualis 387. v. 10. 481.
v. 10
Febris biliosa, 391. v. 30
Febris mortifera 482. v. 20
Febris natura que, & quomo-
do conspicua fiat. 21. v. 30
Febris omnium morborum
comes 275. v. 10
Febris origo, 443. v. 30
Febris quando reuersura co-
goscatur 1130. v. 30
Febris remissio ex lingua per-
cepta, 130. v. 30
Febris remissio 512. v. 10
Febris singultuosa 481. v. 10
Febris tertiana quomodo &
vnde iudicetur 67. v. 20
Febris vehemens ignis dicta
972. v. 30
Februm distinctiones & ge-
nera differentiarum 966.
v. 20
Februm iudicationes quibus
diebus fiant, & numeren-
tur, & quomodo cu signis
earum concurrant, 13 v. 30.
& 54. v. 10. item, 66. v. 20
Februm iudicationes, & fi-
gna, 387. v. 10
Februm origo, & quot caru
genera, 181. v. 7. ex praua vi-

ctus ratione quomodo o-
riantur 275. v. 30. pracede-
tia 276. v. 30
Fel bubulum ad vlcera 902.
v. 10
Fel bubulum 422. v. 30
Femorale quando mulieri ge-
standum 773. v. 30
Femoris articuli excessus
quotuplex, eius indicium
885. v. 30
Femoris constitutio 948. ver-
sic. 30
Femoris distinctiones atque
differentia 888. v. 10
Femoris extra prolapsi notae
856. v. 30. coxae è lapsu re-
positio 869. v. 20
Femoris in pristinam sedem
repositio 870. v. 20
Femoris prolapsus in adultis,
& in primo statim ortu, e-
iusque effecta 880. v. 30
Femur 403 v. 20
Femur, tibia & pes, breuiora
vnde fiant 854. v. 10
Ferocia oculorum puerulo-
rum 658. v. 10
Ferorum & cicuratorum ani-
malium in victus ratione
quae differentia 327. v. 20
Ferox & audax responsio ma-
lum importat, 115. v. 5
Ferulae quot die fracturis
imponendae 940. v. 10
Ferula quomodo statuenda
790. v. 10
Ferularum materia & form
940. v. 10

IN HIPPOCR.

Ferula in quibus curationi-
 bus oñitenda 87. v.10
 Ferularum appositio in fra-
 cturis & compressio 828.
 v.20
 Ferramenta 808. v.30
 Fibrae, 209. v.30.
 Ficum vis & differentia 331.
 v.10
 Fiducia saltatio 188. v.30
 Figura partium hominis quæ
 25. v.30
 Figurarum corporis humani
 formæ quomodo inter se
 invicem differant. 26. ver-
 sic. 30
 Figurarum scopi in morbis
 784. v.10
 Finis medicinæ 932. v.10
 Fistulæ cur calida medicamē-
 ta adhibenda 910. v.20
 Fistulæ earumque ortus & cu-
 ratio 908. v.10.
 Fistulæ curationes variæ 904.
 v.10
 Fistulæ tuberculum cur, &
 quando secandum 908.
 v.20
 Flatus cum sonitu & strepi-
 tu, aut crepitu erumpentes
 in ægris quid indicent 48.
 v.20
 Flatus folle fabrili in ventrem
 immisus, 493. v.10
 Flatus in humano corpore
 quid efficiant, 26. v.10
 Flatus in quibus partibus cor-
 poris humani consistat 26
 v.30

Flatus in utero mulierum
 quomodo excitandi 770.
 v.30
 Flatus quos morbos pariant
 281. v.10
 Flatus sine strepitu erumpen-
 tes quid importent 48. v.20
 & 155. v.20
 Flexura ad genu quas venas
 habeat 250. v.10
 Fluoris albi curatio 707. ver-
 sic. 10. eius modus alius,
 708. v.30
 Fluoris saniosi curatio 711. v.
 20
 Fluor mulieris 712. ver. 10 &
 30. eius diversitates 701. ver-
 sic. 10. & curatio ibidem
 v.30
 Fluorum dolores similes 710.
 v.20
 Fluorum signa 712. v.20
 Fluxiones a posteriore parte
 capitis 241. v.10
 Fluxiones ex capite quot de-
 scendant, 405. ver. 10. quo-
 modo sistendæ 416. ver. 10.
 cul. 20
 Fluxiones oculis conspicuæ,
 quomodo distinguantur
 241. v.10
 Fluxiones unde oriantur, &
 quò deferantur, 241. v.10.
 & an lethales, ibid. & 404.
 v.10
 Fœcunditatis exploratio 624.
 v.10
 Fœcunditatis signa & explo-
 rationes 683. v.10
 Fœda

INDEX.

- Fæda scabies quid dicatur 1041. v. 10
- Fætum excludens medicamentum 683. v. 30
- Fætum mortuum expellentia 685. v. 10
- Fætus concretio quot diebus perficiatur 191. v. 30
- Fætus constitutio in utero qualis 202. v. 10
- Fætus demortui in utero, extractio 929. v. 10
- Fætus descriptio, & accidentia in utero 990. v. 20
- Fætus formatio in utero 191. v. 10
- Fætus imbecillioris causæ 186. v. 10
- Fætus imbecillus unde cognoscatur 1135. v. 30
- Fætus mortuus in utero, quomodo extrahendus 224. v. 20
- Fætus mortuus utero, excidit absque damno matris, 1040. v. 20
- Fætus mutilatus 186. vers. 20. 217. v. 20
- Fætus septimi & octavi mensis an vivere possit 214. vers. 20
- Fætus similitudo unde existat 185. v. 30
- Fætus non vitalis indicia 223. v. 10
- Fætus perditio 645. vers. 20. & 647. vers. 10. mortui ex utero sectio 673. vers. 20
- Fætus vitalis & demortui in utero indicia 929. versicul. 20
- Fomentum 228. v. 30. 317. vers. 30
- Fomentum uteri 717. vers. 20
- Fontes optimi qui, 257. vers. 20
- Fontes quatuor humerorum 502. v. 10
- Forus, & quando eo utendum, 223. vers. 20. 225. vers. 20
- Fractorum reposicio, eorumque in recentia, & inueterata distinctio 820. vers. 20
- Fracturæ deligatio 789. vers. 20
- Fractura ossis capitis 920. vers. 30
- Fracturarum curatio & tempus in iis observandum 828. v. 20
- Fracturarum & emotionum an eadem curatio 931. vers. 30
- Frictionum cognitio medicis necessaria & cur 822. v. 30
- Frigida in febribus ad quid conducatur 1037. versicul. 20
- Frigida thoraci lethalis, 425. v. 30
- Frigidum calido alimentum est, 209. v. 10

IN HIPPOCR.

- Frigidum vlceribus inimicū 950. v.10
 Fulcra & stabilimenta 784. v.20
 Funda ex mitella 830 versic. 20
 Fundamentum medicum de genitura viri plane physicum, 182. v.10
 Furfurum decoctū cui morbo adhibendum 1103. versic.10
 Furfurum succi vis 324. v.10
- G.
- G** Angrana ad genu 1108. v.30
 Gaditaris vsus in opsonio 569 v.20
 Gemelli quomodo generentur, 205. v.20. an eiusdem semper sexus & roboris 206. v.10
 Gemellorum procreatio 313. v.10
 Generatio à robustiore fit 184. v.10
 Generatio maris quando & vnde accidat foemellæ vnde 185. v.20
 Genituræ lapsus sonorus 188. v.30
 Genitura foetus quot diebus perficiatur 214. v. & an tota, ibid.
 Genitura in pueris an sit, 183. v.10
 Genitura inter eundū quibus effundatur, 583. v.30
 Genitura viri, 181. v.30
 Genitura sex dierū, 189. v.10. ab Hipp. visa, ibid.
 Genitura viri quomodo à muliere contineri debeat 642. v.20
 Gens Scythica quomodo ab Asiaticis differat, 266. versic. 30
 Geometriæ & Arithmetice encomium & finis 1172. v.20
 Geometriæ & Arithmetice in arte Medica vsus qui 1172. v.30
 Gibbi compulsio per asserem 848. v.20
 Gibbi compulsio per instrumenta 847. v.30
 Gibbi compulsio per follem fabrilē sine successu 849. v.10
 Gibbi casu contingunt 846. v.30
 Gibbus cum gibbo in constitutione corporis an constitutur 949. v.10
 Gibbus ex spina 842. v.30
 Gibbus in adultis 843. v.10
 Gibbus in ceruice 843. v.10
 Gibb⁹ in inferiore parte 843. v.10
 Gibb⁹ in exteriorē parte 850. v.10
 Gibbus in inferiore parte, eiusque curatio 843. v.20
 Gladioli medicinales quaforma requirantur, 30. v.20
 Glandes ex lana, 230. v.30
 Glandis

INDEX.

Glandis vsus 368. v. 20
 Glandulæ an in intestinis 239.
 v. 30
 Glandulæ in cerebro quos
 morbos excitent, 240. ver-
 sic. 10. & 241. v. 30
 Glandula, eius que constitutio
 in corpore humano 237. v.
 30. & quam varia 238. ver-
 sic. 1.
 Glandularum vsus 423. v. 10.
 situs 824. v. 20
 Glasti folia vlceribus meden-
 tur 901. v. 20
 Glætes caro femoralis 538. v.
 20.
 Graniæ sicæ vehementem
 dolorem afferunt 103. ver-
 sic. 5
 Granum Cnidium purgatio-
 ni inservit 549. v. 20
 Grossi 707. v. 20
 Gula quid 234. v. 20

H.

Habena in fractura ma-
 xillæ 835. v. 20
 Habitus corporis Scytharum,
 268. v.
 Habitus deligatio appensio &
 reposio in articularum
 luxatione 831. v. 20
 Habitus & deligatio in repo-
 sitione cubiti gibbi 884.
 v. 30
 Hemorrhoidæ, 105. v. 30
 Habitus iustus corporis 868.
 v. 30
 Habitus medico conueniens

qui, & qualis requiratur
 32. v. 10
 Habituum diuersitas & diffe-
 rentia 785. v. 30
 Hegesistrato duo dentes erosi
 1019. v. 20
 Hellebori vsus in purgationi-
 bus 945. v. 30
 Hemina Æginensis in medi-
 camento vsitata 481. v. 30
 Hepar, venarum origo 362. v.
 10
 Hepatis dolor 504. v. 30
 Herbarum exiguae vis 821. v. 30.
 altioris item, ibid.
 Herbarum in collibus natæ cur
 palustribus solidiores 1157.
 v. 20
 Herbarum quomodo veneno in-
 ficiantur à reptilibus 1158.
 v. 10
 Herbarum veneno infecta-
 rum notæ 1158. v. 20
 Herbarum vis solidior 1157.
 v. 20
 Hermocrates quo morbo
 obierit 998. v. 10
 Hermippi morbus 77. v. 20
 Herniæ puerorum 257. v. 10
 earumque origo ibid.
 Herophon ex febre acuta in
 delirium cecidit 970. ver-
 sic. 10
 Heropythus Abderitanus quo
 morbo correptus 1016. v.
 10
 Hippax in Scythia casei ge-
 nus. 267. v. 20. & 516. vertic.
 30

IN HIPPOCR.

- Hippocrates à Galeno docē-
di modo differt. 939. v. 20
- Hippocrates ad curationem
Democriti Abderam vo-
catus 1150. v. 10
- Hippocrates ad Thessalum fi-
lium scribit 1172. v. 10
- Hippo. aurū spernit 1112. v. 10
- Hippocrates artes, Deorum
munera appellat 1151. v. 20
- Hippocrates castitatis custo-
diem vxori suæ consti-
tuit, & cur 1154. v. 20
- Hippocrates ex morbis quæ-
stum non fecit 1152. versic.
20
- Hippocrates fortunæ quid
quæque in retribuatur 4. ver-
sic. 30
- Hippocrates sapientiam di-
uitiis antefert 1148. v. 30
- Hippocrates vaticinium me-
dicorum respuit 91. versic.
5, magicis artibus aduersa-
tur, 248. v. 20
- Hippocratis Aphorismi, suc-
cinctam totius operis per
octo sectiones seriem, &
breuem repetitionem Epi-
logi loco complectentes
1122. vsq; ad pag. 1146. v. 10
- Hippocratis, de arte liber
quid complectatur 3. ver-
sic. 30
- Hippocratis de veratri pur-
gatione liber. 117. v. 10
- Hippocratis erga patriam a-
mor & pietas 1151. versic. 10.
& 30
- Hippocratis de expiationi-
bus magicis sententia 28.
v. 30
- Hippocratis genus ab Æscu-
lapiō, & qui illud descri-
pserint 1186. v. 10
- Hippocratis institutio medi-
ca quæ 27. v. 12
- Hippocratis integritas in me-
dendo 1. v. 10
- Hippocratis Lex medica 1.
v. 10
- Hippocratis libri de fracturis
series 931. v. 10
- Hippocratis prædicta 75. ver-
sic. 20
- Hippocratis oratio ad gram
1176. v. 20
- Hippocratis salubre consili-
um ad Regem Demetrium
1174. v. 30
- Hippomathrum & hippo-
selinum 623. v. 10
- Hippophaë, 565. v. 30
- Hipposthenis morbus 1040.
v. 30
- Hippostrati vxoris in Perin-
tho morbus 989. versic.
30
- Historica variorum vulga-
rium morborum, affectu-
um & symptomatum, ca-
rumque causarum & effe-
ctorum brevis enarratio
1080. versic. 10. vsque ad pag.
1116. v. 30
- Holoconitis secundam expel-
lit 684. v. 10
- Homines crassi quomodo re-
aues

INDEX.

- aues efficiantur, & contrà, 293. v. 10
 Homines gutturosi 841. ver- sic. 30
 Homines longioris vitæ 254. versic. 30. & agrestes. ibi- dem, decolores, 256. ver- sic. 10
 Hominis, complexio & cor- poris constitutio per o- mnium ætatum & anno- rum tempora 315. 20
 Hominis interitus qualis 173. v. 20
 Hominis origo ab ortu & exitu eadem, eodemque recipiens 293. versicul. 20
 Hominis origo de senten- tia Hippocratis 172. ver- sic. 10
 Hominis natura 174. v. 1. & an vna eademque, ibi- dem.
 Humanis sapientia quo tem- pore deprehendatur 1169. v. 20
 Humanum à cæterarum ani- mantium natura differen- tia 826. v. 20
 Hominum de sapientia sui- strum iudicium 1167. ver- sic. 20
 Hominum diuersitas in ex- cessibus articulorum 822. v. 10
 Homo an ex sanguine solo, sola pituita, aut sola bile constet 175. v. 10
 Homo ex quibus elementis constet 303. v. 10
 Homo bene affectus qui di- catur, 23. v. 30
 Homo quando calidissimus, & quâdo frigidissimus ex- istat 180. v. 10
 Homo quibus modis, & cur non eodem modo viralis existat 311. v. 20
 ordecæa pitifana, 374. ver- sic. 10
 Hordeum achilleum 500. ver- sic. 10
 Hordei per lintheum excolati vis 365. v. 30
 Hordei vis & facultas 322. ver- sic. 30
 Horror prægnantium 656. v. 20
 Horror vnde, & quibus con- tingat 351. v. 20
 Horrores ex dorso, cerebro quid minentur 80. versic. 20
 Humanæ naturæ descriptio 1173. v. 20. & inconstantia, 1167. v. 10
 Humanæ naturæ veritas à De- mocrito inuestigata 1168. v. 10
 Humeri excessus quomodo restituendus 882. versic. 10
 Humeri excessus vnde 882. v. 20
 Humeri lapsus 817. v. 30. eius repositio 818. ver. 10. & 820. v. 10

IN HIPPOCR.

Humerorum dolores quo- modo sanentur, 110. v. 10.	Hypofarcidios hydropis spe- cies 395. v. 10
& quo anno homines in- uat, ibid. v. 20	
Humidi species quot 183. v. 10.	
cuis	
Humiditas è quatuor suis spe- ciebus similem sibi attra- hit 502. v. 30	
Humidi vis & facultas 404. v. 30. & 501. v. 30	
Humor omnis morbosus 513. v. 10	
Humorum colores qui 57. v. 30	
Humorum quæ differentia, & facultas eorum quæ, & qui maximè omnium ac- commodatus corpori hu- mano existat 27. v. 10	
Humorum prænotiones 58. v. 20. & 61. v. 10	
Hydopes agros fallunt, & quando 96. v. 20	
Hydropis causæ & generatio 149. v. 10. & 152. v. 10	
Hydropum duæ naturæ, 395. v. 10	
Hydops ex febre, 279. v. 10. & ex flatibus, ibid.	
Hydops siccus 137. v. 20	
Hyemis & æstatis causa, 274. v. 20	
Hyems pituitam generat 175. v. 20	
Hyoscyamus 618. v. 10	
Hypericum herba 662. v. 20	
Hypocystitis 607. v. 10	
Hypoglossitis 464. v. 10	
	I
	Iecorariæ constitutio 991. v. 20
	Iecorariæ ductus 246. v. 10
	Iecur quomodo constitutum in homine 209. v. 10
	Ieiunium 211. v. 10
	Ieiunium quibus malum, 393. v. 30
	Ignis sacer in facie 128. v. 3
	Imbecillitas ægri animad- uertenda à medico curatio- nem suscipiente 54. v. 10
	Illisio vehemens pedis ossium, eiusque curatio 794. v. 10
	Imminutio carniū in arti- culorum luxatione 884. & 886. v. 10
	Imparium dierum efficacia 512. v. 20
	Imperitia, malus thesaurus, 9. v. 5
	Impetiginum curatio 743. v. 20
	Impostorum curandi ratio 843. v. 10
	Impulsio cum distentione in reponendis & dirigendis articulis 894. v. 20. & deli- gandi ratio ibidem, v. 30.
	Imus venter, & partes extre- mæ calida delectantur 416. v. 10
	Inanitio quæ mala homini afferat, 16. v. 10
	In aqua

INDEX.

propis spe-
393.v.10

cutio 997

246.v

institutum

209.v.10

211.v.10

alum, 393

128.v.3

animad-

o curatio-

54.v.10

s ostium,

794.v.10

n in aru-

te 884.&

efficacia

sauros, 3

0 743.v

di ratio

atione in

igendis

& deli-

n, v.30.

s extre-

ur 416

homini

16.v.10

la aqua

In aqua quid spectandum 781.
v.10

Indices digitorum ad harium
compulsionem accommo-
dati 838.v.20

Indicia furoris emamnis 997.
v.10

Indicia morborum ex voce &
in ventre 980.v.10

Indicia morborum unde su-
menda, 22.v.10. & 361.v.30

Indicia morborum unde pe-
tenda 11.v.5

Indicia mortis ex oculis, quo-
modo animaduertenda. 44.
v.10

Indicia mortis ex vulneribus
capitis 927.v.10. & v.20. ex
facie, ibidem v.30

Indicia recrudescantis morbi
890.v.10

Inflammatio ex sanguinis ex-
spuitione, 149.v.20

Inflammatio in vlcerib. 900.
v.10

Inflammationes in febribus
276.v.20

Inflammationes neruorum
821.v.20

Insanabilia quae existimentur
1146.v.10

Insania correpti quomodo ea
liberentur, 70.v.20. unde
descendat, 128.v.10. & 127.

v.20. eius metus, 134.v.10

Insaniae descriptio, origo &
causae 1170.v.10

Insaniae hominum causa bilis
1161.v.10

Insaniae vehementes unde &
quid dicantur 1152.v.10

Insania quam mors septimo
die infecuta est 192.v.20

Insania unde 154.v.20. & 161.
v.10

Insomnia bonum portenden-
tia & contrarium, 358.v.10

Insomnia, eorumque opera-
tiones 280.v.10

Insomniorum explicationes
ex significatione eorum 356.
v.20. & 357.v.10

Insomniorum vis & effectus,
353.v.10. eorum origo &
causae ibid. v.30

Instrumenta sanandis homi-
num corporibus apta qua-
lia esse debeant, 28.v.10

Instrumentum ad sufficium in
vterorum affectionibus 741.
v.20. ad tentionem pedis
loco moti 795.v.10

Interitus an omnibus com-
munis & qualis, 304.v.20

Interstitium, 211.v.38

Intestinorum difficultates mu-
lierum & puerorum, 261.
v.30 & 391.v.20

Intestinum in fistulam prola-
psum 1115.v.10

Intestinorum leuitas 152.v.30
& 153.v.10

Inunctiones balneis quando
preferenda, & in quibus
317.v.20

Inustio per ferramenta 591.
v.20

Iudicari morbi quando dic-
H h h h

IN HIPPOCR.

tūr § 29. v. 20. & intra quot dies 531. v. 10	medeantur, ibidem. verl. 30
Iudicationes mulierū ex par- tu quæ fiant, 54. v. 20	Κεῖματι oculorum affectus 405. v. 30
Iudicationes quid 65. versio. 30	Κλειθρον angina 463. versio. 10
Iugulares venæ 506. v. 10	Κνήμη os tibiæ antèrius 946. v. 10
Iuguli fractura qualis plæ- rumq; accidere solet 828. v. 30	Κοχλῶνη quid 1039. versicul. 10
Iugulo fracto, oshumeri quo- modo restituendum 829. v. 20	Κορῶνη cubiti processus 880. v. 20
Iugulum fractum restitutum. 827. v. 10. eius deformitas, ibidem	Κόρνον acutis ossis processus in brachio 941. v. 30
Iunctura maxillæ quotuplex 836. v. 10. & 20	Κοτυλίδες quid græcis si- gnificent 1135. v. 20
Iussurandum Hippocratis, 1. v. 10	Labores & exercitationes corporum 335. vers. 20. co- rumque vis, 337. versicul. 30

K

K Αρδιαγμός qualis morbus
588. v. 10

Kataplasmata ad tumores se-
dandos in ossibus fractis
802. v. 30

Kataplasmata quomodo ap-
ponenda 31. vers. 20. & quo-
modo vulneribus adhibē-
da 360. v. 30. eorum vis 540.
v. 10

Katochos quid, 81. v. 30

Κατόπιν instrumentum ad fi-
stularum curationem ido-
neum 908. v. 30

Κεῖματι, 269. vers. 20. quod
genus fluxionum, ibidem.
Scythi cur peculiare, ibi-
dem. vers. 30. quomodo eis

L.

L Abrum contractum 136.
v. 20

Lac asininum bibitum 688.
v. 30

Lac caprillum potu exhibitū
1114. v. 20

Læsis ex sorbitione hordea-
ceæ prisanæ 374. v. 10

Lachrymæ an oculis conda-
cant, & quando, 408. v. 20

Lachrymæ in morbis sponte
sua oborientes quid portē-
dant 1130. v. 10

Lachryma populi nigra 629.
v. 10

Lac mulierum 675. v. 20
Lac

I N D E X.

lac multa aqua perfusam
quale medicamentum 1103.
v. 10

Lactis adnini vsus, 395. v. 10.
& 538. v. 30

Lactis exhibitio in quibus
morbis mala 1136. v. 30

Lactis generatio & augmen-
tum 658. v. 20

Lapilli in vrina 180. v. 30

Lana neq; an linteo in vulne-
rum curatione vtendū 808.
v. 10

Larynx 242. v. 30

Lalani vsus inusitatus 224. v.
10

Lala in Ionia & Peloponne-
so nullum, in Libya sponte
cur producat 503. v. 10

Laseris succus, 331. v. 1

Lateralis morbi indicia &
prænotiones, 143. vers. 20.
& 144. v. 10. 20. 30.

Laterales morbi varij & di-
uersi ortus 467. vers. 30. &
468. v. 10. 20. & 469. v. 10. &
471. v. 10

Lateralis morbi curatio 410.
v. 20

Lateralis dolor cum biliosis
spusis quid ægris annunciet
82. v. 30. & 149. v. 10. 20.
155. v. 7

Laterum dolores quod sedi-
mentum habeant 164. v. 10.
& qualem vrinam 165. vers.
10

Laus medicinar 1. v. 10

Leguminum facultas in vi-

ctus ratione 325. v. 10

Lepre & imperigines an &
qua ætate sananda, 112. vers.
sic. 10

Lethales morbi vnde oriaa-
tur, 389. v. 20

Lethalium vulnerū signa 415.
v. 20

Lethargici quomodo affecti
sint, 121. v. 30

Lethargus morbus 488. ver-
sic. 20

Leuitates intestinorum, 105.
v. 10

Leucophlegmatia, 154. ver-
sic. v. 10

Lex Hippocratea 1. v. 10

Liberæ artis, libera opera ef-
se debent 1151. v. 30

Lienes magni quid denotent,
109. v. 30

Lienis morbus 153. versic. 20.
constitutio, 209. versicul.
30

Linamentorum apponendo-
rum vsus qui, 31. versicul.
20

Linguae colores quæ iudica-
tiones sequantur, 74. ver-
sicul. 5. & 130. versicul.
30

Linguae tremulae instabilem
mentem indicant 76. ver-
sic. 30

Lingua ex resiccatione densa
& aspera quid portendat,
75. v. 20

Lingua semper sicca perman-
sit 1108. v. 20

Hhhh 2

IN HIPPOCR.

- Lintei yfus in vulneribus cu-
 randis 808. v. 10
 Lippitudo, 130. vers. 10. mortis
 nuncia, ibid. vnde eueniat,
 254. v. 10
 Lipyria febris quæ, 67. v. 20
 Lipyria 458. v. 10
 Liuidus morbus 483. v. 20
 Liuores in febre mortis nun-
 cij 116. v. 30
 Lobi summitates pulmonis
 dicti 930. v. 30
 Locorum in homine consti-
 tutio 400. vers. 10. vsque ad
 pag. 424
 Loco suo motum os quomo-
 do restituendum 792. v. 20
 Locus ægrotis qualis eligen-
 dus, 43. v. 30
 Locus regionis an & quando
 mutandus 178. v. 20
 Lomentum prisanæ 700. v. 30
 Lōga corporis statura in qui-
 bus laudetur 1123. v. 20
 Lucta & frictio homini quid
 conferant 335. v. 30
 Lumborum contentio 138.
 v. 30
 Lumborum dolor cum æstu
 quid importet 78. v. 20. &
 136. v. 10. & 137. v. 20. 30. &
 138. v. 10. 20
 Lumborum & inferiorū par-
 tium dolores cuius ætatis
 hominibus exitiales, 33. v.
 10
 Lūbrici an pariant, & quo-
 modo ex humano corpore
 erumpant 521. v. 20
 Lumbrici an mortem inferat
 522. v. 10
 Lumbrici cum puero in vtero
 existente nati 520. v. 30
 Lumbricilati & rotundi 510.
 v. 30
 Lumbrici rotundi ab egro-
 tis eiekti quid denotet. 48.
 v. 10
 Luxatio articulorum an clau-
 dicationem inducat, & cu-
 ius ætatis homines infestet
 887. v. 20
 Luxationes incubiti flexu 84.
 v. 20.
 Luxationum in priorem sta-
 tum repositio 860. v. 30
 Luxatio pedis & eius curatio
 890. v. 20
 Luxatio vulneratæ cutis 890.
 v. 30
 Lychni extincti odor quibus
 gratus 583. v. 30

M.

M Achinæ fracturis quan-
 do adhibendæ 806.
 v. 20
 Macrocephali, 264. v. 20. co-
 rum origo, ibid.
 Macula in facie mulieris præ-
 gnantis 758. v. 20 quomo-
 do G æcis dicta, ibid.
 Madefactionis vis 424. ver-
 sic. 10
 Mador circa frontem 105. ver-
 sic. 10
 Magnesijs lapis 566. v. 10
 Mago-

INDEX.

- Magorum, expiatorum, circulatorum & arrogantium ostentatorum impius conatus in curando morbo sacro, 283. v. 10
- Mala ex avaritia prouenientia 1165. v. 30
- Malignata à medicis quomodo adhibenda, 35. v. 20
- Malignata 881. v. 30
- Malignorum 646. v. 10
- Malignitas & perniciēs ex sanguinis è naribus eruptione 86. v. 5
- Mamma mulierum quando attollantur & crepantur 19. v. 10
- Mammæ turgidæ & magnæ ad concipiendum & alendum partum probantur, 106. v. 10
- Mammæ unde 241. v. 30. cur mulieribus laxæ & molles 242. v. 10. earum extenuatio 649. v. 10. & 663. v. 10
- Mandragoræ radicis vis 417. v. 10
- Mandragoræ radix in alui & intestinorum prolapsis validum medicamentū præstat 912. v. 10
- Mane deambulandum, 342. v. 10
- Manus distinctio ab Hipocrate tradita 938. v. 20
- Manus & pedis an eadem constitutio 942. v. 30
- Manus post deligationē collocatio 939. v. 30
- Manus tractatio in fractura 787. v. 20
- Manus tremulæ cum capitis & cervicis dolore quid importent, 81. v. 10
- Manuum deligatio & extensio in fractura 785. v. 20. & medicorum in hoc diuersa opinio 786. v. 20
- Manuum frigus quid portendat 47. v. 10
- Manuum palpitationes quid indicent 69. v. 20
- Manuum tractatio in morbis 435. v. 20
- Manuum vsus in repositione 893. v. 30
- Maris procreatio quomodo adaptanda 230. v. 10
- Maris & feminae in complexionē differentia, 316. v. 20
- Marrubij vsus in vteri affectibus 763. v. 10
- Massæ ignitæ in urinam iniectæ 723. v. 10
- Masculi generatio quomodo fiat, 312. v. 20
- Mas quādo præsumatur, 106. v. 30. & quando scemella, ibidem
- Masticatorij musculi 833. versic. 20
- Maxillæ emotio 833. v. 10; eius causæ ibid.
- Maxilla fracta 834. v. 20; eius Maza cui offerenda, 297. v. 10. & quo anni tempore proponenda, ibid. versic. 20

Hhhh 3

IN HIPPOCR.

Mazan non subacta 319. versic.
10

Meconij succus 613. v. 20

Medicamenta arida ad vlcera
904. v. 30

Medicamenta bene olentia,
& graecolentia, 422. versic.
20

Medicamenta calida liquata
in alui prolapsu & intesti-
norum rectorum inflam-
matione cataplasmate ap-
plicanda 912. v. 20

Medicamēta capitis male af-
fecti 455. v. 20

Medicamenta conceptionis
623. v. 30

Medicamenta cruentorū vul-
nerum 841. v. 10

Medicamenta emollientia
quo anni tempore vlceri-
bus adhibenda 905. ver-
sic. 30

Medicamenta emolliētia 230.
v. 10

Medicamenta feliciter succe-
dētia 433. v. 30

Medicamenta fluorum vtero-
rum 706. v. 20

Medicamenta fortum elicien-
tia 606. v. 10

Medicamenta in nares infusa
475. v. 30

Medicamenta in poru exhi-
benda 533. v. 10

Medicamenta liquida ad vl-
cera 904. v. 10

Medicamenta menses produ-
centia 606. v. 10

Medicamenta morborum
per insomnia denunciato-
rum 356. 357. 358. & 359. ver-
sic. 30

Medicamenta nocturno tem-
pore exhibenda 501. ver-
sic. 20

Medicamenta partum effici-
tia & promouentia 680.
v. 20

Medicamenta per spongiam
in anum detrusa 493. versic.
10

Medicamenta puerperæ 606.
v. 20

Medicamenta purgantia 471.
v. 30

Medicamenta recentia sicci-
tia 903. v. 10

Medicamenta refrigerationis
501 v. 10

Medicamēta roborantia 544.
v. 10

Medicamenta subditiua ve-
hementer purgantia & se-
cundas elicientia 691. ver-
sic. 10

Medicamēta sursum & deor-
sum purgantia 472. ver-
sic. 30

Medicamenta valentia 410.
v. 20

Medicamenta vlcera varia
902. v. 10

Medicamenta vteri ad coxen-
dicem obuerti 602. ver-
sic. 30

Medicamēta vteri auerti 472.
v. 20

Medi-

INDEX.

- Medicamenta vterum purgā-
tia 687. 688. 689. & 690. v.
10
Medicamentis valentioribus
qui indigeant 256. versicul.
30
Medicamenti vis, 420. versic.
10
Medicamentorum distinctio
vnde capienda 987. versic.
10
Medicamentorum & cura-
tionum morborum mul-
lierum succincta repetitio
697. v. 10
Medicamentum adstrictionis
27. v. 10
Medicamentum aurium ex me-
topio subactum 406. ver-
sic. 10
Medicamentum calculi in vir-
gine 624. v. 30
Medicamentum cōuulsionis
417. v. 10
Medicamentū deorsum pur-
gans 412. v. 10
Medicamentum exurens 697.
v. 20
Medicamentum Indicum 733.
v. 10
Medicamentum in febre sin-
gultuosa 390. v. 10
Medicamentum in morbis a-
cutis, 387. v. 10
Medicamentum in pulmonis
inflammatione 391. versic.
20
Medicamentum lachrymam
ciens 407. v. 10.
Medicamentum mœrore cō-
sectorum de radice ma-
dragore 417. v. 10
Medicamentum oculorum
in morbis acutis. 378. ver-
sic. 10
Medicamentum purgans ex
veratro 397. v. 30
Medicamentum sursum pur-
gans 715. v. 30. & deorsum,
ibidem
Medicamentum vlcera pur-
gans, & siccans 902. ver-
sic. 30
Medicina an fortuna indigeat
421. v. 10
Medicina ars firma, 421. ver-
sic. 10
Medicina encomium, 2. ver-
sic. 10
Medicina finis, 13. v. 10
Medicina in bello utilitas
1180. v. 10
Medicina & diuinatio quam
cognitionem habeat 1158.
v. 30
Medicina in corporibus hu-
manis quid præstet, eiusq;
cum sapientia collatio 1173.
v. 10
Medicina qualis ars, & à qui-
bus sic dicta, 273. versicul.
10
Medicina quid, & eius officiū
4. v. 20
Medici imperiti histriones i-
mitantur, 1. v. 20
Medici culpa in quo spectetur
531. v. 20
Hhhh 4

IN HIPPOCR.

- Medici observatio pestis gra-
fantis tempore 1010. v. 10
- Medici officium 272. v. 10
- Medici officium in curatio-
ne suscipienda, ex sententia
Democriti 1169. v. 10
- Medici sæpe falluntur, & in
quo 666. v. 10
- Medico in medendo quæ at-
tendenda, 18. v. 20
- Medicorum imperatis parère
quid utilitatis afferat egro-
tantibus 6. v. 20
- Medicorum imperitia 853. v.
10
- Medicorum ineptitudo 842.
v. 30
- Medicorum in exercitatione
& usu necessaria scientia
823. v. 10
- Medicorum ligneum instru-
mentum ad extensionem
ossium fractorum & ela-
psorum 871. v. 20
- Medicorum in magna vrbe
medicinam facitantium
instrumentum in reposi-
tione articulorum 796. v.
10
- Medicorum inscitia 808. ver-
fic. 20
- Medicorum prudentia in quo
sita sit 9. v. 30
- Medicorum scientia 822. v. 30
- Medicum signa omnia præ-
dicere oportet 97. v. 20
- Medicum philosophum quæ
dedeant 41. v. 30
- Medicus aërem, situm loci,
aquam, terram & victus
rationem in consideratio-
nem adhibere debet 252.
v. 10
- Medicus an à morte evasuros
& morituros homines æ-
gros indicare possit 43. ver-
fic. 30
- Medicus ad ægrotum ingre-
diens quomodo se gerere,
& quibus præparatoriis
cinctus esse debeat 36. v. 10
- Medicus an gratis curatione
suscipere teneatur 39. v. 10
- Medicus anni tempora in cõ-
siderationem adhibere de-
bet 252. v. 10
- Medicus Hippocrataus qua-
lis esse debeat 27. v. 10
- Medicus Hippocratæus qui-
bus animi & corporis do-
tibus pollere debeat 28. v.
10
- Medicus in exigenda merce-
de quid observare debeat,
39. v. 10
- Medicus naturalis unde dica-
tur & quomodo se gerere
debeat 767. v. 20. & in qui-
bus falli soleat 846. v. 20
- Medicus philosophus in qui-
bus Deo equalis iudicetur.
34. v. 5
- Medicus quid in curatione æ-
grotorum plebeiis commit-
tere possit 37. v. 10
- Medicus quid in partibus hu-
mani corporis observare
teneatur 27. v. 10
- Medi-

INDEX.

- Medicus sæpe sapientia sua
fallitur 785. v. 10. & qui sint,
ibidem
- Medulla dorsalis è cerebro
208. v. 10
- Melanthium 622. v. 30
- Melida morbus 976. v. 30
- Meliceris 111. v. 20
- Mellis vis & efficacia 328. v. 30
- Membranae cerebri 400. ver-
fic. 20
- Membranae oculorum 400.
v. 20
- Menses conspicui 734. v. 10
- Menses intra quot dies sanis
& fecundis mulieribus
procedere solcant 636. v. 10
- Menses mucosi, 423. v. 20
- Mens humana ubi sita, 236. v.
30. eius alimentum ibid.
- Mensium profluuium quibus
facile quibusq; difficulter
prodeat 630. v. 10
- Mensum biliosorum in mu-
liere signa 637. v. 20
- Menstruæ purgationes mu-
lieres sæpe fallunt 203. v. 20
- Menstrua quomodo paranda
229. v. 10
- Menstrui tempus 3. dierum
breuissimum dictum 222.
v. 8
- Mercurialis semen 606. v. 10.
& 662. v. 10
- Mesenterium 247. v. 10
- Metonis morbus 972. v. 30
- Mixgêφουδαν Partheniū quale
medicamentum 903. ver-
fic. 30
- Mictionis cruentæ suppressio
134. v. 10
- Misy in pello puerperij pur-
gamentis adhibetur 680.
v. 20. & 681. v. 20
- Milij natura & vis 369. v. 20
- Misy præparatum 698. v. 20
- Modus reponendi optimus
819. v. 30
- Mæotis palus Asiæ atque Eu-
ropæ terminus, 264. v. 10
- Molitiu per vectes 809. v. 10
- Molitiu per vectem in articu-
lorum fractura lapsu, aut
excessu 871. v. 30
- Μαλανφ vibex 944. v. 30
- Morbi acuti qui: eorumque
efficacia 364. v. 30. & 365.
v. 10
- Morbi ad mortem vsque co-
mitantes 483. v. 20. & 484.
v. 30
- Morbi, affectus & sympto-
mata secundum anni tem-
pora 1022. v. 10
- Morbi annorum temporibus
& variationibus discernū-
tur 62. v. 20
- Morbi capitis ex cerebro 459.
v. 10. & 20
- Morbi causa & victus ratio
cur à medico obseruanda
177. v. 20
- Morbi comitialis exacta de-
scriptio, 288. v. 20.
- Morbi connati qui dicti 95.
v. 30
- Morbi crassi 586. v. 10. unde
orientur & quo tempore,

IN HIPPOCR.

- ibidem & 587. 588. & 589.
 Morbi ex anni temporibus,
 261. versic. 20. & 262. versic. 10
 Morbi ex capite orti 454. versic. 20
 Morbi ex mala collocatione
 & situ pessimo ciuitatis 255.
 v. 10. 20
 Morbi ex quatuor humorib⁹
 501. v. 30
 Morbi ex syderū ortu, 263. v. 10
 Morbi hora animaduertenda
 1078. v. 20
 Morbi in Aëno 992. versic.
 30
 Morbi inter se similes 537.
 v. 10
 Morbi laterales siccī, 495. versic.
 20. in dorso ibidem, versic.
 30. eorum curatio, 496.
 v. 30
 Morbi longitudinem quæ den-
 nunciant 1144. v. 20
 Morbi patrij, 253. v. 20
 Morbi puerorum à 7. anno
 ad 15. qui 83. v. 30
 Morbi qui facillè soluantur,
 quo anni tempore gignantur
 978. v. 10
 Morbi quo anni tempore ho-
 mines occupent, 176. ver-
 sic. 10
 Morbi quomodo se prodant
 302. versic. 30. & quo anni
 tempore, 314. versic. 30. & 315.
 v. 10
 Morbi quoruplices, & quam
 varia morborum genera,
 8. versic. 10.
 Morbi regij curatio 539. ver-
 sic. 20
 Morbi regij quatuor: eorum-
 quæ curationes 577. versic.
 10. & 30. & 578. 579. ver-
 sic. 10
 Morbi vagantes & palantes
 933. v. 10
 Morbo sacro seu comitiali
 correpti an sanari possint,
 89. v. 10
 Morborum, affectuum &
 symptomatum variorum
 prænotiones, signa & effe-
 cta 1056. v. 20. & 1057. 1058.
 v. 20
 Morborum causæ vnde diui-
 dicandæ 1. v. 30
 Morborum differentia exa-
 limento 361. versic. 20. ab
 ætate & tempore 438. ver-
 sic. 30
 Morborū distinctiones quæ,
 & vnde sumendæ 71. ver-
 sic. 5
 Morborum & affectuum va-
 riorum, enumerationes
 1080. v. 10
 Morborum muliebrum cau-
 sâ 421. v. 20
 Morborum origines 430. v.
 10. & 510. v. 30
 Morborum 14. ægrotorum
 descriptiones 968. versic.
 10
 Morborum remedia à qui-
 bus inuenta 8. versicul.
 20
 Morbo-

INDEX.

- Morborum tria principia 515.
v.20
- Morborum varia genera affectus, & symptomatica in Perintho 285. versicul. 30
- Morborum vulgarium varia genera in diuersis hominum affectib⁹ animaduersa 1031. 1032. 1033. versicul. 10
- Morbum crudum quæ indigent, 49.v.10
- Morbum regium quæ prænunciant 88.v.5
- Morbus comitialis quæ signa & prænotiones habeat 124. v.20
- Morbus comitialis vnde, 86. v.10
- Morbus coxendicum 589. v.30
- Morbus decimoquarto anno rediens, 454.v.10
- Morbus ex abortione 663. v.10
- Morbus ex insomniis quomodo prænotandus 354. v.10.30
- Morbus ex pulmone 436. versicul. 10
- Morbus ex quo originem capiat 273. v.20
- Morbus ex visû spectri terrore 587.v.20
- Morbus hepaticus 571. v. 10. alius 571. vers. 20. & 573. v.30
- Orbus intra quod tempus describatur 455. versicul. 10
- Morbus lateralis cruentus, 497.v.30. eiusque curatio, ibid.
- Morbus lateralis vnde 529. v.20
- Morbus lienis primus 574. v.10. alius 575. vers. 10. alius ibidem, vers. 20. alius 576. v.10
- Morbus mulieris in puerperio, aut mensibus euntibus cum viro condormientis 596. vers. 10. eam intra 21. diem perimens 653. versicul. 30
- Morbus niger 485. versicul. 30. alius 486. versicul. 10
- Morbus pituitosus 484. vers. 20. ex pituita alba, ibidem.
- Morbus post duodecimum annum reuertens 564. versicul. 10
- Morbus quando annuus futurus videatur 177. versicul. 10
- Morbus quo tempore decrescere solcat 964. vers. 20. & 965. v.10
- Morbus regius 155.v.6
- Morbus regius quâdo lethalis, 391. v.10
- Morbus regius, 74. versicul. 20. & 465. versicul. 30. alius, ibidem & 476. versicul. 30

IN HIPPOCR.

- Morbus reuersionem faciens** 555. v. 10. nouem annos durans 568. v. 10
Morbus ructus ciens 483. versic. 20
Morbus facer cur dictus 281. v. 20
Morbus facer 279. v. 20
Morbus facer quomodo olim curatus sit 281. v. 10
Morbus facer unde oriatur 280. v. 10
Morbus syderationem faciens 486 v. 30
Mores hominum quem ortū habeant 272. v. 30
Mores hominum superbi unde ortum trahant, & quibus hominibus peculiare 272. v. 20
Morituros quæ signa præcedant 69. v. 20
Mors à medicis an prædici possit 996. v. 10
Mors ex alui repentina pruritione 126. v. 10
Mors ex anginis 142. v. 10
Mors ex murium dolore 457. v. 10
Mors ex bilioso purulento sputo 145. v. 10
Mors ex cerebri syderatione 126. v. 30
Mors ex connatis homini deficientibus 176. v. 30
Mors ex desipientia cum difficultate spirandi 118. v. 20
Mors ex dolore faucium 133. v. 30
Mors ex dolore pedis 973. versic. 30
Mors ex eruptione sanguinis & nigris deiectionibus 86. v. 10
Mors ex faciei corruptione significata 129. v. 30
Mors ex febre acuta 976 versic. 10
Mors ex febre quomodo pronoscatur 52. v. 10
Mors ex febre tertiana 120. v. 10.
Mors ex fluore nimio uteri 705. v. 10
Mors ex grauidis deiectionibus 128. v. 30
Mors ex hepatis morbo 571. v. 20
Mors ex inflammatione pulmonis 147. v. 10. & 449. v. 10
Mors ex lateris dolore 117. v. 10
Mors ex linguæ tremore 131. v. 10
Mors ex melancholicis affectibus 1110. v. 10
Mors ex morbo laterali 144. v. 20. & 449. v. 30
Mors ex oris ventriculi dolore 136. v. 10
Mors ex peruersione oris, aut nasi 117. v. 10
Mors ex puris per aluum deiectione 149. v. 30
Mors ex recidiuis in partu 158. v. 20
Mors ex rigore & perfrictione, ca.

INDEX.

- ne, capitisque dolore 112.
v. 20. & 113. v. 30. & 114. ver-
fic. 5. 10
- Mors ex sedis dolore 117. ver-
fic. 10
- Mors ex spiratione frequen-
ti 133. v. 10
- Mors ex spumantis sanguinis
expuitione 148. v. 10
- Mors ex stercoris deiectione
in pulsatione violenta 142.
v. 30
- Mors ex suppurationibus ab
hepatis vitione ortis 151.
v. 20
- Mors ex tabe 150. v. 20
- Mors ex tuberculis ad aures
128. v. 20
- Mors ex tumore 116. v. 20
- Mors ex variis affectibus &
symptomatibus in Thaso
985. v. 20
- Mors ex variis affectibus &
symptomatibus in Perin-
tho quem sexum affecerit
968. v. 20
- Mors ex vehementi pulsatio-
ne 142. v. 30
- Mors ex vocis defectu 117. v.
20
- Mors ex vomitu rubro 161.
v. 30
- Mors ex vulneribus capitis
variè & inæqualiter con-
tingit 918. v. 10
- Mors hominis propinqua &
imminuens, vnde præno-
scenda 44. v. 10
- Mors repentina vnde 86. v. 10
- Mors secundum Hippocra-
cratem vnde 206. v. 20
- Mors senum ex suppurationi-
bus 150. v. 7
- Mortis periculum ex morbo
355. v. 10
- Mortalitas cõmuni sorte ho-
minibus obrigit 1149. ver-
fic. 20
- Mors tertio, quinto, aut se-
ptimo die superueniens,
452. v. 10. & 30
- Motio fœtus in vtero 195. ver-
fic. 30
- Motionis articulorum indi-
cia 814. v. 10
- Mucus 210. v. 10
- Mucus & salivæ repletionem
arguant, & quomodo abi-
genda 343. v. 30
- Muliebrium purgamenta al-
ba, 158. v. 20
- Mulier capitis gravitate la-
borans febre perit 1029.
v. 30
- Mulieres an, & quando poda-
gra laborent 139. v. 10. ne-
que puer, ibid.
- Mulieres conceptione fœtus
sæpè falluntur, & quæ sit
ratio, 203. v. 10
- Mulieres conceptui idoneæ,
quæ, & quæ minus, 106.
v. 10. 20
- Mulieres & virgines in ma-
gno morborum numero
incolumes referuatæ, &
quibus ex causis 964. ver-
fic. 10

IN HIPPOCR.

- Mulieres ex corporis habitu distinguuntur 196. ver. 10
 Mulieres fecundæ quib. terrarum partibus existant, 255. versic. 30.
 Mulieres infecundæ non olent 760. v. 20
 Mulieres infecundæ quomodo reddantur 723. versicu. 30
 Mulieres mente glabræ 195. v. 10
 Mulieres quomodo, siantè nō fuerint, puerperæ efficiendæ 646. v. 10
 Mulieres sanæ ex coitu euadunt 184. ver. 10
 Mulieres Scythicæ supramodum fluxæ 268. v. 30
 Mulieres seniores quib. morbis obnoxie magis quàm iuniores 725. v. 10
 Mulieres steriles & claudæ an vteri morbis obnoxie 600. v. 20.
 Mulieres viris lōge humidiores 190. versic. 8. & quando concipiant fœtum, ibidem.
 Mulier ex partu tumida, sanata, & quib. remediis 1040. v. 10
 Mulieri barba enata, & quam ob causam 1080. versicu. 20
 Mulieribus claudicatio vnde, 190. v. 20
 Mulieri cur coitus necessarius 184. v. 10
 Mulier in cyzico gemellas & nixa pleuritide periit 1019. v. 20
 Mulieris in coitu voluptas 183. versicu. 20. an cum viro conferenda ibid. 30. & quando desinat ibid.
 Mulieris interitus ex conceptione 708. v. 30
 Mulierum affectus varii mortis causæ 1003. versicu. 20.
 Mulierum concipere desinētium, medicamenta 226. v. 20
 Mulierum & virginum morbus 107. v. 10
 Mulierum indicationes ex partu quæ 54. v. 20
 Mulierum prægnantium & vterum gerentium prænotiones & signa 1135. versicu. 20
 Mulierum, purgamentis euntibus, cum viro condormientium damna 596. versic. 10
 Mulierū purgationes in partu 192. v. 10
 Mulierum victus ratio 300. v. 30
 Mulierum visiones nocturnæ 593. vers. 10 earumque in ætatibus differentiæ & corporum constitutio 594. versicu. 10
 Mulierum vterum gerētium signa 58. ver. 30. & 59. versic. 10

Mulla

INDEX.

Mulsa epota horrorem & anxietatem sustulicunt. versicu. 10

Mulier voluuli casibus appetita defuncta est 1003. versicu. 10

Mulsa, & eius vis 377. versicu. 10

Murmur circa præcordia quid designet 1131. v. 20

Mulcerda 686. v. 10

Musculi soporem altum inuenientes 834. v. 20

Musculorum affectus qui & vnde 934. v. 10

Musculorum substantia 933. v. 10

Mulculus marinus 661. v. 20

Mustela cubitus 856. v. 20

Mustum 328. v. 20

Mutationes quando fieri debcant, 370. versu. 30. quando periculosa 376. versicu. 10.

Mutationes temporum annorum 270. versicu. 30. earum effectus, ibidem. & 271. v. 10

Mutationum in hominum corporibus vis 266. versicu. 10

quale medicamentum 432. v. 10

N

Nebes aqua in aere 199. v. 30.

Nares in febricitantibus qualia signa edant 92. v. 30

Nares sinæ vnde 837. versu. 10 earum curatio, ibid. v. 30. & 839. v. 20

Narium rubores quid indicent 129. v. 20.

Narium stillatio in phreniticis 75. v. 20

Nasi curatio momento perficitur 880. v. 10

Nasi fractura 836. v. 30

Nates prominentes & femora introrsum obtorta 887. versu. 10

Naturæ humanæ cognitio cui potissimum necessaria 24. v. 10

Naturæ humanæ perfecta cognitio vnde haurienda 24. versu. 10

Natura non solum robotis, sed etiam motus rationem habuit 95. v. 30

Natura Scytharum fecunda non est, & cur? 268. v. 30. & 269. v. 20

Necessitatis diuinæ vis & effectus 304. v. 20

Nervi crassi ex cerebro quot 246. v. 30

Nervi ad vnamquamque constant diriguntur 892. versicu. 30

Nervi an ignem ferre possint 825. v. 20

Nervi solidi 207. v. 10. eorum generatio ibid.

Nervorum distentio vnde 73. v. 20. quæ lethalis & quæ minus ibid. 30

IN HIPPOCR.

Neruorum origo, 306. inflā-
mationes 812. v. 10

Neruosa & glutinosa cur dif-
ficulter assentur, 308. ver-
fic. 10

Netopum 230. v. 30

Nicanor tibicinatum metu
affectus, tibiara sono tur-
batus de nocte illum susti-
nere non potuit 1053. ver-
fic. 10

Nicodemi Abderiensis mor-
bus, eius affectus, & sym-
ptomata 1016. v. 20

Nigra per insomnia visa mor-
bos denotant 358. v. 20

Nigrities ossium & denuda-
tio 868. v. 20

Nitrum Ægyptium 571. ver-
fic. 10

Nitrum rubrum 643. v. 10

Nodus & filum in homine
779. v. 10

Nomades in curribus habi-
tant 267. v. 10

Nomæ ad vlcera depascentia
quale medicamentum præ-
beant 905. v. 10

Nomæ maximè lethales sunt
100. v. 10

Nomæ serpentes, quomodo
Græcis dictæ 100. v. 30. &
quid sint, ibid.

Non entium nulla cognitio,
4. v. 5.

Note de utilitate & noxa vini,
377. v. 10

Numenij filij morbus 81. ver-
fic. 10

Nubeculae in vrinis quid im-
portent 49. v. 10

Nyctalopes vnde nomen for-
titi 1036. v. 10

Nyctalopes qui & vnde sic di-
cti 109. v. 10. & quib⁹ mor-
bus iste peculiaris, ibidem,
v. 20

O.

Observationes in victus ra-
tione, 396. v. 10

Observationes in morbis di-
ei & noctis 1102. v. 10

Observationes medicæ, 431.
432. & 433. v. 10. in imbecil-
lis ægris 543. v. 10

Observatio pestis tempore
1010. v. 30

Occasio à quibus obseruanda
sit, 37. v. 10

Occasio medicorum 420. ver-
fic. 10

Ocium eiusque efficacia 335.
v. 20

Ocium cur detestandum &
fugiendum 32. v. 20

Octimestris partus 217. ver-
fic. 30

Octo agrorum affectus eo-
rumq; causæ, symptoma-
ta & intermissiones 968.
v. 10

Oculi duri in prægnantibus
quid denotent 716. v. 30

Oculi peruersi in prægnanti-
bus quid importent 658.
v. 10

Oculi

INDEX.

Oculi fixi & immoti in con-
uulsione quid denotent 8;
v. 30
Oculi gramiosi qui dicti, 102.
v. 20
Oculi grandiores in homine
quid designent 996. v. 10
Oculi hebelcentes & obtusi
improbandi, & cur 78. v. 30
Oculi obleratio aut perfra-
ctio quando mala 81. ver-
fic. 20
Oculi rubicundi in prægnan-
tibus 657. vers. 30. peruersi
6. 8. v. 10. duri 716. v. 30
Oculis noxiâ afferentia 1049.
v. 10
Oculorum curatio in initio
adhibenda 773. v. 30
Oculorum curatio 407. v. 10
Oculorum dolores quam cu-
ram requirant 1052. v. 30
Oculorum hebescentia, vnde
130. v. 20
Oculorum lachrymæ & do-
lores, 699. eorum curatio,
ibid. v. 20
Oculorū lachrymæ quomo-
do sedandæ 428. v. 10
Oculorum lachrymæ vnde, &
quomodo sistendæ 776. v. 10
Oculorum nigrorum affe-
ctus qui, & quibus peculia-
res 1072. v. 20
Oculorum peruersio cum ri-
gore perniciosa 81. v. 30
Oculorum ruptiones an sa-
nari possint & restitui 103.
v. 20

Oculorum vstio 774. v. 30
Odores quæ signa in ægroi-
tibus edant 92. v. 30
Oidium, 175. v. 30.
Oesypum capræ 745. v. 30
Officia Hippocrateæ familiæ
in Athenienses collata 1181.
v. 10
Officina medica, quæ instru-
menta habeat, 30. v. 30. &
776. v. 10
Officium medici in quo ver-
setur 776. v. 20
Olera in victum quæ adhiben-
da, 328. v. 30. & 329. v. 30
Olerum agrestium facultas
330. v. 10
Olerum varia genera diuersæ
efficaciæ 330. v. 10
Olei vis 335. v. 10. quando & in
quibus morbis adhibendū
5. v. 10
Oleum in vlcerib⁹ quale me-
dicamentum præstet 899.
v. 10. & 20
Oleum Platēnsium 678. ver-
fic. 10
Omentum procidens, 156. v.
30
Olivæ lignum rotæ putealis
947. v. 20
Ophthalmica medicamenta
698. v. 10
Opisthoronos qualis morb⁹,
73. v. 30. vnde oriatur, ibid.
& 492. v. 10
Opportunitas temporis in
curando, 432. v. 10. dierum
& anni, artium, ibid.

IN HIPPOCR.

- Opsonia in vict^u ratione, 298.
& 299. v. 01. 20
- Opsonia in victus ratione, eorumq; qualitas, & quot tempore balneo abstinendum in victus ratione, 298. v. 10.
& an vomitiones tum temporis comperant, ibid.
- Opsonium in articulari morbo 566. v. 30
- Optimus docendi magister manuum vsus, 273. v. 10. & quid cum medicina, & in curandis morbis & discernendis eorum affectibus commune habeat, observandumq; sit, ibid.
- Ordo in corpore humano 304. v. 30. & quomodo alimentum assumat, 205. v. 20
- Oris collutio 462. v. 10
- Oris collutio ex quibus herbis præparanda, & qualis collutio adhibenda, si salivæ retineatur 462. v. 10
- Oris collutio in expurgatione salivæ, & an morbus ex retentione salivæ lethalis existat 462. v. 10
- Oris ex palato discessio 895. v. 20. & quæ præfractionis notæ & curationes existant, ibid.
- Oris labrum recurvum 228. v. 10. eius medicamentum ibid. & an menses ei respōdeant genituramq; concipiat, & an medicamentum infra aut supra adhibendū, ibidem
- Oris vetriculi dolor, quid importet 80. v. 20
- Oris perversiones quomodo reponi debeant 110. vers. 5
- Orbes ex corio Ægyptio coacti 87. v. 12
- Orthopncea, 367. v. 30
- Ortus & interitus hominum qualis, 303. v. 30. eius causæ & originis varieg opinionones & quæ sanior existat, ibid.
- Os capitis 916. v. 30
- Oscitationes quid indicent 279. v. 20
- Os eminens quando præcidendum 810. v. 30. & Quod minus, ibid.
- Os femoris breue redditum & quomodo 860. v. 10
- Os loco motum 792. vers. 20. quomodo restituitur, ibidem.
- Os perfectum quid denotet 1138. v. 30
- Os sectione disparatum cui passioni subiectum. 116. v. 30
- Ossa distantia quomodo colligenda 783. v. 10
- Ossa distantia unde cognoscantur, & quomodo articuli colligandi 783. v. 30
- Ossa distantia quomodo componantur 757. v. 10
- Ossa elephantum leonum & reliquorum generosorum animalium plena sunt 93. v. 10

Ossa

Ossa fracta eminētia 808. v. 30
 Ossa fracta febris quo die in-
 sequatur 1091. v. 20
 Ossa homini quid præbeant
 147. v. 10
 Ossa in cubiti flexu 813. v. 10:
 quomodo restituātur, ibid.
 Ossa quando breuiora fiant
 834. v. 10
 Ossa recondita mortem affe-
 runt, & quando 865. v. 30
 Ossa suis sedibus non integrè
 restituta 796. v. 30. difficul-
 ter sanantur 801. v. 30
 Osis capitis collisio è casu de
 loco sublimiori 921. v. 10
 Osis capitis collisio ex casu è
 loco complanato in molli?
 quiddam; & quæ curatio
 adhibenda, si celo talis col-
 lisio contingat 921. v. 20
 Osis capitis fractura aut fis-
 sura quomodo animaduuer-
 tenda 156. v. 20
 Osis fractura quod remediū
 requirat 919. v. 30
 Ossium augmentum & im-
 minutio 855. v. 20
 Ossium corporis humani nu-
 merus, 242. v. 20
 Ossium generatio & excava-
 tio. 193. v. 30. & 207. v. 20:
 constitutio 306. v. 20
 Ossium fractura quomodo
 sananda 934. v. 20
 Ossium magnorum & paruo-
 rum curatio intra quot dies
 perficiatur 943. v. 20
 Ossium substantia terrea 934.

vers. 20
 Quorum volucrum vis & effi-
 cacia 327. v. 30. & cur validū
 animalis generationē ha-
 bere dicatur, ibid.
 Ouum gallinaceum ad fœtū
 in utero quomodo se ha-
 beat 202. v. 20
 O'ξύλυξ, quid aqua multa
 acida 890. v. 10
 O'ξύλυξ, quid 794. v. 30. &
 778. v. 20
 Oxymeli 378. v. 30

P.

Pæonia remediū Abderi-
 tani ab Hippocrate ad
 Democriti insaniam pro-
 pulsandā expetunt 1151. v. 10
 Palpebræ an sectionem, &
 quando ferre possint 775.
 v. 30
 Palpebræ oculorum scabiē la-
 borantes 775. v. 20. & qua-
 lem lippitudo curationem
 requirat, ibid.
 Panis calidi vis & efficacia
 372. v. 30
 Panis facultates & qualitates,
 321. v. 30. eius genera quæ
 324. v. 10
 Panis in mazam cōfectus per
 aquam calidam quid ven-
 triculo conducatur, & quale
 nutrimentum præbeat 323.
 v. 1. & quid maza cū mel-
 le & lacte conferat homi-
 ni, ibid.
 Παρευνάγξιν leuior angina
 491. v. 10

liii z

IN HIPPOCR

Partus in Thaso quo morbo laborauerit	10.1.v.10	symptomatum generibus in Thaso	982.983.984.& 985.v.10	
Partes corporis quomodo se ad totum corpus habeant,	399.v.10.20.&30	Passiones hominum ex variis morborum, affectuum & symptomatum generibus ex quibus mors plerumque inscuta in Perinibo	985.v.30	
Partes extremæ corporis frigori expositæ	425.v.20	Passiones mulierum in, & extra partum	984.v.10	
Partes genitales frigidiores	426.v.10	Passiones pestis grassantis tempore	1005.v.10	
Partium corporis humani constitutio	399.v.10. vsque ad pag. 424.	Pectoris & dorsi insuetudo	477.v.30.	
Partium affectuum & ubi morbus consistat, iudicatio	69.v.10	Pedes frigidi in morbis acutis	380.v.30	
Partium hominis natura & figura quæ	25.v.30	Pedis constitutio, & curatio	792.v.10	
Partus à quibus celerius, tardius edatur	204.v.30	Pedis curatio & deligatio	948.v.10	
Partus cõsequencia	660.v.10. dolores ex eo, eiusque curatio, ibidem v.20	Pedis ossium imminutio	855.v.20	
Partus qui faciles, & qui difficiles	205.v.10	Pedum dolores quid portentant	68.v.20	
Partus in quibus mulieribus difficulter procuretur	106.v.20	Pedum frigiditas quid denotet	47.v.10	
Partus præsentia quomodo prænoscentia	107.v.20	Pedum tumores quomodo curentur	906.v.10	
Partus quo ordine ex utero trahatur	205.v.10	Pelles quem usum in medicina habent,	28.v.30	
Partus quo mense plerumque edatur	204.v.30	Pellucidum,	212.v.30	
Partus validi & carnosi	218.v.20	Penicillus stans solidus	479.v.30 plumbeus	719.v.10
Paruulis morbus comitialis cur lethalis,	299.v.10	Peponis vis	547.v.10	
Passiones hominum ex variis morborum, affectuum &		Pecoræ quod genus piscis	327.v.10	
		Perfecti vis & effectus	138.v.20	
		Pericles		

INDEX.

- Pericles quo morbi genere correptus & ab eo liberatus, recidiuumve passus sit 1014. v. 30
- Pernicies ex alui solutione, 133. vers. 2. 20. ex sputo 148. v. 7
- Pestis 274. v. 20. & 1005. vers. 10
- Pernionum medela scarificatio 1105. v. 10
- Perfrictio in febribus ardentibus mala 81. v. 10. 139. v. 8. 10. 140. v. 20
- Pertæ barbari dicti 1148. vers. 10
- Pertæ Grecorum hostes, 1148. v. 20
- Pertusæ vrbes opibus omnibus affluentes sunt 1152. v. 10
- Perturbatio in somnis, 344. v. 10
- Pessæ ad vterorum purgationes accommodati 677 vers. 10
- Pessæ adacei 719. v. 10
- Pellus plumbeus 719. v. 10. & 30.
- Peucedani succus 604. v. 10
- Phagedæna quid, 63. v. 5
- Phagedæna quid 1047. v. 30
- Phagedæna in viceribus 901. v. 10
- Phasianorum forma, & in quo ab hominum naturis differat, 265. v. 20
- Phasianorum vox qualis 265. v. 20
- Phasis, 265
- Phulni vxoris in Thaso morbus 970. v. 10
- Philiscus ex febre acuta mortuus 968. v. 10
- Philistis in Thaso morbus 1000. v. 30
- Philistium quid 608. v. 20
- Phrenitici permutatio malum d. signat, 76. v. 10. eius deiectiono albicās mala, ibidem.
- Phrenitidis ortus 490. v. 20
- Phrenitidis signa ex colore vultus, 129. v. 10. & 131. v. 10. & 131. v. 10
- Phrenitidis signa ex laterum dolore 148. v. 20
- Phrenitidis vnde 117. v. 20. 30. & 118. v. 20. 30. & 120. v. 20. & 130. v. 20
- Phrygiæ quid 673. v. 20
- Pilæ parvæ ex corio sutæ earumque vsus in humerorū repositione 818. v. 20
- Pili capitis cum vnguibus radices agunt 194. v. 20 ex glandulis 238. v. 20
- Pinguedo vnde 207. v. 30
- Pinguia quibus conferat 341. v. 10
- Pisces leue edulium 546. v. 10
- Pisces vitandi qui, 282. v. 10
- Piscium carnes, quæ in victū adhibendæ 326. v. 20
- Pistillum, & eius vsus in humeri repositione 819. vers. 20
- Pituitæ effecta 540. vers. 10

IN HIPPOCR.

Pituitæ medicamenta	540.	Potiores egregij qui; & vnde	
v. 10		dicantur, & qui minus e-	
Pituitæ sedes	504. versiculo	gregij existant 258. versic.	
10		30	
Pituita alba	484. vers. 10. qua-	Potus ad roborandum	541.
lis morbus ex ea descen-		v. 20	
daribid.		Pot ^r in articulari morbo	566.
Pituita hyeme augetur,	157.	v. 10	
v. 20		Potus in morbis acutis	385.
Plantarum similis humiditas		v. 10	
502. v. 20		Potus pauci,	341. versic. 30
Pleuritis lateris morbus,	446.	& quando iis vtendum ibi-	
v. 10		dem.	
Πλῆμν quale lignum	947.	Potus vbi colligetur	143.
v. 10		v. 30	
Πλῆμν locus intra crura me-		Potus veratri	161. v. 20
dus	800. v. 20	Potus vsus in ^r medicina	23.
Plumbei vsus	128. v. 20	v. 30. & 541. 20	
Podagra in quibus homini-		Πῶρος, quid,	248. v. 20
bushanari possit, & in qui-		Præceptiones Hippocratis	
bush minus, 97. versiculo		quæ, & quid contineant	137.
30		v. 20.	
Podagra quibus hominibus		Præcisio. & teli vestigium, an	
peculiaris	97. v. 30	idem, 921. vers. 30. & 921.	
Polenta recentes, earumque		v. 30	
vis	373. v. 10	Præcisiones in articulis & of-	
Polenta cibo subacta	574.	sibus	821. v. 10
v. 20		Præcordia sublata	137. versic.
Pollex ab aliis digitis conti-		20	
neri solutus quid importet		Præcordiorum dolores in fe-	
748. v. 10		bribus ardentibus quid de-	
Polycnemum herba	668. ver-	signent 82. vers. 10. & 15.	
sic	30	versiculo 30. & 137. versic.	
Polypodium	649. v. 20	10	
Popularis morbus	178. ver-	Præcordiorum dolores quid	
sic	10	designent	75. 20
Portulaca	641. v. 30	Præcordiorum tumores quas	
Potiones quæ, & quomodo		iudicationes faciant	67.
præparanda;	35. v. 20	v. 5	

Prædis

INDEX.

- Prædictiones quando secu-
ra, & quando minus, 93.
v. 10
- Prædictionum medicarum
præmium quomodo com-
parandum, 81. v. 20
- Prædictionum medicarum
quorū genera 90. v. 20. & 91.
v. 10
- Prænotiones Coacæ Hippo-
cratis, 112. v. 10
- Prænotiones ex animi affe-
ctione quales sumantur 61.
v. 10
- Prænotiones ex moribus ho-
minum 61. v. 20
- Prænotiones medico quæ ne-
cellariæ 43. v. 10
- Præparatoria medici quæ
habere debeant 35. versic.
30
- Prælagium medicorum 822.
v. 20
- Præter naturam existentia,
secundum naturam se ha-
bentibus viliora sunt, &
quare 932. v. 20
- Prædère quibus homini-
bus conueniat, & qui-
bus minus. 17. versic. 10. &
20
- Principia morborum 515. ver-
sic. 20
- Principium medicationis 434.
v. 30
- Procastinatio medicinæ ini-
micæ 1157. v. 30
- Profluvia subcruenta 423. v.
30
- Profluium muliebri vnde
expectandum, 87. versic.
20
- Prolapsus intestini recti 911.
v. 30
- Proptitudo ad quid vis præstò
est 778. v. 20
- Πρόξυς fibula 946. versiculo
20
- Prudentiæ & scientiæ causæ
in corpore humano 295.
v. 30
- Pruritus, 170. v. 20
- Pruritus immensus vsu bal-
nei calidi, & veratro epoto
sanatus 1039. versic. 20. &
v. 30
- Ψάμα, musculi 845. v. 10. & 879.
v. 30
- Prisana an balnea ferre possit
381. v. 30
- Prisana vsus, 365. v. 30. curaliis
frumentaceis eduliis præ-
ferenda 366. v. 10
- Prisana quādo damnosa, 370.
v. 30
- Prisana tota quid mali impor-
tet 368. v. 20
- Pubes & barba serior 842. v.
10
- Puella cum vlcere in coxendi-
ce nata 1040. v. 10
- Puer carnosus ex ossis sex di-
gitorum magnitudine, ubi
editus & à qua muliere 983.
v. 10
- Pueris comitialis morbus
quomodo accidat, 121. ver-
sic. 20

IN HIPPOCR.

- Pueris conuulsiones accidunt,
 & quando, 57. v. 10
 Pueris infantibus an vinum
 in potu exhibendum 299.
 v. 10
 Puerorum à mammis facilis
 depulsio 233. v. 20
 Puerperæ medicamenta 606.
 v. 10
 Puerpera partum septimestrē
 eiecit, & quæ symptomata
 ex eo passa sit 1028. v. 10
 Puerpera quando super lasa-
 num collocanda 224. ver-
 sic. 10
 Puerperiorum effluxus 629.
 v. 10. purgationes 671. ver-
 sic. 10
 Pulmonis constitutio & color
 930. v. 30
 Pulmonis curatio 475. versic.
 10
 Pulmonis inflammationem
 quæ sequantur, 74. vers. 30.
 146. v. 30. & 147. v. 10
 Pulmonis morbus 439. v. 10.
 & 440. v. 10 & 475. v. 10
 Pulmonis tumor ex calore
 489. v. 20
 Pulsatio venarum vehemens,
 111. v. 10
 Purgamenta alba ex partu,
 quid afferant, mulieribus
 81. v. 5
 Pupillæ quæ improbandæ
 104. v. 5
 Purgatio mulieris ad conce-
 ptionem valens 626. ver-
 sic. 20
 Purgatio vteri 610. vers. 19, &
 643. v. 10
 Purgationes celeres 131. v. 8
 Purgationes in morbis acutis
 385. v. 20
 Purgationes in vlceribus, vul-
 neribus & aliis affectibus
 quando requirantur 899.
 v. 20
 Purgationes mulierum in
 partu 192. v. 10. & 193. ver-
 sic. 10
 Purgationes mulierum pau-
 cæ & prauæ, 255. v. 10
 Purgationes per veratru cer-
 tiores 1158. v. 20
 Purgationes quibus deneg-
 da, 79. v. 10
 Purgationū puerperij diuer-
 sitas, 674. v. 30
 Purgationibus qui minimè
 subiiciendi 1171. v. 30
 Pus ex morbo laterali & pul-
 mone 437. v. 10. eius extra-
 ctio 470. v. 30
 Pus in febre erumpens 551. v.
 30
 Pus quando mortem cause-
 tur. 1248. v. 10. & 1254. ver. 10.
 363. v. 30
 Pus vnde generetur. 148. ver-
 sic. 20
 Pus vnde generetur, & quod
 optimum iudicetur, 47. v.
 5. & 409. v. 10
 pustulæ albæ & nigra quid
 denotent 1027. v. 30
 Pustulæ vnde & quocumque
 1027. v. 30

Putredo

INDEX.

Putredo 517. v. 30
 Pythonis in Thaso morbus
 eiusque symptomata & ef-
 fecta 1014
 Nūqs 360. v. 30

Q.

Q Aliter febris febrē pro-
 pulsauerit 1037. v. 10
 Quartana & erraticæ febres
 quo anni tempore grassen-
 tur 1125. v. 30
 Quæ loca terrarum mutatio-
 nibus subiaceant 253. v. 10.
 20
 Quid *Γαστρικὴ*, & eorum
 effectus vnde 882. v. 20
 Quid Ganglia & qualis affe-
 ctus 840. v. 30
 Quid *Γαστρονephria* 945. v. 10
 Quies interna in tussi condu-
 cit 549. v. 10.
 Quietem Democritus laudat
 1163. v. 10
 Quomodo Feræ animâtes ho-
 minibus antecellant 1166.
 v. 10

Quomodo Femoris articu-
 lus è coxendicæ excessum
 faciat & prolabatur 853.
 v. 30

Quomodo Femur breuius
 datur, & eius curatio 800.
 v. 10

Quot Ferularū compressio-
 nes 781. v. 20

R.

R Adius in cubito 403. ver-
 sic. 10

Radix struthij vbi nascatur
 606. v. 20

Ranunculi herbæ vis 684. v.
 10

Ratio reponendi quibus con-
 ueniat 889. v. 30

Recidiuæ vnde, & quando fi-
 ant 988. v. 20

Recidiuæ quid efficiat 83. v.
 10. & 117. v. 30 & 140. v. 30

Refrigerantia medicamenta
 50. v. 10

Refrigeratio sanguinis ex so-
 mno 279. v. 30

Regio feracissima quæ 263.
 v. 20

Regiorum situs & natura 320.
 v. 10

Regulæ & obseruationes de
 vlceribus 898. v. 20

Regulæ curationum, & quo-
 modo medicamēta in vul-
 garibus morbis applican-
 da 1058. v. 30. vsque ad pag.
 1080

Regulæ repositionis & dire-
 ctionis 896. v. 10

Religiones 805. v. 20

Remedia morborū quæ præ-
 stent, & à quibus inuenta
 sint 8. v. 10

Renes 209. v. 30

Renis morbi qui 560. v. 20

Repletio nariū morbum ar-
 guit 343. v. 10

Repletionis damna quæ, 16.
 v. 10

Repositio articuli cubiti gib-
 bi luxati 883. v. 20

IN HIPPOCR.

Repositionis modi 89. vers. 20	Robur hominibus vnde exi- stat 20. v. 0
Repositionis modus dome- sticus 875. v. 10	Robur quomodo imbecillis ægotantibus comparan- dum 544. v. 10
Repositio pedis in lecto ten- tata 894. v. 30	Rubor in collo quid denotet 142. v. 10
Repositio pedis quotuplex 891. v. 20	Rubor in faucibus qualem affectum designet 142. v. 10
Repositio per uictis molitio- nem 866. v. 30. per utrem 874. v. 10	Ruptionis curatio 478. vers. 30
Repositio quotuplex 889. v. 20. & qui eius modi 891. v. 30	Ruptiones quos dolores pa- riant, & vnde oriatur 441. v. 20
Rerum humanarum incon- stantia 1165. v. 20	
Resectio corporis humani a- nalytica 930. v. 10	
Responsum ferox & audax ab homine moderato, ægro- tante quid importet 78 v. 20	S Alia 448. vers. 10. eius retentæ curatio 462. v. 10
Restitutio articulorum digiti 877. v. 10	Salsa cum melle, puris crudi medicamentum 1116. vers. 30
Rigor cerebri mortis signa præstat 113. versicul. 5. 10. 20	Salsis & acribus quando ab- stinendum & quibus 666, v. 30
Rigor ex partu 260. vers. 8	Salus desperata 494. vers. 30
Rigores ex æstu quid de- nuntient 79. versiculo 10	Sambuci fructus 610. v. 10. & 20
Rimarum ossis capitis forme variæ 918. v. 10	Sanitas absq; medicorum o- pera quomodo compare- tur 5. v. 10
Risus cū perturbatione 1054. v. 30	Sanitas ex sectione 562. v. 10
Risus Democriti causæ 1162. v. 20	Sanitas ex stercoris deiectio- ne 520. v. 20
Risus immodicus dementiæ signum 115. v. 10	Sanitas ex vitione 534. vers. sic. 30
	Sanguinis auctio quid deno- tet ægtis 280. v. 10
	Sanguinis

INDEX.

- Sanguinis è naribus proflu-
uium a sinus ex pacto sub-
latus attulit, & qualis libe-
ratio subsecuta fuerit 1028.
v.10
- Sanguinis eruptiones quan-
do malæ 85. v.30
- Sanguinis eruptiones quibus
accidant, & quid impor-
tent 86. v.20. & 87. v.10.
20.30. & 88 versicul. 10.20.
& 121. versiculo 20. & 125.
v.1.3. & 126. v.20. & 139 v.
30
- Sanguinis fluxus è naribus
127. v.20
- Sanguinis milio in morbis
acutis 382. v.30
- Sanguinis permutatio quid
importet 279. v.20.
auctio quid? 280. versic.
10
- Sanguinis profluuii pericu-
lum 869. v.10
- Sanguinis profluuium per a-
nam quibus hominibus,
& quando vtile 70. vers.
20
- Sanguinis profusio ex nari-
bus quid portendat 69.
v.20
- Sanguinis sedes 506. 507. &
508. v.20
- Sanguis a pituita refrigera-
tus * 450. v.20
- Sanguis è gingiuis 131. versic-
ul.30
- Sanguis è naribus profluens
& morte liberauit 261. v.
10 & 20
- Sanguis liquidus, quamdiu
210. v.10
- Sanguis quando bonus 1128.
v.10
- Sanguis mulieris post conce-
ptionem qualis 189. vers.
20
- Sapa 328. v.20. eius vis in
victu ibid.
- Saperda quando in opsoniũ
sumenda 569. versicul.
30
- Sauromatæ populi Europæ
quid ab Asiaticis differant
266. v.10. eorum foemi-
næ ibid.
- Σαῦρα lacertæ vimineæ 876.
v.30
- Σαυειδιον nasturcium 901.
v.30
- Scammonium 389. versic-
ul.20
- Scapularum venæ quo ten-
dant 248. v.10
- Scapularum connexio 402.
v.20
- Scilla 738. v.20
- Scientiæ medici, in quo posi-
ta 429. v.10
- Scorpij costæ 474. versicu-
lo 10
- Scortatio impudens difficul-
tati intestinorum mede-
tur 1116. versiculo
30
- Scythæ euirati seu eunuchi
plurimumque, cur 269. v.
10

IN HIPPOCR.

- Scythia feras paucas alit, 267.
v. 20. ætatem paucissimis
diebus hyemem perpetuo
habet 267. v. 30
- Secellus quibus & quādo ne-
cessarius, 94. v. 20. friabilis,
vitiosus 167. v. 30
- Seclio ad renē altissima 561.
v. 10
- Seclio aut inustio quā parte
corporis, & quomodo fa-
cienda 499. v. 10
- Seclio in fractura ossis capitis
919. v. 30
- Seclio in oculorum acie cor-
rupta 775. v. 20
- Seclio in vulneribus capitis
an ad futuras facienda 922.
v. 30
- Seclio per terebrā iuxta sin-
ciput 457. v. 30. eius medi-
camentum 458. v. 30. &
460. v. 30
- Seclio quando requiratur in
capitis vulneribus 923. v.
10. & intra quot dies ma-
turanda, ibid.
- Seclio quomodo administra-
da 29. v. 10
- Seclio quomodo fiat in fra-
cturis 934. v. 10
- Seclio quoto die faciēda 262.
v. 30
- Secundæ cum fœtu mortuō
eictæ 605. v. 20
- Secundarū medicamenta 621.
v. 30. earum liberatio, ibi.
- Securitas à morbis quomodo
comparetur 506. v. 30
- Sedes calida in quibus affe-
ctibus necessaria 915. ver-
fic. 20
- Sedimentum saluum 165. ver-
fic. 10
- Sedimentum in vrina 512. v.
30
- Sedimentum lentum, 163. v.
10
- Sedimentum limosum in al-
ui recrementis cum tormi-
nibus deiectum malo est
188. v. 30
- Sedimentum rubrum, lente,
163. v. 10. leatōm ibid. v. 20.
fuluum, 165. v. 10
- Sella magna Thessalica 880.
v. 20
- Semeltantum cibus quando
capiendus 310. v. 20
- Semen generale corporis cō-
stitutioni responder, 264.
v. 30
- Semen genitale humidum,
eiusque causæ 197. v. 30
- Semen robustius, 184. v. 20.
humidum 197. v. 30
- Seminis cognatio cum eorū
quo ortum est qualis 197.
v. 30
- Senes à iuuenibus in curatio-
ne differunt & quid 444.
v. 10. & 0
- Senes morbo sacro seu comi-
tiali correpti præcipuē mo-
riuntur, 98. v. 20
- Seniores ex capitis vulneri-
bus an iunioribus citius
moriantur 926. v. 30
- Senium

INDEX.

Insuum principalium facultas 334. v. 10
 Sententiæ de hominis complexione varieg, & quæ principaliorum locum obtineat inter illas 171. v. 30
 Sæpimestris partus, 215. v. 20
 Sæpium cordis crassum, 235. v. 20
 Sæpi transuersi natura quæ, 26. v. 30. Græcis quomodo dictum, 295. v. 10
 Sermo vnde ortum habeat, 213. v. 10
 Serpentina vlcera quando, & quib; acciderint 1008. v. 10
 Scamoidis purgatio, 1172. v. 10. in quib; morbis, & quomodo adhibeatur, ibid. m.
 Scelus herba & eius vis & facultas 677. v. 20
 Signa ad mortem inclinantium hominum 68. v. 20
 Signa balnea deposcetia, 382. v. 10
 Signa bona ex spūto, quando & quomodo animaduertantur, 50. v. 20
 Signa ex colore faciei 78. versic. 20
 Signa ex verticis & temporū dolore 109. v. 20
 Signa ex lienib; magnis 109. v. 30
 Signa ex sudoribus qualia 65. v. 30.
 Signa in morbis acutis 187
 Signa iudicatoria quæ, & quomodo triplicia 978. v. 30

Signa lethalium vulnerum 415. v. 20
 Signa morborum ex aëris & ventorū mutationib; percipiuntur, 64. v. 30
 Signa mortis ex oculis ægroti quomodo cognoscenda 44. v. 20
 Signa salutaria quæ, & quomodo cognoscantur, 52. v. 30. & 88. v. 10
 Signum ad manum subliuendum, mortis prætagium edidit 1090. v. 30
 Silenes igne correptus 22 die obiit 469. v. 20
 Similago qualem victū præbuit 324. v. 10
 Similarium & continuorum differentia 932. v. 30
 Sinciput diuisum 462. v. 10
 Singultus vnde 140. v. 10
 Similitudo fœtus, 185. v. 30
 Sinus vterorum varij, 205. v. 20
 Sitis in fribus quomodo restinguatur 1037. v. 30
 Situs & natura regionum in victus ratione 320 v. 10
 Soles ad perfectionem hominis quot requirantur 363. v. 10
 Solis effectus 358. v. 30
 Sollicitudo Hippocratis circa castitatem vxoris suæ 1154. v. 20
 Solstitia medicamentis periculosissima, 262. versic. 30. & præcipue æstiuum, ibid.

IN HIPPOCR.

- Solutio februm, 123. v. 10
 Solutio morbi quomodo &
 quibus contingat, 71. versic.
 10
 Somnia, quæ reiicienda, &
 quæ minus 1156. versiculo
 20
 Somni facultas 333. versiculo
 30
 Somni immutatio & inuer-
 sio pessima mortalibus æ-
 gris, 47. v. 30
 Somni profundi, 123. versic.
 10
 Somni quando utiles, aut cō-
 tra 156. v. 10
 Somni turbulenti, ibidem
 Somnium Hippocratis de
 Democriti insania 1156. v.
 10
 Somnus diurnus quibus
 hominibus conferat 389.
 v. 10
 Somnus diurnus quo tempo-
 re anni conferat, & quo
 minus 319. v. 10
 Somnus per undecim dies
 prohibitus 555. versiculo
 20
 Somnus longior quibus ho-
 minibus conferat 300. ver-
 sic. 10
 Sophistæ & simulati medici
 in quo peccent 936. ver-
 sic. 10
 Sophistæ & simulati medici
 quomodo deligationes
 vulnerum administrant
 936. v. 10
 Sopor profundus damnandus
 125. v. 30
 Sorbitiones, earumque usus
 quando necessarius 366.
 versic. 20. & 370. versiculo
 30
 Sorbitiones in morbis acutis,
 386. v. 30
 Sorbitiones in quibus mor-
 bis, & quando detrahende
 387. v. 10
 Sorbitiones mutationem fa-
 ciunt 376. v. 10
 Sorbitionum usus qui, &
 quid in iis medico obser-
 uandum sit, 1. versiculo
 10
 Species morborum in cura-
 tione 785. v. 20
 Specilli stannei usus 604. ver-
 sic. 20
 Specilli usus, 228. v. 10
 Spectra à muliere visa à
 bello deterruerunt 1181.
 v. 10
 Spiculum sagittæ post sex an-
 nos inuentum è femore
 extractum 1048. versic.
 10
 Spinæ Ægyptiæ 612. versic.
 10
 Spinæ in corpore humani
 quot, 142. v. 20
 Spina in gibbum quando
 & quibus feratur 841.
 v. 10
 Spiracula corporis, 287. ver-
 sic. 30
 Spirandi difficultas unde oria-
 tur,

INDEX.

- tur, 52. vers. 5. & deficientia vnde 174. versiculo 20
- Spirandi difficultas vnde, 410. v. 10
- Spiritu nihil vacuum 274. v. 30
- Spiritus in lignis an, & qualis existat 187. versiculo 20
- Spiritus pueri in vtero existetis 187. versic. 10. in lignis qualis 187. versiculo 20
- Spiritus nutrimentum ignis, 274. v. 10
- Spiritus semper mouetur 208. v. 30
- Spiritus vnde proueniant, 199. v. 10
- Spiritus vocis causa vbi generatur in corpore humano 1174. v. 10
- Splenia vino imbuta 801. versic. 10
- Splenitis vena 447. versiculo 10
- Splenium duplex in pedum tumoribus 907. versiculo 30
- Spodium aridum, vnde & eius situs 698. versiculo 30
- Spodium Cyprium 698. versic. 30
- Spodium vsum, & aridum 698. v. 30.
- Spongiaz vsus in aurium doloribus 406. v. 20
- Spumæ cur albæ omnes appareant, 280. versiculo 30
- Spuma per os, quibus, & quæ ex causa currere soleat 280. sic. 30
- Sputa mala quæ, 50. v. 10. & 145. v. 30
- Sputum bonum quod existimandum, 50. versiculo 10. deterius quod, ibidem, v. 10
- Sputum & tussis eorum qui tabe vexantur quid denotent. 96. v. 30
- Sputum in laceris & pulmonum morbis 444. versic. 20. 30
- Sputum lethale, 51. versiculo 5
- Sputum spontaneum in quibus morbis bonum 498. v. 30
- Straphyllæ græcis quid dicatur, 51. versiculo 30
- Stater Aeginensis, qualis mensura 681. versic. 30
- Status pestilentialis 1005. versic. 10. & quæ passiones eum secutæ. ibid. & 1006. v. 10
- Status temporum annorum quotidiani in morbis quævis 1125. v. 10.
- Stereoris per vomitum educationem quæ afferant 980. v. 20

IN HIPPOCR.

Stercus bubulum	422. v. 30	227. v. 20	
Stercus in utero	209. v. 10	Subligatio	781. v. 10
Steriles mulieres fecundæ		Sudores boni, 134.	v. 8. & 162.
quomodo reddendæ	601.	v. 30	
v. 10. & signa eius. quæ ibi-		Sudor calidus aut frigidus ex-	
dem v. 30		istit, & cur 446. v. 10. eius	
Sterilitas unde	634. v. 10	vis & efficacia 446. v. 20. &	
Sterilitatis causæ	715. v. 10	30	
Sternutamenta naribus ad-		Sudor calidus in morbis quid	
mota capitis dolorem tol-		designet	1129. v. 30
lunt	1113. v. 30	Sudor copiosus sanis quid	
Sternutamenta quando bona		prædicat	69. v. 20
sint, 50. v. 10. & in quibus		Sudores frigidi in febre quid	
morbis ibid.		importent	1129. v. 10
Sternutationis utilitas, 146.		Sudores hominib ⁹ egrotanti-	
v. 20		bus quid importet, 45. v. 30	
Σηψος græcis quid 1021. v. 10.		Sudores qui boni malique	
& 1048. v. 30		scendi	45. v. 30
Stæbe	611. v. 20	Sudores qui indicent morbos	
Stolones	250. v. 20	67. v. 30	
Strangulatio quomodo con-		Sudores, quas indicationes	
tingat	55. v. 10	habeant	1146. v. 10
Στόμαχος in corpore humano		Sudoris vis & efficacia 446. v.	
quid	931. v. 10	20. 30	
Stomachus pristinus natu-		Sudorum effecta, 765. v. 30. &	
ræ quomodo restituendus		141. v. 30	
771. v. 20		Sudorum calidorum & frigi-	
Strangulatus uteri 750. ver-		gorum effecta 446. verlic.	
sic. 20		20. 30	
Stranguria varia	538. v. 10	Suffitus ad fluores muliebres	
Stranguria	418. v. 30	745. v. 20	
Stupiditas ex quartana 1021.		Suffitus ex galla	611. v. 10
v. 20		Suffitus graucolens 773. ver-	
Στηπιση, Chalcitis dicta vl-		sic. 20	
ceribus medetur	905. v. 10	Suffocatio mulierum 650. v.	
Syrax	746. v. 10	30	
Subditium in purgatione		Suffocatio ex angina 490. v.	
mulierum	628. v. 30	30	
Subditium medicamentum		Superfœtatio	121. v. 30
		Super	

INDEX.

Superuomitus 451. versic.
30

Suppurationes vnde descen-
dant, & quæ earum obser-
uatio sit 46. versicul.
30

Suppurationibus quâdo ho-
mines, seniores, & iunio-
res mori solcant 53. ver-
sic. 10

Suppurationibus quatenus
fides adhibenda 51. ver-
sic. 30

Suppuratio quando rumpat-
tur 147. versicul. 10

Suppuratio vnde metuenda
145. versicul. 10. & 146.
v. 10

Suppurationum diuturna-
rum signa 51. versicul.
30

Surditas ex quo morbo con-
tingat 563. v. 3

Surditas in quibus morbis
perniciem minatur 77.
v. 30

Surditas quando discutiatur
86. v. 10

Surditas vnde accidat 125.
v. 10

Suspensio luxationi an con-
ueniens, & quando 873.
v. 10. & 30

Suturæ 247. versicul. 20.
earum venulæ ibid.

Sydera morbos designantia
& denotantia 35. versic.
30

Sydera sanitatem denūcian-

ria 355. versicul. 10.
morbos portendentia. i-
bid. v. 30

Syderationes carniū 867.
v. 30

Syderationes & denigratio-
nes 868. v. 10

Syderationes in pedis fractu-
ra 793. v. 30

Syderationes neruorū, quan-
do profinr 100. versicul.
30

Syderationes membrorum
an lethales 101. versicul.
20

Syderationes quando & vnde
metuendæ 124. ver-
sicul. 10. & 153. versicul.
30

Syderationes repētinae quid
mineatur 81. versiculo
10

Sydere iēti 488. versicu-
lo 10

T.

Tabe qui laborare soles
ant 97. versiculo
10

Tabes in Thaso innumeros
homines consumit 954.
v. 30

Tabes qualis morbus, quo-
modo, & quibus accidat
150. versicul. 30. & 112.
versicul. 10. 133. 255. ver-
sic. 10. 409. v. 10

Tabes vnde potissimum cō-
Kkkk

IN HIPPOCR.

tingat	97. v. 10	tatem an utile 371. versic.
Tabidi qui fiant	148. v. 10	20
Tæda pinguiſſima, concifa		Terebra in offis capitis ſecti-
pota	228. v. 30	one cur eximenda, & ina-
Τεινερμὸς qualis affectio	431.	quam frigidam demergē-
v. 10		da 928. v. 20
Talæa	198. v. 20	Terminthi in tibia coorti
Teli veſtigium in offe	919.	982. v. 10
v. 10		Tormina quomodo diudi-
Telorum è vulnerib. extra-		canda; & cuius ætatis ho-
ctio quomodo perficiatur		minibus in primis lethar-
commodè	31. v. 30	lia 105. v. 30
Temperatiã medico qua-		Tormina vtilia quæ 105. v.
lem Hippocrates præſcri-		30
bat	28. v. 10	Terræ ad ventrem collatio
Tempeſtatum anni mutati-		62. v. 10
ones in morbis quam vim		Terræ innumeræ facultates
habeant 1123. verſiculo		503 verſic. 30
20		Terræ ſolum cur ſanctiſſimū
Tempora medicamentis ad-		iudicandum 1157. verſic.
hibenda, quæ 31. verſicul.		10
30		Terra inferior hyeme cali-
Temporis ratio in quibus		dior 199. v. 10
morbis habenda 147. v.		Terra nigra Samia 607. v.
20		10
Tempus quid 37. verſicul.		Terrores vnde oriantur 1169.
20		v. 30
Ten:dia mulier maſculum		Tertiana febris vnde iudice-
triginta dierum abortio-		tur 67. v. 20
ne reiecit 1027. verſicul.		Tetani quales affectiones
10		591. v. 20
Tenſiones quomodo facien-		Tetanos quid 69. v. 30. &
dæ 805. v. 30		491. v. 30
Tenſio pedis locomoti 795.		Therminthi quid 65. verſic.
v. 10		5
Tepeſactoria & ceromata		Therſandri vxoris morbus
391. verſicul. 10. 617. ver-		1023. v. 10
ſic. 30		Θλῆσµα collifio 944. verſic.
Ter cibum ſumere ad ſatie-		30

Theſtali

INDEX.

- Thesali Hippocratis ad Athenienses legati historia 1178. vers. 20
Thesali Hippocratis filij legatorum oratio 1177. versicul. 10
Thessalus oraculum Delphicum de excidio urbis Crisæ, familiæ suæ adscribit 1179. v. 10
Thlaspi 609. versicul. 10
Thiphomania quid & qualis affectus 1023. versiculo 20
Tibiz constitutio 946. vers. 20
Tibiarum ossa luxata non reponenda, & cur 864. vers. 30
Tibia duobus ossibus constituta 794. versic. 30. quot diebus sanetur 799. vers. 10
Tibia 403. v. 30
Tibiz ossium auctio & imminutio 855. v. 20
Timinus morbus 537. vers. 10
Thibiz & Thlasie an gignere possint 182. v. 30
Timinus quid, & eius effectus 582
Tulliano voluptaria vnde 249. v. 30
Thymalli succus 549. v. 10. & 609. versic. 20
Tosi & calli, in senibus podagricis 27. versicul. 30. & 260. versic. 20
Torpor rigori succedens quid denotet 77 v. 30
Tonsillæ 233. vers. 30. & 454. v. 30
Tonsillarum ulcera 233. versic. 30. & 461. v. 30
Torpor in virginibus 593. v. 10
Triagis fructus 764. versiculo 20
Triagus siue olyra 324. vers. 30
Tractatio de Insania 1169. versic. 20
Tremores exitiosi 118. v. 30. & 119. v. 5
Tria morborum principia 515. v. 20
Trichosis 397. v. 10
Tritici natura & vis 323. v. 30
Tubercula ad aures 136. versic. 10. & 141. vers. 10. & 135. v. 30
Tubercula aurium Gangliadicta 840. v. 10
Tubercula in pulmodis lateret 441. v. 10. eorumque curatio ibid.
Tubercula post longas febres quid denotent 1129. v. 30
Tubercula quibus peculiari-ter accidunt 99. versic. 10. ad aures vnde 128. v. 10 30. & 131. v. 10
Tuberculum in fistula 905. v. 10

Kkkk 2

IN HIPPOCR.

- Tuberosa eminentia in ano 577. versic.
914. v. 30
- Tuberosa eminentia in ano
quomodo auferenda, &
sanguinis fluxus sistendus
915. v. 20
- Tumida & aqua plenæ cor-
poris partes an gladiolo
aperiendæ 413. versiculo
10
- Tumiores circa aures, 124.
versic. 10. circa collum. 142.
v. 10
- Tumor circa præcordia æ-
grotantis, mortem indicat
46. v. 10
- Tumores in magnis & pfun-
dis vulneribus non appa-
rentes quid importet 991.
v. 10
- Tumores quæ consequan-
tur plerumque 46. versic.
30
- Tumoris & ruboris effecta.
55. versiculo 10. 116. versic.
30
- Tunica multæ 212. versic.
30
- Tunica quid 213. versiculo
5. & vnde 209. versiculo
20
- Tussis abscessum excitat 61.
v. 10
- Tussis quo anni tempore ac-
cidere soleant, quibus, &
quando cessent 1102. versic.
10
- Tussis quando vitandæ 499.
v. 20
- Typhos morbus 577. versic.
30. altus 580. versiculo
10. alius 581. versic. 10.
& 582. versicul. 10. & quot
mēsis curetur, ibidem,
quo tēpore oriatur, ibid.
v. 20
- V.**
- Vacuaciones impoten-
tiam important 78.
v. 10
- Valetudo integra per totam
vitam quomodo conser-
uanda & conseruanda 318
v. 30
- Valetudo hominibus quo-
modo comparetur 20. v.
10
- Valgi qui & vnde sunt 81.
v. 10
- Validorum corporum pro-
creatio 314. v. 10
- Varicis distentio 43. versic.
30
- Varix in anteriore tibie par-
te 907. v. 10
- Varix in pulmone 552. versic.
10
- Vectis molitio in reposicio-
ne articulorum luxatorum
893. v. 30
- Venæ an numerari possint
208. versic. 30. quomodo
diuidantur 243. versic.
10 20
- Venæ crassæ 244. versic. 10.
20
- Venæ

INDEX.

- Venæ errabundæ 251. vers.
10
- Venæ homini quid emolu-
menti præstent 247. ver-
sic. 10
- Venæ humanæ naturæ fon-
tes 235. v. 30
- Venæ in acutis morbis, quæ
incidendæ 383. versiculo
20
- Venæ in ano sanguinem fun-
dentes quomodo vrendæ
913. v. 20
- Venæ iugulares à corde trans-
ferunt sanguinem 506.
v. 10
- Venæ sanguinem fundentis
in mulieribus curationes
915. v. 30
- Venæ sanguinis profusione
interimentes, quæ 100.
vers. 10. & quoruplices
245. versic. 20
- Venæ sectiones in populari-
bus morbis 178. versic.
30
- Venæ sectiones in qua parte
corporis fieri debeant 245.
versicul. 10. 30. earum
vis & effectus 369. vers.
20
- Venæ sectio in vlceribus &
pedum tumoribus utrun-
que ortis 906. v. 30. &
907. v. 20
- Vena cartilaginea 248. v. 10
genitalis 249. versiculo
20
- Vena caua penes spiritus est
208. v. 20
- Vena rupta 436. versiculo
30
- Vena sub lingua quando se-
canda 384. v. 20
- Vena quo anni tempore se-
canda 1143. v. 30
- Vena utriusque manus, secta
strepitum & dolorem ven-
tris compefcuit 1038. ver-
sic. 30
- Venarum exitus 194. versic.
20
- Venarum ductus 179. vers.
10
- Venarum sedes & ductus
245. vers. 10. quoruplices
sint ibid.
- Venerem per somnia excer-
re an coitus loco habeat-
tur 182. v. 20
- Veneris vsus siccitatem attu-
lit 1104. v. 30
- Venter hominis omnium a-
nimalium angustissimus
846. versic. 10
- Venti corporibus sanitatem
præstantes qui 312. versic-
cul. 10. & quinoxij. i-
bidem
- Venti patrii 254. versiculo
10
- Venti quales ex mari & aquis
prorumpant 292. versic.
30
- Ventorum facultates in vi-
ctus ratione, secundum
regionum & locorum si-
tum variæ & differentes
Kkkk 3

IN HIPPOCR.

311.v.10	rentibus	1127.v.10
Ventorum vis in morbis 1123.	Veratrum an motionem, in	
versic. 10	purgatione, an vero som-	
Venter in morbis quomodo	num desideret 1171.versic.	
constitutus esse debeat 48	10	
versic. 20	Veratrum & eius vis 162. ver,	
Venter receptaculum ali-	30	
menti 299.v.10. & 300.v.	Veratrum infans multum	
10. & 301.v.10	prodest, teste Democrito	
Vētes indomiti & duri 254.	1169.v.10	
v.10	Veratrum quando. & quibus	
Ventriculi dolores, 372. vers.	proponendum 1171. vers.	
20	30	
Ventriculi do'or mulieris	Verbascum decoctum, in vl-	
quo medicamen'o subla-	ceribus, eius vis in timore	
tus 981.v.20	& inflammatione ulcerū	
Ventriculus robustum quid-	901.v.10	
dam 514.v.10	Ver conceptui accommo-	
Ventris curatio in morbis	datum 229.v.30	
que 1050.v.30	Veritas oraculi exitu com-	
Ventus quid 274. versicul'o	probata 1180.v.0	
10. eius effectus 291. vers.	Vermes stercorarii 227.v.30	
30	& eorum vsus qualis. i-	
Venulæ sanguinolentæ ara-	bidem	
nearum telis instar 251.v.	Verno tempore qui morbi	
20	excitentur 176.v.5	
Ventus in vteris 740. versic.	Vertebræ corporis humani	
10	242. versic. 20. & 402. vers.	
Ventris cum terra compara-	20	
tio 62. versicul. 10	Vertebræ in gibbum protu-	
Ventris varia læssio 376. vers.	berantes, 20 & quomodo	
10	restitui possint 845.	
Veratri effecta in purgatio-	versic. 20	
nibus 1171.v.10	Verticuli 246.v.10	
Veratri in morbis acutis vsus	Vertex mulieris quādo oleat	
392.v.30	761.v.10	
Veratri vsus in purgatione,	Verrigo tenebricosa 458.v.	
1171.v.10	30	
Veratri vsus in vterum ge-	Vesica dura & graniter dor-	
	lens	

INDEX.

- lens 153. v. 10
 Vesica perfecta lethalis 1138.
 versicul. 30
 Vesica intercepta quid mi-
 netur 85. versic. 10. & 165.
 versiculo 20. 30
 Vesica quando signa ad mor-
 tem edat. 53. v. 20. eius do-
 lores quid portendunt
 ibidem
 Vesica scabie laborans 181.
 v. 50
 Vestes pelliceæ per se exustæ
 199. v. 10
 Via ad considerationē gāg cœna
 est 945. versic. 0. & 864. versic.
 30
 Victus & alimentorum ratio
 apud veteres quæ & qua-
 lis fuerit 13. v. 30
 Victus ratio adulatorum 298.
 v. 20. & 299. v. 20
 Victus ratio æquilatatem la-
 borū & cibi desiderat 312.
 v. 10
 Victus ratio infantium 298.
 v. 20. 299. v. 20
 Victus ratio in febribus 387.
 v. 10
 Victus ratio in curationibus
 quæ & quoduplex 940. v.
 30
 Victus ratio inordinata unde
 cognoscatur 129. v. 20
 Victus ratio morborum cau-
 sa 314. v. 30
 Victus ratio mulierum 298.
 v. 20. 299. v. 20
 Victus ratio mulierum utero
 laborantium 722. versic-
 ul. 10
 Victus ratio puerorum 298.
 versic. 20. 299. versic. 20
 Victus ratio quando institu-
 enda 373. v. 30
 Victus ratio quomodo resti-
 tuenda 383. versicul. 20.
 & quæ in ea obseruanda
 ibid. v. 30
 Victus ratio 296. v. 30
 Victus ratio secundum anni
 tempora 339. v. 10
 Viduarum affectiones & cu-
 ratio earum 714. versicul.
 10
 Vigilia præter rationē quid
 portendant 75. versiculo
 20
 Vigilia quando noxia existi-
 metur 333. versiculo
 30
 Vigilia ex sudoribus malum
 annunciat 79. versiculo
 10
 Vincula medicinalia 780.
 v. 10
 Vinculi in deligationib. vul-
 nerum substantia, modus,
 & quantitas 938. versic.
 30
 Vini meri efficacia 547. versic.
 20
 Vini dulcis vis 376. versicul.
 30
 Vini vsus in vlceribus repro-
 batus 898. v. 10
 Vini vitilitas & noxa seniori-
 bus incognita 377. v. 10

Kkkk 4

IN HIPPOCR.

- Vino quando abstinendum
380. v. 10. & in quibus mor-
bis ibid.
Vinorum genera, eorumque
efficacitas 328. versicul.
10
Vinum caput grauans, & mi-
nus quale 376. versiculo
20
Vinum Creticum vinosum
in morbis acutis quando
exhibendum 392. versic.
10
Vinum dilutum 377. versic.
10
Vinum Mendacum 562. vers.
30
Vinum Pramnium genero-
sum 661. v. 10
Vinum pueris cur exhiben-
dum 260. v. 30
Vinum Thasium 501. versic.
10
Vinum Tornium 471. vers.
10
Viragines quomodo procre-
entur 318. v. 10
Vires quæ reficiant 542. ver-
siculo 30. & 545. versiculo
10
Viri & mulieris diuersitas in
complexione 630. ver-
sic. 20
Virgæ cornæ 807. versicul.
10
Virgæ cornæ quomodo
vulneribus adhibendæ 807.
v. 10
Virgæ cornæ quomodo fra-
cturis applicandæ 807.
v. 10
Virgæ cornæ vsus in repofi-
tione articulorum 897. v.
30
Virgines cur viro iungendæ
714. v. 10
Virgines visionibus strangu-
latæ 593. v. 10
Virginibus quando menses
prodire incipiant 183. ver-
sic. 10
Virgini menstrua quomodo
cienda 231. v. 30
Virginum vetularum & vi-
duarum affectiones 713.
v. 20
Virgultorum aridorum fa-
sciculus 672. versiculo
10
Visiones dæmonum mulie-
ribus cur peculiare 593.
v. 10
Viscera hominum quomodo
constituta 208. versicul.
10
Vita hominis septem dierum
spatio perficitur in utero
214. v. 10. 20
Vitales partus quando & à
quibus edantur 990. vers.
10
Vita quomodo fortui cōtin-
gar, & cur diuersimodè
311. v. 30
Vitiliginis albicantes qui-
bus accidunt, & quomodo
sanandæ 112. versiculo
10
Vitiura

INDEX.

- Vitium è laboribus 375. versic.
10
- Vlcera caua, & eorum curatio 903. v. 30
- Vlcera & morbi an cognitionem inter se habeant, & quam 808. versiculo 20
- Vlcera non repurgata an coeant 900. v. 10
- Vlcera rotunda 900. versic. 10
- Vlcera serpentia 234. versic. 10
- Vlcera vetusta, & eorum medicamenta 905. versic. 20
- Vlcera vincula non patiuntur, & quæ 898. versicul. 10
- Vlcera vteri, mulieres infecundas reddunt 632. vers. 30
- Vlceri an vinum adhibendū 898. v. 10
- Vlceris caro vitiosa 925. vers. 20
- Vlceris qualitates quæ 898. vers. 10
- Vlceris incisio 890. versic. 30
- Vlcerum acuto telo incisorū aut dissectorum curatio 898. v. 30
- Vlcerum constitutio in medicamentis adhibendis 901. v. 10
- Vlcerum distinctio 900. v. 20
- Vlcerum exitus quomodo prænosendus 98. versic. 30
- Vlcerum inflammatio quomodo restinguenda & quid in ea sanguinis emissio præstet 899. versiculo 10
- Vlcerum iudicationes 67. v. 30
- Vlcerum medela 802. vers. 10
- Vlcerum purgatio 865. vers. 20
- Vlcerum remedia 901. vers. 20
- Vlcerum vteri mulieris signa 654. v. 10
- Vlcerum vteri mulierum in pudendis quæ sit curatio 695. v. 20. & 30
- Vlcus callosum 416. versic. 30
- Vlcus ferinum 414. versic. 30
- Vlcus igne ambustum & eius medicamenta 906. versic. 10. aliud minimè mordens ibid.
- Vmbilicum in ouo gallinae esse 202.
- Vmbilicus in generatione postremus vtero exit 659. v. 30
- Vmbilicus prominulus 737. v. 10
- Vmbilici venteris 768. versic. 10. eorumque vis ibid.
- Vinctio & eius vis 333. v. 10

IN HIPPOCR.

Vnguentū Ægyptium 720. v. 20	Vomitiones in victus ratio- ne 340. v. 10.
Vnguentum narcissinum cu- minum ad purgationem mulierum 629. v. 10	Vomitio viridis 161. versiculo 30. sincera 162. v. 30
Vngues in homine vnde ra- dices agant 194. v. 20. & 210. v. 20	Vomitus virulenti. 76. versifi- culo 5. nigri. 119. versicul. 10. 125. vers. 10. eius vis 333. versic. 20
Vngues liuidi aut nigri 155. v. 20	Vomitus vilis qui existimā- das sit 49. vers. 20. exilia- lis qui ibid. versic. 30
Vocis defectiones cum viriū exolutione quid designēt 82. v. 20. & 132. v. 10. 20. & 30	Vox grauis & rauca 256. v. 10. vnde 261. v. 20
Vocis defectiones in febribus cum sudoribus quid nun- cient 82. v. 20	Vox ex pulmone 523. versic. 30
Vocis defectiones variaz 77. v. 10. 82. v. 10	Vox intercepta cui fuerit illu. v. 10
Volsella in vtero 772. versic. 20	Vox vnde & quid eā efficiat 213. v. 30
Voluptas ex calore 182. vers. 5	Vrina bona 163. v. 20
Voluptas viri cur maior quā mulieris in veneris exerci- tio 184. v. 5	Vrina cruda 164. v. 20
Voluuli 277. vers. 20. vnde o- riantur. ibidem & 492. v. 20	Vrina cruenta 164. versicul. 20
Voluulus ex stranguria 1140. v. 10	Vrinæ deterrimæ quæ, & in quibus hominibus esse di- cantur 49. v. 10
Voluulus qualis morbus 335. versicul. 20. & quæ ex eo sequantur mala ibi- dem	Vrina diluta & arenosa 164. v. 20
Vomicarum diuturnarū no- ta 147. v. 10	Vrinæ difficultas sub autum- num in Thasooria 959. v. 20
Vomitiones & fomenta. 317. v. 30	Vrinæ difficultas 393. vers. 10. suppressio 861. versic. 20
	Vrinæ effluentes perniciose 77. v. 10
	Vrinæ in morbis acutis 386. v. 30
	Vrinæ nigrae 963. v. 20 Vrinæ

INDEX.

- Urinae stillicidū è fistulis 911.
 v.10
 Urinae suppressio 888. versic.
 10
 Urina quas affectiones ex ea
 producat. ibidem v. 20.
 30
 Urina potui respondere de-
 bet 95. versicul. 5.
 Urina optima quæ iudicanda
 48. v. 30
 Urina quæ signa & præno-
 tiones edat 1131. v. 30
 Urina restitans 114. versicul.
 10
 Urina turbida 164. versic.
 20
 Urinarū iudicationes 67. v.
 30. & 68. v. 10
 Urinarum decolores 75. ver.
 30
 Urina vitiosa & mala 163. v.
 30
 Vltio & sectio 440. versicul.
 30
 Vltionis instrumenta 563. v.
 30
 Vltio in prolapsu brachii 824.
 v. 10
 Vltio per linum crudum 539.
 v. 10
 Vltio quomodo æg. is adhi-
 benda 29.
 Vltus & exercitatio medicorū
 823. v. 10
 Vltus vltoris moderatus a-
 ctiores & magis expeditos
 ad veniunt homines red-
 dit 24. v. 20.
 Vteri callosa durities 772.
 v. 10. eius curatio ibid.
 Vteri clausi 734. v. 10. dehi-
 scentes, eorumque curatio
 735. v. 30. victus ratio 736. v.
 20
 Vteri cōmoti quæ signa 715.
 v. 30
 Vteri conceptioni non apti
 medicamenta 227. v. 10
 Vteri conclusi 716. versiculo
 v. 20
 Vteri extra naturam progres-
 si 727. v. 10
 Vteri extra naturā progressi
 727. v. 10
 Vteri extra naturā progressi
 signa 730. versic. 10. & 773.
 v. 20
 Vteri inflati signa & curatio
 731. v. 10. & 20
 Vteri inuersio 631. v. 10. mur-
 mur 632. v. 10
 Vteri loco suo exidentis cu-
 ratio 730. v. 10. & 20
 Vteri medicamēta 422. v. 20
 & 596. v. 10.
 Vteri morbus perniciosus &
 lethalis 599. v. 30. & 600.
 versic. 20
 Vteri muliebris passiones &
 affectus in & post partum
 983. v. 10
 Vteri purgantia 606. v. 30.
 potiones 607. v. 20
 Vteri quomodo commouen-
 di 725. v. 30
 Vteri quomodo fouēdi 717.
 v. 10

IN HIPPOCR.

Vteri fieri curatio 642.v.10
 Vteri strangulatus 74.v.10
 Vterorum dolores 753.cura-
 tio ibid.
 Vterum gerentes cōpulsio-
 nem quando patiantur. 83.
 versic.20
 Vterum gerentibus medica-
 menta purgantia exhibē-
 da, & qualia 1127.versic.10
 Vterus mulieris grauis calā-
 mitas, sexcentarium & tu-
 mnarum mulieri author
 existit 1174.v.20
 Vva curgulionis affectio
 454.versic.10. & 463.v.20
 Vulnēra articulorum & ner-
 uorum quomodo discern-
 enda, & an claudos red-
 dant 101.v.30
 Vulnēra capitisan, & quæ
 mortem afferant 100.v.
 30
 Vulnēra capitis hyeme mi-
 nus noxia existūt 918.v.10
 Vulnēra capitis 916.v.30 &
 917.v.10
 Vulnēra quæ sanabilia, & quæ
 mortem afferant 99.v.30
 Vulnēra quoto die recrudē-
 scant 807.v.20
 Vulnēra superciliiorum & ca-
 pitis 157.v.10

Vulnēris capitis constitutio,
 & qualitas ē vertigine de-
 prehēsa 924.v.20
 Vulnēris capitis qualitas a-
 tramēto scriptorio depre-
 hēsa 924.v.30
 Vulnēris curandi ratio 803.
 versic.10
 Vulnēris per hastam, pugio-
 nem aut iaculum illa cu-
 ratio 442.v.10
 Vulnērum tractandorum ra-
 tio in curatione obseruan-
 da 808.v.10
 Vulnērum collocatio 869.v.
 10
 Vulnērum ossis capitis quæ
 genera 918.v.10
 Vulnērum varietates & ge-
 nera, quomodo interuo-
 scenda 100.v.20
 Vulnus à sagitta infixum,
 læso innocuū perfixan-
 nos existit 1048.v.10

X.

X Anthi radix vterorum
 dolorem sedat 73.
 v.20

Z.

Z Ea contusa & contrita;
 eiusque vsus 704.v.
 30

FINIS.

TYPOGRAPHICA ERRATA.

Fol. 23. l. 13. ratione. fol. 39. l. 3. multam. fol. 45. l. 12. signa-
 ficat. fol. 57. l. 7. rabor. 62. l. 19. nutrimentum. 76. l. 18. acutè.
 fol. 99. l. 37. nec. fol. 175. l. 21. educunt. fol. 203. l. 31. adfit. fol.
 287. lege 285. fol. 294. l. 36. internuncius. fol. 323. l. 8. ser-
 mentatus. fol. 340. l. 34. solstitium. fol. 375. l. 29. stratus cor-
 pus. fol. 400. l. 12. robustus. fol. 500. l. 32. Trium. fol. 575. l. 110.
 morbus. fol. 577. l. 38. temulentia. fol. 582. l. 8. autumn-
 lium. fol. 653. l. 18. fastidium. fol. 732. l. 20. cortex. fol. 839. l.
 17. immisi. fol. 860. l. 18. sermonem. fol. 898. l. 25. feruorem. fol.
 676. l. 19. febris. fol. 1017. l. 26. insomnio. fol. 1030. l. 26. parte.
 fol. 1152. l. 8. cognatorum.

1

